Universidad de Deusto
Biblioteca

DI
ES
GENI.
ALE.
X.

Universidad de Deusto
Biblioteca

25/10

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ital
II
5

ALEXANDRI DE ALEXANDRO DIES GENIALES.

24609

Bibliotheca
Facult. Philosophiae
Prov. Cast. Orient. S.I.

Nequis opus excudat denuo infra Septē nium, Sub diris imprecationi⁹ bus, apostolica authorita te, interdictum est.

X

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD ILLVSTREM ANDREAM AQVAE VIAM. DVCEM ADRIAE, VIRVM ELOQVENTISS. ALEXANDRI DE ALEXANDRO IVRISPERITI NEAPOLITANI, IN GENIALIBVS DIEBVS PRAEFATIO.

GENIALES MEOS. Eta Seueris studiis lucubraciũcu las succisiuis tẽporibus excogitatas, an dicarẽ tibi Dux inclyte, diu ancipiti cogitatione & dubia mẽte in utranq; partẽ distractus sum. Cum enim ætate nostra te ingenio & facũdia prope singulari uidea mus, quid dignũ eruditiõe tua, aut satis exploratũ probatũq;, Ho mo ego tumultuarius in litibus & foro uersatus, apd̃ te afferre pos sem, hesitabã. Nunquid ex agro ieiuno & exili, poma Alcinoo ut aiũt, aut Floræ serta dare tentarẽ, ut quod phormioni Hãnibal id tu mihi aliqñ obiectares. Rursus cõmen tatiũculas meas qualescũq; forẽt, cuius patrocinio tuto cõmictere potius q̃ tuo, habebã neminẽ. Solus tu mihi occurrebas, cuius ingenii prestantẽ uim, & dicẽdi facundiã no scitabamus. Cuiusq; p̃ter familiæ genus inclytũ, preterq; auitam gloriam, fortunæq; & animi dotes, etiã acre iudiciũ, examussim de studiis bonaꝝ artiũ & omni antiqtate, sæ pe numero factũ audieramus. Accipias ergo opusculũ & iocos meos, q̃bus qñ a foro & negociis ociũ & q̃es erat, qñq;, ab incursu calamitatũ, & seuientis fortunæ procellis re spirare potuimus, cũ amicis interdũ ludere solebamus. Quibusq; mores & exẽpla ois uetustatis, uetẽrũq; illa institutio auoꝝ ũ, tam circa honores & magistratus, Senatusq; cũsulta, remq; bellicã & militarẽ, q̃ circa sacra, cerimonias, cultusq; deoꝝ, quantũq; a nostra religiõe, qua recte imbuti sumus, quæq; nobis sanctissima & prouidẽtissima cõ stituta est, illa dilucrepẽt, liquido tibi inotescere possit (Opus sane operosum) Nõ quo iudiciũ censuraq; tuã quæ pẽsiculata nimis & actis est, quã nos subire formidamus, ex periar, Sed quo patrociniũ mihi aduersus cauillãtes, siqui fortasse sunt, paratũ inueniã. Siquidẽ hæc aliquibus non probari, & fortasse non nimis docta aut exculta uisum iri haud dubito. Id tñ qualecũq; sit, tu boni æquiq; cõsules. Nã & si tuo graui & firmo iu dicio dignũ opus non sit. Rudibus saltẽ ad capiendũ maioris operis incremẽtũ & quan dã uetustatis imaginẽ, uitandũq; inquirendi laborẽ, cũ oia expluribus studiis collecta cõplecti memoria nõ sit, fortasse proderit, Legẽtes rãtũ quæso meminerint. Homini in foro uersato, & tumultuariis iudiciis fere pessũdato, q̃ nec curis nec negocio uacat. Aio etiã tã uariis actionibus occupato & impedito, quæ maxie a quiete doctrinaꝝ auocant, ut quid dignũ auribus, diligẽterq; exploratũ, aut satis grauiter pensitatũ, in mediũ af ferre possit, nõ facile dari. Adde qd̃ antiquitatis ois ratio cognitioq;, & siqd̃ est uetusta tis exẽplar, apd̃ authores multiuagos Grecos & latinos, quos undiq; cõq̃sitos quo ad fa cere potui, euoluimus, sparsim et intercise detrusa, nec i prõptu exposita sunt. Adde causa rũ et negotioꝝ, priuataꝝ publicatũq; reꝝ sollicitã curã, quæ sapiẽtis quoq; aĩum i diuer sum trahit. Sed q̃lecũq; hoc munusculũ, futuꝝ sit id ate peto, ut meũ erga te sincerum animum, fidemq; & sedulũ in omni fortuna obsequiũ, saltẽ testari uideatur, quod ita acceptum iri ate, etiam atq; etiam postulo. Vale.

Capita primi libri.

Locus ex tranquillo de testamento Cesaris in natali Iouiani pontani inuicẽ discussus. Caput i.
Qui reges uel principes apud uarias gẽtes cognomenta ex suo nomine po steris reliquerint. Caput ii.
Quæ potestas quãtumq; ius aduersus reliquos magistratus Tribunis ple bis Romæ fuerit. Caput iii.
quid uerbum sino cum negandi aduerbio apud Iureconsultos designauit, & quam uim habeat in edictis. Caput iiii.
Ex quot militibus Decuria, Centuria, Manipulus, Vexillum, Turma, Co hors, & legio, a Romanis scribi consueuerint. Caput v.
Ex quibus causis Dictator apud Ro. olim, & quare fieri cõsueuit. Ca vi.
Locus ex Terentii Phormione elucidatus, & uetus Senatus Consultum a Grecis ad Romanos deductum. Caput vii.
Spero te amaturum fore uel amandũ fore, ueterum authoritatibus latine di ci licere, contra opinionem quorũdam Grãmaticorũ Caput viii.
Pleraq; ueterum Romanorum cognomenta, quibus de causis indita & de nominata fuerint. Caput ix.
quare partus ancillæ cuius fructus legatus fuit in fructu non sit, cum reliquo rum animalium contra fuerit. Caput x.
Miracula de somniis apud nõnullos cognita & comperta, & quæ ipse exper tus fuit. Caput xi.
Quæ forma castrorum qualisq; disciplina olim fuit, & quot portæ in Ro manis castris esse consueuere. Caput xii.
Quot cognominibus fortuna dea apud Romanos cognominata & qui bus templis donata fuerit. Caput xiii.
quoties Opima spolia cesis hostiũ ducibus Romæ relata fuerint, & quoties Iani templum clausum sit. Caput xiiii.
Verbum liberorum & parentum in edictis pretorum quos comprehendat, & an ad omnes in infinitum extendatur. Caput xv.
quæ & quot curiæ Romæ fuerunt, & uerbum curia sine adiectione nomis quam curiam designauit Caput xvi.
Quæ fuerint Romanoꝝ Tribuum nomina & unde dictæ denominataq; sint & que apud exteros celebrentur. Caput xvii.
Historia de Scipione Asiatico & morte æmiliani Scipionis que incerto au thore fuit. Caput xviii
Quanta & q̃ uaria Iuris consultorum opinio fuerit de supellectili, & quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſupellectilis nomine comprehendantur? Caput xix.
In qua etate milites a Romanis Legi conſueuere, & quæ fuerit diſciplina mi-
litaris quod ue ius iurandum. Caput xx.
Diſſentio inter duos ludi profeſſores ſuper uerbo inuenio & reperio contra
obſeruationes grammatici cuiuſpiam. Caput xxi.
Ex qbus uictoriis oli cõſules deide ſequti duces triũphare cõſueuerit Ca. xxii.
Diſceptatio franciſci philelphi cum Grammatico an Cicero aliquando ludum
aperuerit. Caput. xxiii.
In quo gradu cognationis apud pleraſq; gentes matrimonia licuerint, & q̃
diuerſi mores in contrahendis nuptiis fuerint. Caput xxiiii.
quod ſit Arremon apud iureconſultos, & quod dicatur plumbum in ripa po
ſitum de quo ambigitur apud multos. Caput. xxv.
quod eſſet collegium fratrum Arualium Romæ inſtitutum, qui ue ſalii ſacer
dotes: & quot ſocietatum genera fuerunt. Caput xxvi.
quot lictores apparitoreſq; habebat Dictator. quot Coſſ. aut pretores queſto
res ue, qui ue ſecures habebent & qui non. Caput xxvii.
Quod Regium Diadema tam apud Romanos q̃ apud exteras nationes
genteſq; fuerit, & quæ inſignia. Caput xxviii.
Quæ fuerint auſpicia quæ e pullis emiſſis e cauea captarentur, & quæ ſecun
dos euentus quæ ue in fortunia afferunt. Caput xxix.
Pithagoras Parmenides & zeno Philoſophi, tum Ennius & Neuius Poete
unde originem duxere. Caput xxx.

Capita ſecundi libri.

Locus ex propertio ab Accio Sincero Neapolitano in conuiuio familiari cõ-
mode emendatus. Caput i.
Qui queſtores Romæ quotq; fuerint, qualiſq; poteſtas & munus erat aut
iuridictio. Caput ii.
Quid reſponderit ſuper controuerſo iure teſtamenti in quo fundus ſeu edes
filiæ legate fuerant. Caput iii.
Quæ deorum ædes extra urbis pomerium ſitæ fuerint, & ex his quæ in ur-
bem poſtea receptæ. Caput iiii.
Quæ ſolemnes cerimoniæ more Romano in ſponſalibus olim & nuptiis
eſſe conſueuerãt. Caput v.
In mane exemplum Tulliæ ſupra corpus patris ambulantis, & filii Euchra-
tidis idem facinus admictentis. Caput vi.
Tria errata interpretis Epiſtolarum familiarum Ciceronis commode expla
nantur. Caput vii.
Quot Romæ Pontifices quod ue officiũ, & quæ fuerint inſignia, quibuſq;
legibus maximis pontifex aſtrictus erat & qd apud exteros. Cap. viii.
Mira exempla a compluribus experta, de umbrarum figuris & falſis imagi-
nibus, & quæ ipſe didicit atq; expertus fuit. Caput ix.
Quæ ſint pedamenta apud iure conſultos, cuius ue generis, & quid Bupre
ſtis, et pithyocampa. Caput x.
Qui Romani Duces ex oppidis & puinciis ui ſubactis cognomẽta deſump
ſere, & de Scipionũ familia, & quid apud exteros. Caput xi.
Quid ſit triplex forum de quo in Martiale fit mentio, quæ ue fora olim Ro
mæ fuerint, que ue apud exteros præcipua. Caput xii.
Quæ mulctæ militares maiores & quæ minores militibus, & ob quæ de-
licta inferri ſolebant. Caput xiii.
Quæ ſolemnia in Herculis ſacro ad aram maximam ſeruabantur, & quæ
apud exteros, quæ ue are Herculis Romæ fuerint. Caput xiiii.
Quo tempore primum pretores creari cepere, & quod ius, quæ ue illorum
poteſtas fuerit. Caput xv.
Locus ex Ciceronis oratione pro Milone, quando delicta non conſumata,
ac ſi perfecta fuiſſent puniri debeant. Caput xvi.
Quod Theophraſtus ſenſit, quibuſdam uiperarum morſibus Tybicines
mederi, probatum experimentum. Caput xvii.
Quæ uiæ uel Cliui precipui Romæ fuerint, & unde nomina originis ſump
ſerint. Caput xviii.
In quibus membris in homine inſit religio quedam, propter quam illa ſanc-
te coli debeant & ſeruari. Caput xix.
Quibus finibus quaq; menſura, iter actus aut uia conſtent. Et quid pes,
Cubitus, palmus, lugum diplerum ſtadium ue ſit. Caput xx.
Miraculũ de homine, qui plus in mari q̃ in terris degebat, maximaq; æquo-
ra uelociſſime tranabat. Caput xxi.
In quibus deorum ſacrificiis, uictimas aut hoſtias, antiquo more cedere nõ
licebat. Caput xxii.
Nunquid quod lege falcidia cautum eſt, de quarta bonoq; heredi debita poſ-
ſit uoluntate teſtatoris cõminui uel tolli. Caput xxiii.
Loci ex Iuuenale parum ab interpretibus diligenter habiti, contra nõnullo-
rum opinionem explanantur. Caput xxiiii.
Variæ apud diuerſas gentes puerorum inſtitutiones, & infantibus Roma-
nis quæ documenta fuerint. Caput xxv.
An inter auguria ſternutamenta ſint, & offenſiones pedum, & quæ illorum
predictio fuerit. Caput xxvi
Quæ poteſtas proconſulis foret, qui ue erant proconſules, & an idem iuris
quod conſules haberent. Caput xxvii.
Licere uti accuſatiuo caſu nõnunq̃ in uerbis localibus, contra regulas gram-
maticorum. Caput xxviii.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Equeſter ordo quando primum ceptus fuit, quæq; ipſius otdinis poteſtas & officium atq; inſignia fuerint. Caput xxix.
Quid ſit charta opiſthographa apud iureconſultos de qua Vlpianus menõ tionem fecit, & quot chartarum genera fuerint. Caput xxx.
Solere magnos ſucceſſus ex infima fortuna, & futuras calamitates plerũq; ſignis premonſtrari. Caput xxxi.
Par exemplum Tarquinii ſuperbi, & Traſybuli Mileſiotum Tyranni: ac Sexti tarquinii & Zopiri aſſyrii. Caput xxxii.

Capita Tertii libri

Quid dicatur idem apud philoſophos, & quid idem a Iureconſultis diſcuſſum cum Hermolao in conuiuio familiari. Caput. i.
Gentium diuerſarum mores, in condendis humandiſq; corpotibus defunctorum, & qui Romanorum uſus fuerit. Caput ii.
Conſularia comicia per quos fiebant, quæ uæ poteſtas Conſulis, quantũq; ius & quæ dignitas foret. Caput iii.
Quæ ſint Sigillaria uerbum ſæpius repetitum apud Scæuolam iureconſultum tertio de legatis Caput iiii.
Quæ delictotum penæ maiorum criminum apud diuerſas gentes, more & legibus fuerint conſtitutæ, & quæ minorum. Caput v.
Locus ex Ciceronis oratione pro Milone explanatur, & quæ Regiæ quæq; atria Romæ fuerint. Caput vi.
Quo apparatu, quibuſq; cerimoniis apud ueteres defuncta corpa igni tradebantur, qualiſq; pompa exequiarum foret. Caput vii.
Miraculum Tritonum & Nereidum, quæ uariis in locis tempeſtate noſtra compertæ fuere. Caput viii.
Quæ xiſtici, qui ue Themelici apud iure conſultos dicti ſint, quod ue officiũ & quid nomina deſignarint. Caput ix.
Locus ex Iuuenale de Trulla, quid deſignet, ex authoritate iuris conſultorũ & aliorum teſtimonio explanatur. Caput x.
Exempla frugalitatis priſcorum, & q̃ parco uictu contenti fuerint, & quãdo luxus primum urbem inuaſerit. Caput xi.
Quæ ſint puræ & lecte hoſtiæ in deorum ſacrificiis & quæ uictimæ quibus diis dicatæ fuerint. Caput xii.
Quæ origo cenſorum, quæ ue poteſtas, & ex q̃ paruis iniciis, in quantum magnitudinis deuenerit. Caput xiii.
Quid ſit apud Iureconſultos cenacularia exercere, quid Cathadromus qd Spheriterium, & quid hipocauſta Caput xiiii.
Solere futuras calamitates multo ante ſignis premonſtrari & miraculum quo uaſtitas regni Neapolitani predicta fuit. Caput xv.
Qui Duumuiri, Triumuiri, quinq; uiri: ſeptemuiri, Decemuiri, quindecemuiri & centum uiri fuerint. Caput xvi.
Quoties contra ambitum illorum qui appetunt magiſtratus pluribus legibus a Romanis obuiam itum ſit Caput xvii.
Idus cuiuſq; menſis, apud ueteres Romanorum maxime feſtas & feriatas fuiſſe, & quid apud exteros. Caput xviii.
Defenſio Vlpiani definientes inſtratum quid eſſet, & quid differt pulſare a uerberare, contra grãmaticum illum falſo accuſantem. Caput xix.
Quibus legibus Romano ciui data ĩmunitas fuerit ne uapularet, & quæ iura competant domis in ſeruos, & patronis in libertos. Caput xx.
Qui ludi apud Romanos frequẽtes fuerint, qui apud exteros, quæ ue ſint nuces ocellatæ apud Tranquillum. Caput xxi.
Quæ uota olim ſolemnia fuere apud Romanos, & quæ exteris, qui ue uota concipere & quomodo ſoliti ſint. Caput xxii.
Conſueuiſſe Romanos illorum bona quos maximis criminibus dannarãt publicare, & quæ porticus Romæ inſignes fuerint. Caput xxiii.
Quam multiplex annus apud diuerſas gentes fuerit, & qui annus Romanis, quod ue principium anni ſit. Caput xxiiii.
qui Topiarii apud iureconſultos dicti ſint, & legato fundo inſtructo an ueniant Topiarii & quæ ſeruorum ſpecies apud eoſdem. Caput xxv.
Tritum ſummorum uirorum ſomnia pares exitus habuiſſe, qui ue ſomnia qualia uiderant, uera fuiſſe experti ſunt. Caput. xxvi.
qui Rex Sacrificulus olim apud Romanos foret, quod ue illi nomen, & q̃ ſacra obiret. Caput xxvii.
Tuſci unde duxerint originem, quæ ue duodecim urbes fuerint quarum concilio bella gerebantur. Caput xxviii.

Capita libri quarti.

Locus ex martiale cum Ioanne ueneto diſcuſſus dum caloris incõmoda ſub umbra fraxini propulſarent. Caput i.
quæ apud Romanos fuerint militaria ſigna, quæ apud ceteros, quo ue pacto educi conſueuerint, & quid Teſſera quid uexillum ſit. Caput ii.
quæ fuerint Romanis comicia centuriata, quæ curiata, quæ tributa & quæ calata. Caput iii.
quando primum edilitas ceperit & quot fuerint ædiles, & qui curules & qui plebei. Caput iiii.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudicium ignaui iudicis super controuerso iure perperam iudicantis hausſũ aquæ perfundum alienum non deberi. Caput v.
Quanta seueritate a Romanis contra licentiam magistratuum, & quoties occursum sit. Caput vi.
Qui ordo in disponẽdis aciebus, & quæ norma militiæ apud Romanos olim seruari solita fuerit, & quæ apud exteros. Caput vii.
An sapienti uxor ducenda sit, & quæ ad propagandã sobolem indulcta cõmoda a Romanis fuerint. Caput viii.
Ingens miraculum rerum quæ in Germania & Britannia, tam ex uitibus q̃ fluctu maris proueniunt. Caput ix.
Locus ex Iuuenale declarat, & quotuplex apud ueteres libertatis genus fuerit, qualiterq; ciuitas amictebatur uel dabatur. Caput x.
Qui fuerit modus consulendi Senatus, & ubi haberi, & quo pacto suffragia ferri solerent, & quid apud exteros. Caput xi.
Quæ origo sacrorum luperealium sit, & quomodo celebrari, quandoq; coli solerent, & q̃ uariæ deorum effigies fuerint. Caput xii.
Quæ uicia ex loci uatura aut celi Climate, quibusdam gentibus ita innata sint, ut illa habeant propria & perpetua. Caput xiii.
An sit idem deprecari quod recusare, contra quorumdam grammaticorum opinionem. Caput xiiii.
Triplex quæstum super nõnullis uerbis iuris consultorum subobscuris quis sit illorum significatus, quæ ue pecunie olim fuerint. Caput xv.
Quæ portæ urbis Romæ precipuæ fuerint, & unde nomina sumplerint, & ex quibus causis cognomenta. Caput xvi.
Quo ritu quibusq; cerimoniis Hostia apud priscos diis imolabatur & quo modo fiebant sacra, & quid apud exteros. Caput xvii.
Quæ militibus operam in bello nauantibus militaria dona ab Imperatoribus olim dari solita fuerint. Caput xviii.
Delusiones demonũ malorũ, a multis expertas fuisse qui diuersis imaginibus homines delusere. Caput xix.
Quando dies tam apud Romanos q̃ exteras gentes incipiat, & qui dies atri qui ue fausti sint. Caput xx.
Locus Martialis in distichis elucidatus, in quo plerique interpretes grammatici lapsi sunt. Caput xxi.
Exempla legis Iuliæ & papiæ, quibus quæ lege Iulia indulta erant lege papia fuere prohibita. Caput xxii.
quod ius quæ ue potestas Dictatoris Romæ & exteris fuerit, & a quibus dici & quanto tempore debuerit. Caput xxiii.
Quid Mina, quid Drachma, quid assis, Denarius, Sextertium & Talentum apud gentes diuersas ualuerit. Caput xxiiii.
Quæ Theatra Romæ fuerint, & qui circi, quorũq; extent uestigia & quæ penitus conciderint. Caput xxv.
Qui fuerit medius unguis & infamis digitus, quibusq; digitis, quæ fuerint qualitates & nomina. Caput xxvi.

Capita libri Quinti.

Locus ex martiale, apud Gabrielem Altilium, in conuiuio familiari inuicem discussus. Caput i.
Quot plebis Tribuni a primordio urbis fuerint, que ue potestas & qui cõsulari potestate & qui tribuni erarii. Caput ii.
Quo nam modo per feciales initentur fœdera aut bella indicerentur & quid ab exteris seruatum sit. Caput iii.
Pleraq; ueterum prenomina unde deducta fuerint, & denominata, & de nonis caprotinis quæ tradantur. Caput iiii.
Quid sit apud Iureconsultos Heliocaminus quid Zeta & unde deductum nomen & denominatum. Caput v.
Quando primum interregnũ ceptum fuerit, & quibus de causis inter Reges Romæ creari consueuerint. Caput vi.
Sacrificium latinarum quomodo in Albano fiebat, & quæ erant feriæ quibus populi ad sacrum conuenirent. Caput vii.
qui ludi Olympici qui phitii qui istmii & qui Nemei olim apud Grecos & q Circenses Romæ fuerint. Caput viii.
Mira exempla quæ in montibus & lapidibus hodie uisuntur unde originem & causas duxerint. Caput ix.
quã uariũ & multiplex iusiurandum apud diuersas gentes fuerit & per quos deos iurare consueuerunt. Caput x.
quid sit exedra, quid Menianum de quibus apud iureconsultos mentio frequens & quid embãma. Caput xi.
quot uirgines Vestales, que ue illarum disciplina & institutio fuerint, qua ue afficiatur pena incesti damnata. Caput xii.
Ex quibus ueteres captare auspicia solerent, & auspiciorum que prospera que ue piacularia sint. Caput xiii.
quid senserit Hieronimus porcarius de iniquo iudice, quibusq; modis litigantes frustretur & deludat. Caput xiiii.
quæ sermonibus quotidianis uulgata prouerbia apud Romanos in usu fuerint, & quæ apud exteros frequentia. Caput xv.
qui primus legem Theatralem Romæ tulerit, & quot leges plebem ab optimatibus postea distinxerint. Caput xvi.

Quid aqud Sceuolam Iureconsultum sit Hieroſiareha, & quid ſit calix dia tretus. Caput xvii.
In quo diſcretus ordo plebeius a patricio fuerit, & in quo patricius a ſenatorio quod ue diſcrimen in ueſtibus apud diuerſas gentes. Caput xviii.
Qui numerus augurum quæ ue poteſtas aut ius quondam fuerit, & quo ø modo auguria captarentur. Cap. xix.
qui eſſent equi funales in tranquillo contra non nullorum interpretationem probabilis opinio. Caput xx.
Qui fuerit apud ueteres cenandi uſus, quæ ue hora prandii & cenæ, quotq; ſingulis lectis cenitabant & quid apud exteros. Caput xxi.
quæ ipſe dictu admirabilia de umbrarum figuris, noctibus fere ſingulis Ro mæ expertus fui. Caput xxiii.
Qui cultus domorum quondam fuerit, & quare maiorum imagines in po ſtibus & arma in atriis & ueſtibulis haberẽt, & qd de exteris. Cap. xxiiii.
In extis inſpiciendis quæ proſpera quæ ue dira ſint, & quæ boni quæ ue ma ø li prenuncia. Caput. xxv.
Conſualia equiria & ludi Apollinares quãdo a Romanis fierẽt, quo ue mo do diti ſacra fiant & quo tempore. Caput xxvi.
Quæ ſacra expiationis cauſa a Romanis ſeruabantur, & quibus ex cauſis fierent, quæ ue apud exteros. Caput xxvii.
Quæ affinitas cum Sex, Tarquinio ſuperbi filio, & quæ collatino cum bru to, & lucreciæ cum utroq; fuerit. Caput. xxviii.

Capita Sexti libri.

Locus ex tertio Ciceronis de officiis, quid uenditor emptori preſtare teneat, cum Sigiſmundo in ſuburbano diſcuſſus. Caput i.
Quæ maxima fuerint oracula, quæ ue templa celebria apud pleraſq; gentes in magna religione & cultu. Caput ii.
Qui fuerint legati Conſulum uel pretorum, quæ ue iuridictio aut illorum poteſtas ſit. Caput iii.
Qui magni dii qui comunes aut indigetes dicti, quæ ue deorum cognomẽ ø ta, & Iunonis Romæ templa fuerint. Caput iiii.
Ex quibus oppidis quibuſq; regionibus aut terrarũ oris, ingenio clari et præ cipua doctrina uiri plures euaſere. Caput v.
Quo apparatu & qua pompa, quantoq; omnium ſtudio, olim Romani triumphos agerent, quis ordo ſeruari, & quæ in triumpho ferri conſue ø rant. Caput vi.
Reſponſum Raphaeli uolaterrano, quare legum & cauſarum ſtudio intere ø miſſo, in his mitioribus ſtudiis oblectaremur. Caput vii.
Quæ ſit bona dea & quæ a ueteribus illi ſacra fierent. Quid ue rubigalia floralia & Vinalia forent. Caput viii.
Tantum & quantum comperatiuo nõnunq; coniungi, edemq; pro domo ſæpe apud authores inuenirt. Caput ix.
Quæ lege .xii. tabularum utiliter & cõmode, quæ ue parum conſulte & ni mis ſeuere ſcripta uidebantur. Caput x.
Sacrum ſeptimontium in quibus locis urbis fieret, qui ue ſeptem colles urø bis ſint, quæ ue in illis precipuæ dignationis loca forent. Caput xi.
Qui flamines primi Romæ fuerint, quod ue flaminis officium, quibuſq; eſſent cerimoniis addicti. Caput xii.
In quot cohortes, manipulos, Centurias, Decuriaſq; phalanx diuidatur, & que illius deſcriptio fuerit. Caput xiii.
Res ſacræ religioſæ & ſanctæ quæ cenſerentur apud ueteres, quibuſq; ſacrũ aut ſanctum facere licuit. Caput xiiii.
Locus Ciceronis ex Catone maiore de lege Voconia quæ eſſet, & quæ furia & falcidia explanantur. Caput xv.
Quid Reſponderim Hieronimo Maſſaino, cur in eodem forem ſtatu ſemø per, cum ad honores admicterentur alii. Caput. xvi.
Quibus ex cauſis ouare ducibus licebat, & in quibus ouacio differt a triũø pho. Caput xvii.
Qui erant Tribuni militum in Romanis caſtris, quæ ut poteſtas & offiø cium foret, aut iuriſdictio. Caput xviii.
Qui ludi Scenici, qui Megalenſes, qui Taurii, Compitalicii, Iuuenales & Honorarii fuerint. Caput xix.
Qui eſſet Vrbis prefectus, quod ue officium, quarumq; rerũ eognitionem animaduerſionemq; haberet. Caput xx.
Miraculum de Homine qui extruſus a carcere, rurſuſq; in eo intruſus, inferø na ſe loca adiuiſſe enarrauit. Caput xxi.
Quot militũ ordines, cuius ue generis milites in Romana militia olim miø litare conſuerant, & qui apud exteros. Caput xxii.
Quid lex, quid plebiſcitum, Senatus ue conſultum, quid ſint pretorum edi cta, uel reſponſa prudentum. Caput xxiii.
Qui primi de plebe ad dictaturam conſulatum & præturam alioſq; magiø ſtratus euecti fuerint, & de Ephoris quæ tradantur. Caput xxiiii.
Quas acies, quos ue exercitus, qui duces paruo diſpẽdio profligarint, que ue flumina xerxis exercitus potarit. Caput xxv.
Quid uariæ gentes de diis ſenſerint, & q̃ impia & deteſtanda ſacra apud exte ras gentes fuerint. Caput. xxvi

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALEXANDRI.DE.ALEXANDRO IVRIS.PERITI.NEAPOLITANI GENIALIVM.DIERVM.LIBER.PRIMVS

Locus ex Tranquillo, de testamento Cæsaris, in Natali Iouiani Pontani in uicem discussus. Caput. I.



CCERSEBAT plerunq; nos in hortos amenissimos ubi ædiculas habebat Iouianus Pontanus in nostra Parthenope, uir memoria quidem nostra omnibus bonis artibus: atq; omni doctrina præditus. Cui præter ingenii mansuetudinem, quæ plurima in homine fuit, munditia uerboꝝ & compositus ille sermo, ad omnem ingenuitatem plurimum accessionis faciebant. Illoq; conueniebamus complusculi: quibus bonarum artium studia, ædemq; disciplinæ, atq; non absimilis discendi facultas erat. Detinebat, demulcebatq; nos uir ille fandi dulcissimus egregia quadam & illustri oratione: sermoneq; per q̃ lepido & uenusto, totos plærunq; dies, tanta in eo cõmittas, tantusq; lepos erat. Forte autem, cum Natalis sui Diem Annuum, Decembrio mense ut solebat, cum amicis celebrare uult: euenit: ut & nos una cum reliquis mihi coniunctissimis: primis ab eo tenebris acciti, apud eum cõueniremus. Quo cũ uenimus: benigne quidem & comiter accepti ad focum cõsedimus, festiuissimisq; colloquiis noctis particulam cum mira suauitate traduximus. Cum interim Iouianum Florentì quadam facundia, & sermone q̃ castissimo de litterarum disciplinis differentem animo serio & aure attenta exciperemus. Quo sermone desito: cum iã mẽsas & cœnam instrui iuberet, cæterisq; nimis tempestiuum cœnandi tempus esse uideret. Quin ergo (inquit) optimi iuuenes, dum cena apparatur, dumq; obsonia esui matura fiunt, aliquid per hoc ocium legamus. Iussitq; mox afferri sibi Suetonii Tranquilli Cæsarum uitas: Aderat inibi adolescẽs tunc quispiam lætæ indolis: atq; a litterarum cultu non abhorrentis. Huic demandat ut Diui Iulii uitam, donec maturum cenandi tempus foret: nec turbide, nec ambigue legat. Accipit ille cupidus & libẽs, atq; diserte admodum legere incipit: cum nos interea ea lectione demulcti, legentis uerba & compositam illam dicendi breuitatem: summa cum attentione captaremus. Cũq; ad ealcem lectionis uentum foret: ancipiti sententia: & operta uerborum significatione, de testamento Cæsaris, in hæc uerba ipsum locutum offendimus: Sed nouissimo testamẽto tres instituit heredes sororum nepotes. C. Octauium ex dodrãte. L. Pinarium: &. Q. Pedium ex quadrante, reliquos in ima

Universidad de Deusto
Biblioteca

cera. C. Octauium etiam in familiam nomenq; adoptauit, Pleroſq; peuſſoꝝ in tutoribus filii ſiqs ſibi naſceretur nominauit. D. Brutum etiam in ſecūdis heredibus. Populo hortos circa Tyberim publice & uiritim trecenos ſeſtertios legauit. Q uibus perlectis, puerum ſubſiſtere Iouianus iubet. Et ad Dētatum conuerſus, Iuuenem, qui ut mihi uidebatur in cognoſcendis rebus lectiōe multa exercitus erat. Q uid tu inquit Dētate ſentis de hoc Q uadrāte & Dodrante in quibus hos heredes ſcriptos author hic memorat. Cūq; ille hereditatis quotā eſſe partem aſſeueraret in qua illos inſtitutos a Cæſare attraretur: Proba inquit hæc Iouianus & uera ſnia eſt, Sed inops admoduꝫ & ieiuna. plus ego deſidero. Et me intuitus rogat, nūquid noſtro iure ciuili, in quo multū operæ per id tpis impendere uidebamur, aliquid de iſtiuſmodi partibus tradatur: Tum ego memini inq̄ traditum memoratumq; apud nōnullos ueteris diſciplinæ authores precipue apud noſtros iurecōſultos fuiſſe. oēm hereditatem quantacūq; eſſet, ſi mortientis ſuprem o iudicio nō eſſet diuiſa, tum ab ipſo iure in duodecim partes omne illud patrimonium partiri. Q uas qdem partes oēs in unū collatas, aſſem pleraq; antiquitas dixit, ſingulas uero diſiunctim diuiſas uncias appellauit. Itaq; ſi te heredem in uncia inſtituero. In duodecim ptes diuiſo prius toto aſſe, hoc eſt oī patrimonio & fortunis meis. unica tm̄ pars, tibi iſtitutionis iure debebitur. Cum uero te heredem in aſſem effecero, ſolidam hereditatem & integrum patrimoniū nullis diminutis partibus transferri uolo. Hæ aūt duodecim unciæ quæ aſſis appellatione continentur, propria noīa a ueteribus iurecōſultis, ſingulæ nactæ ſunt. Nam p̄ter unciā & aſſem. ea pars quæ ſextans appellatur duas totius aſſis partes, hoc eſt, duas uncias habet, quadrans uero tres. Cum ergo hic in quadrante heredes inſtitutos. L. Pinariū &. Q. Pediū uideamus. Q uin ex duodecim unciis ītegro Cæſaris patrimonio diuiſo, tres tantū unciæ, hoc eſt quarta totius hereditatis pars, his duobus debeatur in dubiuꝫ nō uenit. Deinceps eſt triens: ideſt tertia pars totius aſſis. quatuor. n. hæc cōtinet uncias. Q uincuns uero qnq;. Semis aūt dimidiū illius habet: qd̄ aſſe cōtinet. quæ quidem pars, ſex uncias ex toto aſſe uendicauit, Q uippe cū totus, as, in duodecim uncias diuidatur. qd̄ dimidium illius eſt. Sex uncias, ideſt ſemiſſem efficiet. Sexcuns aūt ſeptem conſequitur uncias. Bes octo. Dodrans uero nouē: Cum igit̄ in Dodrante: ut Tranquillus hic refert. C. Octauium Cæſar teſtamēto heredē fecerit, ex duodecim unciis in q̄bus Cæſaris heredi tas diuiſa fuit, hic in Dodrante iſtitutus nouē cōſequetur. Reliqui uero duo L. ſcilicet Pinarius &. Q. Pedius: quadrantē ideſt tres uncias ex ītegro aſſe, & quartā totius hereditatis uendicabunt: Inter hos ergo & illū, duodecim uncie, & tota Cæſaris hereditas diuiſa fuit: Dextans aūt decem ſignat uncias: Deuns uero undecim: Q uod a Iuuenale nō inſcite ut arbitror dictum eſt:

Vnciolam procul eius habet. ſed gyllo deuncem. Totum. n. aſſem diuiſit, cū ex duodecim unciis alteri unicam, alteri undecim uncias patrimonii tribuit: Eſt qdem inqt Iouianus ita ut dicis, Satiſq; de quadrāte & dodrante, deq; uncia & aſſe, ut a iuris ſtudioſo explicatum accepimus. Sed unum illud etiā me angit, in quo ancipitem cogitationem iam diu duxi, Sæpiuſq; in hoc q̄rendo fui. Nam cum tres heredes inſtitutos author hic dicat, plures poſtea nominauit. C. ſcilicet Octauium. Q. Pedium, &. L. Pinarium, Demum adiicit reliquos in ima cera, hoc eſt, ultima teſtamēti parte ſcriptos fuiſſe: Et. n. ſi totus, as, inter eos quos modo nominaſti abſumptus eſt. Q uid reliqui ſit. quod iſtis debeatur, non equidem uideo: Totus enim, as, ut modo dixti, totam abſumit hereditatem, & dodrans cum nouem ſignet uncias, quadrās uero tres, duodecim uncias & totum efficiūt aſſem. Neq; eſt præterea qd̄ ex defuncti bonis amplius aſſe. heredi ſcripto debeatur, Ergo aut fruſtrabunt peculio Cæſaris iſti reliqui in ima cera adiecti. aut alia quædam hereditas obuenienda eſt ut iſtis etiam ſatisfiat, quoꝝ alterum ſi aſſeueras, profecto perperam & abſurde dixeris. Neq; ego Tranquillum uel ſinceriſſimum ſcriptorem tam inconſiderate loquutum arbitror, ut plusq̄ oporteat aliquid in ſcribendo addiderit. Siquidem tam circūciſus in explicandis adnotādiſq; rebus fuit, ut arguta breuitate pleraq; potius ſupſtrinxiſſe q̄ aliquid plus iuſto addidiſſe uideatur. Tum ego, eſt inq̄ quod dubitetur. Neq; abnuerim quin locus hic, peroſcurus forſan uideatur pleriſq;. Q ui tm̄ probabili ratione reddita, clarus & expoſitus fiet. Tres. n. Cæſar teſtamento ſuo heredes fecit, ex toto uidelicet aſſe. Siquidem dodrans & quadrās, duodecim uncias & totum efficiunt aſſem. Et qd̄ aſſe diſtributo reliquos in ima cera inſtituit, equidem denotat, nō in noua quadam hereditate, hos admittēdos fore. Sed poſtq̄ in uniuerſum, bona ſua inter heredes partitus fuit. In ima cera, illos qui in ſingulas partes iure legati admittendi fuerant, nominaſſe, quæ quidem legata, q̄uis toto aſſe diſtributo non extra hereditatem ſunt, Sed a ſcriptis heredibus atq; ipſo aſſe debentur. Et. n. ſcriptus heres qui aſſem aſſequitur, p quā titate bonoꝝ in quibus inſtitutus eſt, legata quoq; diſtribuet. Vetus. n. eſt teſtantium mos. quod ipſum apud iurecenſultos lege ſancitur, ut primo teſtamenti capite, heredis fiat inſtitutio, ſiue unus ſiue plures ſint, qui in uniuerſum bona ex defuncti uoluntate capiant, Sequenti capite & in ima cera. ſecūdi heredes, legata & reliqua teſtatoris uoluntas & diſpoſitio ponantur: Siue aliquos onere grauat, aut ſi quibus dari, fieriq; oportere, teſtator pro ſua uoluntate arbitratus eſt: qui non heredes ſed legatarii dicti. Siquidem nō bona in uniuerſum, ſed legata & res ſingulares capiūt. Idq; ex integro aſſe atq; ex toto patrimonio deducitur. Et hoc Tranquillum nunc dicere arbitror. Naꝫ cum primo capite teſtamēti Cæſar tres feciſſet heredes ex aſſe. In ima cera &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ultimo capite reliqua posuisse, quæ ascriptis heredibus debentur. C. q̄. Octauium in familiā nomenq̄ adoptasse. Secundos heredes & tutores nominasse: Populo hortos publice & uiritim trecenos sextertios legasse. Quibus uerbis ultro citroq̄ ad multam noctem habitis. Animaduertum est, obsonia iā prematura & precocta esse. Mox in aliud tempus dilatis sermonibus ad natalē Iouiani diē celebrādū, cuius cā ueneramus ab ipso admoniti diuertimus.

Qui Reges uel Principes apud uarias gentes cognomenta ex suo nomine posteris reliquerint. Caput. II.

NOn apud Romanos solum, sed apud exteros quoq̄ obseruatum accepimus, ut ab eo qui de sua republica benemeritus fuit, posteri Duces cognomenta acciperē operæpreciū ducerent. Nam de Romanis Principibus nemo ambigit, quin a Diuo Iulio & Octauio reliqui Imperatores Cæsares & Augusti dicti cognominatiq̄ sint. Credo equidem qđ desiderio illoꝝ post funera tenerentur, & tanq̄ in posteris eadem idoles futuræ uirtutis eniteret, ita eodem sibi nomine adoptato, ipsi quoq̄ ad præclara facinora obeunda inuitarētur. Manſitq̄ sequutis Imperatoribus cognomen Cæsaris & Augusti. Quod nō ipsis modo, sed uxoribus, sororibus, & filiabus cōe fuit. Siqdem Liuia postq̄ nupsit Octauio Augustæ nomen tulit, & Agrippina postq̄ Claudio coniugata fuit, Senatus quoq̄ frequenti curia uxori sororiq̄ Traiani cognomē Augustarum dedit, & Vitellius Matri, quibus hoc etiam honoris tributum est. Vt illas quandoq̄ sacer ignis preret, quem mox sequuti Cæsares pro maiestate Imperii more Persarum Regum & Indorum sibi uendicarunt, Iam & si Vitellius oblatum sibi Cæsaris cognomen recusarit. Augusti uero distulerit, Quod postea deploratis rebus cum hostilibus armis præmeretur dimissum reuocauit & Cæsarem se dici uoluit, Donec post seriem annoꝝ, haud longo interuallo Romani Principes Antonini cognomenta sumpsere. Nanq̄ a Pio Antonino, Antoninus Philosophus uir oī laude dignus. Deinde, Cōmodus, Caracalla, Geta, Heliogabalus, & alii ex Cæsaribus fama Illustres Antonini nomen sibi adoptarunt, Voluitq̄ Seuerus Impator ut Ro. Impatores sicut Cæsaris. Sic in posteꝝ Antonini nomē ferrent. Hoc suæ posteritati lōge clarissimū fore arbitratus. Mox succedenti æuo collapsa re militari. Athaulphus Gothoꝝ Rex, Roma debellata eo uesaniæ processit, ut quēadmodum Cæsares. sic in posterum Romanos Principes Athaulphos cognominari destinarit, a quo instituto sicut a pluribus aliis, postea desitum est: Nomen uero Imperatoris prætoribus olim, magnaꝝ laudum titulus fuit. Quippe hoc honore uelut insigni munere. milites sūmos duces honestabant. Isq̄ præcipuus honos habebatur semper: Postea nisi illos quorum ductu & auspicio conflatum fuisset bellum & sub quibus decem hominum millia uno prælio cecidissent, aut saltem duo millia quæ postea consuetudo increbuit, uel deniq̄ mille occubuissent, aut præcipua uictoria potiti essent, nullos Imperatoris nomine dignos putarūt. Propterea. M. Crasso qđ urbem Zenodotium trans Euphratem, imbelli certamine & incruento Marte uicit, & ob id Imperatoris sibi nomē arrogauit, magnæ inuidiæ fuit, qđ non multo negocio tantum nomen uēdicasset: Pompeius qđ in Africa Domicium supasset, quodq̄ ex uiginti millibus hostium uix tria millia effugissent, toto conspirante exercitu. Impatoris nomine fuit honestatus, qui licet se Imperatorem salutari permiserit, nunq̄ tamen Epistolis aut Chirographis hoc nomē usurpauit. Iulius Cæsar. C. Cæsaris pater qđ syllanis temporibus, multa Sannitum & Lucanorum millia ad Esernia interfecisset, ab exercitu Imperator fuit appellatus. Mox Diuus Cæsar post pericula depulsa, prenomen Imperatoris sibi arrogauit. Deinde Augustus, Tyberium & Claudium Drusum priuignos hoc nomine nobilitauit: Bello quoq̄ Germanico fusis fugatisq̄ hostibus Tyberio Cæsari, & Tito expugnatis Hierosolymis, miles uictor Impatoris nomen dedit, & Tropheum posuit. Cicero quoq̄ qđ parthos ad Amanum profligasset, & Metellus qđ Sertorium uicisset Imperatoris nomina tulere. Fertur tamen Curio ad Vticam qđ eius opera conductis cōmeatibus, omnium rerum copia abundaret exercitus. Imperatoris sibi nomen asciuisse. Et Scipio bello ciuili inter Pompeium & Cæsarem, ut pecuniam a prouincialibus cogeret se Imperatorem dixisse. Demum Cæsares ne in crimen inuidiamq̄ inciderent. Imperatoris nomen tanq̄ titulum mitem & honestiorem, abrogato Regis uocabulo iteꝝ & sæpe desumpsere. Quare Augustus semel & uicies fuit Imperator dictus, & sequuti Principes hoc cognomento persæpe nobilitati sūt. Quod etiā apud Græcos fuit usurpatum. Quippe Phocion uigesimū Imperator dictus est, Aratus decimum & Septimum Imperatorem gessit, Pelopida ter & decies, Philipomenes octauum, quem apud Acheos intra annum bis gerere non licebat, Sicut apud Sparthanos bis eundem classis præfectum fieri lege uetabatur, Sola mulier Zenobia Palmirēsium Regina cū orientis regnum tueretur armata in uirili ueste exercitui præfuisse & Imperatoris nomē tulisse dicitur, cuius auspiciis pleraq̄ egregiæ gesta in hostes fuere: Sed non solum Romanos, uerum eos qui albe regnarūt, qui ante Romulum per annos trecētos fuere idem obseruasse, proditum est. Constat. n. a Syluio Ascanii filio qui secundus ab Ascanio suscepit albe regnū, reliquos Albanoꝝ Reges per ordinem successionis Syluios cognominatos fuisse. Siquidem Aeneas Albanoꝝ Rex & Latinus & Capys, & Capetus, & Ty-

Universidad de Deusto
Biblioteca

berinus ac reliqui Deinceps q̃diu regnum albæ ſtetit, Syluii cognomẽta ab illo meruere, Sicut Latinis Regibus a Murrano qui in latio regnauit, Murrani cognomen inditum ferunt, Quæ quidem res ancipitem mihi animum ſæpe agit, cogitatioq; ſubit, cur non exemplo Albanorꝝ & Latinorum. Idem quod in Imperatoribus etiam in Regibus ueteres Romani factitarunt, ut a conditore urbis Romulo, reliqui poſt illum Reges, felix fauſtumq; nomẽ acciperent, Cum præſertim ipſe urbis conditor, bonis artibus partum firma tumq; regnum, inter omnia inimica infeſtaq; longe illud maius auctiuſq; reliquerit. Sed hanc queſtiunculam relinquamus quibus huiuſcemodi indagare, ingenium habunde & negocium eſt: Parthos quoq; idem obſeruaſſe ut Regum cognomenta ferrent, multi prodidere. Etenim Arſaces Scytha uir fortis & ſtrenuus, cum premente inopia latrociniis obnoxiam Iuuẽtam ageret, coacta exulum manu quos parthos nuncupant, deuicto ſeleuco & mandragora in Regem Parthorum aſſumptus. Illud ita inſtituit formauitq; ut diem uictoriæ tanq̃ natalem libertatis, multis poſt tempeſtatibus ſolemnẽ celebrarint, qui poſtq̃ fato functus eſt, tanto honori ipſius memoria fuit, ut celebrẽ ad poſteros Reges cognomen arſacis ex ſuo nomine reliquerit. Nã & Parapatius & Mithridates & Pharnaces, & qui poſt illum regnarũt Parthorum Reges: cognomen Arſacis, ſibi poſteriſq; Illuſtri titulo propagatuꝝ adoptauerũt. quorum poſteros parum legitime regnare dixerunt, niſi exmatris inceſto: & filii concubitu æditi forent, Quin etiam apud Indos hũc aliquando morem inoleuiſſe accepimus. Nãq; Indorum Reges. Alios Palibrotos: Alios Sandracoctos: Nonnullos Taxiles ſequente noie in quẽcũq; Imperium tranſiret: ob eximiam in bello uirtutem denominatos ferunt: Bithinos quoq; ob prioris Nicomedis claritatem qui militiæ & domi clarus fuit: Nicomedis cognomen Regibus indidiſſe putant: Sicut a Cecrope qui Athenis regnauit primus: Reges Athenienſium Cecropidas nuncupari. Hic enim oẽm multitudinem. In oppida duodecim digeſtam partitus fuit, quam Theſeus obuiam eundo periculis ne hoſtium preda forent, uelut unius corporis alumnos in unam urbẽ poſtea ſociauit & coegit, Et Paphlagonum Philomenes. Theſſalorum Hellenes ab Hellena. Et Aſſyriorum Reges Tigranes dicti cognominatiq; ſunt. Cum.n. Seleucidarum Imperium ab Alexandro ad ſeptuaginta ſupra ducentos annos, prouectum fuerit, Tigranis cognomen a primo illo, qui Aſſyriis præfuit, ſummæ iuſtitiæ temperamento, poſteri deſumpſere. Ita ut per ea tempora quatuor ſupra decem Tigranes reges denominati ferant. Quin etiã a Neoptolemo Achillis filio qui Pyrrhus dictus eſt. Reges Moloſſorum Pyrrhide cum ea loca tenuiſſet, & põti Mithridates noĩa ſumpſere. Is.n. cum quo populus Romanus multiplex bellũ geſſit a primo Mithridate ſextus adnumeratur quẽ Eupatorem uocitarũt,

Fuitq; literis proditum. Reges Perſarum qui ſpadones in regnum aſciti fuere Bagoios nuncupari. Et in Meroe qd' Candaces præcipua mulier regnuꝝ tenuiſſet. Reginas in poſterꝝ Candaces cognominari, eaq; obſeruatio conſtans & perdiu manſit. Nec me preterit Aegyptios quoq; Reges eandem cõſuetudinem uſurpaſſe, ut in pleraq; hiſtoria eſt. Siquidem cum antea Pharaones dicerentur, Ptolemeus lagus gregarii militis filius quiægyptum armis ſibi uendicarat, poſt res cum Antigono compoſitas, cum quo multiplici bello & imedica ſimultate conflictatus eſt. Aegypti regnũ q̃diu uixit, moribus & diſciplinis mirifice inſtruxit ornauitq;. Is igit' iam grandis natu. morbo abſumptus eſt, magno de ſe, ut de tam benemerito Principe deſiderio relicto, cuius memoriã Alexandrini, tanta charitate proſequuti fuere, ut Philadelpho qui poſt eũ regnauit, & reliquis ægypti regibus ab illius noie, Ptolemei cognomenta indiderint, Nam & Euergetes qui Philadelpho ſucceſſit, & Philopator qui Triphon, & Epiphanes & Philometor, & Alter Euergetes Phitõ appellatus, & laturus & Aulethes ægyptiorꝝ Reges ab illo Ptolemei dicti cognominatiq; ſũt: Hic.n. Philadelphus Stratonis diſcipulus fuit oĩ doctrinæ genere clarus, qui cum uiribus attenuatis infirma ualitudine laboraret, mito diſcendi ſtudio affectus, nobilem illã oĩum ſermonibus celebratã bibliothecã cõquiſitis undiq; exemplaribus, oĩumq; linguarꝝ uoluminibus cõſtruxit, pulcherrimũ ſane Regiæ opulentiæ monimẽtum, quæ ad primũ Alexandrinũ durauit bellũ: Quẽ Philadelphũ Philometorẽ & Philopatorẽ ob neces parentibus & germanis fratribus illatas, p antiphraſim & irriſionẽ uocitarũt. Sicut euergetem qd' Deorꝝ ſimulacra a cambiſe diſiecta reſtituerat, quaſi bñficum, & Aulethẽ defamatiſſimũ, qd' ſup cætera flagitia & dedecora choraulã & tybias exerceret, Hunc.n. Aulethem ob ſimultatẽ ægyptii regno exegere, q Romã exul cũ ueniſſet, a Senatu Populoq; Romano benigne exceptus. In ægypti regnũ ab Aul. Gabinio reductus & reſtitutus fuit. Poſt quẽ Alexãdrini Cleopatrã & Ptolemeũ pueꝝ regno p̃fecere, ſed mota ſeditione a factione alterius ptis, Cleopatra in Syriã exulauit atq; ex illo ægypti regnũ penes pueꝝ ſtetit. Hic eſt.n. Ptolemeus ille puer: q Põpeium magnũ ex pharſalo fugiẽtem, miniſtro Achilla & Photino miſerãda nece affecit: Exindeq; Alexandrinorꝝ res urgente fato in peius magis ac magis ruere uiſæ ſunt. Donec Auguſtus terra mariq; victor Acciaco p̃lio ſuperatis Alexandrinis. Antonioq; & Cleopatra quã mr̃imonio ſibi deuinxerat uictis necatiſq; ægyptum omnem ſtipendio ſup impoſito ꝑuinciam effecit, quã primus Romanorꝝ Cornelius gallus preſes adminiſtrauit. Tũc primũ ſub p̃ſidibus haberi cæpta eſt, atq; ex illo finis regum ægyptiorum fuit. Quæ poteſtas, quantũq; ius aduerſus reliquos magiſtratus, Tribunis plebis Romæ fuerit. Caput. III.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TRibunos plebis quos plebe a patribus deſciſcẽte, & ad ſacrũ mõtẽ ſecedẽte, ſacroſanctos ſibi plebs creauit, nec iuri dicũdo, nec querelis ciuiũ noſcẽdis ſicut alios magiſtratus, ſed ut auxilii latio aduerſus Coss. eſſet & illos q̃ inſolenter in plebem inſultarẽt, utq̃ prælides libertatis cuſtodeſq̃ forent, creatos accepimus: Ideo nec in ſella curuli ſedere, nec purpuratos incedere, nec Lictorem ut Coss. prætoreſq̃: ſed uiatorẽ habere illos ſatis conſtat, eã aũt hæc eſt, Q d Tribunus plebis populi Romani magiſtratus nõ eſt, ppea cũ Cõſulũ p̃toꝝ & ædiliũ, reliquorũq̃ magiſtratuũ creato dictatore iurisdictio ceſſet & cõniueat, ſolos Tribunos plebis in poteſtate eſſe, liquet: Ex reliqs p̃terea magiſtratibus, cũ multi uocatiõem & cognitiõẽ hẽant, apud Tribunos tm̃ prehenſionẽ eſſe abſq̃ uocatione, memoriæ datũ eſt. Præhẽdere. n. Tribuno plebis licet, & in carcerẽ mittere, iure ſacroſanctæ ptãtis, ẽt. Cos. p̃toꝝ Cẽſorẽq̃. M. Druſi exẽplo. q̃ Tribunus plebis Philippũ Cos, qa cõcionantem iterpellarat, p̃cipitem egit in carcerẽ, ita ut nõ modica uis ſanguinis e naribus efflueret. Etiã ab iniuria quæ corã fieret, ĩhibere multãq̃ indicere. Cos. Dictatoriq̃ & reliqs magiſtratibus Tribunus p̃ Imperio poterat: Interceſſiones quoq̃ aduerſus reliquoꝝ potẽtiã magiſtratuũ, apud tribunos plebis tm̃modo ſũt, Cõtra uero dictatoris impiũ, a quo nõ ẽ p̃uocatio, Tribunis itercedẽdi facultas nõ eſt. Q uãuis pleriq̃ cõtra dictatoris iuſſum, Tribuni interceſſionẽ ualuiſſe cõtendat. Q. Fabii exẽplo, q̃ cum magr̃ eq̃tũ eẽt, & in eũ qđ cõtra uetitũ pugnaſſet. L. Papirius dictator aiaduertere uellet. M. Fabius p̃r, q̃ ter Cos. dictatorq̃ fuerat: Tribunos plebis & pplm̃ appellauit, q̃ iterceſſiõe ſua & ſi p̃cariã p̃ſtitiſſent opẽ, reũ tm̃ ſupplicio exemere. Ego aũt cũ id aliter cõptuꝝ nõ habeã. Tribuniciã ptãtẽ ſemp dictatoris impio ceſſiſſe auſim aſſeuerare: Ab uno quoq̃ tribunoꝝ ad reliquos tribunos p̃uocare licere. Ipſoſq̃ itercedere poſſe, nõ ẽ cõtrouerſia: Neq̃. n. leuis eſt, unius tribuni in p̃hibẽdo ptãs. Siqdem uno aliqd fieri negãte, nihil cæteri ẽt ſi plures numero ſint decernere ualẽt. Id tm̃ lege cautum erat, ne ultra mille paſſus ab urbe ad tribunos p̃uocatio foret. Ideo ſiqd ſublata iterceſſione tribunoꝝ p pplm̃ agi uellent, extra urbem ultra mille paſſus comiciis ĩdictis & Senatu euocato decernebãt. Tunc. n. ſine impio tribunus cẽſebatur. Capitis ẽt diẽ dicere dictatori uel conſulibus, poſtq̃ abiere magiſtratu, & reliquis magiſtratibus dum in honore ſunt, Tribunoꝝ ptãtis eſt: Illud certe ſatis cõſtat, neq̃ tribunũ plebis diẽ integrũ ab urbe abeſſe licere, ne auxilii latio, cũ opus fuerit ciuibus deſit, Sicut heduis in more fuit, ut qui ſũmum gerit impium finibus excedere nõ poſſet. Neq̃ eũ qui parẽtem ſupſtitẽ hẽat tribunũ plebis eẽ oportere. Propterea Seruilius qui tribunatum gefferat, falſo tribunus eſſe creditus eſt. quod patrem quem obiiſſe mortem opinio inualuerat,

luerat: uiuere conſtabat. Q uin & illud animaduertimus Tribunis quoties oportere uiſum fuit, habendi & diſſoluendi ſenatus, nõnunq̃ ne conſularia comicia fiant, intercedendi, ius poteſtatemq̃ fuiſſe: Ipſis tm̃ cum frequens habetur ſenatus. intra limites curiæ adeſſe nõ licebat, ſed poſitis ante curiæ fores ſubſelliis quæ ad populum pertinerẽt. Senatus conſulta excipere, quæ ſi probarent. T. Litera ſubſcribere ſolebant, Si aũt minime rata eſſe uellent, poterat Senatuſconſultum: per interceſſiones tribunicias impediri. Tam & ſi æuo poſteriore. Tribunum frequẽti curia, de his quæ ad populum ptinerẽt ſenatũ ſæpe conſuluiſſe ibiq̃ ſubſellia habuiſſe: iter exempla inueniamus. Donec Atinio plebiſcito tribuni plebis Senatores effici meruere. Poſſe etiã plebem cõſulere, & rogationes ad populum ferre, ac ſup his leges promulgare quæ plebiſcita dicta ſunt. Tribunitiæ poteſtatis eẽ nemo dubitauit. Q uod qdem concilium in æde Vulcani frequentes habuere, ibiq̃ ſiqua turbulẽta confuſio eſſet, in qua conſulto opus foret: plebeios aduocare, & concioneꝝ frequentiſſimo concilio habere aſſuerãt: In quo templo canes pro ædituis eẽ & ſacrilegis tantum adlatrare: fama ferebat. Sicut apud Aetnam in Vulcani templo, canes lucũ & templum aſſeruare dicunt, Et in daunia: Achaiæ Mineruæ delubro, atq̃ in Creta Dyctææ matris æde canes enutriri traduntur: qui Græcis ſublandiunt: barbaros uero inſectantur. In ſinu quoq̃ Adriatico Diomedeæ aues Græcis mites: Barbaris uero infeſtæ ſunt. Hoc ẽt notatũ eſt Tribuni plebis domum cui uis patere: foreſq̃ illius per diem perq̃ noctem reclusas eſſe oportere: Cuius rei cãm querentibus nobis: Illud probabile uiſum. qđ congreſſus faciles ad ſe p̃bere: & neminem aditu arcere debet. Nãſoli Tribuno, noctu pariter & die cui uis opẽ imploranti præſto eſſe: & ius auxilii ſui expedire: atq̃ a cuiuſq̃ magiſtratus nimia potẽtia plebẽ tueri: fas eſt.

Q uid uerbum ſino cum negandi aduerbio apud Iureconſultos deſignauit & quam uim habeat in edictis. Caput. IIII.

ARguebat quiſpiam negligentiæ colonum ſuum: quem partiarium habebat: quod cum funduꝝ ſuburbanum in agro Neapolitano ut uetus illius regionis mos eſt colendum locauiſſet. In lege locationis ita ſcriptum fuit. ut colonus fundum bene coleret: bene irrigaret: bene ſtercoraret: ne ue quẽpiam in iuſſu domini in fundum ingredi ſineret. Cum poſtea Dominus poma: & fructus arborum clam ſublatos: & ex his nihil ad iuſtam magnitudinem creſcere: quin furto ſubtractum foret: reperiſſet: coloni negligentiam: incuriamq̃ acerbe: atq̃ acriter, apud iudices criminatus eſt. Q uantiq̃ ſua intereſſet: tanti litem extimari poſcebat. Cumq̃

Universidad de Deusto
Biblioteca

colonus ꝑm locationis legē, se neminem admisisse, aut in fundum ingredi scituisse contenderet. Contra stabat fundi dominus, uehementiq; obiurgatione colonum incessebat, cum nō modo, nō admittere quempiam. Sed etiam cui gilare atq; attendere, ne quis ingrederetur debuisset. Quibus iurgiis ad multam diem ꝓtractis, tandem ꝑm domini postulata iudices litem dedere, quāticq; Dñi interesset, tanti litem contra colonū extimarūt. Sed cum post imodicas altercationes sedatæ res, & compositæ uiderentur. amboq; & colonus & dñs discessissent. Percontatus ego sum iudices. quibus rationibus adducti contra colonum litem extimassent. Nam pacto stetisse uidebatur si nemi nem permissu suo in fundum ingredi suuisset, atq; ideo ꝑm pacti legem potius absoluēdus q̄ cōdemnandus fuit, Tum ex his unus litteris homo multis preditus, comprobata questione. Verbum inquit sino in cōuentione positum si cum negandi aduerbio ponatur, nō solum hanc habet uim, ut quis contra facientem prohibere debeat. Sed ut impense operam det ne ob secordiam negligentiamq; secus fiat, quod nisi factum fuerit, culpa cōmissa est: Debuit ergo colonus iuxta conuentionem deductam in chirographo, non solum ingredi uolētem prohibere. Sed enixe dare operam & fundum ita custodire, ne quid ob secordiā furti dāniue dominus pateretur, qđ quia molliter fecit atq; neglexit, iure mulctandus fuit. Et ne inquit me hoc tantū asseuerare putes, poterit apud te multū fidei feciſſe. Alphenus iuris publici priuatiq; peritus, qui de hac questione de qua tu modo quæris consultus, ita respondit. Tum sibi libellum mirandæ uetustatis, e sinu, depromit. corrosis iā & senio labentibus literis. In eo ita scriptum fuit. Redemptor syluam ne cedito, neue findito, neue deurito, ne ue quem findere, cedere, urere sinito. Respondit Alphenus, locatorem potius id uideri uoluisse, ut redēptor nō solū si quem casu uidisset syluam cedere prohiberet, Sed ut curaret dare operam: ne quis cederet. Quod cum legissemus. tum plane animaduertimus grauiter simul & uere litem estimatam & iudicatam fuisse.

Ex quot militibus Decuria, Centuria, Ordo, Manipulus, Vexillū, Turma, Cohors, & Legio, a Romanis scribi consueuerint. Caput. V.

IN antiquis annalibus illorum, qui in re militari docti Romani moris & iuris fuere, intercile scriptum inuenimus: militum ordines in acie instruenda, alios minores, nonnullos maiores, descriptos fuisse. quo facilius cuius ordinis quisq; miles cuiusq; manipuli eēt, & sub quo duce militaret, d gnosci aīaduertiq; posset, Ideo Imperatores, singulas centurias ex centenis peditibus. Decurias uero ex denis eqtibus scribere solitauere, ut hae militum

militum descriptione distinctior acies, & instructior fieret, Ordo aūt minor centuria maiorq; decuria ex sexagenis militibus constat cui præerat Vexillarius, plerunq; Centurio aut ordinis ductor. Manipulus leuis ex uicenis militibus & turba scutatorꝫ fit, Persis ex uigintiquatuor. Militesq; Manipulares appellati, Huic ēt Cēturio præerat quē Manipularē uocitarūt, Manipulos uero qndecim suis interuallis distinctos in prima acie uelut fortissimū robur plerunq; Imperatores locarunt: Leuisq; Manipulus dictus quod hastis miles Gessisq;, non armis grauioribus muniretur: Turma quasi Terma, Terdenos equites, hoc est tres decurias & decuriones tres uetusto more recipit, q honore præstant & ordine: Ex tribus. n. Centuriis Rānensi, Titiensi, & Luceri, quas a prima origine ad belli pacisq; munia, Romulus īstituerat. terdenos equites singulis conficiendis turmis scribere solitus fuit, excꝫ ea Lectiōe Turmæ constitutæ. Sed Turma ex equitibus, Cēturia fit expeditibus. Has quoq; tribus, ueteres nuncuparūt, & qui his præsunt tribuni uocati: Primi pilus ex tribus Vexillis cōstat, qui Centurionem habet cui Primipili nomē: qui ordine primus erat, Siqdem Centurio primus, & Primipilus ac primi ordinis ductor idem fuit, Post quem Ductor popularium. In Romanis castris sæpe meruit & ordines duxit, Vexillum ex centū octuaginta tribus hominibus fit, Horꝫ primum Triarios habet ueteranos & sūmæ uirtutis milites. Secundum Rorarios, fiduciæ paulo minoris. Tertium uero accēsos. q minimi roboris, uel in fronte locati primos congressus excipiebāt. uel in postremā aciem reiiciebantur: Cohors alia milliaria. ea mille & quingentos pedites, Equites uero cētum tríginta duos habet, Cuius generis cohortes qđ ex lecto milite constabant ad subdita belli, quo lapsam aciem repararēt seruare soliti sunt. Aliæ quingentariæ. quas ex quingentis quinquaginta peditibus, equitibus uero sexaginta sex, plerūq; descripsere: Exqbus nōnullæ cōsulares, aliæ ꝓtoriæ: aliæ urbanæ. multæ legionariæ. pleræq; auxiliares dictæ. Cuius generis cohortes, numero decem, iustam efficiūt legionē, Tam & si cohortes quadrigenarias apud Latinos, Sānites, & Hernicos, Et apud Camertes sexcētorꝫ militū qñq; descriptas legamus. Quas in Centurias, Cēturias uero in cōtubernia, nonnunq̄ duces diuisere, ut decem militibus uno tabernaculo degētibus ꝑesset unus q cōtubernii caput foret. Ipaq; cohabitatio contubernium dicta, Cyrus tñ cōtubernia pro numero centurionū diuisisse fertr. Singulisq; tabernaculis centū milites cohabitare iussisse, q uno cōuictu uiuerēt, & sub eodē cēturiōe militarēt, Lycurgus uero ad maxios conatus, Turmā quadratā ex qnquaginta eqtibus fecit, quā ulanū uocitauit. Quiēt eqtes ac pedites in sex tribus diuisit, quarꝫ q̄libet tribunū militū & q̄tuor ꝑfectos māipulares habuit, qnquagenarios cēto, Duces turmarꝫ sexdecī, Exqbus tribubus aliqñ res, nōnūq̄ sex turmæꝑ necessitate cōstituebant. Inter

Universidad de Deusto
Biblioteca

cæteras fuit Spar:he cohors pitaneta præcipui roboris quæ ultimo discri/
mini & ad extremos casus seruabatur. Et tam et si Centuriæ: Decuriæ: Tur/
mæ: Cohortes: Equitatus, pro uoluntate proq; arbitrio sæpe auctæ & imi/
nutæ: nonnunq; duplicatæ fuerint. Idem tñ nominis q̃uis mutato militum
numero sortite fuere. Legio autem nõ uno semper eodemq; ex numero fit,
Sed pro robore: proq; militari multitudine modo maior ampliorq; modo
exilior esse consueuit. Sæpiusq; numero & genere uariauit: Romulo primũ
regnante Legio expeditum tribus millibus, equitibus uero trecentis fieri ce/
pta est: quam qd' ex lectis militibus confecerat, Legionem appellari maluit:
Aucta mox ciuitate aduentu Sabinorum & crescente Imperio. Senũ milliũ
peditum: equitum sexcenoꝝ Legiones fieri cæptum Plutarchus author est.
Cuius testimonio amplissimo mouerer. nisi qd' a. C. Mario primum, Cum
aduersus Cymbros molitur arma, Senum millium & ducenorum peditũ:
equitum uero trecenorum descriptas fuisse. T. Liuius memorat: Scipio dein/
de, cui Aphricano fuit cognomen: cum in Aphricam traiiceret. Duas cãẽsis
exercitus Legiones ita suppleuit. Vt singulæ sena millia & ducenos pedites:
trecenos haberent equites, Sæpiusq; in describendis Legionibus uariatum
fuit: ut modo quaternorum millium peditum: equitum uero trecenoꝝ Le/
giones fierent, modo quina millia peditum equites trecent: in singulas essent
Legiones: Q uibus Romani Duces ob uarios euentus nomina iidere. Si/
quidem. C. Cæsar Martiam & Alaudam præcipuas nuncupauit, Decimam
maximo in honore habuit: reliquas uero a numero dixit. Nero ad Caspias
portas ducturus senum millium militum Legionem fecit: quam phalangẽ
magni Alexandri appellauit: Otho præcipuæ legioni auxiliatricis nomen de
dit. Vitellius rapacis. Varro uni Vernaculæ. Pompeius Gemellæ qd' ex dua
bus unam effecerat: Hadrianus Mineruiam. Alii primigeniam. Nõnulli clas
sicam. Plericq; Italicã: Septimam: Galbianam: Geminam: Vindemiatam. Alii
Claudianam uocitarunt: Valerianus felicem: Samnites Lintheatam: Græcis
uero Hipparchia ala fertur præcipua quæ ex quingentis duodecim cõstabat
equitibus: & alia Agema: Macedonibus etherica. Apud Romanos Scribo/
niana & singularium. Anthiochus Gemcam mille equitum alam uocitauit.
Inter quas ala campanorum ex quingentis fere equitibus multum anteisse
fertur. Illud plane constat, ueteres Romanoꝝ perraro & nisi contra maxi/
mos conatus plus quatuor Legionum exercitus scripsisse. Atq; iniusta legio
ne centurias sexaginta: manipulos triginta: cohortes decem ponere consue/
uisse. Q uodq; iure militari præter descriptos singulis legionibus milites q̃
Romani uel Latini nominis erant. semper auxiliares ex sociis Ciuitatibus fi
nitimis: aut externis, peregrinæ iuuentutis sub disciplina & cultu Romano,
& auctum uoluntariis agmen iungi consueuere. In quo id seruatum est: ne
unq̃ amplior

unq̃ amplior numerus auxiliariorum, ex peregrinis copiis, q̃ ciuium foret,
Tam & si a prima origine Romani semper suo milite nullo externo adiuti
militarint. Q uodq; singulis quatuor legionibus Tribuni militũ seni ac de
ni. Præfecti, Centuriones, Decuriones, & legati præesse consueuere. Est quo
q; illud animaduertere lege militari sancitũ, ut miles subsit Centurioni, Cen
turio Tribuno, Tribunus præfecto castrorum. Præfectus legato, Legatus
Consulis pareat imperio. Cos. autem & magister equitum, sicut reliqui ma/
gistratus, Dictatoris iussui & potestati subest. Claudius uero Cæsar militi/
am ita ordinauit, ut post cohortẽ, Alam, post Alam Tribunatum legionis,
daret. Q uam militarem institutionem a Lacedæmoniis fluxisse crediderim
a quibus reliqua Græcia armorum duces, uelut rei militaris expertissimos
petebat, quibus in more fuit, per gradus maiores duces minoribus præesse,
& ne turbatis imperiis cõfunderentur, munia distincta mandare multis. Nã
cum Rex apud eos summum gerat imperium, post Regem fuere Duces, p
xima dignitate Tribuni. Post Tribunos, Centuriones. Deinceps Decani. Ita
ut cum gerendarum rerum cura & procuratio multis incumberet. In exerci/
tu pix quispiam mediocri prudentia uir sine honore aut Imperio foret.

Ex quibus causis Dictator apud Romanos olim, & quare fieri consue/uit. Caput. VI.

Dictatorem a quo prouocare non licebat, quemq; summũ
Romæ Imperium tenuisse certum est, non modo labo/
rãte republica & trepidis in rebus, cũ aut de cõi libertate
agitur, metusq; de summa rerum esset, quod ultimũ erat
consilium: Sed ex uariis euentis, diuersisq; rerũ causis crea/
ri solitum accepimus: Nam & claui figendi, & Senatus le
gendi, aut magistratus coercendi causa, nonnunquam quæstionibus exer/
cendis, plerunq; comiciis habendis, sicut res, tempusq; postulabant, etiã
am florente Republica, & procul a belli tumultu, creatum fuisse liquet.
Constat. n. ciuitate morbo laborante, cum uis pestilentiæ & insanabilis per
nicies, tabesq; ciuitatis ita per omnium capita peruagata esset, ut nec ope di/
uina, non humanis consiliis leuari posset, quotidieq; uariis morbis corpora
affecta caderent, ex Seniorum memoria repetitum, pestilentiam quondam
fixo a dictatore clauo decessisse. Ideo. C. Genutio, &. L. Aemilio Mamerco
Coss. & sæpe a Is, cũ graui morbo ciuitas affecta esset. Senatus. L. Manliũ
Imperiosum Dictatorẽ claui figẽdi causa dici iussit, qui dictator dictus clauũ
panxit. Isq; clauus dextro lateri ædis Iouis Opt. Max. in Capitolio fixus fuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Post quem cum Romæ de ueneficiis quærerent, & aliquot matronæ damnatæ forent, eaq; res prodigii haberetur loco. ut mentes alienatæ sui compotes fierent, simili memoria ex annalibus repetita. Claui figendi causa dictator creatus Gn. Q uintilius fuit, qui fixo item clauo, cum eo piaculo ciuium mentes sui compotes fecisset, dilcordesq; animos conciliasset, dictura se abdicauit. Eos autem clauos fuisse æneos, notasq; numeri annorum quibus tunc tempora designabant habuisse, idq; a Vulsiniis emanasse ferunt, quibus in usu erat, clauos indices numeri annorum habere fixos, in templo Nurciæ etruscæ deæ, Comiciorum uero causa, si quando neuter Cos. bello abesse poterat, uel morbo, aut alia necessitate comitiis præesse nequirent. Senatum absentes Consules dictatorem qui comitiis præesset dicere censuisse sæpe compertum est. Dicebat enim Cos. dictatorem comiciorum causa in castris uel ubi terrarum erat, cum ipse a bello auocari commodo reipublicæ non posset. Q uestionibus quoq; exercendis creari dictatorem, argumento est. Q uod Sp. Melio Imperium populi Ro. affectante, cum nullius imperio magistratus, cogi posset, Senatus ut nefarios ipsius conatus reprimeret, utq; clandestinas insidias a capite & ceruicibus dimoueret, Dictatorem creari exacta ætate. Q. Cincinnatum uoluit, qui re explorata, sumpto de reo supplicio, dictatura se abdicauit. Et cum occultas Principum coniurationes, conciliaq; clandestina Capuæ fieri percrebuisset. Senatum quæstiones ueri inquirendi causa decreuisse, Dictatoremq; questionibus exercendis dicti censuisse, multi adnotarunt. Nec me præterit, legendi quoq; Senatus, cū patres in demortuorum loco suffici, ordinemq; senatorium suppleri opus foret. Vt esset qui nouos legeret Senatores, quiq; Senatum sufficeret, pleruncq; dictatorem fuisse. Q uo tempore illud euenit, ut duo simul dictatores, quod nunquam antea factum crearentur. M. scilicet Iunius, qui castris dictator tunc præerat. Et. M. Fabius Butheo, qui ordinem Senatorum, eo quod multi bello ceciderant, sufficeret, legeretq;. Q uanquam & feriarum causa cum tetra prodigia nunciarentur, propterea q; feriæ indicendæ forent, ut esset, qui ferias indiceret, quiq; ludis Romanis, aut quadrigis mittendis præesset, nonnunq; ut illorum contumaciam cohiberet, qui functis honoribus magistratu abire, uel Senatus dicto parere nollent, interdum qui flaminem proderet, Dictatorem fuisse legamus. Q ui quidem magistratus non Romæ tantum, sed Albæ & Lauini, & in toto fere latio summus erat. Id quoq; non prætereūdum. q; siue belli gerendi, siue cuiusuis muneris exequendi causa dictator dictus foret, nisi uirum consularem, quiq; consulatum antea gessisset, & nocte silente, atq; in agro Romano. (Is autem Italia terminabatur) dici licuisse, nec ultra sex menses ante Syllam Dictaturæ munus quempiam excreuisse, præter Furium Camillum cui iam exacto

semestri, cum consternata republica, laborarent ancipiti metu ne tumultus urbani fierent, ne ue urbe relicta Romani Veios migrarent, Senatus in annum dictaturam inuito prorogauit, atq; hic Camillus fuit, qui uindex maiestatis Romanæ, dictatura quinquies, triumpho quater potitus est. Consulatum uero nunq; attigit, tam & si lege ueteri de dictatore creando primū lata id sancitum fuerit, ut nisi consulares uiri, quiq; consulatum antea gessissent, nulli dictatores haberentur, aut fierent.

Locus ex Terentii Phormione elucidatus, & uetus Senatusconsultum a Græcis ad Romanos deductum. Caput. VII.

LEgebamus aliquando dum pueri essemus Terentii Phormionem, ubi adolescēs filius, uirginis amore perditus, mētitus se proximum genere, puellam absente patre uxorem duxerat lege coactus. Demum reuersus pater, seruus cuius suasu nuptias confecerat, q; indoratam duxisset atq; ignobilem, iurgiis afficiebat, cum leui mercede inhonestas nuptias effugere, & filium ab ignominia redimere potuisset. Hoc erat, si dotē uirgini dedisset, ut dote contenta alium puella uirum quæreret, filium uero dimitteret, aut si pecunia deesset, mutuam sumeret, uel fœnore. Cui seruus in hæc uerba respondit. Hui dixti pulchre, si quidem quisquā crederet te uiuo. Q uid sibi uellet, qd uiuo patre: neminem filio crediturum pecuniam: seruus respondebat, non satis tunc acceperamus, Sed cum post aliquot dies, in eandem lectionem, ut fit, incideremus, animaduertimus uetus olim senatusconsultum fuisse, quod primum a Solone, ueteri lege sancitum, inde ad nostros deductum fuisse, arbitror, quo cautum fuit, Patre uiuente, filio qui sub patris iure est, credi pecuniam non licere, & qui credidisset, petitionem non habere. ne filiusfamilias ære nexus alieno, ut creditum redderet, uel necem patri machinaretur, aut aliunde eam inhonestius quæreret. Sed cum ipsius senatusconsulti uerba non haberemus, incidimus forte ad id temporis cum hæc dictaui, in pluscula legum cōmentaria, quæ ex naufragio erepta, nauta quispiam Romam aduexerat, ea cum emendi studio inspiceremus, illud ipsum Senatusconsultum, quod diu impensa opera quæsieramus, casu inuenimus. Verba uero ex eo senatusconsulto hæc sunt, Placere necui qui filio familias mutuam pecuniam dedisset, etiam post mortem parentis, cuius in potestate fuisset, actio, petitioq; daretur. Vt scirent, qui pessimo exemplo fœnerarent, nullius posse filii familias bonum nomen, inde expectata patris sui morte, fieri, & infra. Cum enim fœneratores magna licentia pro arbitrio fœnerarent. Cautum fuit, primo duodecim tabulis de modo

Universidad de Deusto
Biblioteca

credendi, nẽ quis plus unciario fœnere fœneraret. Mox tribunicia rogatio ne ad semiuncias fœnus redactum, Deinde ad semissem, postea ad Trientem Demum. L. Genutius Tribunus plebis tulit ad populum, ne ullo modo fœnerari liceret. Post aliquod uero tempus Sulpicius Tr. plebis ut credẽdi modum pfiniret, legem tulit, ne quis ordinis senatorii, ultra duo millia dracmarum es alienum conflaret, qui postea decedens contra legem a se latam, trecentas miriadas æris alieni conflasse inuentus est. Diuus deinde Cæsar etiã certum modum credendi præfiniuit. Tyberius uero ut fœnus tolleretur omnino, dispositio per mensas millies sextertio cauit ut singulis facultas crediti accipiendi fieret, in triennium sine usuris, si debitor in duplum populo cauisset. Postremo pluribus plebiscitis, non modo fœnus, sed uetita uersura fuit, Cautumq; perpetuo senatusconsulto, ne filiofamilias credere liceret. Catusam ferũt fuisse, qd Cœlius Plotius fœnerator. T. Veturium nexum & addictum, ob reliquum fœnoris non redditi stuprare uoluit & uerbere affecit. Sicut de Papirio traditur, qui Publium nexum ad libidinẽ perlicere coactus fuit, quæ causa traditur fuisse ut nexi soluerentur, ne ue in posterum quisq; necteretur. In qua quidem re, adnotare succurrit, apud iureconsultos, relatores dici, qui integrum æs alienum cum fœnore non exoluissent, sed partem æris alieni & fœnoris deberent, fuitq; Athenis magistratus cui Zeteta nomen, apud quem si quis integrum æs debitum non soluisset, conueniri lege poterat. Indis uero & Germanis fœnus ignotum fuit, & pleræq; gẽtes odio illud inexpiabili prosecutæ, adeo ut cum furem dupli fœneratore, quadrupli damnarent, feruntq; Aegyptios, & Athenienses, cum hæc contagio mali latius serperet, pluribus decretis cauisse, ne ob fœnus corpora addicari uel addici possent, ne ue sup corporibus fœnerari fas foret, nec citra debitoris facultatem seuire, quæ lex Sisachthea & chrecopia dictæ. Adeo ut Lycurgus e tota Spartha fœnus & usuras exterminasse dicatur. Cumq; omnis Aegyptus esset obruta fœnore, fuit lege sancitum ut ita demum mutuam pecuniam accipere liceret, si cadauer patris fœneratori daretur pignori. penes quem esset potestas paterni sepulchri debitoris oppignorati. Inter cæteros fertur Agis Athenienstum dux adeo fœnus osum habuisse, ut omnium fœneratorum tabulas igne suppositio in foro concremarit, quo igne nullum clarius lumen uidisse Agesilaus dixit. laudaturq; Antoninus Pius, & Alexander Seuerus, q Romæ fœnus trientarium constituerint. Cum nonnullos fœnoris causa agro paterno auitoq; exutos compensient, Semissem uero induxerint, & abrogarint. Lucullus quoq; adeo fœneratorum licentiam cohibuit, ut omnem Asiam fœnore demersam liberarit. Sicut Cato qui in fœnore coercendo asperior, & durior ex tota Sicilia fœneratores exegit. Illamq; ære alieno obrutam in pristinum decus restituit. Hoc qdem senatusconsultũ

iam longo abusu obliteratum. Diuus Claudius fœneratorũ licentiã coercens ne filiisfamilias pecuniam fœnori darent, seuero edicto seruari mandauit. Diuus deinde Vespasianus cum censuram ageret, saluti parentum & liberorum consulens, illud denuo ex longo interuallo reuocauit. Non ergo inscite seruus ille respondebat, neminem fore, qui uiuo patre filio pecuniam crederet, cuius petitionem, actionemq; lege & senatusconsulto non haberet.

Spero te amaturum fore, uel amãdum fore, ueterum authoritatibus latine dici licere, contra opinionem quorundam grãmaticorũ. Caput. VIII.

COmmentatiunculas suas nõ inuetustas adolescens quispiã ingenio & lingua præstabili, dum posteritati & gloriæ seruit, apud nõnullos eiusdem disciplinæ uiros lectitabat, non eqdem ut uidebat, laudis indipiscẽdæ gra. sed ut graui illorũ iudicio subnixus, liberius, cõsultiusq;, si qd in eis delictũ. Si qd ue mendum esset, castigaret, eorũq; explorata sentẽtia, nonnulla in uulgus emittebat, multa uel tollebat, e medio, uel corrigebat. Aderat inibi familiaris meus quispiam, honesti ordinis, Latinæ eloquentiæ & ueterum literarum non ignarus, qui cætera quidem minime uilus aspernari uno uerbo se offensum dicebat, qd In posterum nihil in eum scripturũ fore: ille dixerat. Minus latine (inquit) dictum est, scripturũ fore. Sed aptius conuenientiusq; dicendum fuit, scripturum esse. Siquidem uerbum fore, cuius tempus quod futurum est designet, cum participio in rus, uel in dus, quod pariter futurum tempus designat, minime conuenire. perindeq; haberi ac si dicas, scripturum futurum eẽ, quæ oratio, ut probe nosti, nihil habet gratiæ uel dignitatis. Quocq; minus dubites, inquit ille, hoc senserũt multi eruditi: quorum sententiam, iudiciumq; minime aspernaberis. Statimq; ad nos attulit obseruationes grãmatici hominis non incuriosi, in quibus ad hanc sententiam scriptum, definitumq; inuenimus. Fore cum uim participii habeat, cũ nomine, non cum participio iungi oportere, ne duo simul participia confundantur. Itaq; dicendum spero te amaturem fore, uel amaturum esse, non aũt amaturum fore, uel amandum fore, uenturum esse, non uenturum fore. Et ita dici, scribiq; oportere maxime contendebat. Quod cum legissemus, tenuit nos admiratio istius doctoris, eqdem diserti & tñ incõsiderati, qui prãcipiti ductus snia, tam asseuerate contendere auderet, id qd longe secus a doctissimis sæpe usurpatũ memineramus. Siquidem. T. Liuius facundissimus author, secũdi punici belli octauo, & actuꝝ se inquit p pplm aperte fore si senatus aduersaretur. Et alibi, libenter facturos fore ut ludi maximi fierent. Et rursus, eo quoq; mittendos fore legatos, dixit. Et septimo de Macedonico

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſub pellibus habendos milites fore. Q. Curtius, Seneſcēdum fore tantum terrarum uel ſine Imperio obeunti. Quibus aſtipulatur Plinius naturalis hiſtoriæ ſecundo, Quid fore putandum eſt inquiens. & pluribus exemplis q̄bus omnis hiſtoria referta eſt. Quæ trita & peruulgata in quæſtione mini me dubia referre non neceſſe habeo. Præterq; ueterum authoritates rationes adduci poſſent, quibus ita dici conuenire facile contenderim, ex arbitratu eruditiſſimi uiri. Cū. n. ſubſtātiuum olim uerbū fuerit ſuo, atq; eius īfinitiuū fore: fuiſſe: futurꝫ ēe: &c. eiuſdēq; uerbi nōnulla tpa retinuerimus. adeo ut forem antiquum, & eſſem recentius dicamus. quis prohibet etiam fore atq; eſſe, ſimul cuſtodiri, perindeq; amaturum fore dici, quod amaturum eſſe: Sed cuꝫ nos authoritatibus ueterum inniti debeamus, quibus hæc comperta fuere, quæ pro ratione ſunt, fruſtra in re confeſſa & explorata rationem & admini cula non neceſſaria inquirimus. Si qui tamen ſunt ita latinæ linguæ curioſi, aut aīo tam agreſti & duro, quibus ueterꝫ authoritas non ſatis ſit. poterunt ab his qui iſtiuſmodi res conquiſitius indagantur quibuſq; iſta conſectari cu ræ fuit, hæc atq; his ſimilia perſcrutari.

Pleraq; ueterum Romanorum cognomenta quibus de cauſis indita & denominata fuerint. Caput. IX.

VErum profecto eſt, id quod a multis traditur. Veteres illos non infimæ plebis hoīes, quoꝝ bona fortiq; opera populus Romanus uſus fuit, ex re ruſtica, in qua multū diuq; uerſati fuerant, clari noīs cognomēta ſumpſiſſe. Ex qua re coniectari licet, fortes illos atq; acri ingenio uiros, quicquid a reipublicæ muneribus ocii & laxamenti habebant, id plerunq; in exercendis agris & colendis frugibus ponere cōſueuiſſe. Neq; ſemē tes terræ iacere, neq; uites amputare, aut agros ſtercorare, uel irrigare faſtidio unq̄ duxiſſe, quæ nunc pro ducimus, dedecoriq; & turpitudini damus. Eiuſmodi fuiſſe Piſones quod in pinſendo frumento longo uſu fuerant exerciti. Vel a piſo legumine. Hi. n. calphurniorum proſapia a Numa originē duxiſſe feruntur: Cicerones & Lentuli alteri ob ciceres, alteri ob lentes eximie cultas, generoſum familiæ nomen inuenere, Fabios quoq; a ſatione fabaꝝ ſunt qui autument denominatos, tam & ſi ab Hercule prognatos & ab foūea dictos nōnulli ferant, Sicut Antonioꝝ familia quæ Romæ imperitauit Antonem Herculis prognatum authorem ſtirpis nuncupat: Lactucini q̄d lactucas colerent, & Hortēſii quod hortoꝝ ſtudio tenerent, Stoloni quoq; a pampinatione & cura arboꝝ, q̄d curarent, ne frutices quos ſtolones uocāt ad caudices arboꝝ naſcerentur, nobilia cognomenta inuenere: Ex qua fami

lia, licinius ille ſtolo, primus de plebe Cos. quia filium emancipando fraudē legi fecerat, qua uetabatur ultra quingenta agri iugera poſſidere, ſua lege dānatus eſt. Pilumnos q̄d pilum cōterendo frumento idoneum comēti ſūt: dictos accepimus. Et Serranos q̄d agros ſererent. Vel q̄d ſerenti fuerat delatus honos. Cuius familiæ propriuꝫ erat, fœminas nullo tpe linea ueſte uti: Sicut Cethegis diſtincto amictu & exerto brachio īcedere. Et Flaminiis niſi ſacroꝝ cauſa e ſua domo ignem efferri: Suilli uero, Bubulci, Eupecii, Caprarii: & Portii, Ouinii quoq;, Caprilii, Equicii, & Tauri, a pecudibus & armēntis cognomēta familiæ tulere: Ex quibus claros illuſtreſq; uiros militiæ domiq; multos fuiſſe, fama uulgauit: Rurſus ex corpis uicio, aut mēbri iactura, magis q̄ honeſtamēto plures dicti cognominatiq; ſunt, quos recenſere & breui perſtringere de quibus meminiſſe potuimus, non pigebit, Strabones Peti & Cecī: ex oculoꝝ uicio cognomenta inuenere, Tam & ſi petos habere oculos laudi plerunq; datum ſit, ſunt. n. ad laſciuiam proniores. Sicut Licinii & Limi, alteri q̄d paruis ocellis naſcerentur, alteri q̄d limis oculis intuerētur. Horatio illi qui tuſcoruꝫ copias detinuit ſolus, q̄d alteꝝ in bello amiſit oculum, Coclitis nomē fuit, Quāuis q̄d eſſet unoculus Cyclopem, mox lapſa cōſuetudine pro Cyclope Coclitem appellatum, ferāt: A ſimis uero naribus uel repandis, Silos & Simos, a ſupercilīis Silones, a labioꝝ magnitudine Chilones, & Labeones, a naſo Naſones ab auribus mobilibus Flaccos, a capite Capitones, a frōte Frōtones, dictos accepimus. ſicut a colore, Burros, Nigros, Ruffos, Aquilios & Rutilios, Dixere aūt Siles naribus ſurſuꝫ uerſus repandis, Silones uero qui præminenti ſupercilio forent, Galbas quoq; a colore galbulæ auis credunt denominari. Eſt. n. paſſeris genus luteis pēnis. tam & li a Galbeo indumento aliqui dictos aſſeuerēt: Et Lappas ab inculto capite, & Suras a ſuraꝝ neruoſitate, & Halas a fœdo oris halitu. Coſſoſq; quod rugoſi corporis forent, ſunt. n. uermes ſeu teredines. quos in uetuſtis lignis cum cariem cōtraxere genitos inſpicimus. Sicut Aenobarbos ab æris ſimillimo capillo, multos dictos uolunt. C. Mutius uir clarus genere factiſq; cum Porſenā gladio impeteret, q̄d ſcribam p̄ rege obtruncarat, a clade dextræ manus, quam ſibi ad ignem deflagrauit, Scæuolæ nomen tulit. Inde cognomentum Sceuæ multis Romæ factum eſt. Sceuum. n. græce leuū deſignauit. Plancos etiā & Ploces, q̄d ſupra modū pedibus planis eſſent, Plautis uero & panſis a uola pedum pariter id noīs fuit, cuius familiæ numerat̄, Numatius Plancus uir prætorius & conſularis, qui ſub diſciplina Ciceronis ualit orator lūmus, Sic Valgi, Vari, Vatiæ, Vatini & Scauri, q̄d uarias haberent ſuras, aut cruta pedum intorta, uel q̄d talis præminētioribus forēt. In ſcauris. n. adnumerātur præcipuæ nobilitatis uiri, quoꝝ familiaꝫ in Scauro Mamerco, qui maieſtatis reus cauſam dixit, extinctam fuiſſe uolunt. Ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

Metellis uni qđ Frontem uicta ligatus ambularet, Victato: Alteri qđ fune bres ludos & uiscerationem sine mora exoluendos curauit Celeri nomen datum. Tertius, q̄ a Furio tribuno patris reditum exorauit, Pius cognominatus est. Falconum gens, q̄ pollices pedum introrsus curuatos, falconis instar haberent. Et Sedigiti quod senis plerunq; digitis. Et Tuditani, q̄ malleo simili capite nascerentur cognomen gentiliciæ stirpis inuenere. Tudites. n. mallei a tundendo dicti sunt. Sic Matici & Bronci, Alteri qđ magnis malis & buccis tumidioribus essent, alteri qđ ore sine labiis nascerentur. Capellas quoq; a capillo ꝛ irsucie dictos uolũt. Et Fenestellas, a caluicie. Columellas, a proceritate, Aruinas, a pinguedine, Nasicas ab adunco naso. Et Mãmulas quasi papillosos ab ipsa re denoiatos ferunt. Leccæ quoq; inexhausta libido, & obscenus amor gentilicium nomen dedit. Q uin etiam ex uariis fortunæ casibus multos clara noia sumpsisse inuenimus. Valerio tribuno militũ cum ad singulare certamen, a gallo prouocatus descendisset, qđ pugnãti in galea coruus insedisset, Corui nomen factum. Et. T. Manlius qđ prævaliduum hostem cominus trucidasset, induuiasq; hosti torquẽ detraxisset, Torquati nomen assumpsit, Druso quoq; a duce Drauso pugna singulari uicto clarum familiæ nomen datũ. Rursus Butheones dicti q̄ authori familiæ cum classi prefectus a portu solueret, Butheo auis fœlici omine insedit, quo augurio insignem de hoste uictoriam tulit. Ea. n. Triorches, quod tris habeat testes nuncupatur, Et Lenatos qđ eo uestis genere utebant, quæ χλαῖναι dictæ. Q uorum. M. Popilius Lenas princeps familiæ fuit, qui Cos, & flamen cum lenam indutus sacrum faceret, orto patrum & plebis tumultu, ut erat amictus in forum processit, magnificaq; oratiõe seditionem compressit, & rixam sedauit, Liuio Salinatori qđ in censura ex salaria annona nouũ uectigal statuisset, Sal cognomẽtum dedit: Ex Sabinis uero Claudios ab authore Appio Clauso gentis principe, qui cum multitudine clientum Romã cõmigrauit, deductos ferunt, ex qua familia multi insignes nobilitate & honoribus, contra furores tribunicios, pro patribus perpetui defensores extitere, Huius generis Appius Claudius cognomento fuit, qđ primus classem extra Italiam duxerat & nauali pũlio pugnare docuerat. Dixere aũt caudicem ligno ꝛ aceruum cõpactum & conglutinatum, unde & codices. Ea autem Appio ꝛ familia ab Appii corona quam. L. Appius in Achaia ludis nemeis meruit, originem duxisse fertur, cui postea Neronis dixere nomen, quod sabina lingua fortem designauit, & strenuum, ex qua nõnulli patricii, alii plebei. plebea Marcello ꝛ, patricia uero Pulchrorum fuit, Aurelios quoq; ex sabinis qđ publice his Romæ locus datus foret, ubi soli sacra facerẽt, a Sole nuncupatos ferũt, precq; Auselis Aurelii dicti, Sicut Valesii, Fusii, & Papisii, quondã nũc Valerii, Furii, & Papirii. R. primũ lĩa inuenta. Is. n. Claudius Centimanus,

Centimianus, seu Centimanus fuit, qui librum in iure ciuili cõscripsit, & primus. R. literam Latinis dedit, Papirius a pedum pernicitate, qua uictor omnium suæ ætatis æqualium fuit, cursoris nomen accepit. Alteri ob loquẽdi, tacendiq; in ætate prætextata prudentiam, prætextati nomen datum, Prætexhos Cati qui & Corculi, q̄ usu & sapientia præstarent. Nam catum Sabini acutum dixere. Et Curiones a curis, quibus macilentiores erãt, denominati sunt. Ex qua gente tres p̃cipui oratores, lumen totius senatus atq; Imperii, fuere. Dentatos quoq; q̄ solido osse uice dentium armarẽtur, dictos putãt. Q uo modo Prusiæ regis Bithyniæ filius fuisse ferũ. Q uanq̃ pleriq; aliter sentiant. Authorem scilicet gentis cum primum in lucem æditus fuit dentato prodiisse. Sicut de. M. Curio, &. M. Carbone traditur. Rursus Clodii & Cluentii a Cloante, & Mẽmii a Mnesteo, a Sergesto aũt Sergii. Sicut a Naute Naucii, & Geganii a Gia, Troianis ducibus, q̄ Aeneæ comites, posteuersum Ilium huc applicuere illis progenitoribus gloriantur, fuitq; propriũ naucio ꝛ familiæ ut sacerdotes Palladis fierent, & sacra tractarent. q̄ princeps familiæ palladium Romam attulisse ferebatur. Sic Manilios a Manilia Thelegoni filia, quam Tusculi genuit, Et Cæcilios a Cæculo Prænestẽ cõditore. Et Lamios a Lamo, q̄ Formiis imperitauit, & Calphurnios a Calpho Numæ regis filio, oriundos ferunt, Q uatuor. n. Numa filios genuit, qui oẽs honestarum familia ꝛ nomina dedere, Calphum, ex quo Calphurnios, Pomponem, unde Pomponios, a Pino aũt Pinarios, & ex Mamerco Mamercos fluxisse putant. Calphurnio ꝛ familiam illustrasse dicitur. L. Calphurnius Piso frugi, qui Tribunus plebis, repetũdarum legem tulit primus & ꝓmulgauit. Aemilia gens Mamercum pythagoreum authorem suæ stirpis nuncupat, cui propter eximiam humanitatem, quodq; aĩo, esset æquissimo, cognomen emilos inditũ ferunt, Sicut a Lepore, Lepidi, & Cicurii mã suети appellati, Scipio Nasica, a maioribus naribus, & ob morum temperantiam Corculum. Contra uero, Trebonius quod esset ingenio impotẽs & moribus difficillimis, Asper dictus ẽ. Sic Cotæ ab ira & oris toruitate, qđ acres forent & uehementes. Et insani qđ natura intrectabiles. Atq; Massæ quasi fures. Et Lamiæ quasi uoraces, cognomẽta iuenere. Fabius uero Maximus ex morum clemẽtia, & q̄ nihil illo esset placidius Ouiculæ. Idem qđ Hãnibalem mora fregit, Cunctatoris, & a uerruca in labiis Verricosi nomen accepit. Est. n. uerruca præminens caro, seu tuberculum, Alter qm̃ sordidæ intemperãtiæ foret, & profusa largitione patrimonium prodegerat, Gurgitis. Sicut Nepotes, qui attritis facultatibus, uino, alea, & scortis patrimonium exhausere, appellati. Tertius q̄ salutis ædem pinxit, Pictoris. Alius Ambustus, cuius filia Licinio stoloni nupserat, ex qua familia, quod nulli contigit, uno uelut tenore tres principes senatus fuere, Fabius scilicet Ambustus: Rutilianus, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gurges, ꝓcellenti ingenio uiri. Is aũt Ambustus, ꝙ adolescẽs ictus fulmine deflagrauit. idemq; Pullus, postea Rullus nominatur. Fuit queq; Fabius cognomento Venox. qui Censor cum Appio Claudio ob inquisitas aquæ uenas, Venocis nomen accepit. Et alter Rutilianus, cui primum ob uirtutẽ Maximi cognomen datum, qui magister equitum a Papirio dictatore, pene securi percussus est. Duos. n. Maximos populus Ro. præcipue cognominauit. Valerium qui plebem patribus conciliauit, & hunc Rutilianũ. Post quẽ Pompeius astipulante Sylla, Magni nomen accepit. Nec me preterit. Celones quod celo matris utero in lucem prodiissent. Sicut Cæsares quod est Iuliorum familiæ cognomentum: uel quod cum cæsarie nascerentur: seu quod auus. C. Cæsaris elephantem occiderat: qui punica lingua Cæsar dicitur: nomina inuenisse: cuius familiæ proprium dicunt fuisse: ut sacra Apollinis curæ habeant: eiusq; ministri fiant. Iulos uero a prima barbæ lanugine pleriq; dictos autumant: ἰοὺλον. enim græci primam in mento dixere lanuginem: & Agrippas ꝙ contra nascentium legem, pedibus prius ex utero emersis nati essent: quasi ægre partos nuncuparit: Quod omen infælicitatis fuit: Sicut ꝙ ex utero haud magno negocio & proniori partu effusus foret: fœlix auguriũ affert. Et Vopiscos: cum ex gemellis uno defuncto: alter superuiueret: Et proculos qui foris agẽte patre: ac Posthumos: qui post patris obitum nati eẽnt: & Cordum qui sero & postremus: atq; Opiter qui patre mortuo: auo uiuo editi forent: dictos existumarũt: Cornelius qui Scipionum nomen propagauit: qđ patrem lumine orbum: pro baculo regeret: uelut hastili nixum Scipio fuit appellatus: Et Cincinnatus qđ esset capillo incompto: & Roscius qđ exactæ uirtutis & consumatissimus foret: Cum. n. Roscius Gallus histrio nulli secundus: supra oẽm memoriam absolutissimæ mimmum ageret sicut Pollus apud Græcos. si quem uirtute præcipuum & artibus præcellentem uidebant, Roscium hoc est: miræ & perfectæ probitatis nuncupabant: Sic Piso qđ in oi re cõmodus foret: utilis & fructuosus: Frugi est: cognominatus Scrofæ uero & Asinæ unde sint cognomenta uulgo proditum est. Siqdem alter cum uades daret: asinam onustam auro in forum duxit. Alter supposita uxore puerpera quam depeculatus fuerat, scrofam se non habere mentitus fuit: Seu quod Varro tradit: qui primus gẽti nomen propagauit, cum questor in macedonia relictus foret in castris: hostesq; impressionem facerent: palam uociferatus est: celeriter se illos ut scrofa: porcos dilaturum: quod & fecit: unde nomen assequi meruit. Proditum ꝙ memoriæ est: Cornelium Rufinum qđ ex præscripto librorũ Sybillinorũ ludos fecerat: Sybillam primo: mox annis intercedentibus Syllam appellatum posteris nomen propagasse. Et militem qđ fronde coronatus: militaria gessit facinora: Frondicii nomẽ dedisse. Sed iam longius euecti sumus, q̃ statueramus. Itaq; ne longius legentes

fatigemus

fatigẽmus, ne ue pluribus moremur studiosos. De his hactenus dixisse satis sit. Hoc quoq; non fuerit ab re meminisse. Pleraq; cognomenta Romanis ex piscibus fuisse dita. Nam Murenas, & Oratas, uel ꝙ pisciũ eius generis uiuaria q̃ amplissima haberent magno fœnore, uel ꝙ eo edulio præcipuo uescerentur, pleriq; dictos uolunt. Tam & si: Murenam a neruoso corpore, sicut Neruam a fortitudine multi denominari dicant, Fœminasq; Romanas duo tantum noia ferre, mares uero tria, sæpius quatuor. prænomen, cognomen, agnomen, & nomen. Idq; nobilitatẽ generis monstrare. Q đ ꝙ rarenter, mulieres prænominibus utebant, mares uero frequentissime. Nãq; cognomen, & agnomen mulieri non dabatur. Q đ nobis cum frequenti lectione id obseruaremus, ita esse, propemodum usum fuit.

Quare partus ancillæ, cuius usufructus legatus fuit, in fructu non sit, cum reliquorum animalium, contra fuerit. Caput. X.

INter cõtentiones forenses quondam summa dissentio fuit. An partus ancillæ, in qua ususfructus legatus ẽ, in fructu sit habendus, ita ut in eo sicut in ancilla usustructus maneat. Vetus questio fuit, inter consultissimos uiros. P. Scæuolam, &. M. Manilium, a quibus Brutus, sũmæ auctoritatis uir, qui inter iuris peritos, multum, lõgeq; præstitit, &. M. Cicero iure meritoq; dissentit. Verba Ciceronis de finibus bonorum primo, si recensere ea quis uellet, ascripsi. An partus ancillæ sit in fructu habendus, differetur, inter principes ciuitatis. P. Scæuolam, &. M. Manliũ. ab hisq;. M. Brutus dissentiet, ꝙ & acutum genus est, & ad usus ciuium non inutile. Nosq; ea eorumq; scripta, reliquaq; eiusdem generis & legimus libẽter, & legemus, hæc quæ uitam continent omnem negligentur. Hactenus Cicero, Manilius, & Scæuola, in fructu ancillæ partum esse dixere, ea de causa, qđ sicut in cæteris animantibus quæ in manu, mancipioq; sunt, illorum fœtus in fructu est. Siquidem pecudum legato usufructu soboles ex pecudibus postea natis suffecta, perinde accedit legato, & in fructu habẽt, ac si una cum pecore legata fuisset. Ita ancillæ legato usufructu, pari exemplo partus ancillæ in fructu esse uoluere, pluresq; iureconsulti in hanc sententiam concessere, a quibus tamen Brutus grauis author in primis, certioribus argumẽtis dissentire haud imerito usus fuit. cuius sententia postea obtinuit. Non. n. sicut in sobole pecudis pecus enatum, nexu obligatur & in fructu est, ita ancillæ partum in fructu esse, aut in ius, dictionemq; uenire, censuit. Quippe pecore legato, ipsum pecus & sobolem tanq̃ pari nexu obligatam accedere, & in fructu esse consentiunt oẽs. Sed in fructu hominis, homo inquit eẽ nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest, Permagnicq; interesse an pecus ex pecore, uel homo ex serua nascant. Cum.n.ex serua natus sui potens nō sit, nec alieni iuris aut dictionis fiat. Sed in seruitio & famulatu domino ita addictus, ut sine domini iussu perthissu ue in ius alterius uenire, aut mancipio, nexu ue obligari non possit. Ideo ancillæ partus, in ius ministeriumq; usufructuarii non uenit: Sed uelut mancipium domino addicitur. Quod in pecore enato secus dici conuenit. Siquidem pecus enatum, cum in manu & fructu sit, una cum pecore legato tanq̄ adiectū perinde manet, ac si una legatum eēt: Aptissime cōmodissimeq; Brutus magno ut fuit ingenio ab hoīe pecus seiunxit. Sed sicut hoc peracri iudicio, non inepte ab altero discreuit, & diuersum arbitratus fuit. Ita cām ego tam uariæ decisionis, a ueteribus iureconsultis libenter quæsierim, Cur, Areæ usufructu legato, si in ea, Insula erecta foret, ea postea demolita, in eadē met Area mihi usumfructum manere Paulus & Vlpianus censuerunt, non aūt econtra, nāq; ædium usufructu legato, illis demolitis, licet alteræ suffectæ sint, in eis tū mihi nullum manere usumfructum constans omnium opinio fuit. Et taq; & si rationis huius diiudicandæ non prompta animaduersio foret, cōstitit tū grande discrimen subesse. Quod demolitis ædibus solum & area quæ prius fuit, manet, in qua mihi ususfructus incolumis & certus est. Aedibus uero demolitis, q̄uis alteris inibi suffectis, non eaſdem censeri conuenit. Ideo cū aliæ non æedem dicantur, usumfructum propterea non deberi, iure meritoq; putarunt.

Miracula de somniis apud nonnullos cognita & comperta. Et quæ ipse expertus fuit. Caput. XI.

IVnianus Maius conterraneus meus uir bene litteratus, in exquirendis, adnotandisq; uerborū & sententiarū uicibus multi studii fuit. & præterq̄ q; in eruditionis iuuenculorum animis, imbuendisq; doctrina pueris castigatissimæ disciplinæ. Somniorū quoq; oīs generis ita uerus cōiector fuit, ut ipsius responsa diuina fere monita haberentur. Ad eum memini cum puer adhuc essem, & ad capiēdum ingenii cultus frequēs apud eum uentitarem, quotidie somniantium turbam, hominesq; celebri fama & multi noīs, de somniis cōsultum uenisse. Declarabat definiebatq; ille, nō breuiter q; suboscure, ut pleriq;. Sed exposite atq; aperte enigmata somniorum, siue boni, siue mali prenuncia, ita apte, ut iudicium factum a uenidico diceres. Multi quoq; illius monitu, uitæ interitum nonnunq̄ animi egritudines uitarunt. Sed quod illi interprete Iuniano asiequebantur, animaduerti quosdam haud quaq̄ summæ nobilitatis, sed hoīes tenuissimos & sortis infimæ, absq; ullo interprete

ullo interprete assequtos, & somnio tantum præmonitos īminentem cladē, aut futurum exitium, & pleraq; incōmoda uitasse. Verissimaq; qualia futura uiderant somnia extitisse, qđ genus græci ὁράματα, hoc est uisionem dicūt. Nuper in Vesuuino meo familiaris meus quispiam fuit, homo alioqui exiguæ sortis, obscurus & egens, sed tamen spectatæ fidei, & exempli recti, q̄ cuium greges custodire solitus, cum esset grauior annis: & ualetudine nō bona, eam curam unico, quem habebat filio, delegarat. Accidit, dum procul a stabulo ipse, & filius sub paruulo lare noctu decubarent, ouem quandam a lupo circūuentam sibi in somniis obuersari, illiusq; dentibus opprimi, & lacerari uisam, quo somnio expergefactus senior, filium qui una decubabat, excitauit, utq; ad gregem propere accederet: acclamauit: nanq; ouem: cuius etiā nomen referebat: a lupo circūuentam dilaniari dixit. Qui cū illuc excitatus pergeret, eandem: quam pater prædixerat: ouem a lupo lacerari, atq; oppressam inuenit, ueritissimumq;, & quale pater prædixerat, insomnium expertus fuit. Matrona insignis multi & celebrati noīs dū Neapoli degerē referre mihi solita est: q̄cunq; in somnis imaginē uidisset, eandē sibi postera luce repsentari: Eaq; magnæ admirationi apud reliquas matronas fuit, q; sæpius quæ sibi diebus uētura erant, somnio monita futura prædiceret. Sed præ oībus quæ notauerim, res est memoria & admiratione digna quā ego nuper expertus sum, & reprobaui. Iacebat in lectulo Marius alumnus, & cliēs meus, cuius ego ingeniū & aī indolem sæpe demiratus sum. Is cum p quietem matrem defunctā efferri, & funus apparari uidisset, grauissimos gemitus, & lugubres quærelas: q̄uis somnio cōfusus edebat, quem cū excitari iussissem: & cām tam luctuosi gemitus requisissem, rettulit matrem uita functam sibi p quietem uisam efferri: & funerari. Obseruaui ego diem, & tps quo species hæc obuersata fuerat, notaui. Haud multo post, nūcius defunctæ matris ad me uenit, a quo cū diem requisissem, conuenit ipso die quo mater per quietem efferri uisa fuit, illam e uita excessisse. Quibus exemplis admonemur: ut esse præscita quiescētis animi, & diuinationes: humanaq; mentis præsagium, quasi uaticinium futurorum diuinitus mortalibus datum per somnia, credamus.

Quæ forma Castrorum: qualisq; disciplina olim fuit, & quot portæ in Romanis castris esse consueuere. Caput. XII.

QVibus castrametandi scīa, & idonea castris loca eligēdi nota & pspecta cognitio fuit, cuius rei gloria Pyrrho Epirotæ pcipua fuisse tradit, quicq; militaris disciplinæ pcepta diligenter exequti sūt: hoc ānotasse lris accepimus: ut p loci q̄litate: ubi castra metāda forēt: pq; angustia, & laxitudine: aut militari multitudine, ita se Duces castris capiēdis īsinuent. Sed neq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

eadem figura & habitu. Neq; eisdem in locis semper castra metari oportere: recte arbitrati sunt. Siquidem modo quadrata, modo trigona, plerunq; rotunda, ex disciplina Lycurgi qui ita castrametari docuit, nonnunq̃ lunata, & hemicycla castra habere. Interdum planis, & patentibus campis, nunc arduis, & accliuis in locis, plerunq; demissa ualle: nunc in colle edito, & summo iugo castra communire. Nonnunq̃ rerræ situ difficili, & impedito saxis præruptissimis loco munito, ut si qua maior uis ingruat milites in tuto sint: & sicut loci natura, tempusq; patitur, castra & munitiões extendere, ut oportuna aquatio, ne siti, & lassitudine conficiãtur, ut lignorum, ut pabuli copia sit, ne commeatu, ne ue re frumentaria prohibeantur, haud paruum munimentum esse putauere. Præcipue cauendum, ne collis, aut iugum immineat, unde prospectus castrorum, & subita incursio fiat, ne ue sylua densa, aut latens fossa, uel sinus occulti iaceant, unde latebræ hostium, & insidiæ parari, aut tacito speculatu pericula oriri possint. Portæ quoq; castrorum, ut pro amplitudine, pauciores potius, q̃plures construantur, esse cum facilius: tum etiam utilius. Idq; percommodum fuisse & salutare. Tam & si in Romanis castris multiplices aliquando portas nonnulli exemplis annotarint. Q uod ideo seruatum est, ne quid eruptionem subitam in hostes demoretur, utq; omnibus portis effusus equitatus uno impetu in hostes diuersi irrumpant. Sed tamen ubi amplissima erunt castra, & q̃uis late fusa, ibi quattuor ad summum portas constitui conuenire. Minora uero, & angusta duabus contenta esse debere, omnes ferme consentiunt. Q uarum sicut nomina distincta, ita dissimilia fuere munia. Prima enim pretoria quæ & quæstoria dicta est. Siquidem in Romanis castris, & prætorium Ducis, & quæstorium fuit, prout prætor, aut quæstor castris, & legionibus præerat, quæ uel orientem solem spectare, uel e conspectu hostium dirigi consueuit. Q uod eo fit, ut si quando ad arma conclamatum foret, sine tumultu extra castra cõtrahi multitudo, & explicari ordines, signaq; educi possint. Etenim ubi acie decernendum erat illinc cohortes educi, & copiæ admoueri solebant. Vbi etiam militum statio composita, instructaq; ad subitos conatus esse debebat, cui etiam Principali nomen datum. Altera a tergo castrorum Decumana, eo quod ampla & patens, ex qua desertores, & facinorosi in quos iure militari animaduertendum erat, educuntur, & pœnis coercent. Tertia Principalis ex qua principes, & sũmi duces uelut ex postico si qñ usui foret, opem suis laborantibus ferre, ordines tendere, & milites educere consuerant. Via quoq; quæ ad portam ferebat Principalis dicta est. Q uarta post ptorium: Q uintana dicit. Q uippe per eam cõmeatus in castra cõuehi, & rerũ utensilũ copia uenalis exponi. Inde ẽt merces ad usum militaris multitudinis, quæq; bello usui forent ĩportari: & exportari solitæ. Hoc quoq; iter exẽpla

relatum est. Q uod & Fabius Maximus, & pleriq; imperatores præcipiebant, exercitum itineribus, & locorum mutatione crebro fatigari potiusq̃ uno in loco ĩ castris sedere, esse cum tutius, tum ad disciplinam militarem nobilius. Id quod Cyrum apud Xenophontem nouimus factitasse. Q uãuis nonnulli castrorum crebram mutationem præseferre turpem fugam, & exercitus alienationem duxere, fuitq; præcepto militari obseruatum: ut uigiliarum uices tubæ in castris per interualla significent. Ẽt si quando hostes in conspectu sint, pro portis castrorum singulæ stationes, & expeditæ cohortes dispositis excubiis: instratis equis, frenatisq; pro uallo excubent, ut omnia militari custodia, uigiliisq; tuta, firmaq; sint, ne paratis insidiis, & omni aditu pspecto: nudata custodiis: stationibusq; castra hostes adoriantur: & nec opinantes inuadant, cedibusq; & rapinis pateant. Paulus uero Aemilius ut attentius custodiæ contra somnum repugnarent, nocturnas uigilias sine armis fieri, & inermes milites uigilare iussit. Q uod multi postea duces exequi magno studio curauerunt. Tam & si ueteri exemplo: stationes: uigiliæq; diurna, nocturnaq; munia ab armatis in castris fierent. ita ut ferant militem quia uallum non accinctus gladio, & alium quia pugione tãtum accinctus foderet, capite luisse. Arma enim ueteres membra militum duxere. Ferturq; Epaminundas cum custodias, stationesq; circuiret, ut disciplinam exemplis stabiliret, sopitum militem gladio transfixisse: asserens quod qualem inuenerat talem reliquerat. Augustus quoq; manipulares milites statione deserta, & Centuriones morte mulctauit. C. uero Cæsar ut ad subitos conatus dispositа præsidia haberet: duas sæpe legiones pro castris excubare iussit. Vtq; in disponendis castris tendentium ordines & descripta, suis quæq; partibus loca ac iusta itinerum interualla distincta sint. Vtq; Tribuni militum in principiis iura dent, indeq; milites signum petant, ac in stationes, & uigilias eãt. Etiam ut in prætorio imperatoris tabernaculum quod augustale dicitur tẽ dant. Ibiq; pro tribunali sedere, classicumq; apud eos cani, quotiesq; dimicandum foret pugnæ signum ab his tribuni petere debeant. Cyri uero tabernaculum apud Xenophontem hyeme pariter: atq; æstu orientem uersus: aut in castrorũ medio: qd locus munitissimus foret: statui consueuit. Ea enĩ regio summis ducibus dabatur. Alexandri magni tabernaculũ statuæ circũcingebant, in quo traditur mirum, cũ ad Oxum amnẽ statueretur, fontẽ matis olei scaturisse. Philippus aũt pro uallo castrorũ: nõnunq̃ in conspecto maxime tumulo: tabernaculũ fixit. Q uæ quidem ex corio: & pellibus: modo ex saccis: aut ciliciis pilis cõtextis cõstruebant. Numidæ ex calamo & stramẽto: Nomades centonũ instar tectoria intexebãt: multi ex tabulis & cratibus: fuitq; more nouicio seruatũ ut ĩ principiis castrorũ: aut iuxta tabernaculũ ducis templum uel ædiculam simili exemplo milites construant: intra quam signa

Universidad de Deusto
Biblioteca

& aquilam uenerarentur & seruarent, unde cum opus esset extra castra edu-
ci possent. Illud quoq; notatum per exploratores centurionesq;: Romanos du
ces: prius explorato & præuiso locum castris ante capere consuesse. quotiesq;
motis castris loca mutanda forent militari more, uasa prius cõclamari & col-
ligi, utq; itineri sarcinas aptent: admoneri: nequid ignari imprudentesq; præ
propera festinatione prætermitant. Vallumq; castrorum ex cespite aggesta
humo, aut mole & aggere contra fluminum impetus: non nunq̃ ducta in-
genti fossa uel lapidum congestis molibus, plerunq; arboribus obiectis
pro ut materia suppetebat a tyronibus præfecti castrorum iussu, communi-
ri. Q uæ quidem fossa persæpe fuit duodenum pedum, & si detur occasio-
ri. Q uæ quidem fossa persæpe fuit duodenum pedum, & si detur occasio-
latitudine q̃ amplissima ne quis illam & munitiones transcenderet. Val-
lum uero tantæ crassitudinis quod nullo telo: nulloq; tormento traici pos-
sit. Q uæ quidem munimenta si quando hostis propinqus foret, firmis sta-
tionibus dispositis, ut armati inermes & operi intentos tuerentur fieri sole-
bant. Germani tamen & Gallorum pleraq; gens, pro uallo dispositos ha-
bebant currus, mutuo nexu. Romani in magno discrimine, nouo munimen
tigenere clitellas & coniectas sarcinas pro aggere opposuere. Cæsar ad Mun
dam, cum materia deficeret: cæsorum hostium factis aggeribus & humano-
rum corporum strue castra uallauit. Nicias uero dum ad Syracusas sedet, cũ
esset pro uallo pugnandum, incendio machinarum: quibus castra uallauerat,
hostium uim propulsauit. Q uodq; in castris romanis postq̃ uallo fossaq;
communita sunt, equo incedentem militem nisi cum acie dimicandum foret,
haud facile perspectum esse. Neq; longius a tubæ auditu, nisi imperatoris aut
Tribuni iussu militi extra munimenta abire licuisse. Q ui contra fecerat in
eum militaris animaduersio erat. Idq; ideo cautum, ne uagi milites solutio-
re cura obambulantes in hostili solo temere progressi, cædibus essent & pe-
riculis obnoxii. Q uodq; mulieres in castris interesse, aut cum militibus tur-
pi consuetudine uersari non decebat. Mulieres enim castra sequi apud maio-
res magnæ turpitudinis erat: & seuerissimæ animaduersionis. Q uare Scipio
Aemilianus maximus imperator, & qui imperatorias artes callebat, bello nu
mantino collapsam militiæ disciplinam & dissolutum morem, in omne ge-
nus licentiæ, eiectis multis millibus scortorum restituisse fertur, ad opusq;
milites traduxisse, stantesq; prandere coegisse & cocti nihil uesci. Metel-
lus in Africa lasciuientem exercitum & prauis moribus institutum corre-
pta castrorum disciplina emendauit. Alexander quoq; Macedo depulsis
pistoribus: & cocis: ad prandia itinera nocturna: ad cœnam cibi: uiriq;
parcitatem se habere dixit. Q uibus disciplinis imbuti milites in fide
& officio mansere: Sæpissimeq; fuisse perspectum, quod in quibus
locis hostes castrametati fuerant, inibi Romani exercitus, eadem

castra operibus septa habuere, tunc præcipue cum hostium uestigiis inhærẽ
do, illos haud facile assequi poterant. Q uod ne fieret, salubri consilio prou
sum fuit, ut abituri milites uetera tabernacula & munitiones incẽdant, ne qñ
illa hostium receptus forent. Erat quoq; uetus constitutum ut quoties duo
simul Coss. Prætoresue, contra hostes, duos consulares exercitus, multasq;
legiones ducerent, quo facilius tantæ multitudini præessent, diuisa castra, co
pias, & præsidia haberent, & munia belli partirentur, ne cõfusa imperia & de
creta ambigua forent. Q uod æuo succedente, a Domiciano uetitum fuit. Is
enim geminari legionum castra ꝓhibuit, sub unius imperio & unis castris,
satius regi milites arbitratus, Horæ castrorũ formam in locis cõpluribus etiã
nunc extare, uallique & fossarum altitudines, & ægregias munitiones firmo
munimẽto relictas, nos recentissima memoria uidisse, & singulas portas ad
notasse. quæ species, illius ueteris instituti, magnum nobis documentum fu
it, libenter meminimus.

Q uot cognominibus Fortuna dea apud Romanos cognominata, & qui bus templis donata fuerit. Caput. XIII.

INter numina pleraq; quæ ueteres habuere, olim a Roma
nis fortunam eximie cultam, scriptum in antiquitatibus &
traditum est. Idq; ex eo cõiectari licet, qd̃ plures illi ædes fu
isse, ac diuersis noĩbus deam denoĩari, uulgo ꝓditum est.
Primus enim Ancus Martius fortunaꝫ uirili cognomẽto
dedicauit. Vt uero plures, certioresq; Seruius Tullius par
uæ fortunæ ædem consecrauit primus. In qua æde signum sua prætexta or-
natum dedicasse, & longo tempore mansisse incorruptum, authores tradũt.
Causam fuisse crediderim, qd̃ tenuis ipse & parui cultus, ut tum res erant,
quodq; ex captiua natus fortunæ beneficio regnum assequutus foret, pro-
pterea templo illam sacrasset, proq; dea coluisset, tãquam gratiam meriti fer
ret. Q uam quidem ita cumulatissime rettulit, ut non una æde illam recepis
se, aut cõsecrasse satis fuerit. Siquidem regnum assequutus, Fortis fortunæ,
Primigeniæ, & Masculæ, mox Prosperæ & Virilis fortunæ templa eundem
erexisse, fama uulgauit: Q d̃ quidem Fortis fortunæ templum extra pome
riũ fuisse in hortis a Diuo Cæsare Ppl'o legatis iuxta Tyberim, mox Tiberii
tpe dicatũ. Primigeniæ uero ĩ colle Q uirinali, authores memorãt, quã ædẽ
Domitius p̃tor urbanus postea dedicauit, licet alterã Primigenæ ædiculã. P.
Sẽpronius Cos. scdo punico bello uouisse, & uoti reus dedicasse ferat. Extat
q; uetex mõumẽtis: eũdẽ Seruiũ Primigeniã & Obsequẽtẽ fortunã ĩ Capito
lio sacrasse, Illamq; p̃cipua religione coluisse. Prospæ uero in foro boario fuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Virilis autez Fortunæ templum extra urbem ad Tyberis ripam, in qđ mulieres quæ dabantur nuptui frequentes uentitabant, & corpore inuelato singula membra, ne quo morbo, uicioq; affectæ forent, aut labe aliqua tenerẽtur, detegebant. Aucto postea imperio, cum de Veientibus Carulius Cos. triumphasset, aeriscq; grauis trecenta nonaginta millia in ærarium detulisset, de reliquo quod ex manubiis & oi preda exactũ fuit, Fortis Fortunæ ædem ꝑpe illam quæ a Seruio Tullio dicata fuerat, faciendam locasse. T. Liuius author est. Cuius dies annua octauo Kls Iulias colebatur, quo tpe Hasdrubal periit, & Masinissa Siphacem bello uicit. Muliebris uero fortunæ Fanũ Latina uia quarto ab urbe milliario, in quo loco, Coriolanus, matris præcibus siue Imperio adactus, ab urbis excidio temperauit, Romæ consecratum, dedicatumq;, haud ferme quisq̃ est qui ignoret, cuius simulacrum non semel humanam emisisse uocem ferunt. Fuisse quoq; Viscatæ fortunæ templum, ꝙ eius illecebris multi capiantur denominatæ. quin etiam Equestris iuxta lapideum theatrum, ad qđ. Q. Fuluius Flaccus ex Laciniæ Iunonis templo marmoreas tegulas detulit, quæ mox ob religionem eodem relatæ fuere: Ac Bonæ, Reduci, Euelpidi, & Atropheæ, nec nõ Cõuertenti, Benesperãti. Propriæ Virgini & Seyæ fortunæ templa, non uno tpe constructa. multi asseuerant. Tam & si equestris fortunæ ædem Romæ nullam fuisse aliqui contendant, nisi apud Ancium. Hanc ædem fortunæ Seyæ, a Seruio Tullio antea erectam ex phengite lapide, mirifico opere Nero princeps instaurauit, ita ut foribus opertis diurna ibi lux uideretur, in qua Seruii Tullii simulacrũ tecto uultu, toga super iniecta diu mansisse dicitur, quasi ut lateret fortunæ dedecus qđ serua natus imperitaret. Conuertens aũt fortuna ꝙ hoies ludificatur, quodq; per oia humana agitat, ac paruis momentis magnas facit mutationes, in eodemq; uestigio nunq̃ diu stat, dicta, denominataq; est, quæ a græcis. τύχη ἐυρίποσ quasi æstuãs dicta. Legitur quoq; fortuna Calua, quæ sub tecto noiare, religio nõ sinit, & fortuna Respiciẽs, cuius ædes iuxta templum Iouis Victoris erat. Et Fors fortuna quæ ædem Trãstyberim habuit, & fortuna Propria cuius delubrum in Palatio est, Et ad portã Collinam fuisse tres fortunas, de quarꝫ noibus ambigitur. Aedem quoq; fortunæ intra portam Carmẽtalem, & Malæ fortunæ Exquiliis. ubi sacellum larium fuit, sub idem tempus dedicatas inuenimus: Hanc, quæ intra portam Carmentalem sita erat, qñq; incendio absumptam, Triumuiri reficiendis ædibus a solo collapsam refecere. Illam uero quæ in Exquiliis, nõ ut opem ferret, sed ne obesset, sicut Febris fanum & plæraq; numina Romani persancte coluere. Eius uero simulacrum manu altera cum cornu copiæ, altera gubernaculuz geminum uersans effingebatur. Nõnulli habitu fœmineo furenti similem cecam & exoculatam sup uolubile saxum effinxere, quod nullo delectu opes

ad malos & indignos conferat, quodq; uaga inconstans & instabilis foret. Quare Apelles fortunam sedentem effinxisse dicitur, eo ꝙ nunq̃ staret. sed quos fouisset indulgenter, mox de gradu deiiceret. Aliqui sine pedibus illam exculpsere, sed manus & pẽnas tantum adhibuere. Vt si manus porrigeret, pẽnas cõprehendere non sineret. Bupalus uero fortunæ simulacrum fecisse dicitur primus, Polum habens in capite, & altera manu cornu Amaltheæ. Alii uitreã, ꝙ pũcto tpis frangitur, statuere fortunam. Cuius simulacrum ex auro fabre factum uelut sacratissimum in cubiculo Imperatoris poni, & post obitum in successoris tabernaculum trãsferri, Spartianus memorat. Fuitq; obseruatum, illos qui fortunam religiose colerent, magnis sæpe incrementis auctos, qui uero minimo cultu, aut despectui habuissent, pluribus incõmodis fuisse dehonestatos. Propterea Timotheus Cononis filius, qđ fortunæ successus sibi ascriberet, neq; illi, ut par erat, gratiam ferret, licet magnus Imperator, de gradu deiectus, & infœlici pugna uictus, atq; in exilium actus fuit. Galbæ quoq; qui fortunam Tusculanã torque fraudarat. Illumq; Capitolinæ Veneri dedicarat, in somnis fortuna quæri uisa ẽ, qđ se ꝑmisso fraudasset, breui se quoq; erepturam quod dederat, ĩterminata est: qđ mox fuit sua morte subsequutum. Sed qđ de Mala Fortuna & Febri. Idẽ de Prosuerta & Prosa, quarꝫ Romæ duæ aræ fuere. ac de Veiove, Timore & Pallore, atq; Auerrũco & Rubigo Diis, dictum accepimus. Siqdem huiuscemodi numina, nequid obessent, ne ue aliquid afferrent incõmodi Romani persancte habuere, quos cane, & oue placabant. Fuit. n. Veiouis ædes inter Capitolium, & Arcem inter duos lucos. Febris uero fanum triplex. Vnum in capite uici longi, alterum in Palatio, tertium iuxta mariana monumenta, cuius adhuc extare uestigia, pleriq; asserunt. Quæ numina a Græcis originem duxisse crediderim. Quippe Athenienses Cõtumeliæ & Impudicitiæ aras sacrarunt, ut a contumeliis, & ꝓbris auerterent. Lacedæmonii, Morti, & Timori, atq; aliis affectibus templa dicarunt. Misericordiæ quoq;, Pudori, Famæ, & Appetitioni Athenis uisuntur aræ. Romani Vitulinam deam, qđ leticiæ præesset, magno cultu semper habuere. Etiam Paupertatis, & Senectæ apud Gades sacella ostenduntur. Et Oethei Herculem Chonopionem, ne ꝓuinciam infestam culicibus redderet, uenerati sunt. Nam Culices Oethei conopas uocãt. Sicut de Apolline Calciario ꝓditum est, qui in actica colebatur. qđ infestos culices ex agris propulsaret: Et Hyppothonus Iuppiter apud Herithreos: Et Heretribius Apollo apđ Rhodios habent maximi. Heretibã. n. Rhodii rubiginem dicunt. Bœocii quoq; Apollini Pornopioni sacra facere dicũtur, ne muribus ꝓuinciam redderet obnoxiam. Apud eos. n. mus Pornopios nũcupatur. Et tam & si fortunæ præcipuum numen Romæ fuerit, nõ minus tñ apud alios culta, celebrataq; est. Nã Ferentano in oppido, & in Algido,

Universidad de Deusto
Biblioteca

atq; Antii Equestris fortunæ templum, & alterum Prænestæ, satis uetustũ & multa religione inclytum uisebatur, ubi sub imagine duarum sororum co lebatur, ex quo consulentibus certa edi oracula putabant, ubi sortes primuꝫ a Numerio Suffio sitas fuisse, fama fert. Sicut Lyciæ fons sortes antiquissimis characteribus, qbus futura p̃noscunt, emittere traditur. In Euboea quo q; Rhãnis urbs fuit, in qua fortunæ templum habebatur maximũ & multis cerimoniis sacrum. Præ cæteris aũt Syri fortunam impensius coluisse feruntur, cuius simulacrum ad orontem summo ingenio & arte, ut Pausanias ait, a Sycionio Eutychide effictũ erat. Sicut Athenis in Prytano simulacꝛe ἀγαθῆς τύχης, supra omnium sæculorum memoriam insigne colebatur.

Quoties Opima spolia cæsis hostium Ducibus Romæ relata fuerint, & quoties Iani templum clausum sit. Caput. XIIII.

OPima spolia, quæ Regibus, Ducibusq; hostium cæsis, Iouí Feretrio in Capitolium ferebantur, ter solum a Romanis Ducibus, qui fortem, strenuamq; operam reipublicæ nauarunt, delata fuisse comperimus. Prima Romulus urbis author & parens de Acrone Ceninensium Duce, post raptas Sabinas detulisse fertur, quo tpe Iouis Feretrii templum dicauit. Fuere.n. Ceninenses ex Sabinis, latio propinqui, qui una cuꝫ Crustuminis & Antẽnatibus ob raptarum contumeliam, cõtra Romanos primi sumpsere arma. Iouis uero Feretrii templum fuit in uertice Capitolini montis, exiguum sane & angustum, sed religione sanctum, & propter uetustatem longe primum. Neq; magno post interuallo. Cor. Cossus Dux ea tẽpestate inclytus secunda detulit spolia de Larte Tolũnio Rege Veientũ quẽ acie uicit & manu confecit. Veientes.n. gens Etrusca fuere, cum qbus, & Romanis multiplici bello, & prope assiduis cladibus de Imperio sæpe dimicatũ est. Tertia Claudius Marcellus manu strenuus & bonus Imperator, de Viridomaro gallo Duce, seu Britomarto apud Clastidium uicto, Opima spolia reportauit. Cum Gallis.n. & Romanis ad internecionem, & sæpe mate atrocissimo dissensum est. Sed hi insubres fuere accolæ alpium, qui post senones arma contra Romanos, tunc & sæpe alĩs moliti sunt. Feretrius uero Iuppiter, uel a ferendo, seu feriendo dictus, quasi ut ducem dux feriret, se propitio & iuuante effectum sit. Ex cuius æde, si qñ fœdus ferire, aut pacem feciales inire uellent, sicut ex Capitolina arce uerbenam, & gramẽ cum terra euulsum, ita lituum, & lapidem silicem, quo fœdus percuterent, sumere mos erat. Opima uero uel ab opibus, ut ait Varro, uel ab inuicto opere, cũ uictoribus tantum laudis accesserit, nomina sumpsere. Seu q; fidei proprius est. Opima

est. Opima ampla dici, sicut opimam prædam, & opimum bouem dicimus. Hæc nisi duces, regesq;, quoꝝ auspicio res geruntur, suismet corporibus dimicãtes, hostium ducibus detraxerint, necemq; & exitium intulerint, haud quaq̃ opima dici uoluere. Fuere qui crederẽt: Ioui Feretrio spolia opima Prima trecentis assibus: Secunda Marti, octuaginta: Tertia Quirino assibus centum: ex cõmentariis nũmæ præmio constituto: fuisse consecrata. Sed admonuit me huius rei mentio, uenitq; mihi in mentem, id quod ueteꝝ monumentis extat, ter quoq; templum Iani, pacatis undiq; populis: ocioq;, & pace compositis, q̃diu Romana res stetit clausum fuisse. Ex qua re cõiectari licet: Romanos a gerendis bellis, & strepitu armoꝝ: parum ociì: & laxamẽti habuisse: atq; ideo militari usu assiduo: manu promptos: fortesq; bellatores euasisse. Semel a Numa templum Iani clausum fuit, per id tempus quo Romæ regnauit: annis fere quattuor & quadraginta: quo tempore Ianum ad infimum Argilæti indicem belli: pacisq; consecrauit: cum populus Romanus pacem tranquillam ageret: & a belli tumultu homines ad deorum cultum, curamq; reuocaret. Iterum post primum punicum bellum cum ad Egades insulas nauali prælio contra Carthaginenses felici uictoria pugnatum est: ab Vrbe condita anno fere quingentesimo: icto cum Carthaginẽsibus fœdere A Luctatio. M. Actilio: &. T. Mallio: Coss. Quo tpe diutino bello fractis animis: uectigalis: & stipendiaria Populo Romano Carthago facta est: sed breui tpe, tertio imperante Cæsare Augusto post bellum acciacum: Antonio: & Cleopatra uictis: profligatisq; pace: terra: marioq; parta: cum tot dissonas gentes: nationeq; : societate: & fœdere iunxisset: & a ciuili dissentione: assiduisq; cladibus populus respirasse: & quietis imaginem sumpsisse usus foret. Quitamen ter Ianum clausisse dicitur. Post Acciacam uictoriã primo quo tpe Augustus fuit consalutatus. Secundo post Cantabricam. Tertio cum a cunctis orbis partibus res pace composuisset. Post quos Nero princeps. Et deinde Titus Cæsar: euersa Hierosolyma & bellis confectis Iani templum clausisse ferũtur. Quod quidem templum ad infimum Argileti medium circa forum: contra Capitolium fuit: forma quadrata: haud multæ amplitudinis. Siquidem cum Iani simulachrum: & aram tecto clausisset: non multum ultra spacii occupauit. Et sicut duplici facie: & bifrons effingebatur: sic binis utrinq; foribus munitum erat, ut alteris orientem solem: alteris occidentem: prospectaret. Ipsum deinde ad forum Trãsitorium translatum memorant: captisq; Faleris: quattuor portarum fuisse extructum. Q d' Iani simulachruꝫ cum frontibus quattuor: multo æuo uetustum ibi erutum fuisse dicerẽt. Aliud quoq; Iani templum ad forum Olitorium cõspicuum fuit: quod. C. Duillus qui triumphum naualem egit primus extruxisse fertur. Ad hoc templũ: bellum suscepturus Consul, frequenti Senatu: primoribus patrum: ac mili-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibus comitatus, accedebat. Ipseq; incinctus ritu gabino solẽni more fores tẽ pli recludebat. Is uero amictus erat, toga super tergum si: reiecta, ut Lacinia reuocata hominem cingeret. Q ui habitus: uestituſq; ex eo sumpsit ortũ: qđ Gabini cum operarentur sacris: repentino hostium incursu ut erant incincti zonis ab aris ad prælium profecti insignem de hoste tulere uictoriam. Q đ compar fuit cum eo: qđ de Pausania authores produnt, qui cum extra mili tum stationem sacrum faceret: Lydos repente incurrisse & sacrificii apparatũ sese: inde institutum mansisse ut Lacedæmonii in ephebos flagris deseuirent. Inde e columella quæ pro Bellonæ tẽplo sita erat: hastam Cos. iaciebat: sicq; acerrima bella & maxima pro aris, focisq; proq; imperio indicebat. Eius uero simulachrum cum claui effingebatur & uirga. dextra trecentoq; : sinistra sexagintaquinq; numeri figuram: quot diebus annus terminabatur : manu significans. Q uippe ueteres gestu manus modo dextræ nunc sinistræ, & digitorum depressione: aut circũflexione sæpe annos dinumerarũt. Siqdem digitus mimo proximus complicatus senarium ostendit numerum : circulare digitos sinistra modo decem: nunc triginta: palma porrecta quadraginta. Superiore uero digito depresso sexaginta significari tradũt. Centesimum uero numerum de sinistra transferri in dextram: & iisdem digitis quibus in læua: sed non eundem numerum designari. Aliusq; gestus alios numeros figurauit. Nonnulli Ianum ita effinxere. Vt in dextra. T. notam haberet trecentorum. In sinistra uero. Ξ. E, sexagintaquinq; denotarent. Cui etiam duodecim aras: quot mensibus annus claudebatur: Romæ dicatas: Varro significat: Sicut in agro Larisseo iuxta Magnesiam portus achiuorũ duodecim habuisse aras: & iuxta Ilium Lecti ara duodecim dis dicata ferebatur. Dionysius tyrãnus Iunior ut notam dierum totius anni traderet in Prytaneo Tarenti no fixit candelabrum: in quo tot succẽdebantur Lychni. quot anni dies erãt. Persici quoq; reges trecentos sexagintaquinq; iuuenes puniceis uelatos amiculis pro numero dierum totius anni qui lateri astarent: promptos: & expeditos habuere. Ipse aũt cum solẽnia exhibentur: in præfatione sacrorum uariis nominatur noibus. Nã & Geminus pater: Iunonius: Consuuius: Q uirinus: Patutius: & Clusius: pro multiplici potestate dicebatur. Cuius in foro statua triplex fertur fuisse: ad unam conuenire creditores: ad alteram qui fœnus redderent: ad tertiam qui locarent. Sed præter Iani templum quod pacatis undiq; populis claudebatur: fuit Romuli templum in Q uirinali omni tempore clausum: quod patefieri non decebat: quasi arcanum haberi uelient: an humo tectus: an inter diuos relatus fuerit. Tam & si Varro post Rostra Romuli sepulchrum fuisse dicat: quod inter antiquissima Vrbis monumenta adnumeratur. Ante cuius ædem: testante Plinio: duo myrti fuere: una

patritia:

patritia: altera plebeia: quæ pro augmẽto, uel dãno senatorii ordinis, uel plebei, modo fœcunde redundabant, nunc detrimento languebant. Apud Heleos Plutonis templum semel annis singulis aperitur, & q̃uis patens nulli ingredi fas erat. Corinthi quoq; Necessitatis, & Violentiæ fanum fuisse ferunt, a cuius limine arcentur omnes. Cõtra uero ædem Hortæ perpetuo aptam Romani uoluere, illiusq; aditum patere omnibus. Cur aũt indicem belli, pacisq; Ianum potissimum ferant, uariata memoria est. Sed tam & si in diuersum authores trahant, illa nobis ratio potior, & præstabilior uisa, quod cum sub præside Iano temporum ratio, uicesq; habeantur, ideoq; & bifrontem fingi, & tam anni principium q̃ finem Iano dicari conuenerit. Sic temporum qualitas, siue bellum, siue pax futura esset, sub ipsius præsidio, & tutela foret. Apertus ut oĩa hostilia esse, & cuncta bello ardere, uelut contra hostes profecto deo: Clausus uero tranquilla pace uigere, & ab armorum strepitu procul esse, designaret.

Verbum liberorum, & parentum in edictis prætorum quos compræhendat, & an ad omnes in infinitum extendatur. Caput. XV.

IN edicto prætoris de in ius uocando scriptum est. Prætor ait, parentem, patronum, liberos, parentesq;, patroni, patronæue, in ius, sine permissu meo, nequis uocet. Q uærebatur apud iuris studiosos, qui tunc animo uacuo, & soluto in foro conuenerant, cum Prætor cohercat hoc edicto illos qui se prius non adito parentem, aut patronum: parentesue, aut liberos patroni, in forum uel iudicium traxerint. Num is qui auum paternum qui supra parentem est, uel qui nepotes patroni, aut pronepotes qui inferiores sunt, sine permissu prætoris, in iudicium uocarit, pariter, in edictum cõmittat, perindeq; mulctandus, & coercendus pœna sit. Q đ est dicere, num parentis nomine, aut liberorum superiores supra patrem, aut inferiores ultra filios compræhendantur edicto. Anceps quæstio fuit inter ueteres iuris peritos, & diu in utranq; partem agitata, pleriscq; arbitrantibus in consularibus edictis, & tribuniciis rogationibus tanq̃ diuersa dici liberos, nepotesq;. Multis contra opinantibus, maximeq; antiquoꝝ opinionem probantibus qui censuerunt, parentis nomen ad tritauum usq; extendi: Liberos uero ad trinepotes. Vltra hos posteriores nuncupari ex ascendentibus uero maiores. Nos postea cum in legum cõtrouersiis uersaremur, admodum eleganter in Cassii cõmentariis, in hanc sententiam scriptum, definitumq; inuenimus. Q ui legem. xii. tabulaꝝ interp̃tatus, tam in Senatus consultis: q̃ prætorum edictis nomen parentis ad superiores, & liberoꝝ ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

inferiores ad utrũq; sexum, & in infinitũ extendit. Nec modo liberoꝝ: sed natorum nomen ad idem ꝓduci. Liberosq; habere nõ eum dici solum qui plures. Sed q unicum habeat filium: in cuius sententiam reliquoꝝ iuris peritoꝝ opiniones postea concessere. C. tamen Caligula cum nullum rapinis modũ faceret, posteros nõ ultra filios extendi nequiter cauillatus est. Lampridius uero in Alexandri uita a uulgi sermone non diuersus: Parentis nomine non superiores modo. Sed cognatos affinesq; compræhendi cẽsuit. Ex quibus sine controuersia liquet: id de quo uerbis disceptabatur: pari mulcta afficiẽdum q auum paternum: qui supra parentem est: uel patroni nepotes qui inferiores sũt in forum uel iudicium traxerit: q̃ qui parentem: aut patronum: uel patroni filios inconsulto prætore in iudicium uocauerit.

Quæ & quot curiæ Romæ fuerint, & uerbum curia: sine adiectione nominis: quam curiam designauit. Caput. XVI.

DEambulabam aliquando Romæ cum Pomponio Læto: uiro literarum: & locoꝝ ueterum exequentissimo. Cũq; antiquitatis studio ruinas Vrbis: & ueteꝝ monimẽta quicq̃d uisendum esset, & memorabile scrutaremur. In ruinis templi Pacis grandioribus literis extantibus effractum ibi marmor legimus hac inscriptione. IN . CVRIA . HOSTILIA Quærebat a me Pomponius: ubi nam curiam Hostiliam quondam fuisse crederem. Cũq; me arbitrari apud rostra Hostiliam curiaꝫ fuisse: ibiq; Tullũ Hostiliũ regem curiam iuxta Rostra construxisse: authore Varrone: respondisse. Rostra aũt in foro esse Romano. Siquidem ex rostris nauium anciatum suggestum in foro extructum legimus: in quibus claroꝝ uiroꝝ imagines qui reipub. nauarunt operam pro imortali gloria sæpe statui: & colisolebant. Fuisseq; duaꝝ generum curias. Vnum in quo sacerdotes res diuinas sacra: & cerimonias: cultusq; deorum, curarent. Alterum ubi Senatum de rebus publicis & ad populum pertinentibus consulerent. Quid tu inquit Põponius: cum simpliciter curiam nulla cognominis adiectione apud authores legimus nominari: de qua intelligi oportere censes? Statuam. n. Porsenæ accepimus iuxta curiam fuisse: sed de qua intelligi deceat non sane definitum est. Nam & Calabram curiam legimus iuxta Capitolium: quæ casæ Romuli fuit proxima: quam sine calatione aperiri non licuisse: scribit Varro. Et ueteres curias ubi Pontifices de sacris sacerdotiisq;: & religione deoꝝ: deq; cerimonis consulebant. Et Pompeii curiam: in qua Senatus frequens est haberi solitus: ibiq; Iulius Cæsar: Idibus martiis coniuratorum manibus oppressus interiit. Etaliam cognomento Pompilianam: nouicia denominatione. Et Diui Iulii quæ

Iulii: quæ Iulia dicta est. Et Augusti curiam, quam in comicio ipsum consecrasse memorant, in quibus templa per augures: ne profana essent loca, neue ædita senatusconsulta irrita forẽt: inaugurata fuere. Et Gerusiam quæ Seniorum dicta, & Octauiæ, ac saliorum. Siquidem Salii ꝓpriam habuere curiam. Atq; omnes deniq; curias suis nominibus notatas, definitasq; uidemus Sed quia nullo nominis cognomento frequenter curiam apud authores legimus: de qua intelligi conueniat equidem dubito. Tamen si me opinio non fallit: inquit Pomponius: memini Asconium Pedianum dicere: Rostra ad comitium propeiuncta curiæ fuisse: nulla propria denominatione exprimẽs curiam: licet alio translata: & noua postmodum facta sit. Ex hoc arbitror inqt: id qd̃ necessario redundat: cum in Rostris olim cura Hostilia fuerit: ut Varro & authores tradunt: cum simplici nomine curiam absq; cognomento enũciari uidemus: anteq̃ alio translata foret: de Hostilia quã ibi legimus fuisse intelligi oportere. Ad hanc curiam ad dextram supra Comicium Græcostasis erat, statio legatoꝝ exterarum gentium, & nationum. Ad quam si iniuriam quæsti uenirent: aut mandata haberent: accedentes præstolabantur: & substebant. Athenis multiplices fuere curiæ: inter quas Cholargea præcipuæ nominationis: qd̃ inde Pericles oriundus foret: & Phylaidaꝫ ex qua Pysistratus: & alia magistratuum curia ubi iura dabant quod Pritanion dictum est. Megarenses uero cum eorum curiam in qua Timalci tumulus fuit inter mira: & memoranda ducerent: tanq̃ quid uisendum: & mirificum propter maximas substructiones. M. Antonio ostendisse dicuntur. Mox scisciantes qd de illa sentiret: arbitrati mitis illam laudibus eius testimonio celebrari futilem & nullius pensi iudicauit. Cui haud absimile est quod de Chiis proditur: qui cum ex chio marmore uersicoloribus maculis urbis muros: tanq̃ quid mirum Ciceroni ostentarent: magis mirum fuisse si ex Tiburtino marmore: illos construxissent, allegauit.

Quæ fuerint Romanaꝝ Tribuum nomina, & unde dictæ denominataq; sint: & quæ apud exteros celebrentur. Caput. XVII.

TRibus Romanas: quas quinq; & triginta fuisse constat: unde dictæ: quæq; singulis nomina fuerit: quia subobscura quæstio est: nec satis obuia: in Vesuuino meo: dum ruri agerẽ indagare uisum fuit. Romulum Vrbis conditorem in tres Tribus populum diuisisse. Tatiensem a Tatio, Ramnẽsem a Romulo: & Lucerem a Lucumone: singulisq; illaꝝ Tribunos præfecisse: & quãq; tribum in decem curias partitum esse: illisq; curiones p̃posuisse: ita ut triginta cẽnt curiæ Dionysius author est. Rursus singulas

Universidad de Deusto
Biblioteca

curias in decurias, præfectosq; illarum decuriones dixisse, ut in sua quisq; curia sacra facerent, suamq; aram haberent: ubi Iuno Mēsalis quæ Quiritia dicta est colebatur, feriasq; obseruarent, ac ex raptarum nominibus decuriis nomina fuisse: multi asseuerant. Tullus uero Hostilius in honoribus, & magistratibus dandis fecisse dicitur turmas, sicut erant Athenis curiæ, quæ uice tribuū rogarentur. Aucta mox ciuitate, & latius propagato Imperio: tribus simul cō stitutas & numero auctas ut postremo quinq; & triginta fuerint. Ac ex locis quibus duxere originem, aut a cōditoribus, nomina tulisse, authores tradūt, ita ut post pugnam cum Latinis ad Regillum lacum, tunc primum, unam & triginta tribus Romæ factas inueniamus, Ascitis deinde nouis ciuibus, ad quinq; & triginta illas propagasse facile crediderim. Romilia ergo tribus quæ & Quirinalis dicta, qđ a Romulo instituta ex his quos in ciuitatem asciuerat, ex agro quem de Veientibus cæperat, & ex Sabinis, & Titiensis, sue Titia a. T. Tatio dictæ, nominataq; sunt. Procedente mox tempore cum Tarquinius Priscus tres adiicere tribus ueteribus uellet augurio detentus est, quo minus faceret a Seruio Tullio post Claſſes, centuriasq; cōstitutas, Suburranam, Palatinā, Exquilinam, & Collinam, quas Vrbanas appellauit, & a parte cœptæ urbis urbis nominauit additas fuisse memorāt. In quas manumissos si reip. Romanæ participes esse uellent, ut una cum ciuibus censerentur, distribuit. In has quatuor Vrbanas. Q. Fabius Rullus, omnem forensem factionem postea excretam censor coegit, quod adeo populo gratum decunt fuisse, ut ex hoc Maximi nomen assequi meruerit. Proditum tamen memoriæ est, temporibus Syllæ libertinos ex factiōe Carbonis, & bello sociali latinos populos, in quinq; & triginta tribus diuisos ius suffragii habuisse, lapsis inde temporibus, cum Cn. Mallius Tr. plebis homo summa temeritate pernicioſissimas leges ferre uellet, ut libertinis in omnibus tribubus ascribi & suffragari liceret, ita a Cn. Domicio prætore truci oratione confractus fuit: ut sublata rogatione turpissime desiterit, Demum Clodius Tribunus plebis dum infensis animis patricios insectatur: ut libertini qui in tribus solum tribubus suffragia ferebant, in Vrbanis quoq; quæ ingenuorum sunt suffragari possent, legem tulit, & promulgauit, quod aliquandiu mansit. Prætereq; has Vrbanas, reliquæ Rusticæ dictæ, a quibus transire ad Vrbanas Romano ciui fuit probro datum. Est tamen literis proditum: Scipionem Nasicam, licet moribus spectatissimum, a rusticis Tribubus ædilitatis repulsam tulisse, qđ candidatus dum obuias manus daret, & suffragia ambiret, rustico ope duratas mānus illis obiectaret. Ab Appio uero Claudio cū ex Sabinis magna cliētū māu Romā cōmigraret: Claudiā tribū: & Lemoniā a pago Lemōio q extra Capenā uia latina fuit, dictas mēorāt. Sic Pōtia Claustamena & Scaptia ab oppidis: quoq; ciues in urbē asciti fuerāt: dictæ notataq; sūt.

Ea enim urbs Scaptia in agro Campano fuit: Crustumena in Sabinis. Post uero incensam a Gallis Vrbem: cū Camilli opera ciuitas restitnta foret, quattuor ex nouis ciuibus qui in ciuitatem asciti erant tribus additæ sunt, quas ex locis nominatas facile crediderim. Hæ fuere Stellatina, Sabatina, Tromēntina & Armensis: quas etiam Vrbanas appellari audio. Sed hæc Scaptia, & Sabatina quæ: & Fabiana dicta ē: peculares quōdam Diuo Augusto fuere: atq; ideo cum in campum descenderent: ne quid a quoq; desiderarent: pluribus ab eo muneribus donatæ sunt. Armensis, seu Narniēsis: ea tribus fuit in qua cum Liuius Censor nomen ferret: Claudius Nero cum quo censurā frequentem iurgiis egit: qđ non sincera fide secum rediisset in gratiam: eundē Liuium equm uendere iussit: reddens talionem. Quippe Liuius citato nomine Claudii: in Pollia tribu ob ueterem simultatem prius equm uēdere coegerat: Sabatinam uero a lacu Sabate nuncupatam uolunt. Papiria quoq; Pupinia: & Pupilla ex suis progenitoribus uocantur. Quāuis Pupinā ab agro Pupino dictam: est non imerito existimatum: Meciam a Mecio Oppido claro: & peruetusto: cuius memoria intermortua est: quidam dici opinati sunt. Hanc Meciam. M. Liuius Salinator in censura cum cæteras tribus ærarias fecisset: quod se ut nocentem condemnassent: & postea Cos. Censoremq; fecissent: Iolam mulcta exemit: & sine noxa reliquit: Phalerinam: & Ophentinā L. Flacco: & L. Plaucio Coss. additas tribus accepimus. Sed Ophentina ab Ophente fluuio dicta est. Sic Volcinia Terentina: & Fauia: quaq; sicut loca originis ob uetustatē interciderūt: ita noia originum abolita memoria obliterata sunt. Sed Fauciam pluribus cladibus ignem: si qñ in comitiis prima rogabatur: uelut tristi omine infamem: & detestabilem: omnes abhominandam putasse: authores memorant. Constat. n. hanc fauciam tpe captæ urbis: quo ad Alliam fœde pugnatum est: & caudinæ pacis: & ad cremeram infelicis pugnæ: quo pericula & terrores resp. perpessa est maximos: primā rogatā fuisse. Ideo si qñ rogabatur prima: tristitiam: & calamitates: exicialeq; omen effere credita est. Neq; ignoro Mentinā: Polliam: & Galeriam: haud longe post. additas tribus cæteris adnumerari, quas ex locis nomina sumpsisse: haud dubie existimarim. Hæc enim Pollia tribus fuit, quæ cum Flauiam rogationē de pœna tusculanis irroganda quorum consilio defectiones a populo Romano fiebant assidue: omnes tribus antiquassent. Sola uerberandos, necādosq; eorumq; bona iure belli publicanda censuit: qđ tam egre Papiria tribus tulit: ut neminem ex Pollia candidatum: Papiria quæ Tusculanis pronior erat: ad honores euehi passa fuerit. Quo autem tempore lex de ambitu: a. C. Petilio lata est: Pomptinam: & publiciam mox Anthesim: & Velinam adiectas tribus fuisse constat. Hæc. n. a Velia ædito Vrbis loco: seu a Velino lacu, cuius incolæ in ciuitatem asciti fuerant denominata fertur. Quamuis Velinam

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum exquilina in Vrbem uno tempore aſcitas Liuius tradat. Sed Antheſis Iuniorum: plerunq; fuit: cuius in dandis nominibus ſors prerogatiuæ pluri⁊ mum ualuit. Præter quas fuere Anienſis: Aemilia: Sergia: & Cornelia: ex cla ris Corneliorum: & Aemiliorum: familiis' ductæ: quorum authores nomina familiarum dando tribubus: ad poſteros famam nominis tranſmiſere. Sed Anienſem. M. Fuluio Peto: &. T. Mallio Torquato Coss. tribum ueteribus additam inuenimus. In Aemilia autem: ut Formiani: & Fundani. In Corne lia: ut Arpinates nomina ferrent: quandoq; rogatione promulgata cautū fuit. Præter quas erat prærogatiua iuniorum: & ſeniorum: quibus Veturiæ: & Ga leriæ nomen. Nanq; ex ipſis Centuriis: facto iterum delectu ex iunioribus: & ſenioribus præſtantiores ætate: & dignitate in ꝑprias Centurias ſeligebāt: quarum in ferendis ſuffragiis erat ꝓrogatiua: & primus honor. Hoc tamen di cere auſim: actores athellanarum hoc priuilegio datos: ne tribu in qua aſcripti erant a cenſoribus amouerentur. Sicut Auguſtus hiſtriones ímunes uerbe rum fecit: & ne flagellis cederentur edicto inhibuit. Quodq; ex quinq; & tri ginta tribubus in comiciis ſi qñ rogarentur: quæ plures in eandem ſententi am irent cæteris prævaluiſſe. Eamq; tribum cuius in ferendis ſuffragiis præ rogatiuæ fauor inclinauit, & quæ primo ſuffragabatur, cum ipſius authori tatem oēs tribus facile ſequantur, tantum roboris habuiſſe, ut pro quo can didato ſuffragium tulerit, eum aut ipſis comitiis, aut in ꝓximum annum ad honores prouexerit. Illud quoq; non eſt ab re dixiſſe: Athenis decem tribus quæ ſuffragiis, pacis, belliq; tꝑibus reſpub. ſtetit, a regibus qui imperitarūt noía ſumpſiſſe. Singulaſq; tribus in decem genera diſtinctas fuiſſe. Ex quat tuor. n. tribubus: ſi quas olim ciuitas diuiſa fuit: Cliſthenes decē effecit. Nāq; a Cecrope qui primus regnauit, tribus Cecropis dicta, ſicut Egis altera, ter tia Erectis, Pandionis, Athamantis, Anthiochis, Leontis, ex qua Themiſto cles fuit Oenis, Eantis, Hippocoontis, quibus ꝓ ſubſequētes reges duæ addi tæ. Antigonis, & Demetrias ab Antigono, & Demetrio, q' ex ſuis noibus, de cē ueteribus illas adiecere. Hāc Eātidem ferūt, cū fortiter cōtra Mardoniū, & Perſas pugnaſſet, illoſq; turpi fugaſſet fuga, ab Atheniēſibus hoc ꝓprium tu liſſe: ut ſoli illius tribules Spargiticis nymphis ſacrū uictoriæ faciāt quot ānis: impenſa publica. Poſt quas fuere: Alopecía, Athenonea, Peanica, Decelēſis, Sphecia, Acharnas, Agraleuta, Alymuſos ex qua Tucydides, & Lacyas, uñ Melcyades, mox illis prioribus adiectæ, ex qbus iudices q iura darent in foro deligebant. Eratq; conſtitutum ut niſi Cypriox princeps, tribus Atheniēſiuꝫ nemo ſorte educeret. Thurioꝛ quoq; urbs in decem pariter tribus diuiſa fuit, quas ex gentibus quæ in ciuitatem aſcitæ fuerant denominarunt. Siqdem ex Archadibus tres Archadicæ. Reliquæ uero Bœotia: Amphictionida: Dorida: Lyda: Athenaida: Euboida & Neſyotis noía tulere. Ferturq; idem Cliſthenes

tribus dorienſium ne forent ædem Sicioniis quæ Argiis, diuerſis nomini⁊ bus notauiſſe. Nam præter tribum ſuam, cui Archæ nomen erat, reliquas ludibrio habitas ex brutis appellauit. Quippe hiatas, ideſt ſuales, aliquibus oneatas, hoc eſt aſinales, reliquis choreatas hoc eſt, porcales nomina indidit: quibus mox aliud dixere nomen, hoc eſt Hyleas, Pamphilos, Diamātes: & Egyleas. Helei uero cum duodecim tribus forēt, poſtea bello Archadico ꝑ te agri amiſſa, in octo relaxi ſunt, rurſus reſtituto agro eo uenere, ut decem fierēt. Traditum quoq; eſt, Corinthios poſtq̄ in unam ciuitatem aſciti fuere, in octo tribus diſtinctos fuiſſe, quaꝝ nomina prodita non ſunt. Et Pyrenſes inita cum Attalo ſocietate, de noua tribu Attalida decem ueteribus adiiciēda conueniſſe: qđ poſtea ſubſequtum eſt. Sparthæ uero Aegida & Pitana p̄ci⁊ puæ tribus fuere, ex qua Menelaus oriundus fuit. Sicut apud Boios tribus Sappinia: Perſæ aūt urbes in quattuor ſæpe curias diuiſere: unam pueri tene bant, & q erant ætate imbelli ad primam uſq; lanuginem. Alterā adoleſcen tes primo flore ætatis quibus ad militare munus ſatis erat uirium & roboris. Tertiam ætate matura uiri. Quartam ſenio affecti: qui nullo impliciti nego cio militiæ muneribus uacabant, uitāq; ocio exigebant. Hiberos quoq; apud Albanos in quattuor genera diuiſos comperimus. unum ex optimatibus, ex quibus deliguntur reges. ſecundum ex ſacerdotibus. tertium ex agricolis, & militibus. quartum ex plebeis, & popularibus. De Megarenſibus uero tradi⁊ tum eſt, olim in quinq; tribus oēm regionem diuiſiſſe, ut diſtinctio ordinis fieret, ex quibus alii Heraci: nonnulli Piraci: alii Megarenſes: pleriq; Traſpo dicei: ultimi Cynoſurci dicti. Indi aūt non per ætates: & tempora: ſicut Perſæ: ſed per munera, & artes ſingulos populos in ſeptem tribus partiti fuere. In Philoſophos: Agricolas: Paſtores: Artifices: Milites: Ephoros: & Conſiliari⁊ os: qui licet eſſent pauci, & ſæueriſſimis' moribus aſtricti: tamen ex amuſſim facta regum penſitabant: & certa lege examinabant.

Hiſtoria de Scipione Aſiatico, & morte Aemiliani Scipionis: quæ incerto authore fuit. Caput. XVIII.

Scipio cognomēto Aſiaticus ſuperioris Africani frater poſt ſupatum Anthiocum: & Aſiam bello uictam: peculatus cri mine accuſatus a Tribunis plebis qñq; fuit: cūq; in carcerē duceretur Tiberius Gracchus Tribunus plebis: q antea qđ de rep. cū Africāo diſſentíret ſenſus Cornelioꝛ gētí fuerat ſterceſſit: eūq; ne in carcerē mitteret inhibuit: cuius rei bene ficio: amicitia inter eos conciliata: & affinitas fuit. Siquidem ſolēni die: cū Ioui æpulum in Capitolio libaretur: Corneliam filiā maturam uiro: ei deſponſam

Universidad de Deusto
Biblioteca

dedit, quam ille tam cupide dilexit, ut duobus anguibus deprehensis in cu-
biculo: cum haruspices respondissent: mare angue dimissa: fore ut Cornelia
mortem obiret: fœmina aũt se occasurum: maluerit. T. Sempronius marem
potius extinguere: q̃ illa morte obita supereſſe. Ex hac Cornelia Sempro-
nius duodecim filios substulit: qui oẽs mortem obiere imaturam. Ipsaq; haud
multo post duobus consulatibus: & triumphis pariter clarus: ac censuræ ho-
nore insignis: moritur: superstitibus Tyberio: &. C. Gracchis summis orato-
ribus præcellenti ingenio: & suoꝝ temporum eloquentissimis: ac Sempro-
nia filia: quos ex Cornelia genuerat. Sed Tyberius cum legem agrariã tur-
bulentissimam inuisam patribus contra Senatus decreta tulisset: nouasq; ali
as: haud minus pernicioſas ferre contenderet: duce Scipione Nasica cõcursu
hominum interficitur. C. uero Gracchus Tri. plebis: dum improbis contio-
nibus rempub. uexat: actaq; sua tueri uult: neq; abrogari patitur, duce Opi-
mio Cos. serui manu cesus occubuit. Sempronia aũt Scipionis Aemiliani: cu
ius summa dignitas: magnæq; res gestæ fuere: qui ob Carthaginem: & Nu
mantiam funditus euersas: minor Africanus: & Numantinus cognomina-
tus est: coniugium sortita fuit: cum qua non modica simultate & pene dissi
dio: quod eam ob morum prauitatem osam haberet: aliquandiu uixit: uenit
q; in suspitionem ipsius neci: quæ fuit authore incerto: nõ minimam causam
præbuisse. Q uanq̃ de. C. Graccho: & Fuluio Flacco eius familiari pariter
ambigi: dubitariq; uideamus. Hic. n. Scipio: licet Maximus Imperator: tantæ
fuisse traditur abstinentiæ: ut annis quattuor & quinquaginta quibus in hu
manis egit: nihil dicatur emisse: nihil uendidisse: nihil ædificasse: atq; in tanta
rerum affluentia: & opibus: quibus Cartaginem: & Numantiam deleuit fun
ditus: haud plus tribus & triginta argenti libris: auri uero duabus reliquisse:
Q ui Tribunus adhuc militum dum stipendia faceret: magnum Catonis
futuræ magnitudinis testimonium tulit. Siquidem interrogatus qualis iter
primores iuuenum uideretur Scipio: hunc solum sapere: cæteros uero uelut
umbras ferri respondit. Q uod compar fuit cum Antigoni dicto de Pyr-
ro: quem magnum futurum uirum si senescceret. Et Scipionis de Mario quẽ
proximum post se Imperatorem: professi fuerunt. Is quoq; cum ab Appio
Claudio competitore in censura conuitiis iactaretur, q̃ ciuium nomina
ignoraret: curæ sibi fuisse potius ne a quoq̃ ignoraretur: q̃ multos nouisse: re
spondit. Illud plane constitit: post Aemiliani necem homines de Sempronia
uxore: quoquo modo merita: nec minus de Cornelia socru tanq̃ eum ue-
neno interceperint propalam loqui solitauisse: idq; non incertis authoribus
probari. Hæc nos de Gracchis propter harum rerum studioſos, quo facilius
innotescerent, non omittenda putauimus.

Q uanta, & q̃ uaria iurisconsultorum opinio fuerit de supellectili, & quæ supellectilis nomine comprehendantur. Caput. XIX.

QVid sit supellex, quidue supellectilis nomine comprehendatur uarie inter iureconsultos dissensum est, pugnantiaq; studia inter eos, opinionesq; fuere, aliis alias res supellectilis appellatione designantibus, omnes aũt ita definiere: ut domesticum patrisfamilias instrumẽtum rerum ad quotidianum usum paratarum, supellectilem esse dicant. Q uæ autem res huiuscemodi sint quottidiani usus, quas in supellectili adnumerari cõueniat: sententiæ uariarũt: magnaq; inter eruditos, & perpetua dissensio fuit. Pomponius uir, ut in illa quisquis ætate: consultissimus. domesticum patris familias instrumentum, quod neq; auro, argentoue facto, aut uesti annumeretur: supellectilem definiuit. Florentinus inter iuris peritos, authoritate non minori, præter hæc: animalia excepit: itaq; equi, boues, gallinæ, anseres &c. hoc genus quæ pecorum numero habentur: q̃uis in quottidiano usu forẽt, in supellectili non haberi censuit. Paulus autem iuris æque peritissimus: uasa ænea uulgaria quæ proprio sunt loco sita, capsasq; uel armaria, quibus uestes: libriue continentur, & si quottidiani usus causa parata, in supellectili adnumerari negauit. Alphenus qui Seruii Sulpicii discipulus fuit: illa quæ ad artificii aliquod genus seorsum pertinerent, & nomen sui generis separatum haberent in supellectili non haberi dixit, itaq; pugillares, & codices, tum fabrilia arma, & militaria, iuxta Alpheni sententiam, in supellectili non sunt. Tubero negauit ea quæ in penu forent. Præterea argentum, uestem, mundum muliebrem, & alia ornamenta, instrumentum agri, uel domus supellectilis appellatione contineri, reliqua uero quæ in quottidiano cẽnt usu, in supellectili adnumerauit. Papinianus autem, Scæuolæ discipulus, cui in aduocatione fisci successit, magnæ, apud Seuerum authoritatis, mensas argenteas, uel eburneas, argenteosq; lectos, & argentea candelabra, legata supellectile deberi dixit, argentum tamen escale, uel potorium in supellectili esse. Modestinus negauit. fuitq; sententia Labeonis, quæ deliciarum magis, q̃ usus causa parantur, quæq; in eximio cultu forent, inter supellectilia non censeri. Mirrea uero, quæ uescendi causa parata sunt, licet in deliciis forent: in supellectili tamen adnumerari. Sed in hac quæstiuncula, quia uulgaris fere, & pertrita est, nimium imorari nullum operæpræcium fuerit. Illud certe dixisse, haud piget, in supellectili contineri, mensas, trapezephora, delphicas, subsellia, scanna, lectos, etiam excultos gẽmis, & auro, culcitras, stragula, & toralia, quibus lecti tori ue insternuntur, non autem uehicula. nam illa instrumẽti uiatorii esse Florianus ait. Præterea pelues, q̃uis argenteas, candelabra, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

craterem, etiam argenteum, myrrina, cristallina, aut uitrea, escaria, uel poto-
ria, lucernam quoq; , & trullam. Adde uasa ænea, uulgaria, quæ proprio
non essent loco affixa, & siquid paratum foret quottidiani usus causa, præ-
ter illa quæ modo excepta fuere. Ex quibus datur itelligi id de quo dissensio
erat: quid uerbo supellectilis dici, compræhendiq; oporteat. Sed quia de escario argento, & delphicis mentio est, non omittendum, litteris proditum esse: delphica dici uasa, quoꝝ nulla mutata forma uarius, & multiplex usus foret. Nāq; ita erant fabrefacta, ut duplici facie diuersis usibus inseruirent. Siqdem delphi uasa elaboratæ artis habuere, ita ut poculorum uicem præstarent, & clypeorum loco usui essent. Trapezephoras uero mensas fuisse ornatu magno quæ effictis imaginibus sustinebatur, quales hodie in uetustis marmoribus sæpe uisuntur. Quippe mensarum species apud ueteres multifarias legimus. Scilicet trapezas quas magidas græci uocant, & Tripodes, & Micotrapezas, in quibus modica parabatur cena, & Epidorpias, Vrnarium, & Cilibantum, & alia mensarum genera, si cui illa prosequi libeat. Inter escarium uero argentum, etiam aquæ minaria, id est uasa abluendis manibus accommoda, quæ græci Guturnia uocant, Pomponius de auro: & argento legato contineri putauit.

In qua ætate milites apud Romanos legi consueuere, & quæ fuerit disciplina militaris, quodue iusiurandum. Caput. XX.

QVi de militari disciplina libros posteris reliquere. eos haud fere quenq̃ minorem septē & decem annis, aut sex & quadraginta maiorem, militiæ, & tyrocinio ascribi uoluisse cōstat. Idq; a Seruio Tullio uetere cēsione cautum fuisse primum, quod æuo subsequente a. C. Graccho lege sacrata sancitum fuit, causa aūt hæc est, qđ citra eam ætatem, aut supra uelut inmaturos, aut præduros, & effetos, militiæ rudimentis minime idoneos putarūt. Ideo uetus constitutum erat, luuenes nisi post pubertatē, & primo flore ætatis, dum per ætatem, laborem militarem ferre possent florentes uiribus, & eos ex urbana sæpius agresti iuuētute rusticis operibus duratos, militari sacramento, & muneri adigere, singulosq; militiæ per numerum in iuniorum tabulis adscribere qui Cathalogi dicti, illosq; ex corporis habitudine, si apti militiæ, si lato pectore, si ceruice erecta, si fortis, & strenuus, quæ species: qualisq; uigor, & quod robur uirium foret internoscere, ut illorum forti: fideliq; opera, respublica uti possit. Nam nimis pinguem deformem, aut mancum, desidem, aut uecordem, tanq̃ minus utiles, militiæ non adscribebant. Quippe Cato Censorius pinguem militem uelut reip. incommodum iure

modum iure incessuit. cuius inter guttur, & inguē cuncta sub uentris domio forent. In qua semel adscriptus, nisi pp demerita exauctoratus foret, ipso nolente deleri nequibat, in quo id sedulo cauebatur, ut primum militiæ uinculū putarent sacramenti religionem. Secundum singuloꝝ amorem uelut inexplicabilem nexum, cum his qui una mererent. Tertium deserendi nefas. Quibus ad militiam admissis primo anno custos, sub quo disciplinam ediscerēt, & magister sub cuius imperio tyrunculi acuerentur, publice dabatur, ne expertes operum militarium arma tractarēt. Diuus uero Iulius: equites Romanos: aut senatores: armorum peritos, sub quibus militiæ nescii erudirentur, magistros dedit, quoꝝ præceptis imbuti, perstando, & peruigilando militare rudimentum deponerent, legesq; pugnandi, & prælii normam, ac dictata internoscerent. Primusq; P. Rutilius Cos. Collega Cn. Mallii, e ludo Cornelii Scauri doctoribus accersitis, plagas uitandi, & inferēdi militibus præcepta dedit, Inde ne temere, & sine arte pugnarent, utq; tyrones sub disciplina ēnt & militaribus imbuerent præceptis, Tribunis datum negocium fuit. Quos optimis disciplinis institutos, tandem militiæ adscribebant. Apud Persas uero magistri rei militaris grādiori ætate fuere, nec citra annum quinquagesimū, sub quibus parata, instructaq; acie, parce primum, & modice, mox exactissima cura militiam ediscebant, apud quos iuuentus a uigesimo ad quinquagesimum annum militare cogitur, ultra uero arma tractare uetitum. Siquidem lex militaris etiam Romanis a quinquagesimo anno militem non tegebat. Apud alios inoleuit mos: ut post annum quatragesimum militiæ tyrocinio neminem adscriberent, post quinquagesimum uero militare desinerent, hisq; uelut perfunctis militia missio daretur. Quod Scytharum legibus cauebat, ne hominem sexagenarium militiæ admitterent. Aegyptiis in more fuit, ut Calasiries qui præcipui habentur milites, a nullo doctore, sed a patre solū militiæ præceptis erudirentur. Phocion uero: ut Athenienses nimis bellicosos a belli furore: delectu acerbo cohiberet, quod libentes, & cupidi appetebant, lecta iuuentute etiam octogenarios emeritis stipendiis coegit dare noīa. Camillus contra Latinos: & Volscos magna mole dimicaturus: seniores quibus aliquid uirium super esset: in sua uerba iuratos centuriauit. Romani quoq; bello Etrusco, & sæpe alias: seniorum cohortes post emerita stipendia: quin etiam libertinoꝝ ad militiam exciuere. Et Marius magnæ partis milites: seniores qui multa stipendia meruissent: & capite censos sacramento asciuit. Quod Alexander Macedo fecisse dicitur, ut ducturus contra Darium ueteranos peritos belli: militiæ adscriberet. Non sic Conon qui ut exercitum suppleret. Atheniēsium pueros imaturos annis quibus uires non suppetebant: & senes legit. Milites uero in castris: nisi Romanos ciues: uel latini noīs: leuium tamen armorum auxiliarios externos: sacramento Romani adigere solitauere. Cōtra uero

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cyri consilium fuit:nō modo ex ciuibus suppleri milites:sed uelut optimos equos e longinquo queri oportere. Idem apud Alexandrinos uetusto more seruatum est.ut nullos milites nisi peregrinos militiæ admittāt. Proditumq; memoriæ est.in fœdere quod cum Romanis & Anthioco ictum est. cauerī:ne milites sub ditione populi Romani conducere:aut uoluntarios habere liceret.Inter auxilia tamen minor:in legionibus longe maior militum numerus ascribi assueuit.Sꝫ tñ legionariorꝫ:& arma grauiora:& disciplina fuit seuerior.auxiliariorum uero minor:nec tam exactæ diligentiæ: quibus in prælitū euntibus:præter saga:togasq;:& rectam tunicam:album:aut rubrum:paludamentum quo socios ab hostibus internoscerent:publice dabatur.Afris uero: Caunis Numidis: Lacedæmoniis: & Massagetis: in bellum profecturis russata:uel puniceas ferre uestes:moris erat:ut eo argumento uulnera:& sanguis effusus non innotescerent:confidentiusq;: & sine pauore dimicarent: id quod apud Persas in usu fuit.Nanq; Artaxerses ducturus cōtra Cyrum milites rubro sagulo ornauit: Cyrus albo. Agesilaus quoq; ita copias instruxit armis:ut omnia ærea punicea uiderentur. Thraces pullas induti tunicas: in acies prodeunt:Contra Mibæ:& Aethiopes:candido amictu: Samnites discolori uestę præliantur: nonnunq̄ candida. Boi:& insubres auratis sagulis: Galli uirgatis:cum torquæ aureo:Britāni Glasco infecti:est enim fullonia herba quæ atro colore inficit:& hominem decolorem facit:Gelonii hostium cutibus ornati:quo truculentiores uisu:& aspectu formidabili essent. Aethiopes dimidiatum corpus Minio:dimidiatum Gypso:solent illinire:fertur. C.Cæsar ut in conflictu bellorum cunctis innotesceret ad prima signa nouo colore amictus:& diuerso armorum habitu insignis prodiisse.Et Lucullus cū Thorace squamoso:& amictu purpureo præliari. Gylippus uero maximus imperator sordida uestę,& semi lacera:ac cultu neglecto conspicuus erat.Agis quoq; Lacedæmonioꝝ dux a gregario milite: nihil differebat.Sicut Agesilaus q̄ cultu corporis uili exultabat:exercitu autem ornato.Contra Alexandrū Macedonem:insignem cum regio habitu:tum Siculo amiculo:& Lintheo thorace:duplici:ac ferrea casside auro:& gēmis: arma honestabant. In quo illud traditur mirum:dum in India præliatur:concussis:armis usum Barbaris lumen infundere:& monstrum ante se agere: Q̄ uod compar fuit cum Epizelo Athenienſi:qui:ut tradit Herodotus:in pugna Marathonia dum præliat: usum monstrum:quod ante se cōspiciebat:occidere nisus:luminibus captus perpetuo mansit. Etiam Tiberii equs in conflictu belli:ore flāmas interdū emittere uisebatur.C.tamen Gracchus legem tulit ad populum de uestibus publice:militibus dandis sine stipendiorum diminutione. Inde institutum:ut singulis militibus sagæ:togæq; in hibernis dentur.Prævaluitq; mos ut in bellum profecturi Romani milites singuli in tabulis describantur: ut illorum qui prælio

qui prælio cecidérant:nomina reuersis innotescerent. Vtq; in delectu conscribendo primus miles bono nomine tanq̄ inde faustum:felixq; auspicium futurum sit,conscribatur.Id.n.boni ominis esse,& prosperos euētus facere putabant.Apud Persas inualuit mos ut profecturi in bellum: in cistam ante regis tribunal singuli singulas sagittas imitterent, mox reuersi quisq; repeteret suam,ut ex remanentibus:illorum qui prælio cecidissent numerum internoscerent.Hi ergo in castris militiam edocti hyeme pariter atq; æstu diebus singulis mane,& post meridiem, locum tenere, signa sequi, ordinem seruare, fossam fodere,figere uallum, militari gradu incedere, & alia militaria facere quottidiano usu ediscebant.Nam ducibus, Centurionibus,& Tribunis:præcipue curandum erat:in locis,ubi statiua habebant, cogere Tyrones milites cum primum mœrere cœpissent stipēdia,ne sine consilio:sine imperio in hostes tenderent,per turmas hinc inde crebro cōcurrere,decurrere,clamare,locum tenere,imperium seruare,iussa exequi:seq; in orbem colligere,cuneum facere,& phalangem:ut sequi signa,& pati tedium:æstus ac uigilias assuescerent,ne pulsi loco cederēt,& in acie quisq; agnosceret ordines suos.ita ut usu quottidiano non minus ipsi sibi præscriberent quid facto opus foret, nec hoc tante ullo:nec imperante:q̄ ab aliis ediscerent. Q̄ uæ disciplina præcipua Iphicrati traditur:ut sine ducis opera:milites ita instituēret consistere in acie,ut peritissime dispositi uiderentur. Iactu quoq; disci,cursu,saltu,iaculatione, & luctа inuicem contendere,mos erat.Nandi quoq; post solitas exercitationes iuuentutis Romanæ summum studium in militari rudimento fuit, aliaq; opera iusta, militaria, qbus quasi simulachris pugnæ animos,corporaq; tanq̄ ad uerum bellum acuebant.Ad palum quoq; exerceri,aut iaculis,& sagittis ferire,nonnunq̄ fundis:& lapidibus:disciplinæ militaris erat. Fuit.n.palus cubitorum trium:quem tyrones scuto,& claua uelut hostem petere:in eūq; ictus & plagas inferre solebant.In quo id cauebatur īprimis:ne dum ad palū ictus intendunt,ipsi hostium telis pateant:proinde oportebat aīo eos: & corpore, intentos esse:nō magis ad inferendos:q̄ ad cauendos:declinandosq; ictus:cui ludo Palaria nomen. Arcu quoq; & sagittis plerūq; cretensibus: & cydoniis exactissima cura:milites instruebantur.Sicut apud græcos palestra.Cyri uero disciplina fuit:ut milites semper opus facerent: & nunq̄ exercita iuuentus: nisi sudore præuio cibum sumerent. Q̄ ui etiam neq; prādebat: neq; cenabat unq̄ nisi sudasset prius:& militaria obiuisset mūera.Agesilaus quoq; in gymnasio:ne ocio senescerent milites:exercitationis: & uirtutis cuiusq; præmia proposuit.Leuibusq; præliis experiundo assuefecit. Q̄ uietiam Persarum regum mos traditur:ut cursus & pugnæ dona militibus proponant.Alexander uero Macedo: ne ocio milites lasciuirēt: certātibus uirtutis pmia Chiliarcas dedit. Præ cæteris Aurelianus Cæsar nullum reliquit uacuum diem: quin se pilo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſagittis ac militaribus armis exerceret. Et Maximinus ſenior: q̃uis grandis natu: campeſtrium exercitationum ſupra modũ labores ſubiit. Antoninus quoq; Baſſianus Caracalla: præterq̃ q; ſe cuꝫ militibus exercebat: iter ſemper onuſtus armis: pedes fecit. Id quod de Seuero ſcriptum accepimus ut hyeme ſæua & gelida aperto capite per niues & pruinas: per montes: ſyluaſq; curſitaret: in patientia laboris: & uictus abſtinentia ſupra fidem affluetus. Quibus documentis redacto in diſciplinam milite: poſito rudimento: & continuo uſu firmato: legiones conſcribebant. Præterq; milites peregrinæ militiæ: inter auxilia Cretenſes ſæpe militaſſe accepimus. Hi. n. terreſtri: naualiq; prælio: ad inſidias: furta: & rapinas: populando affueti: excurſiones maximas facere promptiſſimi ſunt: in prælio uero ſegnes: Cydones uero fortiſſimi: ſicut Homerus inquit: illorumq; arcus: captiuis pellibus ornari: pleriq; literis adnotatũt. Idq; a Iuuenale uerſibus mundis ſignificari crediderim: dum inquit.

Tu ſcabie fruere mali quod in aggere rodit
Qui tegitur parma: & galea: metuenſq; flagelli
Diſcit ab hirſuta iaculum torquere capella.

Notat. n. illa ueteris diſciplinæ rudimenta quibus Tyro miles in emittendis iaculis apud ſuum Centurionem inſtrui ſolebat. Quin etiam Romanæ militiæ fuit: leuis armaturæ milites: atq; equites: loricas: & galeas urſinis pellibus tectas: quo truculentiores uiſu forent: in aciem deferre: ſicut Græcoꝝ ueteres pelles fluuiatilis canis p capitis tegmẽto uice galeæ detulere. Equinaſq; iubas: & caudas in galeis: aut pennas ſtrutiocameli: nonnunq̃ leonis pellem p conis apud Romanos fuiſſe: conſtat: more Aethiopum: qui pelles equorum capitum cum ipſis auribus: & iubis deferentes: nonnunq̃ pardorum pellibus leonumq; amicti acies ſubeunt: & præliantur. Thracibus in more fuit e pelle uulpina caſſides ferre: ſicut Albanis: & Hiberis cum ferinis galeis pugnare. Rhoxani non modo galeis: ſed thoracibus: & ſcutis ex crudis bouum coriis uti ſolebant. Apud græcos aũt: Homeri teſtimonio: equinæ iubæ pro criſtis fuere. Pyrrho: & Philippo hircina cornua. Hãmoniis arietis caput. Acheis pẽnæ uariis diſtinctæ coloribus. Alii rubras criſtas ſupra caſſidem deferebant. Cimbri: & Theutones horrentium hiatibus aialium contexere galeas. Abradatæ Perſarum duci conus hyacintinus erat. Cyrus caſſidibus æneis: & conis albis milites ornauit. Chares gallos gallinaceos pro conis habent. Alexãdri caſſidem criſtata iuba: & pẽnæ candidiſſimæ circũcingebant. Nonnunq̃ inſigne fuit epiporma. Galli non modo ſcuta: ſed corallio ornabant galeas. Galatæ: partim cornua: partim quadrupedum: habuere effigies: Sãnites cum pinis muralibus digladiantur: in prælio uero criſtatis galeis. ſicut Luſitani: & Sacæ ſcythica gẽs q̃bus neruatis: criſtatiſq; galeis pugnare in uſu eſt. Theuri, Myſi, & Thraces, ſupra eneas galeas bonis aures: & cornua apponunt.

Inter cæteros

Inter cæteros Conidus Centurio bello contra Myſos fertur miraculo fuiſſe: qđ poculum ſupra caſſidem modo ſuſcitans flãmam: modo remittens deferebat. Eratq; Romanæ militiæ uetus conſtitutum, ne miles ſine cõmeatu abſignis abeat, neue præſidio decedat, neue locum relinquat, aute caſtris effugiat, neu diſcedat longius, ſed explorato & ſub ſignis, atq; ſubſidiis poſitis: non modo in acies ꝓdeat, ſed lignatum, & pabulatum uadat: omnia deniq; uelut ſi coram hoſte cauta, p̃uilaq; ſint. Vtq; milites die ſimul ac noctu, iuxta parati, inſtructiq; ad nutum, imperiumq; præſto ſint: qui contrafecerat: aut ignominia: notaq; afficiebatur, aut ſeuera correptione capite luebat, tam & ſi non nulli delicta eiuſmodi lenius uindicarint. Nanq; Aemilianus Scipio licet grauiſſimus exactor diſciplinæ: quem militem extra ordinẽ deprehenderat fuſtuario plectebat, eũq; uulgato ad rem militarem exẽplo. Si Romanus. ciuis cẽt: uitibus, ſi uero externus: fuſtibus cedebat. Eſt quoq; lege militari ſancitum: ne lixæ permiſti cum equitibus uagentur. neue frumentum publice datũ miles uendat: aut prædas pecorum uel mancipiorum uino cõmutet: ne ue gregarius miles in acie uel caſtris ſeruum, aut iumentum habeat. Neu quis ubi Tribunus militum fuiſſet, poſtea ordinum ductor eſſet, nec qui ordines duxiſſet, miles poſtea fieret. Vtq; milites manipulares qui ſub diſciplina militãt: ſemp cincti, caligatiq; ſint, quæ quidem caligæ multiplicibus clauis munitæ erant, diſcinctos enim uelut ignauos & militia minime aptos putarunt: præcinctos uero fortes & ſtrenuos. Quare Macedonũ lex erat militaris: ut qui miles hoſtem non occidiſſet non militari cingulo, ſed capiſtro cingeretur. qđ apud Carthaginenſes ſeruatum legimus, ut diſcinctos poſtremos homines ducerent. Tam & ſi Afrorum peculiaris feratur mos: fluxa tunica, & diſcinctos incedere. Quin etiam ut in expeditionem ituri milites arma & uallũ, nec non uirem: follem: ſcutum: gladium: tum ſiquid ad uſum uelint: interdũ plus dimidiati menſis cibaria, ablq; ſeruorum aut iumẽtorum miniſterio humeris ferant: antiqui moris & exempli fuiſſe. Illud quoq; animaduertimus: nemini in Romana militia extra ordinem: etiam in prouocantem, contra imperium pugnare licuiſſe, idem Macedonibus: quibus in iuſſu ducis: aut arma capere: aut in ordines ire uetabatur. Quodq; niſi militari ſacramẽto miles adſcriptus foret: hoſtem gladio petere: aut militare minime fas erat, perindeq; in eum militaris animaduerſio fuit: qui hoſtem militiæ ſacramento non adſcriptus occideret: aut qui claſſico reuocatus tardius pareret, q̃ qui ciuem aut ſocium iniuria occidiſſet. Ideo laudaſſe Cyrus dicitur militem, qui cum hoſtem interfecturus gladium eduxiſſet: claſſico receptui audito, ictus exhibuit, & hoſtem dimiſit. Sed prius ſua ſponte decuriati equites, centuriati pedites ſacramẽta mutuo præſtabant: Paulo deinde Aemilio: & Terentio Varrone Coss. tunc primum quod nunq̃ antea factum: per Tribunos militum a uolũtario

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſacramento ad legitimum iuſiurandum milites adacti fuere. Quod quidem Imperator præſtare tenebatur primus: ſuo mox ordine ſubſequebant legati, deinde Tribuni, deinde Cẽturiones, poſtea decuriones, mox præfecti caſtrorum, demum milites: quod ſingulis annis Kłis Ianuariis, denuo præſtabat. Iurabant enim per deos ſolẽne iuſiurãdum, poſtea in acta principum. Se iuſſu Conſulum conuenturos, neq; e caſtris, eorum iniuſſu, quæſitis occaſionibus abituros, non fugæ formidinisue cauſa extra ordinem receſſuros, niſi teli ſumendi, uel hoſtis feruendi: aut ciuis ſeruandi cauſa. Neq; in exercitu prope uè decem paſſuum millia, pluris argentei nũmi furtum facturos, extraq; haſtam: ligna: pabulum: utrem: follem: liquid quod pluris eſſet nacti fuiſſent, id omne ad Coss. delaturos aut dominis reddituros. Nonnunq; alio ſacrameto milites adactos comperimus: tunc cum ingens ſubeunda dimicatio foret: & in extremum diſcrimen res uenit. Vt niſi uictis debellatis, fuſiſq; hoſtibus uictores forent: ſe ad caſtra nunq; reddituros iurarent. Tum illud notatum eſt: qd' li ab uniuerſo exercitu iuſiurandum Conſuli præſtandum eſſet: ſatis fuiſſe: ſi Centurio uel Tribunus exercitus nomine: conceptis uerbis: ſublimi uoce iuraret: omnisq; multitudo & ſinguli milites: cõmuni conſpiratione & conſenſu in eadem uerba ſilentio: in ſe quiſq; iuret. Hocq; iuſiurandum: ac ſi concepta uerba ſinguli expreſſiſſent: perinde tenere: atq; ſanctum & illibatum haberi. Apud Lacedemonios uero milites: hoc etiam iuramentum præſtare ſoliti ſunt: eoſdem cum Imperatore amicos: inimicoſq; habituros: utq; bonorum malorumq; firma conſentio inter eos & fœderatio eſſet. Neq; omittendum qd' de Athenienſibus memoriæ proditum eſt: qui cum propter quotidianas contentiones: & uiolatum ius gentium: infenſi Megarenſibus: & animo hoſtili eſſent. Quoties milites ſolito militari ſacramento adigebant: hoc etiũ iurandum illos ſubire coegiſſe: ſe intra militiæ tẽpus quotãis quoquo modo poſſent. Megarenſium agros: fineſq; infeſto exercitu inuaſuros: & peruaſatis agris nihil intactum relicturos, atq; in eos, omni clade belli graſſaturos.

Diſſenſio inter duos ludi profeſſores ſuper uerbo inuenio & reperio cõtra obſeruationes gramatici cuiuſpiam. Caput. XXI.

AMbulabamus in littore dum Neapoli eſſemus: æſtiuo anni tempore cum iam adueſperaſſet: ego & Iunius Antonius & plerique ſtudioſi paribus diſciplinis dediti: qui illuc ociandi cauſa aduenerant. Cumq; duos ludi litterarii profeſſores: ſuper uerbo reperio: & inuenio graui contentione inter ſe iurgantes: diſceptanteſq; uideremus. Libuit eorum diſceptationi intereſſe. Atq; ex his alter: cum inuenire: diceret eſſe impenſo labore: rem

diu quæſitam aſſequi, reperire uero, rem nõ quæſitam, ſed forte oblatam, nã ciſci, idq; Ouidii authoritate qui in ſuo maiori carmine dum Inachum natam Io quærentem facit, poſt longos & irritos labores, his uerbis illam affatur. Tu nõ inuenta reperta es, Quos ipſe uerſus ſic explicabat, ut diceret, te ego cum diu quæſierim, non inueni, ſed caſu oblatam comperi. Ouidium ergo de ſignificatu uerbi, contra illum diiudicare aſſerebat, qui uerbum reperio, caſus facit, non operæ. Quoq; minus dubites: inquit ille, habes latinæ linguæ doctorem non ignobilem, nec mora cõmentatiunculas quaſdam grãmatici hominis non incurioſi quas ſecum adduxerat, e ſinu togæ depromit, in quibus ita ſcriptum erat. Excogitare cõſilii eſt, reperire uero fortunæ, unde Ouidius, Tu nõ inuenta reperta es. Hæc cum ille, & pleraq; legiſſet, reclamabat alter, doctorem iſtum, nec uerba, nec mentem Ouidii intelligere quiſſe, labiq; errore manifeſto. Siquidem reperire eſt cum labore aliquid quæſitum aſſequi, deductum ex re & pario, parere. n. eſt cum labore quærere, unde pecunia parta cum labore quæſita dicitur. ĩmo eundem Ouidium quem in medium ille adduxerat, eodem uerſu ſignificantius contra demonſtrare: Tu nõ inuenta, ſed reperta es inquit, quaſi ego te, non caſu & fortuna nactus ſum, ſed ſtudio, & labore quæſitam repperi. Quod & alio uerſu eundem exploratius ſignificare aiebat. Exanimeſq; artus primo, mox oſſa requirens, Repperit oſſa tamen, Præterq; hanc Ouidii authoritatem, idem apud authores probatiſſimos uſu continuo obſeruari. Q. Curtius, quippe Eufrates inqt, altum limum uehit, quo penitus egeſto uix ſufficiendo operi firmo reperiũt ſolum. Et idẽ. Quia duces aſſeruati profugerant, miſit qui conquirerent: nec repertis. Suetonius in Cæſare. idq; eo ſtudioſius facerent, qd' aliquantum uaſculoq; operis antiqui ſcrutantes reperiebant. Vides inquit ille reperire eſſe operæ & conſilii, non aũt fortunæ. Atq; alter cum contra tenderet, & uoce ĩmodica obſtreperet, eadem ſæpius & quædam nugalia repetendo, cupidus ego iſtius doctoris mentem plane perſpicere, accipio libellum a manibus magiſtri, atq; in eo lego pleraq; nimiũ audacis doctrinæ, & confidentis. Nanq; eo proceſſit ut ſingulos ferme ueteq; probatiſſimos, quoq; ueſtigiis nobis initi operæpreciũ eſt, a præſcripta a ſe lege & dicendi norma diſſidentes taxare non fuit ueritus. Præter quæ. In eo admiratus ſum, offendo & nanciſcor fere idem eſſe quod reperio, quod procul a uero eſſe aperte liquet. Etenim ſi reperire eſt, aliquid impenſo ſtudio inuenire: ut eſt modo oſtenſum. Nemo fere quiſq; id in uerbo nanciſcor, & offendo inueniet. Siquidem uerba hæc haud dubie ſub caſu & fortuna ſunt. Præterea qui rem exquiſitius penſitabit, inueniet nanciſci id frequentius notare. Rem ſcilicet forte oblatam data occaſione aſſequi, & habere. T. Liuius tertio ab Vrbe condita, Pacuuius inquit Calanus malis artibus nactus opes idem caſtris ponendis diſperſos nactus: Cæſar idoneam tempeſtatem nactus

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixit:ideſt aſſequutus.Id quod feſto Pompeio authore/ſciẽtiſſimẽ probatur: qui uerbo nanciſcor:ſignificatum aſſequendi potius q̃ inueniendi in ſuis commentariis tribuit:& pleriſq; ueterum authoritatibus in quibus ſi nanciſci inuenire dixeris/profecto abſurde & imperite loqueris. Hæc & plæraq; in eo cum legiſſem cum me iam tederet:librum reſtituo:atq; illos inuicem: altercantes: diſceptanteſq; relinquo.

Ex quibus uictoriis olim Conſules:& deinde ſequti duces:triumphare conſueuerint. Caput. XXII.

VEteres Romanos olim:non ex quibuſcũq; uictoriis triumphare conſueuiſſe. Sed cum bellorũ: & uictoriarũ cauſæ eo munere dignæ uiderentur:triũphos egiſſe:accepimus. Cauſæ uero triumphorum/licet a prima origine exiles fuerint: atq; tenues. Quippe quia exiguis uiribus:& parua manu rem agebant:poſtea aucto:dilatoq; imperio maiores: certioreſq; fuere:ut ad triumphi munus quisq̃ aſpiraret.Cum Veientes olim Tarquiniẽſeſq; pro Tarquiniis contra Romanos mouiſſent arma: & uelut æquo marte utrinq; pugnatum foret/quod uno plus Etruſcorum in acie cecidiſſet:nec hoſtium quisq̃ poſtera die in conſpectu erat:digna res triũpho uiſa fuit. Itaq; Valerius Cos.quãuis collega morte ſublato/de Veientibus: Tarquiniẽſibuſq; triumphum egit.Et.P.Valerius:&.T.Lucretius Coss.cũ infeſto exercitu in agrũ Sabinũ ꝓfecti:primo uaſtatione mox prælio ita hoſtium opes afflixiſſent:ut nihil inde rebellionis timeri poſſet:triumphantes Vrbẽ iniere. Quin etiã ex deditis & nõ captis Vrbibus: aut hoſtibus fuſis & auerſis ſtante Dictatore a Conſulibus ſæpe triũphatum eſt.De Priuerno & Pometia:deq; Sabinis:& Sãnitibus:& ſi non ui captis:ſed in deditionem acceptis triũphare licuit: ꝓpterq; auerſos & palatos hoſtes Claudius Petilius Cos.Dictatore.Q.Seruilio Hala de Tiburtibus:& Gallis triũphauit.Et Cornelius:& Bebius Coss. qđ Ligures Apuanos nõ expectãtes bellũ in deditiõem acceperũt:& ad duodecim millia in alias terras traduxerũt:de Liguribus uelut acie uictis triũpharũt.Procedẽte mox tpe cum ꝓpagato impio:cum hoſtibus ualidioribus:magnis utrinq; uiribus bella agerent:cautum fuit/necui triũphum: niſi qnq; hoſtiũ millia cecidiſſet:& iuſta acie magnas copias fudiſſet:decernere liceret.Cuius rei fidẽ apud Quæſtores:ut qd laboris exhauſtum:qdue cædis noſcerẽt: ampliſſimo teſtimonio facere oportebat. Idq; nõ ab re uiſum. Erat.n.triumphus ingens honoꝝ cumulus:quem multi duxerũt maximum uitæ bonum quo niſi magnis conatibus deuictis perduellibus,uictores bello duces honeſtabant. Vtq; niſi pro aucto imperio,nõ pro recuperatis his quæ bello amiſ

ſa erant,triumphus cuiq̃ decerneretur. Quin etiam niſi ſuo ductu,& auſpicio,ac in ſua & non aliena prouincia,eaq; pacata,& nullo manẽte bello, imperatores hoſtes profligaſſent, & uiciſſent: triumphare nemini licuit.Ideo Liuio: & Nerone Coss. deuicto ad methaurum Haſdrubale Liuius qui in ſua prouincia rem geſſerat', de Haſdrubale, & pœnis iuſtiſſime triumphauit. Nero autem qui potior uictoriæ cauſa fuit. Quod in aliena prouincia ſuppetias collegæ dederat. Ouans in urbem uectus eſt. Exq; duobus Conſulibus eandem prouinciam ſortitis: contraq; eoſdem, militantibus uni triumphum decretum:qđ hoſtes fuſius egerat: ciuſq; ductu & auſpicio parta uictoria fuerat,alteri negatu3 legimus.L.Valerio potito:&.M.Mallio Coss.quod contra equos in Algido:proſpere rem egiſſent: Valerio Triumphus:qđ perſeuerantior in hoſte perſequendo:inſtando, urgendoq; fuerat: Mallio uero:ut ouans urbem iniret:a Senatu datum eſt. Fuitq; animaduerſum:qđ tam & ſi uictis fuſis:fugatiſq; hoſtibus res triumpho dignas imperatores geſſiſſent.Si tamen neq; Dictator:neq; Cos.aut Prætor:exercitui præfuiſſent:neq; legittimum haberent magiſtratum: cuius ductu & imperio uicti eſſent & profligati: triumphare nemini fas erat. Propterea. L. Cornelio Lentulo:magnis rebus geſtis:negatus triumphus fuit: quod proconſul Hiſpaniam prouinciam non Conſul obtinuiſſet.Tam & ſi Scipionem proconſulem:& cui ſæpe prorogatum imperium fuerat,de Hannibale & pœnis.Et Cn.Mallium de Gallogræcis.Paulumq; Aemilium de Ingaunis Liguribus & Pompeium magnum de Sertorio:Procõſules egiſſe triumphos legamus. Perraro enim alicui triumphare permiſſum fuit:qui ſine legittimo magiſtratu:& ſine iuſto Imperio rem geſſiſſet:præter Pompeium magnum:qui tam & ſi: in Senatum per ætatem admiſſus non fuiſſet, eques Romanus adhuc:id quod contigit nulli:deuicto in Africa Domicio triumphauit:cui hoc ferunt præcipuum contigiſſe: quod e tribus orbis partibus ſpecioſos egerit triumphos.Sed nec eum qui magnis perpeſſis cladibus: & nimium cruenta uictoria eſſet potitus:tanquam lugubri:& parui compendii: quod multis funeribus non multis commodis:rempublicam affeciſſet. Propterea Valerio Cos. uictori contra gallos: ob cladem exercitus negatus triumphus fuit: cum magis dolor ciuibus amiſſis: q̃ uictoria hoſtibus fuſis prævaluiſſet. Nec eum qui exercitus Romam non deportaſſet: niſi perdomitam,pacatamq; prouinciam ſucceſſori dediſſet, more maiorum. Eſt tamen memoriæ proditum: nonnunquam ſtantibus Coss.prætorem qui in ſua prouincia res geſſerat: hoſteſq; fuderat: etiam ſine Conſulibus triumphaſſe. Duoſq; Conſules de eiſdem hoſtibus parta uictoria triumpbantes Vrbem iniſſe. Neq; negauerim, non ſemel, ſed pluries: in eodem magiſtratu, & contra eoſdem hoſtes, propter res feliciter geſtas: magnis ſæpe ducibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

triumphare permiſſum. Quodq; a principio Vrbis, non curru triumphali, nec equo uehi triumphantes, ſed pedibus incedere affuerāt. Poſtea equo uecti: demum curru quatriiugo triumpharūt. Tametſi Romulum de Acrone Ceninenſium duce, curru quattuor equorum triumphaſſe: Dionyſius aſſeueret, ac ex duobus imperatoribus in magiſtratu poſitis, illi qui in ſupremo gradu eſt, ſoli triumphare permiſſum. Ideo Cos. cum dictatore, aut prætore non triumphat, ne minor poteſtas maiori æquata uideatur, neue auſpicia, q̄ maioris magiſtratus ſunt, cum minoribus confundantur. Licet Dictatorem & magiſtrum equitum una triumphaſſe ſæpe legamus. Illud deniq; ex annalibus conſtat: Romanum ciuem: q̄uis reip, pernicioſum & infeſtum, ſi bello uictus foret, in triumpho deferri non licuiſſe. Quodq; ſi contra pyratas ſeruos, aut fugitiuos, uel aliud genus hominum Romano nomine indignum, bellatum foret, tanq̄ belli cauſa erubeſcēda: q̄uis parta uictoria, aut hoſtibus fuſis, auerſiſq;, nemini triumphare licere. Contra uero ciues bello uictos, qa lugubris uictoria eſt: ipſeq; dux minime imperator cēſetur, licet bene gerēdæ rei occaſione data: neq; ouare, aut triumphare, uel ſupplicationes cuiq̄ decernere, dum res publica ſtetit, unq̄ permiſſum fuit: niſi poſt aliquot ætates: Cū Aurelianus Auguſtus de Tetrico uiro ſenatorio, quem in oriente uicerat, & Zenobia muliere triumphauit. Apud Græcos uero ſeruatum diu eſt, ut qui imperator hoſtem fugaſſet, tropheo donaretur. Qui occidiſſet, aut funditus euertiſſet, triumpho, uel encomio, & peplo. Fuiſſe autem peplum uelum, in quo qui facinora geſſerant fortia, ſingula egregie geſta, atq; acerrima prælia, & maxima effingere, illudq; pro īmortali memoria exponere palam, & tēplis dicare aſſuerant, ſcriptores ꝓdunt: in quo deoꝝ imagines, ſæpe clariſſimoꝝ uirorum geſta effingebant. Quare Athenienſes, Antigoni, & Demetrii imagines, cum Ioue, & Pallade effinxere in peplo. Nonnulli peplum eximii candoris ueſtem ſine manicis aureis diſtinctam clauis fuiſſe autumant, quā q̄nto quoq; anno apud Helyn, mulieres ſex & decem Iunoni contexebant. Encomium uero carmen in uictoris laudem æditum ad īmortalitatem, quo ipſius res geſtæ magnificæ illuſtri præconio canebantur, quod Epinicia uocant. Tropheum uero monimentum dixere, nunc marmoreum, modo æneū cum inſcriptione & titulis, æuo perpetuo duraturis. Nonnunq̄ ſi materia nō ſuppetebat, lapides in ingentem cumulum aggerendo, uel inſignem arborē excīſis ramis, ibiq; hoſtium ſpolia ſtatuendo, in memoriam poſteritatis, bonis & fortibus uiris pro tropheis erigebant. Tam & ſi qui primi græcis æneū aut lapideum ſtatuere tropheum non magnopere probati fuerint, qd̄ regum tantum nomina illis inſcriberent, nec militum operam aut fortitudinem, qui bus uictoria parta fuerat, annotarent. Fuitq; moris in locis quibus cum hoſtibus decertaſſent & uiciſſent, aut aliqua inſigni clade affeciſſent, ibi uictores

duces pro monimento laudis cum ampla inſcriptione tropheum ponere, & fortium factorum poſteris dare memoriam. Quare Pericles nauies pro patria uictor trophæum poſuit, & aliud Ageſylaus inter Antracem, Nartheriumq; erexit. Lacones qd̄ Perſas parua manu uiciſſent porticum Periſicam de manubiis trophæi loco extruſere. Idem contigit Fabio Aemiliano q ad Rhodanum deuictis gallis, ex candido lapide uelut monimentum magnæ laudis trophæum tulit. Sylla contra Archelaum potitus uictoria fixit ſtemma in quo Martem Victoriam, & Venerem, & ſe uenuſtum inſeripſit. Marius uero de Iugurta & cymbris duplici eſt trophæo donatus. Metellus aūt deuicto Sertorio aureum ſibi poni iuſſit. Quod & Flaminius de torquibus galloꝝ aureum ſtatuit: cum ellogiis monumentoꝝ cladis illatæ. Claudius quoq; deuictis beiis ex torquibus gallorum unum magni ponderis in Capitolio donum poſuit, index uictoriæ & triumphi. Sicut Octauius qui ex auro reſtratæ columnæ in foro trophæum fixit. Germanicus uero de uictis nationibus inter Rhenum & Albim congeriem marmorum ſtructis molibus Tiberio ſacrauit. Preditumq; memoriæ eſt. Arthemiſiā deuicta Rhodo: trophei loco, duas ſtatuiſſe imagines æneas, unam Rhodiæ ciuitatis, alteram illi ſtigmata inurētem pro æterna memoria dedecoris: ignominiæq; acceptæ. Mirumq; prodi de Numenio Anthiochi duce, qui cum in Arabia, æſtuante uadoſo, & reciproco mari, prælio nauali contra Perſas uictor fuiſſet. Mox æſtu reuerſo, pedeſtri certamine ibidem uictor, gemina trophæa Ioui & Neptūno poſuit. Sicut de Neoptolemo Mithridatis duce tradit, circa Meotim æſtate nauali pugna, hyeme uero equeſtri, glacie concreto mari hiſdem in locis uictoriam tuliſſe. Conuenitq; inter peritos rei militaris, qd̄ tam & ſi duces feliciter rem geſſiſſent, & inſigni uictoria potiti eſſent, ſi tñ præcario ab hoſte aliquid petiſſent, nec tropheo donarentur, nec encomio. Viriatus aūtē Iuſitanus hanc temeritatis laudem tulit, ut potitus uictoria cōtra Romanos trabeas & conſulares faſces triumphi loco in montibus figeret. Sic Pompeius deuictis Hiſpaniis & Alpinis gentibus Trophæa in Pyreneis iugis qua in Hiſpaniam iter eſt exeitauit. Et Domicius Enobarbus, ac Fabius Maximus cōtra Allobroges, turres fixis hoſtilibus armis erexere. Inter cæteros memoriæ proditur Seſoſtris Aegypti Rex, ſi cum hoſtibus qui magno certamine dimicaſſent, & præſenti animo reſtitiſſent, rem geſſiſſet. ibi Trophæum cum coleis & uirili membro erigere. Si uero remiſſo & languido animo: per ignauiam ſegniter uicti aut nullo negocio pulſi eſſent, contra eos, muliebri genitali conſtituto tanq̄ in deſides, & ignauos Trophæum ponere conſueuiſſe. Apud Lacedæmonios uero cōtra. Nam qui dux fortiter dimicaſſet, & cruento marte, magnaq; hoſtium clade uiciſſet, Trophæi loco gallum diis immolabat. Qui uero deditione & pacto, nec nimium cruenta uictoria potitus

Universidad de Deusto
Biblioteca

belli mala uitasset. Bouem, ut signarēt, magis decere imperatorem iuxta Peri clis sententiam: consilio & astu q̄ gladio: aut multo sanguine fuso: uictoria po tiri. Neq; prætereundum: qđ tam & si ponendi trophæa: rebus prospere ge stis: apud græcos: frequens usus foret. Regibus tamen Macedonum: fuisse uetitum ne illa erigerent. Q uippe cum Caranus deuicto. Cisseo Rege tro phæum posuisset: noctu ueniens Leo: illud euertit & disiecit: inde uelut fœdi ostenti: maliq; ominis: uetitum est: ne in posteruꝫ Reges Macedonum quæ sitis uictoriis: trophæa ponerent.

Disceptatio Franciſci Philelphi cum Grāmatico: an Cicero aliquando luduꝫ aperuerit. Caput. XXIII.

FRanciscus Philelphus ætatis suæ homo doctus & fortunatus inter sui æui poetas famam carmine primum: auspicatus est: a principibusq; qui eo tempore floruerunt: magnis honoribus: & re familiari: auctus & honestatus fuit. Cuius uicia incuntis adolescentiæ: postq̄ deferbuere cupiditates: cum iam ætate matura senesceret: magnis postea uirtutibus emendauit. Is cum æuo ingraueſceute celebris famæ haberetur: & optimatum rogatu: accersituq;. Romam aduentasset: experiri credo uolens q̄ tum dicendo ualeret. Tusculanas quæstiones Ciceronis publice in scholis legere aggressus est. Ad eum quottidie concursus studiosorum iuuenum: & clari nominis professorum: frequens fiebat. Ipseq; inter legendum firma eti am tunc uoce & latere: nouis & exquisitis eloquentiæ generibus: præceptisq; discipulos imbuebat: exploratoq; iudicio singula dicendi genera: & philoso phorum scita multo cum nitore & cultu pensitabat: & rimabatur. Eum ego adolescentulus senem: inter cæteros coetuos meos colui: & obseruaui: cumq; ad eum nos quoq; uentitaremus: memini ipsum interlegendum dicere: Cicero nem cum eiusmodi quæstiones scriberet: conuentum suæ ætatis studiolo rum habuisse: ludumq; litterarium quasi aperuisse: & pleraq; hoc genus la tis scite: & eleganter: ut mos: ingeniumq; eius fuit: non sine multo ornatu in scholis recentiore. Cumq; peroraſſet: & a lectione ut fit discipuli apud eum se colligerent & fabularentur. Ipsæq; illa eadem sæpius repeteret. Animaduerti quempiam grammaticum florentis facundiæ cuius nomen libens prætreo: eius doctrinæ æmulum: qui ipsum perniciali odio prosequebatur: sæpeq; a pud studiosos illum in inuidiam: crimenq; uocabat: singulaq; non modo dicta: factaq;: sed uerba: & nutus obseruabat: contradicere: quæq; ille dixerat uera esse pernegare: neq; apud authores inueniri: Ciceronem ludum aperuisse: aut scholas studioſoruꝫ habuisse asseuerare. Cunq; Philelphus mitis ut erat: & placidus:

& placidus/non Rhetorum scholas: in quas hoīes passim uentitarent. Sed tamen aliquos præstantis ingenii uiros/studioſos disciplinaꝝ Ciceronem edo cuisse: & quasi ludum aperuisse diceret. Idq; testimonio probari: illius ad Petū epistolæ: qua se Dionysium superiorem imitari dicit: qui cum Syracusis expul sus Athenas cōmigrasset ludum inibi aperuit: se pariter habere discipulos asse uerauit. Hæc & pleraq; cum ille diceret: contraq; cum alter insectaretur: & iam nō cōtentione: sed clamoribus: & prope dimicatione rem agerent: nec res sisti uideretur posse: excandescens Philelphus tanta indignatione exarsit: ut illum indoctissimum ominum indoctoꝝ uocitaret. Tādem cōmuni discipulorum: amicorumq; intercursu/desita ira & ardore illo animoꝝ composita cōtrouer sia: & lis dirempta est. Sed cum postea in ipsius Ciceronis multiplici lectione uersaremur: ínuenimus id ab eo apertius significari. Nāq; ad Volumniū Cas sium scribens: Cassium & Dolobellam suis auribus frui asseuerat. Ad Petū quoq; ueniunt qui me audiunt: quasi doctum hoīem: quia paulo sum q̄ illis doctior. Et ad Papirium Petum: Hircium ego habeo inquit & Dolobellam dicendi discipulos: cenandi magistros: puto te audisse illos apud me declamitare. Vatinius quoq; ad Ciceronem. De Catillo inquit defenditur a. Q. Volusio tuo discipulo. Q uod &. M. Fabius de Celio & Pansa testatus ē. Q uī oēs a primo ætatis gradu. Ciceronem in disciplinis bonarum artium sectatí fuere. Sed qđ de Cicerone idem nimirum de Socrate: Platone: & Aristotele: aliisq; doctissimis uiris qui scientia percelluere accepimus: qui bonis discipli nis iuuenum aīos imbuendo æternā sibi gloriam peperere, suisq; dissertationi bus & documētis diuersarum opinionum sectas inuenere. Ante oēs Pytha goras Samius iuuenum emulantium studia: scholasq; sophistaꝝ in Italia ha buisse fertur: plurescq; discipulos reliquisse: magnæ: & expertæ uirtutis: Sic The banū Epaminundam: Lysias Pythagoreus: Aristotiles Theophrastum: & Syracusanum Dionysium Plato erudituit. Perrarecq; eximius aliquis ingenio. & doctrina inuentus est uir, cuius non aliqua monumenta studiorum man data litteris: aut aliqui discipuli: sapientiæ præceptis aucti: & imbuti: uelut he reditaria munera posteritati relicti fuerint.

In quo gradu cognationis apud pleraſq; gentes matrimonia licuerint: & q̄ di uersi mores in contrahendis nuptiis fuerint. Caput. XXIIII.

INter omnes cōstare uideo licuisse quondam passim & nul lo delectu: aut modo: ueteres coniugiis affinium cognato rumq; copulari: quod tamen non æque apud oēs seruatum est. Nam & si: apud nōnullas Indorum gentes: Arabas: Per sas, Naureſq; qui iuxta Battrianos sunt: ac Magos: & Ba

Universidad de Deusto
Biblioteca

bylonios, quorum hoc iſtitutum fuit, cum quibus Chriſippus ſentire uiſus
eſt, filios matres ducere uxores, & cum parentibus ſtupro coire, atq; ex eis ſo
bolem gignere, paſſim licuerit. Idq; inter eos coniugium nullis fuerit legibus
uetitum, tamen apud reliquas ubiq; gentes, tam īmane ſcelus, lege & mori
bus ſub graui documento interdictum fuit. Nefas ſcilicet exiſtimantes, filios
cum matribus turpi amore cōmiſceri, ferarum ritu, quod dictu, audituq; fœ
dum & pudendum eſt. Aegyptii uero ſororum amoribus coniugiiſq; impli
cari, & cum his paſſim matrimonia inire ſolitauere. Quippe Ptolemeus ut
ſororis quam miro amore deperibat coniugium ſortiretur, & ſuam libidinē
expleret, paſſim id licere permiſit. Itaq; ut dirum facinus, & notam turpitu
dinis nefariæ uelamento matrimonii obnubilaret, omnibus id permitti uolu
it. Id quod perſis quoq; licuit. Nam Cambyſes duas ſorores cum deliderium
ferre non poſſet, & Darius Satyram iiſdem genitam parentibus connubio
ſibi deuinxere. Idem Epyrotæ & Macedones. Siqdem & Ptolemeus Cerau
nicus Arſinoem duxit. Et Olympias Pyrrhi filia fratris coniugio potita fuit.
Contra uero omnis fere græcia, qui inter priuatas neceſſitudines cum ſororī
bus commiſceri interdictum habuere: nefandumq; putauere: eodem parente
genitos inuicem inceſtis nuptiis detineri. Tam & ſi Athenienſibus germanas
ducere uxores crimini datum non fuerit. Quippe Cymon Elpenicem duxit:
& exillo traditum, impune cum ſororibus coniugati. Perſis quoq; legitimū
fuit, neq; pudendum uſum eſt, non modo ſoronibus, ſed & filiabus comiſce
ri. Nanq; Artaxerxes, Athoſim, atq; Meſtrim filias iuſtæ uxoris loco habuit:
& alii impune id factitarunt, quod græci, & pleraq; gens improbum, nefan
dumq; extimarunt. Præ oībus uero Lesbii fœdiſſimæ ueneris fuiſſe tradunt:
apud quos nihil ſinceri erat/aut incontaminati: adeo ut ne capiti quidem par
cerent, & oī fœda libidine ſe inquinarent. Apud Romanos uero tam inīor
mia coniugia lege, & moribus interdicta fuere, apud quos licet cum affinibus
cum quibus ſumma erat neceſſitudo, coniugalem inire copulam eſſet lege
uetitum, ea de cauſa, ut nouos affines agnationibus familiarum, multaſq; p
pinquitates & clientelas mutuis affinitatibus ſibi aſciſcerent cognationis iure.
Tamen cum ſobrinis aut defunctæ uxoris ſorore, uel mortui fratris uxore co
pulari non uetabatur. Cæcilius.n. Metellus uxore defuncta illius ſororem de
ſponſam tulit. Et Brutus Portiam ſobrinam nulla prohibente lege, deſpon
ſauit. L. quoq; Craſſus ex defuncti fratris uxore filios eduxit, & propagauit.
Ex deſcendentibus uero ad neptes uſq; coniugia Romani uetuere, id quod
etiam plebis cito cautum fuit. Sed fratris filiam ducere uxorem: licet antea le
ge uetaretur, ſubſequtis inde temporibus, paſſim id licere principes uoluere:
poſtq; Claudius Cæſar rem deſuetam uſurpauit, ut Agrippinam cuius amo
re deperibat ſibi uxorem deſpōſaret. Idem apud græcos licuiſſe comperimus.

Nanq;

Nāq; Alexādrides ſororis filiā ſpōſam duxit: ex qua Doryetū: Leonidē: & Cle
ombrotum genuit: quod ſuccedenti æuo a Nerua fuit: ſeuera cōſtitutione in
hibitum. Proditus tamen memoriæ eſt: Antoninus Caracalla præter inſtitu
ta maiorum nouercam Iuliam uxorem duxiſſe: nuptiaſq; inceſto primus pol
luiſſe: cauſatus principi: quodcunq; liberet impune licere. Et licet Socrus ge
nero copulari nullis auſpiciis poſſet. Sobrini tamen filiam uxorem ducere,
nullæ leges uetuere. Scipio.n. Naſica Africani maiorem filiam nullo prohibē
te iure ſibi deſponſauit: qd' alii frequentes factitarunt. Procedente mox tem
pore. Valentinianus Cæſar: ut ſoboles paſſim propagaretur: genteſq; affatim
redundarent: duas ſimul uxores ducere licere: duobuſq; impune coniugiis cō
miſceri lege ſacrata ſanciuit: quam legem Iulius Cæſar decreuiſſe dicitur: ut
liberorū quærendorum cauſa: quot uellet quiſq; uxores ducere facultas foret.
Id quod apud Sicilos & Athenienſes in uſu fuiſſe: qñq; inuenimus. Siqdem
Dionyſius uno ſimul tempore cum Doride Locrenſi & Ariſtomacha Sira
cuſana nuptias celebrauit. Et Demetrius Antigoni filius atq; Euripides poeta
duobus ſimul coniugiis nihil ueriti ſunt copulari: Socratem quoq; tradunt:
ſimul Xantippem & Mirtonem Ariſtidis neptem habuiſſe uxores. Ipſe uero
Demetrius tam inexhauſtæ libidinis fuiſſe fertur: ut poſtpoſitis armis & om
ni apparatu belli contra Megarenſes. Limiæ proſtitutæ amore accenſus in
ſeruiret. Vt haud imerito Lyſimaco oſtentati uulnera: quæ cum Leone miræ
magnitudinis pugnans paſſus fuerat, ipſius legati reſpondiſſe ferantur: quaſi
alludentes: Demetrium quoq; meretricis lamiæ in collo notas: & uulnera dē
tibus inflicta exhibere potuiſſe. Proditum uero memoriæ eſt. Athenienſes ut
exhauſtam iuuentutem belli cladibus repararent: decreto cauiſſe: ut urbanam
ciues ducerent: & ex altera liberos tollere non uetarentur. Apud Sparthanos
duas ſimul duxiſſe: crimini fuiſſe datum: ſatis conſtat: licet aliqui contra uetitū
peſſimo id exemplo factitarint. Lycurgi lege quibinas uxores imas ædes in
colere: atq; eadem domo habitare permiſit. Bragmanes Numidæ & Mauri,
pro modo facultatum uxores habēt. Itaq; multis denas plæriſq; uigenas ha
bere pertinſum eſt. Reges quoq; Perſarū & Aſſyriorū: plures quibus ciuita
tes pro redimiculis, & muliebri mundo largiuntur: habent uxores. Sed ſicut
apud diuerſas gentes: nationeſq; diſpares gradus affinitatis, cognationiſq; q
bus cum iungerentur: definiti fuere. Ita mores obſcenos & ſordidos ritus, ac
fœda quædam ſolēnia in contrahendis nuptiis: plera q; gentes diſpari obſer
uarunt modo. Quippe Thraces mulieres nupturæ nō parentum arbitratu:
ſed præmiis nubunt. Virgines.n. quæ forma præcellebant a uiris præcio exhi
bito & certa ſubtaxata pecuniarum ſumma emebantur. Contra uero defor
mes & minus decoræ præciis mercabantur uiros quibus nuberent. Babylō
iis: & Aſſyriis peculiare fuit: nubiles uirgines ad forum in unum cogere: dīo

Universidad de Deusto
Biblioteca

cunſtanteq; uirorum turba per præconem ſingulas auctionari: ut quæ com-
placita foret precio exhibito, aut datis uadibus ſponſa duceretur. Apud Taxi
los, Bragmaneſq; ſiqua propter inopiam uirum nanciſci nō poſſet, in forum
uirgo producebatur, & claſſico euocata turba: pudibundiſq; oſtenſis & reue-
latis, cui complacita erat nuptui dabatur. Bœociis & Locris nihil erat in ſpō
ſalibus firmum, niſi ſponſus & ſponſa in ara Eucliæ uirgini dicata prius liba-
rent: haud aliter niſi more ſolēni: antea libaſſent matrimonium eſſe rati. Q ui
mos Romæ qñq; inualuit. Siquidem olim nuptura in ſinu futini dei ſedere
cogebatur. Et apud Indos niſi nubentes: unguento quod ex arboribus pha-
ſis fluminis diſtillat delibuti forent: neq; matrimonium, neq; cognationis iu
ra legittime contrahi putarunt. Sicut Athenienſibus nulla dabatur nuptui ni
prius Dianæ ſacra obiiſſet. Nam ueſtem induebat: cui Crocoton dixere nomē
neq; initiari poterat decēnio maior uel quinquēnio minor: Samnitum inſtitu
tio talis erat, non cuiuis homini nuptui locare filias. Sed decem deligebantur
quotānis uirgines ex omni turba: quæ totidem magnæ indolis iuuenibus da
rentur, compare uoluntate, ut ꝑ a ſuſcepta uitæ inſtitutione: aut a bono, ho
neſtoq; decederent: per ignominiam illi uirgo adimeretur, alteriq; locaret. Pro
ditū quoq; memoriæ eſt, Phenices uirgines in luſtris & lupanari uulgo quæ
ſtum facere in fano Veneris in oppido Sica. exq; eo quæſtu meretricio dotē
parare, & ita uirum nanciſci, de reliquo uero donum Veneri exhibere. Q d
apud Cyprios uſurpatum fuit. Nam uirgines nupturæ ad littora deſcendere:
& cum hoſpitibus cōmiſceri, uulgatoq; corpore quæſtum facere ſolebāt, do
nec dotes quibus uirum nanciſcerentur ſibi comparārent: Harmeniis lex eſt:
ut uirgines in fano uetuſtiſſimo, & ſanctiſſimo Anetidis deæ proſtituantur:
ubi ipſius ſtatua ex ſolido auro ſita erat, quā Antonius expilauit, quibus eme-
ritis, cuiuſuis præcipui hominis coniugium ſortiri fas erat: nemine abnuente:
aut tale coniugium detrectante. Indi uero maximum decus arbitrati ſunt, ſi
qua uirgo elephanti munere, aut inſigni dono priſcæ artis digna foret. Q ui
bus in more fuit: ut parentes nubiles filias: in cætu præſtantiſſimoꝝ iuuenū
producant: exq; illis uirum ſibi deligat, qui fortitudine, curſu, pugna, aut ſpe-
cie corporis cæteris anteſtaret, nullaq; dote exhibita quem ſibi illa uirum de
legerat ſponſum adducebat. Q uippe cum non genere: aut nobilitate: ſed libē
tes cum uiris inſigni corporis forma iungantur ut ſpecies manaret ad poſte-
ros. Q uod & Catheoꝝ dicunt proprium fuiſſe ut ſponſa ſibi uirum deligat:
ſed ut eo fœdere iungatur: ut uiro defuncto eadem pyra oppetere cogatur. Se
goregiorum uetus erat mos: ut paratis, inſtructiſq; menſis inter æpulas uirgo
introducatur: & cui ex conuiuis aquam dederat: eum ſibi uirum delegiſſe uide-
batur. Sicut apud Talchees Lybicam gentem, ubi multi unam experīt: apd
futurum ſocerum inſtructis æpulis coram ſponſa, ſcōmata iactitant fabellas
& iocos:

& iocos, cuiq; arridet mulier, illum ſibi delegiſſe cenſetur. Non nunq; poſita
uirgine in uictoris præmium decernebāt Indi luctatione & pugnis, uictoriq;
præmium ſponſam adducebat. Idem apud Sacas extimas Scythiæ gentes,
naq; hi ſolebāt pro ſponſa cum riuali pugnis decernere, uictuſq; uelut defor
matus ignominia, pudibundus, & merens in latebra degere, & alterius aſpe-
ctum, lucemq; uitare. Circa Meotym gens eſt. Laxamatas uocāt, apd quos
uirgo niſi quæ hoſtem cōfeciſſet, nuptui dabat nulli. Et ex Carmanis uxorē
ducebat nemo niſi q hoſtis caput, ad regē detuliſſet. Apud Syginos Perſicā
gentem mulier aurigandi perita quencūq; uult uirum ducere, ius habet. Tro-
gloditæ uero, fœminas uiris deſponſas, primis noctibus cognati, affineſq; ꝑ
ducūt: illaſq; ꝑmiſcuis adulteriis patere ſinūt, poſtea perpetuæ pudicitiæ aſcri
ptæ, ſeueriſſimis penis, uel minima cōiectatione ſi deliquiſſent coercebantur.
Q uem morē Gymneſiaꝝ incolis, Baleariibus, & Lydis inualuiſſe legimus:
Tradūt quidam Andrimachidis in Africa populis uſum multa ſecula uiguiſ
ſe, ut uirgines nupturas regi ꝑimis offerāt, ut illaꝝ pudicitiā ante ſolēnia nu
ptiaꝝ delibaret. Q d a Volſiniēſibus qñq; ſeruatū legimus ut ſeruili ꝑſti do-
minatu, ingenuas filias ſeruis delibādas darēt. Ebulibus uero iſulis rex impa
re dī, q ſine ſpe coniugii in q̄cūq; cōmotus fuerit, uſuariā capit. Apud Aethio
pes plæraq; gens ſolēnes nuptias nō nouit, quia paſſim, & in diſcreto concu
bitu miſcentur. Garamantes quoq; nuptias nō nouere, ſed feraꝝ ritu paſſim
in uenerē licebat. Q uod quidem a Barbaris frequēs uſurpatum eſt, q turpi
coitu ſe imiſcētes expertes thori genialis fuere. Inter quos Lymirini populi tra
duntur, uulgato concubitu, cōnubia habere promiſcua, filioſq; æditos poſt
quinquēnium in unū coactos ſuum quēq; ſimilē agnoſcere, & ꝑ filio educe
re. Neq; ommiſerim qd traditū eſt apud Perſas, Medoſq; Reges q̄ plures ha
bere uxores, mulieres uero q̄ pluribus nubere, quæ aūt paucioribus qnq; ui-
ris nupſiſſet, agreſtis habebatur & ſordida. Thraces quoq; honori ducūt mul
tiplici coniugio & numero uxoruꝫ gloriari: Sicut Germani qui licet ſingulis
uxoribus contenti ſint, nobiliores tamen plures habere uxores pro decore fa
miliæ, & maieſtate putant. Apud Arabas, Nabatheos, & Britannos, in uſu
fuit, ut conſanguinibus, cognatiſq; omnibus una uxor ſit, ad quam ꝑ uices
quiſq; ſuo ordine admittitur. Ingreſſuruſq; ad eam baculū pro foribus ponit:
alterius uero congreſſum pro adulterio luit. Ac ne nimium multa cōplectar:
neue ulterius barbaros ritus, moreſq; recēſeam, de his hactenus dixiſſe abū
de fuerit. Illud utiq; ueꝝ eſt, qd a græcis & Romanis pariter factitatū nouī-
mus, ut uxorem quam quis duxiſſet, etiā ſublatis liberis alii dare uſuariā ex
qua liberi gignant, mox illā uēdicare legibus & moribus pmiſſum fuiſſe. Sic
Cato Mattiā uxorē amico dedit, & Socrates Xantippē. Atq; alii id ſæpe fa-
ctitarūt, quē morē apud Lacedemonios Lycurgi lege. Tapyraſq; & pleraſq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

gentes inualuisse documenta sunt: qua cauetur: ut ad Senioris uxorem. Iuue nis florenti ætate: tollendæ prolis causa admittatur: legibus uero Solonis sancitur: ut orbæ puellæ qui sunt genere proximi nubant: utq; si maritus ad rẽ ueneream minus potens foret, mariti propinquus illius uxorem nanciscatur. Quare Actalus Asiæ rex: cum falsus rumor inuasisset. Eumenem fratrem morte sublatum fuisse: protinus illius coniugem una cum regno sibi mendicauit. Deinde Eumene superstite uxorem illi simul & regnum restituit.

Quod sit Artemon apud Iureconsultos & quod dicatur plumbum in ripa positum de quo ambigitur apud multos. Caput. XXV.

MAlum nauis esse partem: licet pleræq; naues sine malo sint: Artemonem uero non esse nauis partem. Iabolenus ex authoritate Labeonis in primis magni & docti uiri de uerborum significatione notauit. Quæsiui ego a iurecõsulto: maximo temporum nostrorum claro in iudiciis & foro: quid esset Artemon qui quasi additamentum non pars nauis a iurecõsulto censeret. Cũq; ille ex opinione interptis. Artemonẽ gubernaculũ: seu clauũ nauis diceret esse. Rursus quæsiui ab eo rõnẽ: tã uariæ decisiõis. Cur Malus. Nauis pars sit. cũ pleræq; naues sine malo sint: Gubernaculũ uero ps nauis cẽseri nõ debeat: cũ extorto gubernaculo: nauis haud dubie fluitaret, & incõmoda fieret: arbitriũq; moderãdi deperiret. Quippe sicut gubernaculũ, sic malus naui facile demi & addi: figiq; & refigi pt: pluscq; opæ & negocii gubernaculũ naui q̃ malus pstet. Cũq; ille subdubitare aliq̃diu uisus nõ facile obiecta dilueret. Tãdem dixit: a nr̃is interptibus: pleraq; minus cõmodæ & uere dicta finiri: ob quæ: nõ solũ imperiti legum & rudes: sed & docti in dissonos sensus dilabuntur: multiplici q; affecti errore ueros significatus non plane percipiũt. Non. n. gubernaculum nauis Arthemon fuit: ut falso illi opinati sunt. Quippe gubernaculum nõ esse nauis partem dicere: est improbissimæ insipientiæ. Sed Artemon Trocleæ genus tractorii est. qd' ἕλκυστρον græci uocãt: quo fune ductario p orbiculos traiecto: & acto in gitũ: ut nostri moris est: facili ductu: importantur onera uel exportantur: uulgoq; q̃tum coniectura assequimur Arganum dicitur. Is aũt Artemon nauis pars non erat. Cum nõ nauigationi: sed oneri inferendo machina cõmode constructa fuerit. Iterum idem Iabolenus plumbum quod pro tegulis tecto appositum foret ædium partem esse: ex auctoritate eiusdem Labeonis asseuerat. Quod uero in ripa tegendi causa locaretur: contra esse dixit: quo fit: ut uendita domo: uel legata: plumbum quod esset in ripa: uenditioni: aut legato non accedat. Quid esset plumbum in ripa: sæpe a iuris professoribus quæsiui. Et tam & si nonnulli

inani opinione ferantur. Ipseq; legum interpres alioqui facũdissimus ingenuæ se id ignorare fateatur. Animaduerti tandem plumbum quod esset in ripa tegendi causa illud dici cõuenire, quod tecto destinatum, nec dum appositum, aliquo in loco relictum, donec tecto apponeretur cõmendatumue fuisset, esseq; in ripa id cõmode dici: quod parieti inherens erectum ita subsidet: ne humi iaceat penitus, unde uulgo arripare dicunt. Id autem plumbi quod ita hesit, & subsidet in ripa esse dictum est. Fuit ergo opinio Labeonis, qd' tam & si tegulæ plumbeæ quæ tecto sitæ erant, edificii pars forent. Illas tamen quæ sepositæ muro adheserant, ut paulopost, apponerentur, edificii partem non esse, licet ad eum usum destinatæ: ut pro tegulis tecto inseruirent. Itaq; legata domo aut uendita, plumbum quod in ripa ita situm erat, uenditioni, aut legato non accedere legittime putarunt.

Quod esset collegium fratrum arualium Romæ institutum, qui ue Salii sacerdotes, & quot societatum genera fuerunt. Caput. XXVI.

PRimum Sacerdotium Romæ Collegium fratrum Arualium fuisse multi asserunt. Hoc enim sacrum a principio originum. Romulus instituit primus. Nam cum legibus armisq; Vrbem muniuisset, ne religio in bene instituta ciuitate deesset, undecim fratres Aruales constituit sacerdotes, seq; duodecimum. Fratresq; ideo appellauit, quasi mutua caritate & fœdere nexi forent. Refert tamen Massurius, Sabinus, Accaz Larentiam Romuli nutricem, duodecim eduxisse filios, & cum unum fato amisisset, in defuncti locum Romulum asciuisse. Ipsumq; & cæteros Aruales appellasse fratres, quod socii essent & fere pares agresti, & pastoricia sodalitate cõiuncti. Horum insigne fuit. Spicea corona alba infula illigata, quaz dum operantur sacris, singulos gestare solẽni more decebat, quo insigni ab Acca Larẽtia, donati primum fuere, isq; honor perẽnis illis perpetuo mãsit: ita ut nullo successu, uel casu, tanta societas nisi uita finiretur, tantæq; fuit amplitudinis, ut etiam ab hostibus captos, & in extrema fortuna, aut exules. quamuis nullo post liminio redemptos, honor hic commitaretur. Apd' Aquitanos uero Soldurii dicti sunt, quorum societas erat, ut iisdem uitæ cõmodis, opibusq; promiscuo usu fruantur. Siquid autem aduersi cõtingeret, eosdem casus, eandemq; fortunam, ac etiam uitæ interitum, una subire cogerentur. Quod ab Aegyptiis usurpatum legimus, quibus amicitiæ genus & sodaliciũ fuit, cui nomen συναποθνησκόντων quasi cõmoriẽtium qua nulla sanctior, firmiorq; fuit, quo genere Antonius, & Cleopatra: cui plus nimio se addixit: mutuo affectu deuincti fuere: hac lege copulati, ut si fatale quippiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut dirí casus altericontigisset, alter tanq̃ penæ socius eundem fortunæ exitũ esset laturus: sociiq; & comites essent fortunarum: & calamitatum. Apud Hũnos tale fœdus in explicabili nexu contrahebatur, ut uiginti uiri generosi spiritus, eisdem sacris initiati: una comites essent consiliorum & uoluntatum: eo uinculo ut in conuictu frequenti: & contubernio maneant: & ne punctum q̃dem temporis uacuum relinquant: prosperaq; / & incõmoda mutuis officiis ferant: ad supremum diem: morte autem obita superstites defunctum efferãt & comitentur. Hiberorum uero mos fuit: ut amicì in familiaria iura assueti Principi se deuoueant: uitæ mortisq; ultores: quicq; ita in cohorte amicorum deuoti erant: omnium consiliorum: secretorumq; patticipes fiant, & si quid timendum accidisset, omnes casus & fortunæ minas, atq; una mortem, oppetere cogantur. Qui mos cantabris fuisse traditur, ut pro amicis, & fœderatis sociali fide, se ímolare atq; interire non dubitarent, insigni testimonio mutuæ caritatis, & perpetui amoris. Ex Socianis quoq; gallorum gente sexcẽti ex primoribus Soldani uocati, una cum rege uiuunt & cõmoriuntur, nefas putantes superstitem principi suo esse. Apud alios uero intimi familiares, qui manus, mens, lingua, & oculus, atq; aures principis uocantur: in eodem cultu & conuictu sunt, rei nullius ignari, & amicorum principes, qui arcana cõsilia & abditos sensus soli cognouerunt. Ab Aethiopibus seruatum est, ut familiares in regis societate, per omne oblequium insinuati, una cum Rege ad supremos annos uiuant, consociati et fœderati qui summum inter amicos locum tenent, & si qua corporis parte Rex mancus fieret, eodem membro se deforment, eoq; morte sublato, sponte intereant: Taurisapud Scythas cum regibus præcipue gratos, et qui magno in honore fuissent, ex amicis sepelire in usu fuit. Cui Rex tanq̃ pignus amoris aurem abscindere solebat. Apd̃ græcos usurpatum est, ut cum aliqui inexplicabili nexu copulantur, uno pallio inuicem se operiant, & morte obita eodem tumulẽtur, quo significabant duo simul corpora concordibus animis, & una mente teneri. Prisci autem Longobardis, maximum fuit amoris ninculum apud aliquem ponere barbam. Is enim intimo fœdere astrictus erat, apud quem lanuginem quispiam deposuisset. Sicut apud Persas donari anulo a Rege fœdus inexplicabile, & sũmi amoris uinculum putabatur. Huic ergo Larentiæ quæ Flauìa dicta est, mense Aprili solemnes dies, et sacra, ab Anco instituta Romani assidue celebrant, quæ Larentalia dicta sunt, & decimo Klendas Ianuarias, qui dies Ioui feriatus erat. Cui Martis flamen plerunq; Pontifices in uelabro ubi es Larentiæ ara & statua erat, sacrum anniuersarium facere, ad eiusq; sepulchrum decembri mense conuenire frequentes, & dare inferias solebant, quod populum Romanum decedens heredem fecerat. Cuius rei causa eius dies inter Fastos relatus fuit. Stataq; die flamen Quirinalis illi

quotãnis sacrum facit. Huius postea exemplo inter Romulum, & Taciũ inita societate retinendis Sabinorum sacris, Sodales Titii a Tito Tatio, uel a Ticiis auibus quas obseruant augures denominati sunt. Post quæ Sodalitates sacris Ideis magnæ matris receptis Romæ sub idem tempus inuentæ: ueluti publica munera habita sunt, sicut sub Tyberio Augustales, qui numero q̃nq; & uiginti ex primoribus Vrbis, sorte ducebantur, quos Tiberius Iuliæ gẽti sacrauit. Et Antonini temporibus Antoniani sedales. Mox Eluiani, & Aureliani, & demum Faustinianæ puellæ ad imaginem antiqtatis nuncupatæ, qui in principis comitatu, inexplicabili fœdere uincti erãt, & post funera, illi flamines & sacerdotes consecrati. Sed cum a Romulo hoc sacerdotium primum institutum ferant. Quin reliqua sacra Nũma summus religionũ cultor, obiuerit nulla cõtrouersia est. Nam & Pontifices, Flamines, Salios, atq; Augures ab ipso inuentos tradunt. Fuere. n. Salii Martis sacerdotes numero duodecim ex patriciis liberi & ciues & qui neutro parente orbati essent a Nũma seu Tullo Hostilio bello contra fidenates: ut Liuius author est: uoti causa nuncupati, qui postea numerum Saliorum duplicasse fertur, ita ut quattuor & uiginti belli, pacisq; temporibus collegio, cooptarentur: Cuius sacri causa hæc & origo fertur. Cum. n. regnante Nũma, morbo & afflatu noxio ciuitas affecta esset, eaq; lues nullis sacrificiis aut piaculis, sedari uideretur posse. Peltam æneam e cœlo in qua Romanoꝝ fata sita erant, in manus Nũmæ decidisse ferunt. In qua cum Vrbis salutem sitam crederent, ne inuentu facilis & ob id furto exposita esset, alias undecim elaboratæ artis eadem facie: mẽsuraq; a Mamurio fabro, ne dinosci posset, constructas dicũt fuisse, illaq; in Martis sacrario asseruasse, illarumq; custodes Salios uocasse, quoꝝ princeps Præsul, alter Vates, alius Magister, qui præsidebant dicti: illorumq; insigne tunica erat punicea & æneũ in pectore tegmen: qd̃ supra tunicã uersicolorem induebãt: tũ Balthei & æneæ galeæ qbus ornati martio mẽse, cũ tripudiis ad Tibiã: solẽniq; saltatu celestia Ancilia eiusmodi ferentes: cultu: ornatiq; pdibãt: Ipsiq; gladiolis illa pcutiẽtes: cũ gressu: & gradu cõposito pulsu pedũ ad sonũ uocis modulato: p capitolium & foꝝ: perq; Vrbem incedebant. Inq; eo tripudio Mamurium fabrũ q̃ tam exacte illa molitus esset: in noīs memoriã sempiternã: ac pẽnatas: ipennataſq; agnas prospicis & aristis: & Luceciũ Iouem, lanũq; deoꝝ deũ: aliosq; deos: excepta Venere: quã in carminibus saliaribus nominare nefas erat: uerbis subobscuris Marti consecratis: quæ nec mutare licebat: ritu priscæ religionis: in fine carminum referebant. Post aliquot uero ætates. Imptoꝝ nomina suis carminibus Salios adnotare cõstitutũ fuit, ut illoꝝ quoq; memoriã sempiternæ gl̃iæ mãdarent. Quare Germanici nomẽ: saliari carmine: & mox alioꝝ principum: intercursu temporum celebrata fuere. quo tempore flaminica Dialis uxor: capillum pectere: anteq̃ ancilia conderentur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

uetabatur.quorum sacra & festos dies cenis sumptuosis & cõmessationibus cum cantu & Symphonia opipare, celebrare soliti sunt, in quibus sutiles coronas & alia conuiuiis oblectamenta adhibebant. Hicq dies religiosi & sacri mansere in posterũ. Q d sacerdotiũ q̃ti fuerit licet æstimare, qd nisi ex patriciis ad hũc honorẽ admittebat nemo. & nisi liber & ciuis patrimus & matrimus foret. Q dq Appius Claudius triũphalis. Scipio Africanus: & L. Bibaculus iter salios eẽ, & hæc sacra attrectare: gliæ duxere. Et T. Vespasiãus qd inũero saliorũ fuisset cooptatus grãs egit. Antoninus quoq Phs natus octo annos ab Adriano Cæsare inter salios adnumerari, laudi duxit, uelut magni splẽdoris munus ferret. Eratq eõstitutum ut qui Consulatum aut p̃turam, aliumue magistratum gereret, ancilia ferre, & inter Salios esse cogi nequiret. Præter quæ, etiam apud Larinates Salios Martis sacerdotes fuisse, & in sacris Herculis ad magnam aram Salios sacrorũ ministros cum cantu psallere consuesse comperimus. Et tam & si Martio mense Ancilia deprompta e Martis sacrario proderent. Si q̃ tamen gentibus, nationibusq, iustum, piumq bellum per feciales indicebatur. Ancilia in eodem sacrario, aut in curia Saliorum cõmouere, moris erat. Q uasi eo motu martem e sua sede excitum, eoq propicio & uolente, arma expediri, legiones conscribi, exercitus apparari, atq omnia hostilia esse designarent, qui dies religiosi & infames habiti sunt, quibus anteq̃ cõderentur. Sponsalia mire peregre proficisci, aut pacis fœdera tractare, uel aliquid publicæ priuatæue rei inceptare uelut mali auspicii, tristisq manceret exitus, crimonum fuit.

Q uot lictores, apparitoresq habebat dictator, quot Coss. aut Prætores, quæstoresue, qui ue fecures habebant, & qui non. Caput. XXVII.

QVod Romulus parto regno cum sella curuli, Trabeaq, & reliquo ornatu se augustiorem fecisset, tum maxime duodecim lictoribus insignem fecerit. qui fasces, securesq ueluti insignia maiestatis præferrent, a multis est memoriæ mandatum. Nonnulli Tullum hostilium Romanum regem primo purpuratum cum lictoribus & fascibus in publicum prodiisse ferunt. Sed perpendimus non lictores modo cum fascibus, & securibus, sed apparitores quoq regem præire consuesse. Fuere.n. apparitores ministri Regii qui astabant lateri & corporis stipatores erant, ut si quã do opus esset, ad imperium: nutumq Regis præsto forent. Præter quos fuere Viatores in Regio comitatu, qui quoties: Senatus cogendus esset, ex agris Senatores aduocarent, contumacesq citarent, & arriperent. Q uippe cũ Priscis temporibus proceres ciuitatis morarentur in agris. Si q̃ consilium pu-

blicum cogendum erat, auillis accersebantur in senatum, ex quo qui eos euocabant Viatores dicti, quiq ex Viatoribus ligandi, cedendiq ius habebãt, Lictores nominati sunt, quibus iussu regis delinquentes uincire, nudatosq iurgis cedere, & si crimen exposceret, securi percutere negocium erat. Ideo lora in sinu gestantes regi apparebant, quibusq mandatum erat facinorosis, & delinquentibus crura & manus ligabant, ut post uerbera neuissimo exẽplo afficerent. Præter quos fuit Accensus & Preco, qui dicto Consulis alteriusue magistratus ad imperium, nutumq præsto essent. Accensus ut ad concionẽ Preco ut ad comicia quirites aduocaret. Q uod munus ut esset expeditius, libertis dari consueuit, sicut ministrorum, & Apparitorũ Bruciariis: coactis seruilia exhibere, pro eo qd bello punico secundo, post cladem Cannensem ad Hãnibalem defecissent primi. Sed cum post exactos Reges, Coss. creatis: omnia insignia quæ apud Reges erant, populus Consulibus cõcessa uoluerit. Brutus & Valerius publicola qui assertores & uindices Romanæ maiestatis fuere cum statuissent non formidolosum & ferum. Sed mitem & plebi percarum efficere consulatum: utq offensionem & inuidiam uitarẽt: in publicum prodeuntes cum eisdem quibus Reges insigniis: secures a fascibus dimouerunt: & cum solis fascibus ad populum concionati sunt. Inde mansit in posterum: ut cum duodecim fascibus totidem lictores sine securibus Consuli præirent. Hæc.n. fuere insignia summi honoris & imperii Consularis. Illis ergo magistratibus secures cum fascibus in Vrbe præferebantur: qui sine prouocatione summam imperii tenebant: ut Dictatori & Decemuiris a quibus ad maius tribunal prouocatio non erat. Dictatori ergo pro honore summi imperii: quod plus iuris & Maiestatis haberet: quattuor & uiginti lictores cum fascibus & securibus. Viatoresq; & Apparitores qui sũmouerent turbas præibant. Consulibus in Vrbe duodecim lictores cum fascibus tantum: demptis securibus: foris uero ut in decreta sibi prouincia: aut cum castris & legionibus præessent: fasces cum securibus: unaq lictores: apparitoresq p̃cedebant. Idq ideo cautum: ut prouinciam pernicios hominibus purgare. Illorumq audaciæ & temeritati obuiam ire: flagitiaq & dedecora: penis & dãno mulctare uallerent. In Vrbe.n. Consuli cum securibus esse ius non erat. Q uippe sup̃ma potestas: & ius de nece ciuis Consuli intra pomerium non datur. Obseruatũq fuit: ut inter Consulem & proximum lictorem: nemini officii causa nisi Cõsulis filio aditus esset. Prætori uero in Vrbe non duodecim ut Consuli. Sed sex tantũmodo lictores apparere solẽt: extra uero Vrbem aliquando cum securibus apparuisse inuenimus. Paulo tamen Aemilio in prætura priuilegio honoris duodecim secures apparuisse ferunt, ut Consularem maiestatem in prouincia præseferret. Tribuni autem plebis solum Viatorem: apparitoremq a prima origine sine lictore habuere: quietiam libertini erant. Q uippe cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tiberius Gracchus, in Tribunatu libertis apparitoribus primus usus fuisse dicatur. Postea uero q̄ prouincias sortiri cepere: & illis cum imperio praefisse: etiā lictores habendi Tribuno facultas data est. Q uæstores uero Aediles, Duūuiri & minores magistratus qui prehensionem & uocationem nō habebāt: in Vrbe nec lictore utebātur: nec uiatore: tam & si Prætori duodecim secures icum fascibus: & Q uæstorem lictorem & fasces quādoq; habuisse legamus. Q uod in prouinciis quas sortiti prætores, Q uæstoresq; fuerant: non autē ntra pomerium id licuisse apparet. Extra Vrbem.n. his uti fascibus & lictoribus interdum cum securibus licebat: ut sceleris & perfidiæ penas a facinorosis expeterent. In Vrbe uero minime nisi Q uæstores Parrici forent. Q nibus p imperio: & maiestate cum crimina uindicarent: in Vrbe: Lictores cum securibus sæpe prælati sunt. M. tamen Liuius Drusus dum quæstor Asiam obtineret nullo lictore: aut alio insigni honore uti uoluit: nequid seipso insignius provincia haberet. His ergo quorum erat maius imperium & maxima auspicia: quicq; cum adeunt magistratus uestæ & penatibus rem diuinam faciunt, ut Dictatori Consuli & Prætori. Passim lictores cum fascibus in Vrbe habere licuit: Dictatori etiam cum securibus. Cæteris uero qui minima auspicia habebant lictore uti non licuit: nisi Q uæstori parrico ut percensuimus. Fuitq; uetus constitutum ut præfecti prouinciarum & ptælides Senatoribus ex claris maioribus et inclytæ familiæ peregre agentibus: quo conspectior dignitas: & honoratior foret: plerūq; in prouincia lictores cum bacillis darent. Vtq; si reges externi: aut fœderati in prouincias populi Romani uenirent: magistratus Romanus aut præses illi cum lictoribus et fascibus præiret. Mario.n. prætore Asiam obtinente et in eam profecto Mithridate: semper cum fascibus Marius præcessit Mithridatem. Q ui quidem lictores non his modo magistratibus: sed et Vestalibus et Sacerdotibus mox Cæsaribus et sūmis imperatoribus cum uirgis laureatis: et Augustis mulieribus pro muliebri fastigio præcessere. Q uare Agrippinæ matri Neronis: perpetuo Senatusconsulto: lictores duo tributi fuere: et Flaminium claudiale. Contra Tiberius: Drusillæ matri decerni lictorem: minime passus fuit: licet Augustus illam in familiam: nomenq; Augustæ testamento asciuisset. Illud quoq; obseruatum est: ut cum lictores iussu Consulum aliquem e domo euocarent: forem ædium uirga percuterent: quasi eo signo: publicam adesse personam innotesceret. Sicuitamē obclaritatem: dignitatemq; deferebant: uirga fores percuti uetabant. Cum enim Pompeius magnus: posidonii domum summi sapientiæ professoris esset ingressurus: fores uirga percuti uetuit: et fasces summisit. Et si quando Dictatori Consuli aut prætori præirent pro imperii maiestate: obuium quemq; semita cedere: denudare caput, et obsequii: honorisq; causa equo descendere iuberent: obuiamq; turbam uirga subsisterent: et summouerent. Apud Athenienses et omnem

omnem fere græciam: ut discrimen personarum notaretur: magistratus non lictores: sed lixas simul & uirgas habuerūt uice lictorum: quos Leiturgos nūcupant. Fertur uero Germanicus Athenienses socios: & fœderatos: uno lictore: uelut præcipuo munere donasse. Neq; prætereundum in occursu maioris magistratus, minores summittere fasces consueuisse: ut signarent honori deferre: & imperio parere. Q uare Valerius Publicola in suspitiōem affectati regni adductus dum concionatur fasces populo: summisit. Scilicet popnli q̄ cōsulis Maiestatē, & iura potiora arbitratus. Lictoresq; cū fascibus sæpe paludatos: Cos. ēt paludato in puinciā pfecturo preire solere: quæ qdem paludamēta tunc sumebant cum in expeditionem: aut decretam sibi prouinciam Cos. iturus esset. Paulo tamen Aemilio prætori in Hiberiam profecturo: album paludamentum: ac lictoees: ministrosq; albatos cum modico comitatu tributos comperimus. Sine autem lictoribus proficisci in prouinciam: aut Coss. profectis: lictores in Vrbe mansisse: religioni est: & prodigii loco habitū. Fuit quoq; receptus mos: ut quoties insigni uictoria Coss. potiti essent: ob res prospere gestas laureatis fascibus prælatis incederent: litteraq; laureatas Romam mitti: aut nuncios cum Iaculis laureatis aduenire: nauemq; laureatam: aut uictatam felicis uictoriæ nuncium esse: ac leta & magna significare tunc cum depulsis & dissipatis copiis hostes uicti essent, & profligati animaduersum est. Victo.n. Mithridate: & fugato duplici prælio. Lauro ornatam nauem: & bellico apparatu instructam: ut in uictoria mos erat. Lucullus Romam misisse dicitur. Ipsis uero nunciis tabellariis græci Pterophoros dixere nomen: quoniam erectas pinnulas gestarent. Q uandoq; Phaniones & Grāmatophoros: Persæ Angaros: & Astandas. Proditumq; memoriæ est: Columbas Tabellariorum uice apud maiores sæpe fungi solitas. Q uippe Cecina Volaterranus harundines uictoriæ nuncias habuit. Cyrus uero per interualla locorum tabellarios ita disposuit: ut fatigatis recentes: & nocturni diurnis succederent: adeo ut uolantes grues superarent. Q uod & Xerxes feciſſe dicitur ut cursores inuicem succedentes haberet dispositos: quos neq; imber: neq; nox a cursu dimoueret. Inter alios Marrhes Aegypti rex proditur: cornicem habuisse: cui cursoris uice litteras perferendas dabat. Nec ab re fuerit meminisse ex uiridi lauro fascium Luculli: Pompeii fasces languentibus foliis lictores exornare, concessæ mox uictoriæ omen feciſſe. Sicut superbus Tarquinius: ne suū ducem latini agnoscerent: neue: discreta insignia haberent: ex latinis: Romanisq; fascibus: manipulos miscuit: singulosq; ex binis fecit. Ipse tamen Pompeius licet se Imperatorem fuerit appellari: nunq̄ tamen in fascibus insignia laureæ corone detulisse legitur. Q uo exemplo arguitur. Imperatoꝝ fascibus: laureas apponi cōsuesse. quo iustum imperium & legittimus triumphus notaretur. Apud græcos uero uetusto more receptū est: ut si quid fauste & feliciter nūcii

Universidad de Deusto
Biblioteca

afferrent, coronati aduentarent. Ipſiq; ciues, felici accepto nuncio in cõmunis ſignum leticiæ coronati incederent, ouantes, gratanteſq;, Carthaginenſes rebus feliciter geſtis, præcipuum leticiæ genus habent. Victimas cedere, ludos celebrare, munera mittere. Quodq; faſcibus quos præferebant lictores Bellas uirgas maxime cõmodas duxere. Itaq; ex illarum uirgis, tum propter candorem, tum pp tenuitatem publicos faſces qui magiſtratibus preirent, effecere. Atq; illud animaduerſum eſt, qd tametſi ad reliquas prouincias præſides, & magiſtratus cum lictore, & faſcibus irent. Tamen Alexandriam Cõſulares faſces accedere, aut Vrbem inire, uetabatur. Quod diuinis carminibus, & uaticinio predictum eſſet, tũc demum Aegyptum fore liberam cũ ad eã Romani faſces aduentarẽt. Tametſi Romani magiſtratus libera, & fœdere rata oppida uelut ſociali fide copulata, plerũq; ſine lictore aut faſcibus adirẽt.

Quod Regium Diadema, tam apud Romanos, q̃ apud exteras nationes, genteſq; fuerit, & quæ inſignia. Caput. XXVIII.

APud Paulum Corteſium uirum doctum, & mihi perfamiliarem legebatur Luculli uita ex Plutarcho, in qua expeditionem, & prælia cõtra Mithridatem a Sylla primũ mox a Lucullo ſuſcepta multa cum facundia uerborum refert, cum quo multiplex uarium & inexpiabile bellum fuit, quoq; modo fuſus & profligatus, cum de conſciſcenda morte cogitaret, repentinæ incurſionis metu, ac ſubito malo perterritus. Eunuchum e cubiculo ad ſororem, & duas uxores, Monymam, & Veronicam ut in tãto diſcrimine ne contarentur ſibi uel honeſta morte, conſulere, anteq̃ uictor hoſtis adueniret, miſiſſe dicit, & dum alii alio læto abſumerentur, illarum alteram animo cõſternatam. Diademate detracto q:od capite geſtabat, & collo circundato ſuſpendio uitam finire uoluiſſe. Alteram ueneno: mortem ſibi conſciuiſſe, & qualia in magnis diſcriminibus: & ſummæ fortunæ caſibus, euenire ſolent: in eandem ſententiam multa cõmodiſſime aptiſſimeq; enarrat. Atq; hæc cum legerentur: quidam uir curioſus & haud illiteratus qui una aderat: quonam modo potuiſſet quiſpiam. Diademate quod capite geſtaret: ſuſpendio uitam finire demirabatur. Quippe Diadema regium ex auro gẽmiſq; conſtare dicebat: neq; illo efficere potuiſſe quenq̃: ut laqueo deperiret. Quæ cum dixiſſet, multiq; idem ſentirent. Dixi aliud fuiſſe ſententiæ: & opinionis meæ. Diademaq; Regium: tam Romanis: q̃ exteris gentibus: candidam faſciam eſſe reſpondi, quod inſigne a libero patre: inuentum Plinius notauit. Ideo crimini datum Pompeio fuiſſe: qd ulceris uelandi cauſa crus faſcia circuncingeret: tanq̃ regium ſibi Diadema uẽdicaret, nihilq; referre qua in pte

geſtaretur illi obiectum eſſe, tametſi ferantur ueteres, qd caligis non uterentur crura faſciis alligaſſe, femoraliaq; & tibialia habuiſſe. Et. L. Metellus, qd ulceris cauſa frontem faſcia circum dediſſet. Victati ſeu Diademati cognomẽ tuliſſe. Tigranes quoq; Armenius candidam faſciam inſigne Regium ante Pompeii pedes abieciſſe dicitur, uelut dominationi cederet, & omni publico munere ſe abdicaret. Quin etiam Alexander memoratur, cum deſiliẽs equo: caſu Lyſimacum uulneraſſet, medendi uulneris cauſa Diadema ſibi detraxiſſe (nam candida faſcia erat) illoq; Lyſimachi uulnus alligaſſe. Quod omen, illum futurum Regem deſignauit, ſicut euentus docuit. Idq; apud Authores aſſiduis exemplis patere. Medis uero Perſis, & Armenis Regibus, Cydaris cum cerulea faſcia albo diſtincta, uel Tiara, amictuſq; purpureus quatrangulari figura. Interdum Candis, qd Perſarum, Lydorumq; inſigne regiũ erat: pro Diademate fuit. Quos quidem Reges anteq̃ ſceptra irent ſacris initiari oportebat. Qui modus erat, ut ueſtem quam geſtauit Cyrus primum induerent, mox Therebinthum & Caricas guſtarent, poculumq; lactis ebiberent. Sicut initiatos ſacris Iſidis, fores ædis aperire, arcanoſq; libros euoluere, aqua abluirad ſacraria deduci, duodecimq; Itolis primo, mox ipſius deæ picta ueſte indui decebat. Quæ quidem Tiara pileus erat, ex qua redimicula quibus maxillæ uelantur defluebant, qua phryges in ſolẽnibus utebant ſæpe. Quod quidem Diadema armeniorum Reges, niſi a Romanis, aſſumere poterant. Nanq; experimento cognitum erat, Barbaros malle Roma petere Regesq̃ habere, Perſici Reges obſeruarunt ex Myrra & Labizo odorata capiti inſigne Regium ferre, pallamq; picturatam, & auro diſtinctam induere. Numidis Regibus Sceptrum in ſiniſtra & candida in fronte uitta inſigne eſt regale habitum. Macedonum Regum Chlamys, Chauſia & Crepidæ, ac Diadema. Aſſyriorum uero Tiara Diademate obuoluto, & tunica purpurea, & partim alba, quam niſi rex iduere nemo poterat. Sardis quoq; curru uehi, & rectam ferre Tiaram ſolis Regibus dabatur. Apud Siculos, purpurea ueſtis, argenteus baculus, & purpura gẽmis extructa cum Diademate: Phenicibus, Syris, & Cylicibus Chlamis cum crepidibus & candicans diadema. Aegyptiis aũt Regibus, nunc leonis, nunc tauri, aut draconis efficti imaginem, aut ignem, arboremue effictam ſupra caput ferre, principatus & regii dominatus, inſignia fuere: Tametſi regni cura & procuratio illis penes regias uxores fuerit: quibus plusq̃ Regi honoris: obſequiq; tributũ eſt. Non nunq̃ Diadema aſpidis imagine diſtinctum Aegyptiorum Regum ſpectatiſſimum inſigne fuit: Parthis. Duplex diadema ampliſſimum decus Regium dicunt eſſe. Quippe quos Reges magni & Regum Reges habebantur. Sicut Phrygum Reges adeo proteſſere, ut regum maximi nomina ferrent. Darii Diadema fuit purpureum: albo diſtinctum: qd mox Alexander uſur-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pauit ferre, Syrii quoq; stolam & sceptrum pro regio Diademate habuerūt. Apud prius uero sæculum reges tenuisse hastas quas sceptra nuncupant, p maiestate, proq; diademate fuisse ꝓditum est. Ferunt milites in exercitu pharnacis tumultuaria coacta manu, latiorem illi scyrpum dum ipsum in regem assumunt, pro diademate dedisse. Sicut Amasi dum concionatur pro Regali ornamento galea data est. Batani, & Germani Regem quem delegere attollere humeris, & scuto exceptum subcollare per uices pro regio fastigio obseruarunt. Romanis aūt Regibus, Diadema, Trabea, & purpureus amictus non quatrangularis, sed semicircularis insignia regii dominatus fuere. Sequutosq; postea Cæsares diademate, minime usos comperimus. imo omne decus regium, ut inuidiosum deuitasse. Quippe nomen regium alibi magnum: Romæ uero intollerabile fuit. Frequens. n. apud eos Laurea capitis decorum & distincta radiis corona, ac purpurea Chlamys, insignia imperii fuere. Tā & si, post temporum interualla, ex Cæsaribus Aurelianum Cæsarem, præter mores, institutaq; maiorum, diadema usurpasse, eoq; insigni primum usum fuisse legamus. Demum eo uesaniæ processum fuit, ut sequti Cæsares sacrum ignem, qui tantum Regibus Persarum mos erat: uelut imaginem imperii sibi præferri sinerent, eoq; præcipuo insigni, & singulari ornatu uterentur. Fertur Clearchus Heraclienſium tyrānus, cum effluxe fluerent opes eo processisse, ut successu continuæ felicitatis supra spem humanam insolens, se Iouis filium diceret. Superq; cætera flagitia & dedecora, auream aquilam sibi præferri sineret, purpureamq; uestem auream coronam & cothurnos, excellenti cultu instar tragicorum regum, pro insigni haberet, hanc regalem existimās palmam, uelut eo ornatu, argumenta sui generis, non ambigua fide demonstraret. Et Antigonus, quo liberum patrem referret: insolenti dominatu eo uanitatis excessisse: ut hederam capiti pro diademate: pro sceptro tyrsum gestaret. Indi uero reges pro regio ornatu habent: ut cum foras prodeūt aurea mithra pluribus gēmis distincta, & Syndone amicti, Tympanisq; & Tintinabulis præcedentibus conspicui fiant. Quod aūt de Cydari diximus/ nō abnuerim: illam ab Thiara haud multum abesse, sed specie fere pari: neq; inuenusta fuisse. Præter quæ fuere capitis insignia, Athenienſibus quod Crobylum uocant: Cypriis quod Cordilen: Persis Nidarion: Aegyptiis faciolū non regium: sed clarorum uiroꝝ & Principum. De Regali aūt Sceptro illud memoriæ proditum est: externoꝝ Regum sceptra in sūmo Ciconiā. In imo Hippopothamum habere effictum: quo argumento regem Iustitiæ obsequi oportere: atq; feritatem & indomitas libidines ne ira deseuiat emollire significabant: quod Ciconia sūmæ pietatis Hippopothamus uiolētissimum animal foret. Lydiæ uero Reges sceptri loco securim habuisse feruntur: sicut Labradeus Iuppiter in Caria: pro sceptro & fulmine secūrim ferebat. Romanis uero

Regibus

Regibus lituus cuspide incurua qui etiam uirga auguralis erat, sceptri loco est habitus, Tarquinio Prisco sceptrum fuit eburneum in sūmo aquilæ figurā habens, & corona aurea quā usq; ad extremū tulit. Indis aūt, nisi ex hebeno sceptra sumere licebat. Quoꝝ Reges cum iura dabant, aut exteros legatos admittebant, tunc capillum pectere atq; ornari solebāt eximie. Babylonii uero tanto studio sceptra prosecuti sunt, ut extra domum sine sceptro ꝓdire, aut cōspici nefas ducerēt, in quibus diuersas effictas spēs, figurasq; habebāt. Quippe mali, rosæ: uel lilii, aut aquilæ alteriusue auis in sūmo insignia ferebant. Hoc Diadema apud exteros hodie uidemus in usu frequēs, ut imaginē ꝑseferāt antiquitatis. Nā candida fascia uelut regio insigni caput obuoluti Regalē ꝑseferūt maiestatē. Nō ergo mirū, ubi in sūma desperatiōe & diffidentia: Mithridatis uxor nihil platādū rata: cū mortē oppeteret: si arrepto diademate & insigni regio (quæ fascia erat) eodem collo alligato, uitam finire uoluisset.

Quæ fuerint auspicia quæ e pullis emissis e cauea captarentur, & quæ secundos euentus quæ ue infortunia afferunt. Caput. XXIX.

INter auspicia quæ ueteres maxia cura, cultuq; obseruarūt annotauere annales nō paruæ æstimationis fuisse pullos quibus e cauea emissis puls dabatur. Et tā & si, antiquo augurū decreto oīs auis tripudiū facere possit. Tū inter eas ꝓcipui fuere pulli Melici, & Chalcidici, qbus tm̄ honoris tributus est, tm̄q; fabulosa uetustas religionis ascripsit: ut nisi his prænūntiantibus comicia nō haberent. Nullos ad honores ꝓcucherent. Nulli puincias demādarēt. Nō Senatū cōsulerēt. Nō bella uel paces inīrent. Nihil denique domi foriſq; agerent, qđ ab his nō ꝓdictum uelut deoꝝ monitu magna cura penſitarēt. Hæ. n. quasi internūciæ Iouis & interꝑtes, futura ꝓmonere, dicebant, quibus pullārius ꝓerat. Quotiesq; de ꝓmouendo negocio, aut re exequēda pullos consultum ibat, ꝑpetrato de more silentio, pultem illis ante cauea aut offam obiiciebat, eratq; tps consulendi summo mane & primo diluculo. Quod si oblata esca e cauea pulli nō exirent, aut iero progressi escā nō attingerent, retro uecederent, uel occinerēt, aut nō uescerentur, seu plāctu alarum alimēta refugerent, aut euolarent penitus, Omen magni terroris, & sollicitudinis tristissimosq; euentus adnotabāt. Tunc. n. pullarius quasi monitu fatoꝝ, exitus aīo ꝑsumens, diem prælii, aut rei exequendæ tps diffundebat. Quod nisi paritum fuisset extremū exitium & pnitiem plerūq; attulere, Tyberio Graccho qua die in turba cesus occubuit, pulli non addixere, sed emissi e cauea retro cessere, euentu trissimo qui mox cōsequutus est. Et Claudius pulcher moturus aduersus hostes, non pascentibus in auspicādo pullis

Universidad de Deusto
Biblioteca

per contemptum religionis inito nauali ꝓlio terribili ſtrage cum oī claſſe ꝓfligatus pœnas dedit inſignes. Sunt tñ exempla deluſam religionem, & cõtempta auſpicia, felices euentus, & ſucceſſus plerũq; habuiſſe fortunatos. Papirius.n. curſor, cum a pullario admoneretur, ne cum Samnitibus ꝓlio decerneret, pullis nõ addicẽtibus feliciter dimicauit. Et Flaminius Cos. moturus aduerſus hoſtes contemptis auſpiciis fortiter pugnauit, & uicit. Si aũt pullis ea uerſus hoſtes contemptis auſpiciis fortiter pugnauit, & uicit. Si aũt pulli e ea uea egreſſi, obiectam pultẽ, aut offam uoleti aio depaſti eſſent, ita ut illis ueſcẽtibus fruſtũ ab ore decideret, & terrã pauiret, qd tripudiũ faceret ſoliſtimũ. Rem haud dubie fortunari & auſpicia ſecũda eſſe, lætoſq; ſucceſſus, & ſpem mirificam ꝓſignarũt. Sed quod de pullis apud Romanos ꝓditum eſt. Idem in Lycia in Apollinis fonte, & in Medoꝛ lacu ad Neptũni aquas lymiræ piſces facere tradũt, ubi a cõſulentibus euocati ad augurium ueniunt, qui ſi obiectas carnes diriperent & paſcerent, felicia portendere & pñs auſpicium facere: impiumq; breui futuꝛ interꝓtabant. Cõtra ſi caudis abegiſſent, aut aſpernati cibum refugiſſent, tunc luctus graues & dira ac peſtifera augurati fuere. In Epyro quoq; in tẽplo Apollinis Draco colebat, & in Aegypto Apis bos in fano antiquiſſimo & ſanctiſſimo intra ſepta magnæ religionis, in qbus cõiectura diuinæ mẽtis, & ꝓdictiões futuroꝛ putabant. Sicut in mẽphi Vacca & in Helyopoli Mneus bos atq; in Arſinoe Cocodrelus. Hiſq; porrecta eſcã accipiẽtibus aut auerſantibus, felicia auguria & exitus fortunati, nõnunq; magna ifortunia & repentinũ incõmodũ ꝓdici & ꝓmõſtrari. Fuitq; obſeruatũ ingna ifortunia & repentinũ incõmodũ ꝓdici & ꝓmõſtrari. Fuitq; obſeruatũ in oī auguꝛ rñſo, ut ſi pullarius: ſeu q uis augur q auſpicat, cuiq; monita deoꝛ ꝓdicere, & de augurio rñdere ac portẽta iterꝓtari curæ fuit, tacitũ ferret, qd dii uulgari uoluiſſent: haud aliter cõtraheret nefas: q̃ ſi occulẽda diuulgaret: & abdita palã faceret. Si uero augurio fallaci mẽtiri auſus fuiſſet, ſiniſtrũq; ꝓ dexꝛtro, uel quid prodigii foret, contra denunciaſſet, nõ id illi qui de auſpicio contro, uel quid prodigii foret, contra denunciaſſet, nõ id illi qui de auſpicio conſulit. Sed in ipſius pullarii, uel auguris caput, qui tam improbe mentiri auſus eſſet: quicquid fuiſſet infortunii reciſurum.

Pithagoras Parmenides & Zeno Philoſophi, Tum Ennius & Neuius poetæ unde originem duxere. Caput. XXX.

QVod de Pithagora Samio ueteribus monimẽtis: memoriæ & litteris proditum eſt, his etiam Geniis adiicere non dubitaui. Siquidem hic Samo relicta ex patrio & natali ſolo primo in Aegyptum, mox Babyloniam ad Perſaruꝫ magos: cõtemplandoſq; ſiderum motus: originemq; mũdi ſpectandã profectus eſt. Inde Cretam: lacedemonẽq; ad cognoſcendas Minois & Lycurgi inclytas ea tẽpeſtate leges cõtendit, qbus inſtructus tanq̃ ex mercatura bonaꝛ artium Methapontũ & Crotonẽ uenit: ubi ſuis monitis ꝓceptiſq; tm̃ proceſſit: ut populum in uicia lapſum, ad frugales

mores, modeſtiamq; reuocarit. Ibiq; Architam primo & Epycharmũ mox Philolaũ & Alchmeonẽ. Deinde Zenonẽ: Parmenidẽ: ac Lyſiã ſuæ diſciplíæ ſectatores habuit, q eius monitis, doctrinaq; ibuti, diuina mẽte & cõſilio uiri euaſere, lumẽq; & ornamẽtũ ſuæ reip. fuere. Sed Architas & Lyſias ex Tarẽto. Alchmeõ & Philolaus Crotoniatæ ubi quõdã magna græcia fuit. Parmẽi des uero & Zeno ex Helea Lucaniæ urbe: q̃ poſt Silarim iuxta ſinũ poſſidoniatẽ ſita ẽ oriũdi fuere. Eã pleriq; Heleã dixere, alii Hileã: q̃ a Phocẽſibus colonia deducta fert. Hic.n. ille Zeno fuit Dialeticæ primus iuẽtor. Cuius plera q; extãt egregie dicta, factaq;, q Pythagoræ ꝓceptis ibutus, cũ Phallaridi Tyrãno hoi ſæuo & ſanguiario, ob crudelẽ dominatũ necẽ machinaret. ut cines ab ipotẽti ſeruitio tolleret, & arcano cõſilio detecto captus ab eo, in oẽs cruciatus lacerareť: acerbis q̃ſtionibus: qd cõſcios cõiuratiõis nõ detegeret, nullis terroribus adduci potuit, ut affines culpæ & conſcios facinoris palã faceret. Sed uultu iterrito & quadã ſublimi cõſtãtia, ea pñtia aí fuit: ut ſingulos Tyrãno intimos familiares: q̃q̃ iſontes cõiuratiõis capita eſſe diceret, qbus ſublatis: multitudinẽ ſeuientẽ, magnifica oꝛone ita ĩpulit, ut facto ĩpetu lapidibus eũ obruerint. Sed qd de Zenone idẽ de Theodoro q in Hieronymũ Hieronis filiũ iuuenẽ oĩbus flagitiis coinquinatũ pp turpitudinẽ: ſordeſq; uitæ cõiurauerat ſcriptũ accepimus. Is.n. cũ tormẽtis ꝓ oĩa exẽpla cruciaret, q̃ fortiſſimi cuiuſq; patientiã uincerẽt, ea fuit cõſtãtia aí, adeoq; fortis & magnus, ut oẽs ſocios facinoris ſupprimeret, Tyrãni uero alũnos & familiares: uelut ſceleris miniſtros & codẽ crimĩe pollutos: ꝓ carnifices & tortores ad ſuppliciũ tradi fecerit: Leena quoq; q̃nis mulier, cũ ꝓ oẽs cruciatus uexaret: a Tyrãnis nũq̃ adduci potuit: ut cõſilia Harmodii & Ariſtigitonis Tyrãnicidaꝛ detegeret. Ob qd meritũ ſimulacrũ illi Atheniẽſes erexere. Leenã æneã cui ob taciturnitatẽ linguã addi uetuerũt. Sicut Beroſo Aſtronomo, ob uera q̃ ꝓdixerat uaticinia. In gymnaſio ſtatuã lingua aurata effinxere. Cui nõ abſimilis Epicharis libertina fertur, quã in cõiuratõe Piſoniana iuſſu Neroĩs ꝓ oĩa fœda exẽpla cruciatã, nõ uerbera: nõ ignes: nõ torquẽtiũ ira: puincere potuit: ut ſe cõſciã fateret. Fuit quoq; alter Zeno pñs iſignis: & alii noĩs eiuſdẽ fama illuſtres. Sed qa Tarẽti mẽtio & Hileæ facta ẽ, admoneor ẽt Rhudiaꝛ in appulis ſitæ urbis, q̃ multi noĩs & famæ nõ minoris habitæ ſũt. Ex his.n. Ennius poeta oriundus fuit. Tã & ſi ex Tarẽto ortũ nõnulli credãt. Ea.n. Vrbs a Tarẽto haud multum diſtãs: citra brũduſiũ i mediterranea ſita ẽ: ubi Lupie & Salapia oppida fuere: Salẽtini ãt hi ſũt: q extimã orã Italiæ: & Cherſoneſſuꝫ circa hiapigiã icolũt: qui Meſappii Calabri: Hiapiges: Peceucii & Appuli cõi noĩe appellant. Fuit iildẽ tpibus Pacuuius Tragediaꝛ ſcriptor: Brũduſii in agro ſalẽtino Ennii ſorore genitus, & Accius tragicus libertinis parẽtibus haud multũ ætate diſtantes ſiſ & Neuius poeta qui ex cãpania ut frequens opinio eſt, originem ſibi uendicauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALEXANDRI.DE.ALEXANDRO IVRIS.PERITI.NEAPOLITANI GENIALIVM.DIERVM.LIBER.SECVNDVS

Locus ex Propertio ab Accio Sincero Neapolitano in conuiuio familiari cõ mode emendatus. Caput. I.

SATVRNALIBVS. Cum ego & familiares mei compluſculi ſub idem tempus Neapoli conueniremus: cunctq; a forenſibus negociis feriarum cauſa, aliquando quies foret. Ad Accium Sincerum: uirum ingenii cultu & facundia ſingulari: cum quo mihi per uetus conſuetudo fuit a puero, nõnunq; uentitabamus: Cum eoq; uel honeſtis deambulatiunculis: uel ſermonibus lepidiſſimis: id quod erat temporis: ad multam ſæpe diem conferebamus: quotidianoq; eius congreſſu, & aſſiduo comitatu perfruebamur. Accipiebatq; nos homo ille: ſuauitate inſigni plerunq; nouo epigrãmate: aut elegia: uerſibus mundis & graphice factis multo cum nitore & cultu. Nõnunq; feſtiuiſſimis æpulis: & letiore conuictu: cenaq; non uulgari nec protrita. Sed aut ueteris cucurbitæ ferculo cum lactucæ thyrſo: minutim ceſo: & acino uuæ paſſæ inſperſo, aut olẽtibus pomis, anni frigore ſeruatis: & ficu ſicca ſine ueſſana cum roſaceo, ex petrino ſuo: quæ ipſe appellabat petrinia. Velut fuit illa die: cum mihi & pleriſq; doctis uiris cœna exhibita. Sanazario ex Aethiopia: bonæ frugi liberto: ſcitiſſimo adoloſcenti quem libertate, & gẽtili cognomento donauerat. Liberalibuſq; diſciplinis inſtruxerat: ita ut cui uis ingenuo non impar uideretur: demandauit: ut propertii elegias a ſe pluribus in locis caſtigatas ſummiſſim: leniterq; cantaret. Quod cum ille cupide faceret: uerſuſq; ad Tibiam modulis dulciſſimis ſcita: & canora uoce: canere: inceptaret: noſq; ex proferentis uerba & concentum: numeroſq; admodum ſuaues ſumma cum uoluptate captaremus: & iam millibus modulatis uerſibus uentum eſſet ubi Cynthiam Baiis demorantem diu abfuiſſe conqueritur: his uerbis.

Et quid te mediis ceſſantem Cynthia baiis
Qua iacet herculeis ſemita litoribus
Et modo Theſproti mirantem ſubdita regno
Proxima miſenis equora nobilibus.

Accius carminibus pauſam fieri iuſſit, & ad me conuerſus. Quid tu inquit: qui orbis ſitum tandiu legendo perſcrutaris Miſenum aut Baias cum Theſproti regno cõmune habere uidiſti. Nunquid in memoriam uenit Theſprocium agrum in Epyro iuxta Chaones, & Acarnanes, aut ſicut Herodotus ait: Ambraciis, & Leucadiis proximum longe a Cumano abeſſe. Quid. n. iſto in loco hic Poeta ſenſerit, qui regno Theſproti æquora Miſeno ꝓxima ſubdita eſſe dixit, cum tanto maris, terrarumq; receſſu diſcreta ſint, non equidem intelligo. Neq; n. Theſprocios in Cumanum ueniſſe, aut in Italiam coloniας deduxiſſe, uel armis nouas ſedes conquiſiſſe, unq; qd meminerim legi: niſi tu forte qui meliore memoria es, aliter ſentis. Cunq; me id arbitrari reſpõdiſſem, quod pleriq; ſtudioſi ſenſere. Vt poeta loci confinio, & quaſi comercio ductus, cum ex Chalcide, & Euboea profecti, multum in ora maris poſſent, lateq; fines propagaſſent, illoſq; Cumanum tenuiſſe, & illuc colonias deduxiſſe, authores tradant. Siquidem Hypocles Cumeus, & Megaſthenes Chalcidenſis, multo emenſo mari huc colonos deduxere, moniti oraculo, quippe cum nullam coloniam ſine cõſilio deorum, græci tranſmitterent. Vel ut multi ferunt, Duce Parthenope Eumeli filia quæ ſolum Neapolitanum delegit columbæ augurium ſequuta. In cuius rei monumentum Apollini ſtatuam Neapolitani erexere, columba humero inſidente, quam ipſa inſpicere, & adorare uidebatur. Theſprociumq; agrum ab Euboea haud multum diſtare certum ſit, quaſi ad hoc alludens poeta, ſubdita regno Theſproti æquora Miſeno proxima affirmarit. Scilicet quia ex Chacidæ Theſprotis proxima, & Cumeis profecti agrum Miſeno finitimum, hoc eſt ipſas Cumas tenuerunt, propterea ea loca ſubdita uideri. Solereq; non ignobiles poetas loca, & receſſus circumſcribere, illaq; non expoſite & aperte, ſed quaſi per tegmenta, & figuras obliquis orationibus denotare. Idq; ſenſiſſe doctos uiros, itaq; uerſus interpretatos fuiſſe dixi. Nunq; inquit Accius, quod ego ſcio, tam hiſpida, & agreſti aure propertius fuit. Vt cum Chalcidem aut Cumeos dicere contenderet: Theſprocium agrum quaſi finitimum illorum loco nuncuparit, cum præſertim nulla ſocietas, aut cõmunio cum Theſprociis agro cumano fuerit, cõſtetq; ſi omnes ſinus, promontoria, littora, inſulas, & urbes maritimas, ac maria uaſta, & terræ infuſa ex omni antiquitate percenſere uelis, Theſprotios magno littorum flexu & multiplici ſinu: longæ a Chalcide Euboeæ, & Cumeis abeſſe: nec ita finitimos ut forſan arbitraris. Neq; ego huius poetæ præſtantis ingenii uim, hos nitidiſſimos & mundiſſimos uerſus optime æditos tam abſtruſo, & recondito ſignificatu uerborum, conculcaſſe putarim. Et enim ſi Chalcidenſes, & Heretrienſes ex Euboea, claſſe huc aduectos Cumas cõdidiſſe, & pulcherrimam campaniæ orã: ac loca Miſeno proxima tenuiſſe fama fert/ ſicut Iapygiã: Phaliſcos: Nolã: & Abellã tenuere

Universidad de Deusto
Biblioteca

cur loca Miseno finitima potius Thesproctis q̃ Chalcidensibus q̃ Heretrien-
sibus subdita dixerit equidem ignoro, cum & hi ueri incolæ sint, & longe apti
us, conuenientiusq; fuit, istos, q̃illos, cum quibus nullum erat uitæ comertiũ
nominasse. Verũ inquit Accius si uersus istos, bene pẽsitare, & uerba ac sen-
sus, aure attenta rimari uolumus, nõ Thesproti ut cõmunis error habet: Sed
te prochytæ, a poeta scriptum fuisse facile contenderim. Idq; ita esse in quod
uis pignus uocarem non aliter scriptum carmen ab eo æditumue fuisse. Sed
hic error ita aliquibus insedit penitus, ut diuelli, haud facile queat. Quod ta
men ita esse inclinat animus probabili argumento. Cum Prochytam & Pi-
thecusas a continente æstu marino euulsas, q̃nq; circũfluum mare insulas fe-
cisse, liquido cõstet, sicut Capreas, Leucosiam Sirenes, & Oenotrias. Seu q̃
multi tradunt Inarimẽ montem fuisse qui motu terræ discluſus a continẽte:
Prochytam fecit insulam, angusto freto interfluente, quæ græcis ab effusio
ne dicta est. Ipsamq; & Pithecusas discluſas montis partes. proximas Cuma
norũ finibus tanq̃ moles obiectas ante agrum Cumanum & Misenum exi
stere, antiqua monumenta annalium prodidere, quod & nunc uidere licet.
Subdita ergo Prochytæ regno Miseni proxima æquora potam dixisse cre-
diderim, cum ipsa littora facili traiectu apta & coerentia sint. Quippe cũ an
te ipsam paruo freto distincta iaceant, propterea subdita uideri, potiusq̃ The
sprotios cum quibus nullum comertium fuit, extimos & remotissimos in-
tellexisse. Insulas quoq; regna nuncupari Virgilii testimonio probatum est.
Septimo Aeneidos dum inquit. Fertur Thelleboum Capreas dum regna te
neret. Huiusq; erroris, illud quoq; specimen est, qd̃ alio in loco cõmuni opi
nione, pudendo errore receptum erat, nauitam hunc poetam fuisse. Quod
quidem ita fuit in confesso, ut in eius uitæ cõmentariis pleriq; id pro certo po
steris tradere non dubitarint, ut altero uersiculo constare uidebatur, & q̃uis
nauita diues eram, quo imperitius dici profecto nihil potuit. Cum neq; hoc
usq̃ gentium tradatur, ut elegantissimus poeta, & honestissimus uitæ genus
poetarum studiis piaculare, & portentosum nautæ munus concupiuerit. Et
portenti, ac prodigii simile est, hæc cõmenta in tanti ingenii uiro opinari. Sed
quod a uero minime abest, mendum etiam in hoc uersiculo facile inqtostẽ-
dimus. Siquidem ubi legebatur perperam, q̃uis nauita diues eram, non ita
diues eram dicendum fuit. Huius quoq; rei haud improbabile documentum
uideri, qd̃ Iouianus Pontanus uir multæ eruditionis, antiquissimo firmabat
testimonio. Propertii Elegias patrum nostrorum ætate, & se adolescentulo
primum in lucem prodiisse, cum antea insecicia temporum incompertæ fo-
rent, & incognitæ. Opusq; oblitteratum & lõgissimo æuo absumptum, cor
rosis & labentibus litteris in cella uinaria sub doliis inuentum apparuisse, &
eum libelli uetustate uerbis & noibus absumptis longo situ & senio, qd̃ in

diuturna obscuritate latuerat, ueram lectionem assequi nequirent, effectum
ut mendosi inde codices prodirent. Paulatimq; discussi errores, & corrigi cœ
pti sunt, nec tamen effici quisse: ut posteris omnino integri inoffensiq; daren
tur. Ad hunc modum Accius Sincerus noster, Scite admodum apud com
plusculos qui aderamus, sermocinabatur, itaq; mendaces libellos deprehen-
debat, erroresq; diiudicabat, ac perpenso iudicio uicia rimabatur.

Qui quæstores Romæ, quotq; fuerint, qualisq; potestas, & munus erat, aut iuridictio.

QRigo quæstorum antiquissima est: ut Pomponius & Gra
tianus scribunt. Quippe a conditore Vrbis Romulo. De-
inde Nũma Pompilio: ut nõnulli putãt, ut uero plures cer
tioresq; a Tullo Hostilio quæsturam primo inuentam fuis
se autumant. Sed sicut hoc incertis authoribus traditur: ita
exploratum est. Valerium publicolam qui cum Bruto Cos.
fuit: cum Saturni ædem & Aerarium condidisset, duos quæstores qui publi
cæ pecuniæ præessent, suffragiis populi creari uoluisse. Fuere aũt hi. P. Vetu
rius: &. M. Minutius: qui primi ex patribus quæsturæ munus curiatis comi-
tiis cæpere. Quæ res cum bene & prosperæ reipublicæ cessisset, & plebs cũ
patribus tumultuata: quæsturæ se particip̃em fore cõtenderet: eo deducta est:
ut ex duobus: quattuor quæstores fierent: duo qui urbanis negociis & æra-
rio præessent: duo qui Consulibus ad belli ministeria præsto forent: liberũq;
esset: ut hi possent: populi suffragio ex plebe uel patribus creari: quo tpe tanto
certamine in quæsturam plebs inualuit: ut ex quattuor uix uni patricio Fabio
scilicet Ambusto locus relictus foret. Interiecto deinde tpe quo picentes as-
siduis cladibus fatigati: in populi Romani societatem asciti sunt: quæstorum
numerus auctus fertur: ut seni crearentur. Coniectari licet: qd̃ auctis populi
Romani uectigalibus: & quæstu uberrimo ex prouinciis proueniente: illorũ
numerum quind munus exequerentur: quibusq; curatio hæc demandaretur
augeri oportuisse: donec Syllana lege intercursu temporum ultra uiginti ex-
creuisse dicuntur. Quid aũt quæstorio muneri conueniat: seperatim & inter
esse authores tradunt. Nam Coss. prætoresq; in prouincias profecturi singu
los quæstores quoq; curæ captiua præda: & quicquid auri argentiq; inde ad
ueniret appensum adnumeratumq; demandaretur apud se habebant. Quo
rum munus erat uectigalia populi Romani: in prouincia exigere. Stipendia
p̃bere militibus. Singulaq; accepta: expẽlaq; rationibus inferre: mulctas quo
q; pecuniarias tam Romæ: q̃ in prouinciis exigere: & in publicas tabulas no
tare: omniumq; rerum: pecuniarumq; notas: & illustres rationes dare: illasq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

confectas, & consolidatas, absolutasq; per suos scribas, in ærarium deponere. Quos quidem scribas maximæ probitatis, ne quid fraudi, doli ue admittere tur: huic muneri adscribebant. Tam & sit: Scribæ officium: Romanis mercẽ natium fuerit: nec magni testimonii: aut præcii: Macedonibus contra apud quos nisi uiri experiæ uirtutis, magnisq; rebus gestis & pro cumulo magnæ gloriæ admittebantur. Siquidem Eumenes Cardianus scriba Philippi Regis fuit, & alii uiri illustres hoc munere, uelut amplo honore honestati fuere: Cato uero in quæstura ministros & scribas rationibus obnoxios: grauiter increpitos: qđ parum integra fide æra persoluissent, fœdum in modum uexasse, & magistratu deiecisse dicitur: qui tam accurate quæsturam gessit. Vt unus ex quæstoribus quottidie ad ærarium ueniret primus: & rationibus cõfectis recederet postremus. Hos.n. quæstores a principio Coss. deligebant, nonnunq; sorte illos accipere coacti sunt. Donec eum quoq; honorem, populus: suffragiis tribuniciis: quibus libitum est demandauit. In qua re id obseruari meminimus: ut anteq; Cos. puincia decederet: quæstori magistratu abesse non liceret. Alii uero quæstores dicti, qui prouincias decreto Senatus sortiebantur: qui etiã ius dicere, Lictores habere: & munera belli obire, ac magistratus insignia in prouincia ferre poterant. Quibus & mandata imperia: & exercitus comissos. Illorumq; ductu & auspicio ægregie bella gesta: puincias administratas: & perdomitas: hostes uictos: & profligatos: atq; exercitus fusos: & multiplici clade affectos legimus. Præter quos urbani quæstores fuere: qui & si nullo imperio fungerentur: Quippe qui nec uocationem: nec prehensionem haberent: nec sella curruli ut pleriq; magistratus: neq; lictoribus aut uiatoribus insignes forent: & apud prætorem possent a priuato in ius uocari: negocíosa tamen & plena sollicitudinis administratio fuit. Nam & Aerarii, & uectigalium populi Romæ curam gessere, tum siquid pecuniarum publice uel priuatim erogari: uel in ærarium condi deberet: quæstorum curæ mandabatur. Cunq; exercitus scribi: & in campum Legiones educi oportuerit: signa militaria a quæstoribus ex ærario promebantur: eaq; ad Coss. in expeditionem ituros mittebaneur. Quin etiam Regibus & legatis ex ultimis oris terrarum Romã profectis publicum hospitium & munera quæ laucia dicta sunt: sæpe cõmeatus large & hospitaliter: & uestimenta per quæstorem urbanum publico nomine præstabantur. Ipsisq; ac comitibus nequid rerum deesset: urbani quæstoris curæ mandabatur. Quitamen non otium gentiũ legatis: hæc munera præbere solitauerunt. Nam si quæ incognitæ legationes aduentarent: anteq; admitterentur exploratores: minoresq; magistratus profecti obuiam: qui & quæ petentes uenirẽt in primis inqrebant. Inq; æde Apollinis extra Vrbem Senatu euocato: postulata noscebant: quos si uidebat: admitti iubebãt. Et si socii essent fœderati: aut bene de republica meriti: quo honoratius

noratius exciperentur: his obuiam prodire. Illosq; liberali & largo uiatico, ac comi hospitio iuuare, benigne inuitare comitatuq; & copia rerum otium cumulare, nonnunq; apparatis eccipere æpulis, per oppida, perq; municipia solebant. Sed cum laplis post temporibus propagato late imperio. Legati sociorũ ab exteris & ultimis gentibus, Vrbem quottidie adirẽt, cum uix tot cõmeatibus populus sufficeret, cautum fuit: ut sublato sumptu & uiatico legati Regum, municipiorũ & coloniarum, undecũq; Romam profecti, ædem Saturni petant íprimis, ibiq; apud præfectos ærarii nomina dare, & litteris adscribi debeant, ut cum cõmodum foret, noscendis singulorũ postulatis: Senatus detur. Et post mandata singulis in prouincias profecturis consulatur. Quin etiam absentibus Coss. comicia quæstorem urbanum habere posse, non est controuersia. Præter hos fuisse quæstores parricos qui & parricidii dicti sunt apud multos comperimus: tantæ dignationis: ut capitis reos ageret: & Maiestatis postulare: diemq; perduellionis ad populum dicere / capitales res quærere: & de sontibus quæstiones habere possent. A quæstoribus Cesone Fabio, &. L. Valerio dies dicta perduellionis Cassio fuit. Et ab Aulo Cornelio & Seruilio quæstoribus. M. Volsio, qđ falsus haud dubie testis in Cesonem fuerat, diem dictam accepimus: qui postea seuera correctione dãnati: suorũ facinorum pœnas dedere. Hos etiam lictorem & uiatorem habere, & ius dicere liquet: qui & quæsitores dicti: quam iuridictionem triumuiri capitales postea sibi uendicarunt. Quos quidem parricos Syllæ temporibus ad uiginti numerum propagatos ut de sontibus pœnas exigerẽt: authores memorant. Per quos ius quottidie dici: & Senatum suppleri uoluit. Est quoq; illđ animaduertere. Quđ licet quæstura ex minoribus magistratibus in Vrbe foret: eius tñ dignationis erat, ut quisq; ægregius & bonæ indolis adolescẽs: ex illa gradum ad reliquos honores faceret. Nanq; hinc aditum: reliquis aduendis magistratibus auspicabantur. Siquidem primis experimentis: quæsturæ initiati: qui nullis ante honoribus usi erãt: inculpatæ uitæ testimonio: ad ædilitatem mox præturam & demum Consulatum: euehebantur. Quin etiam tanto honori quæstura fuit olim: ut uiri consulares: magnisq; honoribus functi illam gerere: indecorum non putarent. Cum. M. Valerio Volesi nepote, T. Quintius Capitolinus qui ter. Cos. antea fuerat, quiq; amplissimis magistratibus insignis erat: quæsturam gerere non dubitauit. Cato quoq; triumphalis senex quæsturam ita gessit: ut Consularis potestas quæstorio muneri adiũcta uideretur. Quod & lege Pompeia cautum fuit: ut deinceps quæstores nisi uiri consulares: suffragio populi crearentur. Fuitq; inde seruatum in exercitu: cum pro re consilium capiendum erat: uel acie duces congredi parãt: ut quæstores una cum legatis & senatorii ordinis militibus: Tribunis militaribus: & primorũ ordinum centurionibus: concilio aduocentur. Cũq; antea

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæstores designati gladiatoria munera exhiberent, qđ illis erat hoc munus a principibus datum, postea Neronis tpe Senatusconsulto cautum fuit: ne de inceps quæstores exhibendi gladiatores ad ferrum necessitate pollurent. Nec ꝓterierim quæstores principis candidatos ultra præscriptos cæteris adnumerari, quoꝝ munus erat, acta Senatus & principis pscribere. Orationes Imperatoꝝ & libellos ad Senatum missos cum postulatis recitare & mandare litteris. Dictandisq epistolis & legendis assidue uacare. Quare orationes principum, Senatusq edicta, ac militum conciones, per quæstores sæpe pscripta lecta & audita fuisse legimus. Tam & si Nero princeps missas ad Senatum orationes præterito quæstoris officio per Coss. recitasse pro concione. Et Vespasianus: orationes in Senatu quæstoris uice frequenti curia rettulisse dicat. Sed cum quæstura annuus magistratus foret. Quippe finito anno ex legis præscripto reditus quæstori permittebatur. Quosdam tamen prorogato imperio, continuo triēnio ærarii curam & quæsturæ munus gessisse cōperimus: Donec lapsis tpibus desito quæstoris officio: cura ærarii a quæstoribus urbanis ad prætorios, prætoresq ac præfectos ærarii lege promulgata ab Augusto translata fuit. Is. n. ex numero Senatoꝝ præfectos ærarii delegit primus: deinde sorte ducti fuere: ex numero prætoꝝ: quā Claudius Cæsar a præfectis ad quæstores rursus deuolui iussit. Deinde Nero curam tabulaꝝ publicarum a quæstoribus ad præfectos trāsferri uoluit. Donec ad Vespasiani tempora pauentum est, quibus rursus a prætoribus cura ærarii gerebatur. Apud Athenienses uero amplissimus magistratus quæstura fuit, quā cum gereret Periander grauissimam contraxit offensam, qđ partius frumentum populo impartiret, propterea q accusatus: & a plebe pro concione lapidibus obrutus fuit. Cur aūt in æde Saturni ærarium esse uoluerint, licet uaria opinio dissentiat illorum sententiæ accedo magis, qui censuerunt id quod nōnulli tradunt, & ad fidem pronius est. Valerium publicolam, qui Saturni ædem construxit: loci oportunitate ductum cum oi aditu perspecto, undiq præruptus & ab accessu munitus locus foret: eandem Saturni ædem æris publici: legumq & Senatus consultoꝝ, tabularumq publicarum & signorum militarium sacrarium esse uoluisse. Præter quod Saturni ærarium. Nemis quoq & Tiburet sacrarum pecuniaꝝ thesauros ad incertos belli euentus si externa uis ingrueret, longo tpe seruari accepimus. Illud quoq non ab re fuerit meminisse. In eadem Saturni æde fuisse Sanctius ærarium intentioris curæ. In quo aurum uicesimarium: quod ex uicesimis exigebatur: ad ultimos casus & in extrema fortuna populi Romani seruabatur, qđ incensimarium, ab aliis Cimiliarchium dictum est. Ex quo. C. Cæsar primo ingressu ciuilis belli, laterum aureorum sex & uiginti millia, percussæ uero monetæ, pondo trecenta millia, qđ erat tot triumphis partum: cōgestumq protulisse fertur. Post quæ legimus

ærarium

ærarium militare cum uectigalibus nouis ab Augusto æditum, unde prompta pecunia stipendiis sufficeret. Aedem uero Saturni in faucibus Capitolii fuisse constat: qui mons Saturnius dictus: ubi Carmentis fanum: a quo Carmētali portæ nomen datum: ibi quoq Saturnia porta: quæ Pandana eo qđ semp pateret dicta est. In qua æde Senaculū fuisse authores memorāt. Apd græcos illud fuit notatū. Myniā Chrisæ filium qui Myniis imperitauit: condendis pecuniis thesauri locum muniuisse primum. Tum si qñ: conspirante græcia: cōmuni consilio bellum gerendum foret. In Delo insula: quam sedem bello delegerant. collatas pecunias ad belli opus tanq ærarium deponere consueisse. Idq q̄tum opintone auguror ideo uisum: qđ difficilis aditu: & arcis in modum munitissimus locus foret. Cætus quoq & belli consilia: in eiusdem insulæ templo: nonnunq apud Olympia habebant: deq rebus maximis de concilii sententia decernebant. Athenienses uero Delphis Thesauros oī ætate intactos habuerunt, Lacedemonii pecunias publicas in thesauris non coegere: ueriti ne uiolentiores custodes nacti illas expilarent. Macedones in oppido Quinda iuxta Tharsum oēm gazam & pecuniam ad belli opus deponebant. Syracusani in Labdalo castello munito. Assyrii aūt Susis: Cambysis ærarium oppidum Gaza in palestina fuit. Nam Persæ gazā ærariū uocat. Deiotari uero in Peyophrygiæ: Lysimachi thesaurus Pergami seruabatur: aliquando in Cetruzi promontorio/Iugurthæ in Thala & Capsa Numidiæ Persaꝝ Reges Barbaras opulentias in montibus ponūt. Hebræi in Thrace: & Thauro Hiericuntis: nam sacrum thesaurum corbonam uocant Tigranis in Bambīsa & Olena. Mithridatis in Petra armeniæ. Babyloniorum autem Regum in Zeugma urbe iuxta Euphratem: uelut arce tutissima tributoꝝ thesaurus & ærarium esse consueuit.

Quid responderit super cōtrouerso iure testamenti in quo fundus seu ædes filiæ legatæ fuerant. Caput. III.

APud tribunalia iudicum cum in foro & iudiciis uersaremur: ibiq assideremus ut postulata cognoscerem: testamentum exhibitum est: in hæc uerba. T. Sempronium filium honestissimum ex asse mihi heredem uolo. Septiciæ uero filiæ meæ impuberi: cum uiri potens erit fundum suburbanum seu ædes meas quæ in uia lata sunt: do lego: ut hac dote cōtenta Helio campano nubat. Cunq filia potens uiri dotem sibi a Sempronio apud iudices dari postularet/& lege ageret: tāq ad fundum suburbanū q̄ ædes admitti peteret ex legato: ideoq ad iudices conscissendæ litis gratia uenisset. Sempronius contra renitens reclamabat, & Septiciæ alteꝝ tantum

Universidad de Deusto
Biblioteca

deberi ex testamento, ut siue ad fundum, siue ad ædes admissa tuiret, amplius ex legato peti non posse aiebat. Cum testamenti uerba non utrūq; daris sed ad alterum admitti designarent, illamq; si alterum fuisset assequta, ad aliud iure legati admitti non decere. Cunq; ad multam diem iurgiis, clamoribusq; obstreperent, & infinita contentio, atq; inexplicabilis difficultas patronoq; esset. Tandem post imodicas altercationes consultus ego a iudicibus super hoc iure controuerso quid sentirem. Testamentum & tabulas mihi exhiberi iussi, quo prolato, cum postulata cognouissem, discusso iure qđ in controuersiam uenit, & testamenti uerbis mature pensitatis. Vtrūq; Septiciæ deberi & tam ad suburbanum fundum q̄ ædes iure legati admitti posse respōdi. Quippe cum parentis arbitrium tam super fundo q̄ domo, Septiciæ cōsuluisse appareat, & hoc ex testamenti uerbis liquere. Dictio.n. seu ultimæ dispositioni apposita in qua oē momentum rei est, & testatoris uoluntas sita apparuit, non disiunctiua: sed coaugmentatiua est: illamq; copulare uerius q̄ disiungere: propterea utrūq; simul compræhendere dixi. Et hoc habere rationem explicatam ex perpetua legis dispositione, quam Paulus iureconsultus libro iuris ciuilis tertio de legatis, aptissime prosequtus fuit, qui de hac controuersia consultus ita respondit, uerba Pauli ex eo libro hæc sunt. Vxori meæ mundum ornamenta seu quæ eius causa paraui do lego, placuit omnia deberi, hoc enim uerbum seu ampliandi legati causa positum est. Quibus perlectis. iudices secundum ipsius postulata Septiciæ litem dedere.

Quæ Deorum ædes extra urbis pomerium sitæ fuerint, & ex his quæ in Vrbem postea receptæ. Caput. IIII.

QVod ædes Vulcani a Romulo primum extra pomerium constructa in urbem diu admissa non fuit, causam hanc ferunt fuisse ut is deus procul incendia arceret: neue confinio & quasi contagio urbi quæ incendiis exposita erat discrimini aut noxæ foret. Quos.n. deos ui sua ueteres obesse sunt arbitrati: in Vrbem diutius non admisere. Hac de cā ædem Bellonæ & Martis extra Capenam quarto ab Vrbe milliario constructam ferunt: ut a ciuium mentibus intestinas clades: ardoremq; cōserendæ manus: a ciuili cruore ad hostiles pugnas auocaret: utq; domi iugi cōcordia quiete uiuerent: illos ueluti fomenta præliorum intra Vrbem esse noluere. In hac æde Bellonæ summis ducibus qui fortem: strenuamq; operam reipublicæ nauarunt: post res gestas magnifice: Senatus sæpe dari: ibiq; de triumphis: deq; uictoria cōsuli mos erat. Martis uero ædem qui gradiuus dicitur. Appia uia quindecim stadiis ab Vrbe: & alterā. Quirini cognomento: quasi sedati & trāquilli intra pomerium

intra pomerium fuisse, multi meminerunt. Sic Veneris Hericinæ templum extra portam collinam magna mole constructum ferunt, cum porticu insigni, qđ deuicta Sicilia Marcellus fundasse dicitur, ne libido iualesceret. Vtq; luxuria a Matribus familias abesset procul. Ideo ab Vrbe semotū extra pomerium locauere. Ad hanc ædem si quando circus maximus Tyberis alluuione inundaret, ludos Apollinares sæpe celebratos comperimus, in quā uirgines ætate adolescēte Veneri pupas uelut puerilia rudimenta offerre tradūt. In ea quoq; intercursu temporū Veneris uerticordæ simulacrum: qđ hoīes ab effusa libidine auerteret, dedicatum fuit. Sed quæ fuerint, ædes deoq; extra Vrbis mœnia præcipuæ traduntur, Iouis & fauni atq; Esculapii fanū in insula Tyberis: quā ab Epydauro aduectus sædem sibi delegerat, cum egra ualitudine Vrbs oppressa & late uis morbi peruagata foret. Seu qđ feruēte morbo foris habitare salubrius ducerent. Neniæ quoq; Sacellū qđ cantu querulo funeribus p̄esset, pari exēplo ab Vrbe semotū extra portā uiminalē statuerūt, Sicut fanū quietis uia lauicana & rediculi extra portam Capenā, qđ secūdo punico bello cōstructum fuisse constat. Cum.n. Hānibal Vrbē oppugnaturus inter anienē & mœnia Romana castrametatus foret, qđ nulla bene gerēdæ rei occasione data: & spe urbis potiūdæ abscissa: fatū urbis & ppicii dii: illius mētem ab oppugnāda urbe auertissent, & inde paq; feliciter rediisset. Rediculo deo: fanū ibi cōstructū ferūt, dictumq; est Rediculi: qđ uisis qbusdā & ostentis: inde deterritus nullo ædito negocio redierit. Vltra qđ cāpum ridiculi extra appiam ad secundum lapidem fuisse dicunt. In quo Hannibal castrametatus fuerat. Aedem quoq; Apollinis extra portam carmentalem sicut ædem honoris cum ara quam. Q. Maximus dedicauit: & collapsam. M. Marcellus restituit: atq; Herculis templum diu manisse extra collinam plærisq; asserunt. Sed hæc Apollinis ædes intra forum olitorium & circum flaminium fuit. Nanq; in altera extra pomerium: legatis exterarum gentium anteq̄ admitterentur Senatus dari cōsueuit. Tēplum quoq; muliebris fortunæ latina uia q̄rto ab urbe milliario ad fossas Cluillas: qđ inde Coriolanū urbi excidiū minitantē: maternæ p̄ces auocauere, qđq; mulier urbi laborāti p̄sidio fuit, & Virilis ac fortis fortunæ tēpla iuxta Tyberim pariter extra pomeriū fuisse liquet: in quo muliebris fortunæ tēplo solas mulieres litare: aut sacrificio admitti seruatū est. Aedes p̄terea spei extra portam carmentalem fuit: & altera in foro olitorio. Hāc ædē extra carmētalem secūdo punico bello incēdio deflagrasse a triumuiris postea restitutā. Illā uero in foro olitorio sub idem tp̄s fulmine ictam fuisse: quo tempore Hannibale Italiam peruastante respublica intestino malo laborabat & cuncta bello ardebant multi prodidere. Quæ res uastitatem Italiæ & imminens excidium: quo terra, mariq; imperium ageba-
tur, & fluctuabat, haud dubie designauit. Apud Athenas uero Cynosarges:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Herculis templum, Gymnasium & Lucus, extra Vrbis mœnia uisebantur. Apud alios Timorem, Pallorem, Paupertatem, & Senectam tanq̃ noxia numina, procul a ciuitate arcuere, nisi qd̃ Sparthe, Timoris templum: iuxta eorum tribunal ephori locarunt. Cum rempublicam nulla re magis q̃ metu corrigi putarent. Alii Esculapii templa extra Vrbis mœnia statuere: quod foris degere, salubrius ducerent. Ab Aegyptiis autem perpetua constitutione seruatum est: ut nunq̃ Saturni templa aut Serapis intra oppida admittãt. Sed uelut peruigiles & excubitores deos extra pomerium & in suburbiis, sedes habere sinant: tanq̃ illorum numine & fauore ualidis septi præsidiis forent: proq; aris, focisq; & deorum templis: ac solo in quo nati essent excubarent. Illorumq; ministerio, & opera ab hostili incursu & clandestinis nsi diis se tutos adnotarent.

Q uæ solemnes cerimoniæ more Romano in sponsalibus olim & nuptiis esse consueuere, & quæ apud exteros. Caput. V.

NVptiaꝝ solẽnes cerimonias quæ ritu Romano in sponsalibus adhiberi solẽt: quas nostri maiores festo cõiugii die seruare cõsueuissent: qualsq; uetusto more ptermittere non licebat: has ferme accepimus. Vbi.n. uirgo necessitudinis cã futuro uiro spondebatur. Ipso sponsaliorꝝ die: signatoribus & auspicibus duobus nuptias castas & legitimas auspicabant noctu: nõnunq̃ die: luce prima: in quo id cauebat in primis: ne motus cæli: aut terræ fieret: neue turbatiore cælo & die inqeto fœdus mirẽt. Hæc.n. ꝓcipue nuptiis aduersari putabãt. Auspicatissimũ uero signũ esse cornicẽ: maxiæq; fidei & iuiolati fœderis indiciũ facere. Ea.n. cornicũ societas est: ut ex duabus sociis altera extincta: uidua altera ꝑpetuo maneat: qd̃ de Lyncibus ꝓdit ut post amissam cõiugem alii nõ iũgant. qui tñ ꝑ marito auspicabat auspex idẽq; Paranymphus: q ꝑ uxore ꝓnuba dicebat. Tũc q sponsam ducturus erat, illã sibi in cõiugem dari: solẽni stipulatiõe postulabat: qui uero daturus sibi uxorẽ futuram spondebat. Q ua de cã: mulier sponsa: authore Seruio Sulpitio: & ipsa cõuentio spõsalia dicta sunt. In qua spõsione nec ꝓpria noia sponsi sponsæue exprimere fas erat. Sed uir Caius: uirgo uero Caia dicebat. Castũ Caiæ Cecilię cõiugiũ q̃ Tanaquil dicta. Tarqniũ priscũ cõiugem sortita fuit: felici noie usurpãtes. Idq; sacrificio ꝑfecto & consulto deoꝝ numine: primo diluculo & matutino. Siqdem prima & secũda hora spõsalibus olim & nuptiis dabat. Nõnunq̃ ꝑ coemptiõeꝫ nuptias cõtrahebãt. Ita ut mulier: an ei materfamilias eẽ uellet a uiro: iuicẽq; uir an ei pr̃familias eẽt futurus a muliere rogaret: quo gñre spõsaliorꝝ uir & uxor iuicẽ in bonis & fortunis oĩbus succedebãt. Mulierq; i mariti familiã ut filia & sui heredis loco admittebat. Q uippe cũ tribus modis cõtrahere nuptiæ: usu coemptõe: & cõfarratiõe. Per coemptõeꝫ uxor i uiri familiã

transit/quare mater familias dicta quæ in mariti manu & mancipio sit. Vsu uero & confarratione minime, quæ quidem cõfarratio, solis pontificibus dabatur. Tam & si, sortitione nonnunq̃ uxores ductas & sponsalia inita inueniamus. Stipulatione ergo facta & sponsione sequuta, ignem & aquam in limine appositam, utercq; tangere iubebatur, qua etiam noua nupta aspergit: quasi eo fœdere inexplicabili uinculo & mutuo nexu forent coppulati. Hæc enim elementa sunt prima naturæ, quibus uita uictusq; cõmunis constat, & quibus qui extorres ab hoium cœtu futuri sunt interdici legibus solet. Apud græcos uero & Macedones panem gladio diuisum spoosum & sponsam cũ ineunt sponsalia gustare solenne fuit. Apud Galathas ut ex eodem poculo, uir & uxor bibat. Q uare Cãma Galatha cum uiri mortem illatam a Sinorige ulcisci uellet, dissimulato dolore, sponsalia cum eo inire finxit, uenenatũq; poculum illi propinauit: quo hausto Sinorix & ipsa leta qd̃ ulcta uirum: esset mortem obiuere. Coiis autem in more fuit: ut sponsi cum ineunt sponsalia muliebri ueste induãtur. Romulus quoq; in cõmunione panis & aquæ matrimonii fœdus inisse traditur. Ab aliis est usurpatum ut uicta purpurea candido distincta: aut ueste uersicolori: sicut apud latinos usus erat, noua nupta sponsusq; amiciãtur, aut iugum pariter subeant: quare Iuno iugalis dicta quasi æquissimo iure & concordibus animis inuicem necterentur, societasq; & communicatio uitæ cohita foret. Vel caput obnubant, ut ueteribus mos erat, unde nuptiæ, Persæ autem & Assyrii accepta, inuicemq; data dextra fœdus matrimonii ineunt. Nihil enim apud illos fide antiquius erat. Apud Ethruscos in coniunctione nuptiali uiri sublimes porcam imolant, quasi diis testibus illud bene cessurum & futurum inuiolabile. Q uod quidem diri mere non licebat, nisi diuortio morte, captiuitate, uel seruitute. Dona uero & munuscula uirum ab uxore uel contra accipere, legibus erat, & scripto iure uetitum, nefas existimantes: quos legittimus amor coniunxisset: donis uideri potius allici q̃ coniugali amore conciliari. Annulus tamen sponsæ dono mittebatur a uiro, qui pronubus dictus, is enim erat ferreus & sine gemma: prisca uidelicet sæcula & antiqui uictus parsimoniam, ac frugales mores delignautes. Germanorum fertur mos non improbandus, ut sponsus complacitæ mulieri / quam ducere animo destinauit: dotem det: qua exhibita, frenatum equum, & boues, Scutum, gladium, & arma: tanquam pignus amoris uxori mittat. Cum uero sponsa ad uirum ire parat in ipso nuptiarum celebri officio seruatum est ut rectam tunicam/& puram togam uestiat, uerbenaq; quæ Veneri dicata est/& floribus, herbisq; a se lectis corollam texat: eamq; sub amiculo deferat. Id quod Locrensibus in usu erat, ut matronæ ex lectis floribus nectant coronas. Nam empta gestare serta uicio dabatur. In Bœotia usurpatum est / ut sponsam obtegentes asparago

Universidad de Deusto
Biblioteca

coronent: apud græcos autem Syſimbrio. Caputq; haſta gladiatoris quæ in corpore mortui ſtetiſſet, quæ celibaris dicta eſt, comat, ac frontem, & comam diſcriminet. Opinari licet quaſi fortes ea de cauſa uiros ſe genituram ominetur, aut quod ſponſi diſciplinæ ſe ſubditam fateatur. Debere enim uxores, ſub uiri diſciplina eſſe, & corrigi ſeueriſſimis exemplis ueteres uoluere. Flammeo etiam caput uelabat, pudoris cauſa, quod lutei coloris erat, quo matronæ ſpectatæ pudicitiæ regebātur. Quodq; eo flaminica utebatur cui diuertere a uiro non licet, ideo ſine diſſidio matrimonium fore opinati ſunt. Id tamen apud Sparthanos in more fuit, ut uirgines innuptæ, & quæ nullo coniugii fœdere iunctæ eſſent, facie inuelata, & aperta, nuptæ uero niſi uelata parte oris & oporto capite foras prodirent. Chelidoniis quoq; mulieres quæ ſe alienis uiris collocaſſent, dimidium faciei inuelare ius erat, ultra reuelare uetitum. Seq; cingulo cingebat ex lana ouis contexto, quod herculaneo nodo uinctum, nemini niſi in geniali thoro, & dum ſacrum nuptiale ſit: ſoluere, permittitur. Ominis cauſa: ſcilicet ut in ſobole gignenda, educendiſq; liberis ſicut Hercules fœcundus foret, eo argumento quod eximiæ fœcunditatis. (Quippe qui ſeptuaginta ex ſe liberos reliquit) fuiſſe dicunt. Zona quoq; nouam nuptam circumcingi, quæ nuptiarum die a uiro ſoluebatur, nonnulli ferunt. Mox nuptiali mundo compta in pelle lunata ſedere iubebatur, eiq; pellem ſub pedibus ſtrauere. Sane uetuſtum morem, quo pelibus ueteres uſi ſunt, ſignificantes. Luſitanis uero in roſeis tantum ornamentis ſponſas locare permittitur, quibus omnes utuntur pariter, alterius generis non licuit. Cumq; ad uirum profectura noua nupta egredi uult. Ipſum limē tranſcendere ſua ſponte, aut ueſtibulum tangere non ſinunt, Sed qua ſi raptam, & inuitam e gremio, & ſinu matris tranſcendere limina uolunt, uidelicet niſi coacta ſuos relictura, aut proprios lares exitura non fuiſſet, uel quia ubi delibandus flos maritalis erat, inuitam ingredi uideri uolunt. Ipſa uero domum egreſſa, præcedente tibicine, & eo qui canit Hymeneum, officio frequenti affinium ſtipata, colum comptam ſecum defert, & fuſum cum ſtaminæ, duo uero patrimi, & matrimi pueri eam tenentes deferunt, tertius uero ante it, qui facem accenſam præfert, ex ſpino alba, qua prælucente ad uirum nupta deducitur. Apud græcos uero ut Pauſanias ait, media locatur, in nuptiali curru, ſponſo & neceſſario affini iuxta comitante, quem Parochum uocant: cuius axem pro foribus incendebant: ut ſignarent illam ibi perpetuo manſuram, neq; ulla tempeſtate inde receſſuram. Quod ſi curru ſponſa non ſubuehitur, ſed pedibus mariti domum peteret. Chanepus dicebatur, Apud Rhodios noua nupta per præconem in mariti domum aduocatur, & eo proclamante in thalamum admittitur. Eam uero facem, ideo accenſam ferunt, quia niſi ſub noctem, & in tenebris

priſcis ſæculis inire coniugium non licebat. Alio deinceps far toſtum præferente. Scilicet quia nihil confarrationis fœdere in ſponſalibus religioſius fuit. Ideo in dirimendis nuptiis, & ſi quando uir ab uxore diuertere contendit: diffarrationem fieri accepimus. Eandem uero facem ſub lecto uiri poſuiſſe, aut in ſepulchro comburendam curaſſe fœdum erat auſpicium & omen exitiale: maximaq; facere infortunia creditum. Fuit quoq; græcorum mos ut cum ſponſa ad uiri domum traducitur, puer ſpinis & glande querna obſitus, cani ſtrum panibus onuſtum deferat. Sponſæq; præcedens paſſim clamitet, ἔφυγον κακὸν εὗρον ἀμείνον[a], quod eſt dicere effugi malum / inueni bonum quaſi poſt frugales mores re & honoribus auctior ſit. Dumq; ad uirum uadit, intranti domum: nuces iuglandes flagitant / ealq; pueris iaciunt & paſſim feliciter dicunt. Thalaſſumq; modulatis carminibus clamitāt. Sicut græci ὑμὴν ὦ ὑμέναι ὦ ὑμήν, qui felices coniugio fnere, quem morem inoleuiſſe opinati ſunt: quaſi felicem ut Thalaſſium cui Sabina uirgo honeſtæ formæ in raptu contigit ſponſum futurum ominentur / dignamq; eſſe quæ Thalaſſio uiro admodum fortunato nubat, his uocibus ſignificari. Varro tamen perhibet ſignum lanificii eſſe Thalaſſionem / quem ueteres quaſillum ſeu[c] calathum lanificiis aptum nuncuparunt. Nuces uero ſpargunt: uel quia iactu tripudium excitant, uel quod gemino protectæ operimento fœtus ſuos multipliciter muniunt / ſimilia in fœtibus nouæ nuptæ augurati. Athenis uero inualuit uſus ut ſponſi caput, caricis & palmarum fructibus legumine & collibis inſpergant. Quod & ſeruis nouiciis cum primum dominorum ædes introiſſent fieri uſurpatum eſt. Sponſus uero illam domi operiens in qua ſedes erat coniugii futura, paratu magno ianuam lana cingit & coronat, multaq; lauro exornat, poſteaq; uictis laneis primum a noua nupta attingi, & ornari, oleoq; & adipe ſuillo uel lupino inungi iubet, nequid pernicioſæ peſtis in domum irrepat / quod magorum comentum fuiſſe dicunt, ut felle nigri canis ſuffitas domos & genitale ſub limine defoſſum habeant, contra mala medicamenta & amatoria maleficia, maximæ proficere arbitrati. In foribus uero uillarum lupi roſtrum, nequid deperiret, neue mala faſcinatio in domum irreperet. Alii ſtellam marinam uulpino ſangnine illitam, ne quid periculo foret, aut noxæ defixere. Ipſa autem cum uiro congreſſa primum, tris terebat aſſes, ex quibus unum uiro dabat, uelut imaginaria emptione ſibi ſponſum præcio quæſiuerit. Alterum quem in pede haberet: in toco larium ponebat, quem accenſum pluribus ornabant coronis. Tertium quem in lacciperio, in compito uicinali paulo poſt reſignabat. Dixere autem ueteres Sacciperium maiorem crumenam, & nummorum receptaculū. Ac æpulis, inſtructis ut porcū mactarēt ſpōſalioꝝ die deducto ex Ethruria more. Vtq; ſponſo bulbi cū nucleis pineis: erucæ ſucco: & pipere in nuptiali

Universidad de Deusto
Biblioteca

cœna dentur obſonia, ſeruatum eſt. Pleriq; papaueris ſuccum lacte: & melle dilutum exhibuere. Apud Perſas niſi adeſo malo, aut cameli medulla ingredi ad nouam nuptam non licebat, neq; alio ueſci cibo illa die fas erat, Babylo niis uir & uxor non miſcent niſi Thimiate præguſtato, Solon uero niſi malo cidonio æpulis adhibito uiri thalamum ſponſam ingredi uetuit. Repotia aũt poſtridie nuptias apud nouum maritum propriores affines lætiore conuictu percolebant, qua die noua nupta in uiri domum libertatem auſpicari & dominam agere ſimul & rem diuinam facere aſſuerat, quo tpe clauim ſpõſæ dari ad ſignandum partus facilitatem in more fuit. In cœnis uero nuptialibus naucraticarum obſeruatum eſt, ne quis ouũ aut mellita inferret. Apud Carthaginenſes, ut thũnoꝝ conciſis carnibus ueſcantur. Et in lepta Lybiæ, ut poſtridie nuptias ollam ſponſa ad ſponſi matrem petitum mittat, quã illa aſperius abneget, eo exemplo iurgiorum auſpicium augurati. Apud græcos ut poſtera dica nuptiis pater mittat ſponſæ nuptiale munus quæ ἐπαύλια δῶρα uocitabant. Nãq; ingenuus puer ſpecie liberali, candida amictus toga cum ardenti face præibat, Longo mox ordine ſuccedebant, qui mundũ muliebrem, deinde qui aurum & gẽmas, deinde qui uaſa & pelues, qui pectines & alabaſtros, qui ſandalia, & demum reliquam ſuppellectilem ferebant. Partius tamen apud Athenienſes. Nam Solon tres modo ueſtes, & quædam modici præcii uaſa non elaboratæ artis, ſponſam ad uirum ferre iuſſit. Præter quæ fuere dona quæ domeſtici conferebant & amici, cum primum ſponſa reuelata facie uiſendam ſe præberet ἀνακαλυπτήρια dicta, Romani obſeruarunt ut nuptialia munera, ſoceri generis non mittant quod erat lege uetitum Sed uas artis eximiæ quod Camillon dicunt ubi mundus & iocalia uxoris erant opertum in nuptiis ferant. Genialis præterea lectus duabus culcitris in genii honore parabatur eximie, ad quem noua nupta quinq; facibus noctu admittebatur, quas ab ædilibus accendi, & ex ſpina arbore fieri erat auſpicatiſſimum, & fortunati euentus, cum ex hac arbore in raptu Sabinaꝝ paſtores faces accendiſſe ferantur. Sparthanis Lycurgi lege ſponſam raſis crinibus in ueſte uirili pronuba patente cubiculo conſtituit ſolam cui ſponſus exoluens zonam in tenebris primos congreſſus capit. Quas quidem faces pronubæ & quæ uni ſemel nupſerant, ante congreſſus coniugales nouæ nuptæ deferebant. Græcis uero nubentium matribus tenere faces in nuptiis negocium datur, quod διδουκεύειν dixere. Simulq; carmina & feſcenninos uerſus, atq; ſacrum hymnum quem Epithalamium uocant decantare, atq; in his quinq; deos præcari ſolebant, ut nouæ nuptæ uolentes & propicii adeſſent, plemq; ſecundarent, Iouem adultum, Iunonem adultam, Venerem, Dianã, & Suadelam. Nãq; hæc numina coniugiis præeſſe putabant. Quas etiam pnubas nouam nuptam ad uirum comitari, & domum deducere nonnulli tradunt.

Dixere aũt Feſcenninos a Feſcennio Campaniæ uel Sabinoꝝ ubi carmina nuptialia inuenta & poſteris memoriæ data ſunt primum, ea quidem fuerũt procacia, & laſciua licentia coniugali, in nuptiis decantari ſolita, per luctũ, iocumq;, amores, gratias, & miſtos leporibus luſus continentia: quos Auguſtus in Pollionem ſcripſiſſe, eumq; mordaciter taxaſſe fertur, quibus quod non reſponderet, increpitus pollio, ſe non facile dixit in eum ſcribere: qui poſſet proſcribere. Græcis uero Amaobeum carmen in nuptiis modulatis uocibus canere, ſolẽne fuit: quod feſto nuptiaꝝ die Thetidis & Pelei deos decantaſſe ferunt. Plato in Gorgia cantilenam in conuiuiis decantari prodidit hoc tenore. Formoſum eſſe & diuitem: ac bene ualere, ſummum extimari bonũ. Athenis uero inconditum carmen canebatur: bonos ama: timidos repelle ſciens timidorum paruam eſſe gratiam. Illud autem non prætermittam, nuptias legitimas illas haberi: quæ inter Romanos ciues, aut cum eo cui princeps potuiſſe: ciuitatem: aut connubia dediſſet: cõtrahuntur: quo iure nati liberi in familia, & poteſtate ſunt. Cum impare uero aut ſi Romanus cum peregrina: uel latini nominis muliere: aut ſerua uel barbaro iungeretur nullum fuiſſe ius nuptiarum: neceſſitudiniſq;. itaq; nati liberi ſub patris iure aut familia non erant: ſed matrem ſequebantur. Quod quidem connubium ut manaret ad poſteros ſociis & benemeritis: ac finitimis nonnunq; externis dare ſolitauerunt. Siquidem campanis ut Romanas ducere liceret uxores: natiq; liberi ut iuſti heredes forent: fuit olim pro magno munere datum. Sicut Alatrinati Verulano & Ferentinati. Neq; enim cum Romano & peregrino cõnubium eſſe cenſuere. Nanq; impares nuptiæ: aut ſine teſtibus ac patre non iubente legitimæ non ſunt. Idq; Senatuſconſulto Romæ cautum fuit: ut ſi Romanis latinas uxores ducere contigiſſet: aut latinis Romanas ſui eſſent iuris & arbitrii: ſiue Romæ degere: uel in patriam redire uellent: atq; innupte puelle ut matrem ſequentur. Quodq; uirgines publicis feſtis non dabantur nuptui: uiduas uero nubere fas erat. Ac menſe Maio quo Lemuria ut occiſi remi umbra placaretur inſtituta ſunt. Et dum feralia: ſeu parentalia fiunt: ac diebus impuris: & quibus ancylia in templo Martis nondum condita ſunt: uel feſtis diebus & menſe Iunio niſi poſt idus: quenq; nuptiis copulari religioſum erat. Quin etiam animaduerſum eſt: poſtera die a Nonis Idibus uel Klendis: uxorem ſponſamue ducere: Romanis non licere. Sed eos dies uelut triſti omine infames & deteſtabiles cenſeri: quoniam hi dies atri decreto pontificum habentur: quibus legiones educere: aut acies cum hoſte cõmittere: uel quicq; publicæ rei agere, religio non ſinit. Perſis uero nuptias cõtrahere: aut maritale coniugium inire: niſi initio uerni equinoctii tantummodo permittitur: reliquo anni tempore non licet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Inmane exemplum Tulliæ supra corpus patris ambulantis & filii Euchratidis idem facinus admittentis. Caput. VI.

DE Tullia Seruii Tullii filia nequissima fœmina, quæ Tarquinio superbo nupta fuit. In humanæ crudelitatis memorãdum facinus & post hoies natos inauditum accepimus: Cum.n. furiis eius Tarquinius æque ferox agitatus: regni cupiditate iproba/Seruiũ Tullium socerꝝ ut ipse regno potiretur: interficiendum curasset: præteruehens ipsa carpento: infestis furiis agitata, & muliebri spiritu inflata/supra patris defuncti corpus uulneribus & plagis affecti & cruentati: incedere non dubitauit. Ob cuius in humanum scelus & rei fœditatem: loco tanꝝ nefario & conscelerato. Scelerati nomen factum. Sane detestabile facinus nominis diritate execrãtes. Fuerat.n. Cyprio nomen uico: in quo hæc gesta sunt: postea sceleratus dictus, Cypriusqꝫ nuncupatus/qđ cum locum Sabini insedissent: boni ominis causa: Cyprium hoc est bonum appellarũt. Scelerata quoqꝫ porta: quæ Carmẽ talis olim fuit: subinde dicta est. Cum.n. trecenti & sex fabii uno agmine in de egressi contra Veientes ad Cremeram acriter dimicantes ad unũ ꝓcubuissent. Portæ unde egressi sunt scelerate nomen indidere. Scilicet memoria detestandi facinoris: indignitatem rei posteris relinquentes: Castra quoqꝫ in quibus Claudii pr̃ Drusus graui morbo afflictus & tristi fato sublatus fuit: qa intempestiua morte præuentus acerbo funere decessit: scelerata etiam dixere: q̃ta cum caritate milites prosequti fuerint: turpi cõuicio & infando noie significantes. Fuit quoqꝫ sceleratus campus iuxta collinam portam: in quo uestales incesti damnatæ. uiuæ defodi consueuere. Sed qđ de Tullia est modo dictum haud absimile facinus in Euchratidem qui Batthris imperitauit admissum accepimus. Siquidem cum Demetrii ingentes copias parua manu fudisset: Indiamqꝫ exterminato hoste magno consilio subegisset: dum Batthras peteret: a filio impuro & flagitioso quem socium regno asciuerat: ut solus potiretur regno imprudens ex insidiis occupatur, turpiqꝫ nece in uia trucidatur: qui patris cæde non cõtentus, pari scelere & audacia, per corpus uulneribus affecti currum agere, & sanguine inspersus paterno, insepultum abiicere nõ dubitauit, ausus facinus quod in nulla unquam Scythia Tyrannus admisit. Tantis sceleribus mortales uesana regni cupido cœpit, ut effrenato furore cæci: ad cedem & cruorem agantur præcipites. Fuere autem Batthriani iuxta Sogdianos & Hyrcanos, horridis ingeniis haud procul ab Scytharum gente. Quippe Thanais ab Scythis illos diuidebat bellicosissimi & rapto uiuere assueti.

Tria errata

Tria errata interpretis Epistolarum familiarium Ciceronis commode explanantur. Caput. VII.

TRibus erratis lapsum offendimus uirum sane eruditũ epistolarꝫ familiarium Ciceronis interpretem non infacundũ cuius scripta uulgo inotuere. Primo illa ad. M. Cælium epistola in qua uerba sunt Ciceronis. Oppugnaui quinqꝫ & uiginti diebus: aggeribus uineis: turribus: oppidum pindeniſſum munitissimum tantis opibus ut mihi ad summam gloriã nihil desit nisi nomen oppidi. Quid sibi Cicero uellet his uerbis nõ satis assequi uidebatur: cum nomen oppidi nihil conferret aliud q̃ ipsum oppidum: ac si diceret: ad summam mihi gloriam nihil deest: nisi ut oppidum qđ oppugnare adortus sum denicꝫ expugnem. Quod tamen longe abesse a uero intellectu apparet. Quid quæso nomen oppidi cum ipso oppido cõmune habuit: aut quid tam insolens: aut a Ciceronis facundia trũ abesse potuit: q̃ uerba plane exposita poetico sensu: & quasi figuris circumscribere: aut coloribus infucare. Quod trũ aliter intelligi oportere ex contextu uerborꝫ liquere arbitror. Cum.n. ex oppidis ui expugnatis Imperatores plerũqꝫ noia ferrent. Quippe cum ex Coriolis Martius Coriolanus: & ex fidenis Sergius fidenas: atqꝫ ex Creta uicta Metellus Creticus dicti sint: quæ sibi cognomenta in testimonium, maximæ & expertæ uirtutis: rerumqꝫ gestarꝫ gloriæ adoptarunt. Sic Cicero cum spem haud dubiam potiundi haberet oppidi: nihil deesse ad summam gloriam nisi nomen oppidi: & cognomentum ex pindenisso asseuerat. Videlicet sicut Africani Numantini: & Cretici illi noia tulere. Sic ex Pindenisso ipse cognomentum ferat. Rursus alia ad eũdem Cælium epistola: his utitur uerbis: mea uero officia ei non defuisse tu es testis qm̃ ut opinor Comicos accidit Phãnia. Quod ille in Terentiano Phãnia non posse accõmodari aiebat. Sed alium quendam fuisse Phãniam de quo sentiret Cicero qui in noticiam nomenqꝫ nõ uenit. Quæ uerba si pensitare quis uolet: atqꝫ ingenii acie non obtusa rimari/etiam ad Terentianum Phãniam saluo sensu accõmodabit. Cnm.n. Phãnia ille Terentianus Cremetis frater fuerit. Et Crito Andrius inopino aduentu oportune introducatur aduenisse: quo significante de Phãnia Cremetis fratre & filia Glicerio in noticiam uenit. Ipsamqꝫ filiam sibi esse compertum habuit. Pariter Cicero per opportune comicũ Phãniam aduenisse dicit. Hoc est: aliquid secreti consilii qđ nõdum emersrat prodiisse in lucem: quo sicut in Phãnia Terentiano Glicerium Chremetis filia: & Phãniæ neptis apparuit. Sic ipsius opera oportune sit intellectum. Ciceronis officia illi nõ defuisse: & se de Appio benemeritum significari. Tertio ad eundem Cælium Ciceronis uerba sunt. Vtor ætatis uitio

Universidad de Deusto
Biblioteca

uelim ita sit. Sed tñ togam prætextam texi apio, puto te audisse. Q uid uerba signarent haud perspicue capere uisus fuit. Dicebat. n. his uerbis id notari: quasi meam togam mœrore circũdedi cum apium amarum esse constet. qđ aío afflicto & iacenti esset. Id tamen aliter intelligi cõuenire, qui sensum eruere uc let haud dubie aíaduertet. Cum. n. Apium funeralis herba fuerit. Exq; apii corona defunctoꝝ tumulos ornari, atq; in ludis funebribus apio coronari uictores: proditum sit. Merito inquit cum tot calamitatibus respublica opprimatur/ob ímodicas símultates & ingruẽtia bella/cum in atrocissimos fluctus reipublice inciderim, ipsq; cadẽti nihil opis afferte ualeam: meã inq; togam prætextam quæ magistratum decet, texi apio, hoc est fũnere. Q uasi eo indignationis uenerit, ut cum ulterius labantem rempublicam ferre nequeat, deq; illius interitu crucietur & sollicitus sit, sibi iam in extremo uitæ curriculo mortem proposuerit: quam pro republica libenter subiturus fuit/ quod est dicere, si respublica morietur/ se nolle uiuere. Sicut Asinius Pollio ad Ciceronem. Nam nec reipublicæ deesse uolo/nec superesse inquit. Ideo togam prætextam quæ ptætoria & cõsularis est/apio hoc est funere texuerit/ quod etiam græco est prouerbio usurpatum/ut in mala ualetudine & rebus accisis, & deploratis/apio opus esse dicant. Q uos intellectus qui rem asse/ qui uolet ex uerborum contextu/plane redundare perspiciet.

Q uot Romæ pontifices: quodue offim̃: & quæ fuerint insignia qbusq; legibus maximus põtifex astrictus erat: & qd apud exteros. Caput. VIII.

NOn sordidum neq; obscurum apud ueteres olim nomẽ põtificum fuisse traditur. Nam cum inter sacerdotia a Nũma instituta: ipse se pontificem in primis: ut uero alii. Martium M. filium ex patribus legisset. Postea interiectis temporibus collegium pontificum ad quattuor, mox a tribunis plebis: rogatione promulgata adecto auctum fuit, manssitq; hic numerus longo ævo inuiolatus, donec Sylla ad quindecim collegium ampliauit. Inter quos maximus pontifex genere, & dignitate præcipuus erat, & alioꝝ longe princeps. Hoꝝ igitur fuit, religiones & cerimonias publicas, priuataſq; sacra & res diuinas sanctissime tueri, & interprætari, illaq; oía exlcripta signataq; habere, ut quibus aris, quibus diis, quibusq; hostiis, quibus diebus & ad quæ templa sacra fierent perspectum haberent, ne qui Romana sacra negligerent, peregrinosq; ritus asciscerent, aut deoꝝ cerimonias turbarent. Ad quos tam de cœlestium deoꝝ sacrificiis q̃ de funeribus, iustisq; exhibendis, placandisq; manibus, ac supernis infernisq; diis: de sepulchris & uotis rite exoluendis: de feriis, de religione, pietate, sanctitate, cerimoniis deoꝝ deq; fide

deq; fide, & iureiurãdo, sacrificiisq; solẽnibus, plebs quoties uidebatur, tanq; ad antistitem deoꝝ ímortalium cerimoniaꝝ & sacroꝝ cõsultum ibat. Ipsq; maximus pontifex præcationes, supplicationesq; deoꝝ, cum pontificali carmine præire, comicia habere, dieq; feriatos indicere, quo q̃sq; deus ritu, quo ue die colatur, quibusq; præcibus aduocetur, & quid quaq; die operis fieri, uel non fieri publicis feriis conueniret, edocebat. Eundemq; pontificem maximum, singuloꝝ annoꝝ, res gestas & memoratu dignas, diurnis actis mã dare litteris. Illasq; non solum monumentis tradere. Sed in albo proponere & referre, ut populo exscribendi potestas fieret solitum esse, traditũ est. Q đ album nõ apud pontifices modo. Sed penes Senatores, Iudices, Prætores, Decuriones, ac Cytharedos, & Centurias fuisse constat. Deniq; apud Cæsares & oẽs magistratus qui coertionem habebant, album fuisse apparet. In quo singula constituta decreta, & mandata publice ædita proponebantur. Q uare Alexandrum Seuerum Imperatorem, illoꝝ quibus magistratus delegebat noía in albo proponere accepimus, ut uitia uirtutesq; innotescerent: & quo quisq; honore dignus foret, populi iudicio exploraret. Ac nõ solum respublicas: sacra, cerimoniasq; curare, sed de rebus quæ ad religionem pertinent iudicia ferre. Contumaciæq; minoꝝ magistratuum uindexesse. Sacrificantes obseruare, Piaculaq; iræ deum conquirere, ne secus q̃ perscriptũ esset, sacra fierent, neue incerta auspicia, aut turbatæ religiones aduersus mores, instítutaq; maioꝝ obseruarentur. Vtq; super impetranda uenia, uenerãdisq; dis iusta solẽnia exhibeantur, cauere debebat. Tum religionis arcana & diuinas traditiones cognoscere, & siquid religioni minus uere adscriptum esset: religione liberare, aut numinibus obligare, de uestalium capite decernere, & ferre sententiam, quæ sacra quæue profana essent diiudicare, neue quis prana religione populum alligaret, maximi pontificis officium & munus erat. In quo fuit obseruatum ut nunq̃ infausta die & ominosa, collegium consulat, quod dirum foret, & auspicii mali. Q uare Vitellio principi qđ Pontificatum maximum adeptus. xv. Kls Augusti die cladibus insigni, collegium cõ suluerat, magno exitio fuit. Tum si pons sublicius collaberetur illum reficere, unde illis nomen factum. Is. n. ligneus erat, & nullo ære aut ferro compactus quem sacrum illi estimarunt. Ita ut in aliqua parte labantem nisi cesa uictima & sacrificio perfecto reficere non liceret. Diuq; Romæ lignei pontes fuere, donec post interualla temporum ab Aemilio quæstore lapideus constructus fuit. Vota etiã solẽnia, quibus uerbis concipi: quibusq; pecuniis exolui deberent, pontificum decretis cauebatur: illorumq; arbitratu uel exoluebãtur: aut non rite emissa denuo concipiebantur. Q uod siquis sui iuris arrogandus foret: quæ causa adoptionis: quæ ratio generis, quæ dignitas: quæue essent sacra, apud pontifices lege quærebatur: quæ lex curiata dicta est. Idq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideo cautum, ne qua calumnia/neu quis dolus compositus, in ārrogādo sui iuris homine adhiberetur. Ita ut adoptiones cotra ius pontificum factæ, aut sine collegii decreto nullæ & pro irritis forent. Et q̄is proprium sacerdotis esset, nec imperia, nec magistratus gerere/nec equo uehi aut trinoctio ab Vrbe abesse: poterat tñ idem Cos. uel Censor esse & pontifex, pariterq; religioni & reipublice præesse, ab urbe trinoctio abesse: equo uehi uel pedibus ire. Crassus Licinius, Pontificatum maximum & Consulatū/mox censuram, prætūrāq; simul gessisse. Et Liuius pontifex pro prætore ordinibus prefuisse traditur. Ipsum tamen qui simul: Cos. foret & Pontifex ne reipublicæ aut sacrorum deseratur cura: neue longius ablegaretur, extra Italiam sortiri prouinciam non decebat/ex Senatus decreto, postq̄ idem Crassus/Prætor & pontifex cui belli sūma cōmissa erat, qđ nunq̄ antea factum: sortitus Asiam ab Aristonico Attali fratre prælio uictus occubuit. Donec post interualla temporȝ extra Italiam sortiri prouincias cepere. In tantumq; honoris culmen pōtificatus & eo excellentiæ creuit. ut Cn. Cornelio prætori, qđ cum. M. Aemilio lepido Pontifice maximo conuicium fecisset/mulcta dicta fuerit. Ipsumq; regiæ dignitati proximum crederent. Nam & lictor apparebat: & Curuli regia sella/ac lectica insignis erat/quam ante uestibulum conspicuam habere assuerat, ad cuius fores pro splendore dignitatis uiridis Laurus affixa uidebatur. Cūq; cæteri honoribus functi rationem administrati muneris reddere cogerentur/Pontifex tñ maximus pro maiestate: gesti honoris rationem dare minime cogi poterat. Ipsiq; pro imperio & potestate: quoq; plus dignitatis ferret/cum galero eē & carpento ut reliquis sacerdotibus ingredi licebat. Quippe pontifici proprium insigne: erat galerus: sicut lituus auguribus, paludamentum imperatoribus/Diadema regibus. Et cū in Capitolium nulli fas foret carpento uehi: Solis Pontificibus, Sacerdotibusq; Tarpeium ascendere carpento licuit. Ad eūq; siqui noxii confugissent, ea die a pena īmunes erant. Ideo non uulgares neq; obscuros. Sed qui nobilitate generis & multo splendore illustres forent/qui q; authoritate & opibus anteirent cæteris, ad pontificatum admisere. Diuq; Romæ Pontifex/qui antea curuli sella nō sedisset, nemo creatus fuit. Donec lapsis tpibus etiam qui nullos curules gesserant magistratus ad Pōtificatum admisere. Primus. n. T. Coruncanus ex plebe homo pontificatum maximū meruit/quo tempore. M. Actilius Regulus/primo punico bello graui supplicio excruciatus penas dedit. Et deinde. M. Drusus quod antea contigit nulli, Tribunus plebis simul & Pontifex creari meruit. Postea ex plebe & patribus nullo delectu: aut discrimine admitti cæpere. Cūq; ad collegium pontificum pertineret in demortui locum alium cooptare. Cn. tñ Domicius Tr. pl. offensus collegio qđ se in numero pontificum non cooptassent/ius subrogādoȝ pontificum sacerdotumq;, a collegiis ad populum trāstulisse ferť. Ipseq;

pontifex

Pōtifex maximus primus populi suffragio, aliiq; deinceps creari cæpere. Sūe uero qui credāt Licinium Crassum de cooptatione collegioȝ ad populi beneficium transferēda legem tulisse primum. Inde comicia a populo pontificibus creandis sæpe indicta fuere. Id tñ in admittēdo pōtifice sedulo cauebať, ne quē eligerēt qui cuiq̄ ex collegio inimicus foret, hiq; p collegium admissi capi dicebant. Atq; licet uetus fuerit constitutum in demortui pontificis locū alium nominari. Si tamen exacto anno, pontifex mortem obiisset: in eius locum alterius nominatio non erat. Licet aliter suffici cooptariq; oporteret. Tunc enī pontificis nominationem fieri necesse putarunt, cum nondum exacto anno mortem obiisse constaret, postea uero non licebat. In locum. n. T. Octacilii Crassi pontificis Maximi, quia exacto anno mortuus fuerat alterius noīatio non fuit. Tam & si in locum uiuentis pontificis alium substitutum legamus Claudius uero Cæsar tanti sacerdotium fecit, ut in cooptandis sacerdotibus neminem, nisi iuratus nominaret. Est tñ memoriæ proditum, ut siquid ad religionem pertinens inter pontifices discreparet, uariatis sententiis ubi aliud alii sentiunt, id satis fuisse crederent, stabiliq; sententia esset ratum, qđ tres pontifices cōmuni decreto statuissent. Et licet a collationibus multi ferant sacerdotes īmunes. Sunt tamen exempla Pontifices & sacerdotes, pecuniam per bellum conferri solitam in stipendium contulisse, illamq; quæstores sæpe exegisse, frustraq; pontifices tribunos appellasse, cum se ob sacerdotium īmunes dicerent. Sed præter hos qui collegio cooptabātur fuere pontifices minores. Nam scribæ pontificum qui fastos & cōmentarios habebant, fidelem custodiam rerum gestarum, qui annales maximi dicebanť, quiq; illis ministri aderant, qđ ois cui gesta mādabant litteris, minores pontifices dicti sunt, a quibus in curia calabra Iunoni singulis Klis sacra fiunt, nouāq; lunā obseruare: & quot dies a klis ad nonas supessent referre solēt, ut populo eās feriaȝ a rege sacroȝ recipiendi facultas foret. Ad quoȝ collegium etiam interptandi iuris, & an posset lege agi, quæq; competeret actio in iudiciis declarandi ius spectauit & ptinuit. Quippe ius ciuile inter sacra cerimoniasq; multa secula abditum solis pontificibus patebat. Ex his quoq; minoribus distinctio gradus fiebat. Nam qui primus collegio ascitus erat maximus, qui uero ultimus minimus dicebatur pontifex. Illud quoq; ueȝ est, solos pontifices nouo more, coniugalem coppulā sacro confarrationis iure inire solitos. Quippe cum matrimonia apud maiores tribus modis fierēt, usu coemptiōe & cōfarratiōe. Cōfarratiōem solis pōtificibus dederūt, cū aliis modis p cæteros cōtrahanť. Aīad uersuȝ quoq; est, pōtificis uxorē singularis exēpli & magni documēti eē oportere, ut sicut ab oi noxa & libidine ipse mūdus erat: ita uxor casta & īnocens māeat. Qđ q; Pōtifici maxīo cadauer uideī nefas fuit: neqd triste aut lugubre oculis accipet: multomagis si hoīem īsepultū reliqsset. Si tñ in occursum cadaueris īprudēs icidisset: iterposito uelamēto ne uisuȝ offenderet: saluis cerimōiis

Universidad de Deusto
Biblioteca

prodire poterat, cui etiam per liberos iurare non licebat/per deos aũt permissum fuit. Quodq; ex octo pontificibus: Pontifex maximus reliquis præest & prope dominatur: cui rex sacrorum augures, & omnes flamines, ac uestales uirgines parent, quibus mulctam indicere & pœnam irrogare poterat, cuius arbitratu, publica & priuata sacra gerebantur, uestalesq; uirgines ad sacri & æterni ignis custodiam: qui in penetralibus uestæ colebatur: eligebantur. Ipsiusq; curæ custodiæq; mãdabãtur. Atq; ex decreto Pontificum enunciata, pdigia sæpius procurata fuere. Licet augurꝝ pprium munus foret. Nãq; Augures auspiciis. Pontifices uero sacris præfuere. Cum. n. C. Seruilius pontifex maximus. L. Cornelium Dolabellam, inaugurare uellet, nec se magistratu abdicaret, & propterea comiciis indictis, illum populi iussu cogeret, quia fœda tempestate comicia turbata fuere: religio fuit ex illo, pontificibus inaugurandi. Indeq; inaugurare desiere. Neq; solum ab omni sanguine puras manus pontificem seruare decuit. Sed ne participem quidem aut conscium alicuius necis fieri. Eũdemq; duplici sacerdotio functum sæpe aiaduersum esse. Siqdem. Q. Fabius maximus & põtificatum & Auguratũ una gessit. Aliiq; utriq; simul sacerdotio põfuere. Ex Cæsaribus uero. C. Cæsar auguratũ simul & Pontificatũ. Galba aũt sacerdotium triplex gessisse dicitur. Id qd a regibus Sparthanoꝝ usurpatum fuit. Nam cũ primum in eam assumpti sunt dignitatẽ priuilegio honoris põcipui, Iouis celestis & lacedemonii sacerdotio fungunt; quibus ex omni scropharum fœtu porcus debatur, ut si diis immolare uellẽt nunq; uictima deesset. Est quoq; litteris proditum. Apud græcos unum uirũ aut fœminã nõnunq; sacris põfuisse. Apud Opuntios duos, quoꝝ alter deoꝝ alter demonũ sacrificia curat. Indis uero solis sacerdotes numero diuersi sunt, & nũc plures, nũc pautiores cooptantur, Aegyptiis plures, qui eaſdẽ traditiones atq; auita & paterna sacerdotia & impia filiis tradũt, q post Regem secũdi sunt. Apud alios autem pontifices diuerso iure & nomine censentur. Nam græci pontificem summum Archierelinem uocant ad quem ius & moderatio sacroꝝ pertinet. Babylonii Chaldeum. Isidis sacerdotem Grãmatheam, aliũ Mithram/Sicionii Charniũ, quoꝝ collegiũ pastophoꝝ nũcupant. Delphis quinq; pontifices per omnem uitam sacri erant/qui Olii dicti, quoꝝ primus q hostiam immolabat Olyter, qui uero edebat oraculũ Aphetor nũcupati sũt q una cũ pphetis sacra obibãt, diuinasq; pdictiones & cerimonias, & quo cultu, quibusq; exemplis fierent sacra prædicebant. Apud Atheniẽles Daducus maximus erat sacerdos: Herculis Stephanophorus Palladis Eteobutades a Bute propagatiex qua familia longo tempore sacerdotio præfuere, Sicut Buzigia familia a Buzige Heroe Athenis diu sacardotiũ tenuit. Et posteri ex Cinra, & Mirra in Paphiæ Veneris tẽplo sacris cerimoniis põfuere. Qd de Veientana Iunone proditur quam nisi certi generis sacerdos attrectare nemo

poterat. Clazomeniis Palladis Sacerdos Isichias. Bachi uero Thias nomen habet. Poliei Iouis sacerdos Euphonus in Troezene Hippolitus nũcupatur. Apud Cretenses Matris magnæ sacerdos melissa. Ephesiæ Diane Megalobizus qui Eunuchus erat, Alexandrinorum atq; Athenienſium Pheralu quibus candida solum ferre calciamenta licet/ex qubus Antistes sacroꝝ purpuram induit. Dodonei uero õraculi pontifices pedibus semper illotis erant, qui tanq̃ sacrosancti sup nudam humum cubare coguntr. Isiaci linea stola amicti sunt/capite raso calceis papyraceis/sistrũ tenentes aut ramũ absynthii marini uel nuces pineas & Anubim supra caput deferẽtes. Sicut Indi uates tanq̃ religiosum corallium ferebant. Et Cybelis sacerdotes flagrum, Et Matrem deũ colentes iuxta Sueuos formas aprum quo insigni ab hostibus tuti sunt, Panchei sacerdotes oĩum duces fiunt/quibus causarum iudicia & publicaꝝ reꝝ arbitria tribuuntur. Apud Hebreos Pontifex festis diebus mithrã gestat, cũ nebride auro distincta/aut tunicã talarem & cothurnos cũ tintinnabulis: quẽ Maiestate decoꝝ, tanti Alexander fecit/ut uenerabundus ueniẽti occurreret, & uelut sanctissimum numen adoraret. Fuitq; aiaduersum Bellonæ/Cybelis & Isis sacerdotes eadem sacra obire, hisdem, p cerimoniis teneri. Sed Cybelis sacerdos uariis coloribus fucatus/& faciẽ pigmẽto delitus oculoq; obunctus cũ mithella & crocoto, linteo calciamento/ante simulacrũ deæ incedebat, cui erat pprium cũ tinnitu cymbaloꝝ & sonitu tympanoꝝ sacrũ facere. Arabũ uero põtifices lineas uestes iduũt mithras gestãt cũ sandalio. Apud Pedasios Palladis sacerdos sacrã barbã nutrire cogit, neq; erasa incedere fas erat. Albanis cerimoniaꝝ antistes ea fulgebat dignitate: ut post Regẽ haberet secũdus. In Aricia Arthemisiæ Dianæ sacerdos rex uocat. Idem in Cappadocia bellonæ fanũ obtinuit. Et in Comanis põticis tantæ dignatiõis erat/ut ãnis singulis bis diadema gestaret. In Zela quoq; tãti impii fuit ut supma fulgeret dignitate. Traditũq; est in Meroe Iouis sacerdotes adeo supstitiõe iplesse aios: ut nõ nunq; misso nũcio necẽ Regi Aethiopiæ demandarẽt, nullo detrectante: aut mãdatum iussionemue abnegante. Donec ad Erganem Regem puentũ est: qui omnes occidit & sacerdotium substulit. Apud Germanos nulli uerbare, aut uincire uel animaduertere nisi sacerdoti permissum, Naharualis iuxta Sueuos prælidet pontifex qui muliebri ornatu ingreditur semper. Fuitq; memoriæ proditum Trallibus regiam Regibus destinatam/illi quoq; qui summum gerebat sacerdotium Priuilegio honoris dari. Sicut in Tyro Hercu lis sacerdos qui cum infula & purpura incedit, post Regem proxima dignitate fungitur. Apud Aegyptios qui sacra ministrant sacerdotes capite rasi sunt, cum apud alios comati incedant, a quibus est usurpatum ex philosophis Sacerdotes, & ex Sacerdotibus probatissimum in Regem eligere. Vnde Mercurius tris megistus id est ter maximus nomen tulit: quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

philoſophus maximus ſacerdos & Rex maximus eſſet. Apud Phœnices ſolitæ ſacerdos ueſte auro & purpura uaria manuleata, ad imos pedes fluxa incedebat, & tanq̃ ſplendoris ſignum & ampliſſimi honoris prærogatiuam, coronam ex auro gemmiſq; ferebat.

Mira exempla a compluribus experta de umbrarum figuris & falſis imaginibus & quæ ipſe didicit atq; expertus fuit. Caput. IX.

PRofecto rem mirificam, & dictu æſtimatuq; admirabilem de umbraꝝ figuris & falſis imaginibus quæ homines uaria ſpecie & aſpectu uano plerunq; illudunt, familiaris meus quiſpiam modo mihi enarrauit, qd̃ equidem fabuloſum aut cõmenticium uideri poſſet, niſi grauioris eſſet ingenii & p̃ſtabilis homo doctrinæ. Ipſiuſq; uirtutis & nõ ambiguæ fidei pleriſq; in rebus multa & magna documenta forent. Refert. n. qd̃ Romæ quõdam ipſius amicus diutino & graui morbo egrotabat, cum quo cõiunctiſſime uixerat, & quia corpore inualido affectoq; eſſet, ualitudineq; mi nus p̃ſpera uteretur, uilum eſt ad illa apparatiſſima balnea quæ Cumis fũt: uegetandi corpis & ai leuandi cauſa proficiſci: cum fere conſtet hoies ex anci piti morbo locoꝝ mutatione, & ſereniore cœlo plerũq; leuari. Hi ergo cum fidis aliquot comitibus Cumas cum iter intenderent. Et aliquantulum uiæ emenſi forent. Aeger cum eſſet & uita & ſpe tenui, ui morbi coaleſcente & labore uiæ, in hoſpitium in quod forte diuerterãt, ſuum obiit diem. Is ergo amicus qui una acceſſerat q̃tum prouidere his diligentia potuit, pro loco funere ſatis amplo illum efferri, rem diuinam fieri, atq; in honorato urbis loco, ſepulchro condi curauit, ibiq; cum mœſtos aliquot habuiſſet dies, curatis rebus oibus ipſe & comites Romam, unde digreſſi fuerant reuerti cepere. Sed cũ aliquantum uiæ remenſi eſſent, & nocte appetente in unum qd̃ uiæ p̃ximũ fuit hoſpitiũ diuertiſſent, ibi ſe alio & corpore fatigatum quieti dediſſe. Cũq; ſolus degeret & adhuc uigilans foret, fert repente amici nuper defuncti imaginem iummo pallore & macie ac eo ferme habitu oris, quali illum cum egrotaret dimiſerat ad ſe acceſſiſſe, quem cum fuiſſet ituitus, & præ timore nec animo nec mente ſatis conſtaret, quis nam eſſet interrogauit. Ille autem cum nihil reſpondiſſet, exutis ut uidebatur ueſtibus. In eodem quo ipſe iacebat lectulo ſe collocauit, ac prope acceſſit, quaſi eum amplexibus petiturus foret. Alter uero cum prope iam metu exanimis uideretur ad lectuli ſpondam iceſſit. Illumq; prope accedentem abegit, qui cum ſe abigi, expelliq; uidiſſet, fert in eum toruo & minus familiari uultu ſe intexiſſe, reſumptuſq; mox ueſtibus illũ e lectulo ſurrexiſſe, cuncturq; & calciatũ inde abeuntem nusq̃ apparuiſſe. Quo

timore familiaris ille percitus, ſubita ui morbi correptus: ac prope ad interneciõnem grauiſſima ualitudine oppreſſus fuit. Ferebat etiam dum in lectulo cum illo luctaretur, nudum illius pedem uſq; adeo gelidum ac rigentem attrectaſſe, ut nulla glacies illius frigori comperari potuerit. Equidem memorabile hoc, & cui uis mirum uideri poſſet, niſi peruulgata res eſſet, Aedes quaſdam Romæ euidentiſſimis oſtentis ita infames, ut nemo illas incolere auſus fuerit, quin uariis umbraꝝ illuſionibus & tetris imaginibus, noctibus fere ſingulis ingeteſ. Gordianus amicus meus ſpectatæ fidei homo: mihi retulit cũ Aretium ipſe & familiaris ſuus iter una intẽderent, & a ſemita ut fit longe deuiaſſent, loco infami & deuio ubi ne ueſtigium quidem apparebat humanum, per ardua & prope inuia diuerſis tramitibus aberrare cepiſſe. Ibiq; cum nec oppida aut uicos: neq; aliquid culti uiderent. Sed nemora tantũ ſaltuſq; inuios & inacceſſos, omniaq; uaſta, muta, & deſerta ab humano cultu peragrarent, in quibus ipſa ſolitudo terrebat animos. Vergente iam ad occaſum die, feſſos labore ac uia conſediſſe. Cunq; hominis uocem audire procul uiſi fuiſſent, ad illam propius acceſſiſſe, homines obuios quos de uia interrogarent dari ſibi arbitrati. Nec mora in proximo iugo trium hominum imagines ĩmanes & formidabiles ultra humanum modũ: nigris & demiſſis tunicis in ueſte lugubri funeſtaq;: barba capilloq; ſũmiſſo horribili facie conſpexiſſe: q cum uoce geſtuq; ad ſeipſos aduocarẽt, ac iam ꝓpe eſſet ut illuc accederẽt, illos interim ingẽti mole corpis lõge humana maiores apparuiſſe. Atq; aliũ ſpecie nõ abſimili nudũ: & nullo amictũ ueſtitu: mirificos edentem ſaltus geſtuſq; idecoros cõſpexiſſe. Quo timore cõſternati: ꝓpere fugã cæpe: uiãq; arduã & p̃cipitem emẽſi, uix ruſtici cuiuſpiã uile hoſpiciũ ubi recipent' ſuenere Sed qd̃ ego certũ habeo, & ſatis certa ꝓbatiõe tradiderim, pfecto haud minus eſt. Cũ Romæ egra ualitudine oppꝑſſus forẽ, iacerẽq; in lectulo, ſpẽm mulieris: elegãti forma mihi plane uigilanti obuerſatã fuiſſe: quã cũ inſpicerẽ: diu cogitabũdus & tacitus fui: reputãs nũq̃d ego falſa imagine captus: aliter atq; res eſſet: aſpicerẽ: Cũq; meos ſenſus uigere: & figurã illã nusq̃ a me dilabi uiderẽ: quæ nã illa eſſet: interrogaui: quæ tũ ſubridens & ea q̃ accepat uerba rẽdens, quaſi me plane derideret, cum diu me fuiſſet intuita: diſceſſit.

Quæ ſint pedamenta apud Iureconſultos, cuiuſue generis, & quid Bupreſtis & Pithyocampa. Caput. X.

CVm in legum cõmentariis uerſaremur: & ruſticorum prædiorum ſeruitutes ſcrutaremur. Inuenimus Vlpianum ex Neracii ſententia cenſuiſſe, ruſticam ſeruitutem poſſe conſtitui, ut pedamenta ad Vineam fulciendam: ex uicini prædio mihi ſumere liceat. Quæſiui ego a Iureconſulto qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

omissa modestia/multa sibi inepte arrogabat, quid pedamẽta essent/quibus sumendis ex alieno seruitus constitui poterat. Atq; ille in re uulgari, cum diu cogitabundus hesitasset, haud multo post: nescio quæ inuolucra uerboꝝ/ & falsarum opinionum ineptias/ambiguos magis q̃ ueros sensus denotantia, p fudit. quibus nihil uerii animaduerti cognosciq; potuit. Et tam & si pedamen munimen esse & palum quo uitis caduca fulcitur: neminem fallit/ unde pedatio dicta. Tamen id triplicis generis fuisse animaduertimus. Nam & pedamẽ & Ridicam & statumen eiusmodi fulcimenta nuncupari Cato asseuerat/ græce Charax: quare pedamento fulctæ uites Characatæ dictæ. Sed pedamen quodlibet fulcimen esse cui uitis inheret. Ridicam ex querna arbore aut ex Iunipero olea uel cupressu plerũq; fieri. Tam & si nullo discrimine ex his quoq; componi pedamen opinio fuerit. Statumen e palis & pertica: quod uero ex arundinibus pedamentum fit, arundinetum. Quod autem natiuum ex arboribus in arbores traductis uitibus: nõnulli traduces: quidam Rumphos/ pleriq; arbusta dixere, quas in transpadana Italia ex cornu/populo/Tilia: acere: ornc/carpino/& quercu frequenter arbustari tradunt. Quare multi in eadem atq; in campano agro haꝝ plantaria instituũt: quæ si recto ordine digesta fuerint per æqua interualla quaq; uersum in quincuncem metata dicuntur. Interq; uites simpliciiugo porrectum ordinem Canterium, Transuersamq; hastam inter pedamenta qua uitis innititur Cato, & Varro lugum. Quatruplex uero iugum a cauis ædium compluuium: unde compluuiatas uites dixere. Palmitem uero pluribus annis duratum, & quasi emeritum, Draconẽ, qui in bifulco medius inter duo nascitur focaneum. Qui uero per tabulata scãdit ad superiora emissarius dictus est. Superior pars malleoli sagitta. Surculum aũt qui nihil affert fructus appellant spadonem, quasi sterilem. Ea uero iuga in agro bene culto, plano, & minus uentoso altiora in arrido & gracili ac uẽtis exposito humiliora fieri oportere Plinius notauit, Tam & si Cantherium equum dici cui testes adempti sunt, neminem præterit. Sicut uerres castrati Maiales fiunt, & galli capi. Ex quo licet intelligere, ut ex tuo fundo pedamenta ad uineam fulciendam mihi sumere liceat, posse constituì seruitutem. Censuitq; Paulus iureconsultus, qd̃ tam & si, ex tuo fundo pedamenta sumere licere: in fructu sit, tamen hoc ius capiendi apud legum peritos seruitutem, non usumfructum putari. Rursus alium celebri fama iura Romæ p fitentem in auditorio professoꝝ interrogaui: quid esset qd̃ Vlpianus legem Corneliam de Sicariis interpretatus scripsit. Pigmentarios sicui temere dederint Pithyocampas aut Bupreſtim, legis corneliæ de ueneficiis sanctione teneri. Quid essent Pithyocampæ, & quid bupreſtis, ut me doceret quæsiui. Cũq; ille portenta uerboꝝ longe a fide deuia effudisset, quæ cum pudendi sint erroris referre non necesse habeo. Paulo post dicti pertesus le hoc igno-

rare ingenue asseuerauit. Nos aũt perscrutati uerbi significatũ, animaduertimus Pithyocampas erucas esse, seu Teredines uirulentas uiru exitiali, quæ in pini sæpe nascunt arboribus, unde illis nomen factum. Nam πίτυς pinus est κάμπη eruca, quippe erucas græci κάμπας dicunt, ueneni præsentissimi. Bupreſtis uero animal inuentu rarum in Italia, simillimum scarabeo, qui inter herbas fallit sæpe boues, quo deuorato ita concitantur rabiæ ut actæ in furorem terrorem afferant, pauloq; post rumpãtur, ex quo perniciale uirus confici dicunt, quod fœdissime uexat, contra cuius exitium præsentaneo remedio græci succurri prodidere, & Plinius author est. Qui ergo tanti facinoris conscius uel Bupreſtim, uel pithyocampas, aut monstrificì quid ueneni ad necem properandam dederit, cum iudicio capitali & pena legis corneliæ teneri iura & leges uoluere.

Qui Romani duces ex oppidis & prouinciis ui subactis cognomẽta desumpsere, & de Scipionũ familia, & quid apud exteros. Caput. XI.

Consueuisse Romanos ex oppidis uel prouinciis captis aut ui subactis plerũq; cognomenta ferre memoriæ datum est: Martium Coriolanum qd̃ fortem, strenuamq; operam rei publicæ nauasset, capto uolscorum oppido Coriolis, Coriolani nomen sumpsisse ferunt. Et Sergium fidenatis: ex bello quod ad fidenas gessit. Ex tribus uero Metellis unus deuicto Iugurtha, & ui subacta Numidia Numidici. Alter. Q. Cæcilius. L. Metelli filius ex Macedonia Macedonici, tertius ex Creta Cretici cognomenta sũpsere. Fuit quoq; Metellus Balearicus ex deuictis Balearibus cognominatus. Sed Numidicus. L. Luculli auunculus fuit. Macedonici Metellum Balearicum, pleriq; filium nonnulli fratrem dicunt. Creticum uero & alium Dalmaticum eiusdem Macedonici filios fuisse, nulla controuersia est. L. quoq; Mũmius deleta Achaia & Corintho Achaici cognomen tulit. Sed Corinthi superati prima Laus Macedonici fuit. Is. n. omnẽ Achaiam ita bello afflixit ut rebus absciſis Mũmius superueniẽs, leui certamine expugnatam Corinthũ, uictoriæ suæ ascripserit. Messana quoq; in Sicilia & Isauriæ in Cylicia bello domitæ. M. Valerio: &. P. Seruilio, Messalæ & Isaurici cognomenta dedere. Is. n. Seruilius uir acer fuit & strenuus qui in Cyliciam cum imperio pfectus illam collatis signis, ui atq; armis demuit: Lyciæq; urbes clarissimas iusto p̃lio uicit. Isauros primum bello aggressus imperio adegit, Victor deniq; triũphum ex hostibus & Isaurici cognomen reportauit. Ex Allobrogibus quoq; Fabius Allobrox, & ex Caucis germanica gente Gabinus secundus Caucius atq; ex Callecis Brutus cognomento Callecus. Et ex Getulis Cossus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Getulici nomina ſumpſere. Calleci. n. ulterioris Hiſpaniæ populi ſunt, duri & agreſtes qui extima & montana inculta, ac difficiles ſaltus & impeditos ad oceanum incolunt. Ideo bellaciſſimi & ſubactu difficillimi fuere, Fertur tamẽ Q. Turnius, qui Garamantes ultra Acthiopes horridos & incultos bello ui cit, ob modeſtiam & uitandæ inuidiæ cauſa Garamantici cognomento abſti nuiſſe. Scipionem p̃terea Africanum qui dux fatalis contra Hãnibalem fuit. Africa ſuperata & Carthaginẽſibus bello uictis/Africani cognomen tuliſſe, & Alterum ex deuicto Antiocho & Aſia ſubacta Aſiaticum cognominatũ inuenimus. Sed hic Aſiaticus frater Africani fuit/quoꝝ alter. P. Scipio nomi ne a ſe uictæ gentis Africanus. Alter. L. Scipio frater Aſiaticus dictus eſt: qui Cos. aduerſus Antiochum primus Romanoꝝ in Aſia ſigna intulit: cũ eoꝫ Conſule Africanus frater legatum ſe gerens pariter profectus eſt. Illiuſq; ductu & auſpicio plæraq; egregiæ geſta in hoſtes fuere. Victo deinde Antiocho & pace Eumeni conceſſa ob Aſiam uictam Aſiatici cognomen reportauit. His. n. duobus fratribus. Africano ſcilicet, & Aſiatico, pater fuit. P. Scipio ex Cornelioꝝ gente, cum quo primum Hãnibal pœnus ſigna in Italia contu lit: cuius fuit Cn. Scipio frater, ſũmi ambo imperatores uiri ornatiſſimi, qui paucoꝝ dierum interuallo in Hiſpania ceſi occubuere. Sed ex Publio hi duo quos dixi Scipiones Africanus ſcilicet, & Aſiaticus filii extitere. Ex Cn. autem P. Cornelius Naſica ortus fuit: q unus uir optimus a Senatu Iudicatus Ma trem Cybelem ex peſſimunte ſuſcepit/ Tyberiumq; Graechum ſeditiones in Vrbe molientem interemit. Fuit quoq; & alius Scipio cognomento Aemi lianus. Prioris Africani nepos adoptiuus, qui ob Africam & Numãtiam bel lo domitas: minor Africanus & Numantinus appellatus eſt. Sed hic Aemi lianus quem dico minime ex Cornelioꝝ gente propagatur. Sed adoptiuus in nomen & familiam uenit. Siquidem cum Scipio maior Africanus filium ha beret natura admodum tenui & imbelli/unde & ualitudinarius uocatus, qđ non ea uis animi foret/uigorq; : nulloſq; liberos ſubſtuliſſet: ne decederet ſine liberis hunc Aemilianum. L. Pauli filium/ ut multi credunt ex filia nepotem in familiam, nomenq; adoptauit. Fuerat. n. Scipioni Africano uxor filia. Pau li Aemilii qui Cos. ad cannas ne tantæ cladi ſupereſſet, in conflictu belli cæ ſus occubuit/ex qua unicum filium tulit, filias uero duas quaꝝ altera Scipio ni Naſicæ, altera Tyberio Graccho nuptæ fuere. Aemilio uero Paulo quattu or filii extitere. Duo in adoptionem alterius familiæ dati, Scipio uidelicet, & Fabius, duo in poteſtate retenti quos ex altera coniuge ſubſtulerat. Hoꝝ al ter, quinq; diebus ante triumphum quem ſpecioſiſſimum de Rege Perſe, & oi Macedonia habuit. Alter tertia poſt triũphum die adhuc impuberes mor tem obiere imaturam. Hic ergo Aemilianus ex reliquis Pauli Aemilii filiis iu nior fuit/gloria militari illuſtris/q Africani nepos adoptiuus/ auitæ uirtutis

memor

memor. Prouocatorem barbarum: Tribunus adhuc militum occidit. Cum patre aduerſus Perſen acriter pugnans egregia facinora geſſit. In Africã de inde cum exercitu profectus, tertium punicum bellum confecit. Carthaginẽ & Numantiam funditus euertit, parta deinde uictoria & rebus confectis co gnomentum numantino & minori Africano inditum fuit. Hoꝝ poſtea exẽ plo ſequti Cæſares ex prouinciis quas ui & armis ſubegere illuſtria cogno menta ob imortalem gloriam tulerunt: ſæpe populi decreto, nõnunq; acela matione ſenatus. Siquidem Seuerus Impator & reliqui poſt eum Cæſares: ex Arabia, Parthia Armenia & Germania aliiſq; bello domitis gentibus na tionibuſq; quas ſuo ductu & auſpicio conquiſiuere: Arabici: Adiabenici: Par thici, ſicut Germanici, Sarmatici: Africi & Armenici diuerſis titulis cognomẽ ta cæpere. Fertur tñ Valeriano Cæſari qđ promptus ad arma & bellicoſior eſſet, milites militari ſtudio manu ad ferrum nomen indidiſſe: qui poſtea in Imperio delatum Carpici cognomentum refutauit. Alexander uero Seuerus Imperator, licet Imperatoris patris patriæ & magni cognomenta renuerit: aſ ſerens magnis rebus geſtis ea ſibi noua parare oportere. Tñ ob deletos Azaue nos Azuenci cognomen ſumere non dubitauit. Traianus aũt cõtra Parthos uictor: Parthici appellationem non accepit. Cui cum multi deferrentur hono res reliquis poſthabitis, ſola optimi agnominatiõe gauiſus fuit. Cõmodus ue ro eo uecordiæ proceſſit, ut pro Cõmodo Hercules & Iouis filius dici malue rit: q ſibi poſtea in inuidiam: perniciemq; ceſſit. Apud græcos non ab oppi dis & prouinciis: ſed a rebus geſtis magnifice Soter & Chalimeos dicti: a for ma & ſpecie corporis Phyſtos & Cyrippus, ab excellentia crurũ Eucnemos a uirtute Euergetes & Philadelphus: a fortunæ felicitate Eudemos: a multi plici uictoria Nicanor: ab Vrbium expugnatione Polyorcetes: a fortitudine Acherſites aut Aquilæ uel fluminis nomina fuere: quare Pyrrho ab Epirotis Aquilæ nomen inditum: a multiplici doctrina Polyhiſtor: ab optimo cõſilio Ariſtobulos dicti. Q uibuſdam Regibus liuor & uicium nonnunq; ignauia & nequitia cognomentum dedit. Q uippe Antiocho Regi Macedoniæ qđ multa promitteret parum efficeret. Doſo. Ptolemeo Lamyro ob uitæ turpi tudinem nomen fuit. Antigonus quoq; a rapacitate Hierax, & a genuum ma gnitudine Gonatus. Alii a uerborum obſcuritate Scotini, & ab amẽtia Choa leni, atq; ob fœtos mores laconiſtæ notã noſtulere. Sicut Xenarchus Rho dius a bibacitate Metretes. Et Athenienſis Diotinus Chone: hoc eſt infundi bulum qđ illo appoſito affatim hauriret. Demochares uero ob procacem lin guam Paraſyades, & Demoſthenes ob moꝝ feritatem Arges ſerpentis noſe appellati ſunt. Inter quos Varro Sophiſtæ a forma naſiciniæ comparis Pe largus nomen factum. Nõnullis uero ob claritudinem, Lychni dixere nomẽ Sicut Artaxerſi Mnemoni: qđ memoria ualeret, Pericles ſummus orator ob

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicendi elegantiam & sermonis magnitudinem Olympius. Dion Chrysosto mos/Phocion ob frugalitatem Chrestus seu bonus. Cleomenes & Ptolemeus benefactor nuncupati. Aristides ob morum sanctitatem iusti. Callimacus pp studium miræ artis Calotechnos sicut alter ob artis calumniã Cacotechnos sumpsere nomen. Alceus tamen Pittacum Sarapodam: qđ latos haberet pedes cognominauit. Antiochus uero Syriæ Rex elatus supra modum hois cum uanum titulum uendicaret: cognomento deus dici uoluit: sicut apd Romanos Domitianus &. C. Princeps, qui Optimum Maximum & latialem louem se dici iussit, Proditus tñ est. Mariccus quidam e plebe boioꝝ/cũ dei nomen sibi arrogasset: & non spernendam manum perditissimoꝝ asciuisset quos ingentibus ꝓmissis corruperat/ita ut in Romanos ferret arma, postea captus & occisus falsi inditi noxis grauissimas penas dedisse. Sicut Seleurus ignotus homo qui se Aetnæ filium mentitus erat: cum loca circa ætnam cum perditissimis & facinorosis prædaretur, a Romanis captus in ludo gladiatorio ictibus bestiaꝝ occisus fuit. Cui haud absimile est quod de Eunno Syro proditur: qui cum nuce iuglande in os inclusa ignem euomeret: simulans se deæ Syriæ numine afflatum apud seruos & infimam plebem diuinus habitus primo duo hominum millia in Sicilia spe rapinaꝝ asciuit, mox effractis carceribus ad sexaginta millia coegit. Manliumq; & Lentulum prætores iusto prælio uicit & profligauit. Denicq; a Romanis coercitus post multiplices clades suæ temeritatis meritas pœnas dedit.

Quid sit triplex forum de quo in Martiale fit mẽtio: quæue fora olim Romæ fuerint, quæ ue apud exteros præcipua. Caput. XII.

DOmicium Calderinum uirum disertum & studiosum uidimus aliqñ dum Romæ ageret/interpretabatur tũc Martialis epigrãmata in quibus hos uersus meminimus legisse.

Causas inquis agam Cicerone disertius ipso.
Atq; erit in triplici par mihi nemo foro.

Quos ille in scholis cum suis sectatoribus sic definiebat, ut tria fora Romæ esse diceret, in quibus iudicia redderentur. Latinum scilicet. Romanum & Vetus, quod in cõmentariis a se æditis referre nõ dubitauit. Sed cum legissemus fora multiplicia Romæ in quibus forensia negocia negocia & iudicia actitarentur. Romanumq; forum latinum quoq; & uetus dici, tenuit nos admiratio qđ uir ille ingenio alioqui exculto strictim & inexplorate rem non prætereundam, pertransierit. Nam & Romanum forum in comicio legimus inter capitolium & Palatium. Vbi Rostra: Aedes Saturni Castoris & Pollucis templa fuere/quod latium forum dictum est. In quo Romani

Romani magistratus finito honoris tempore, imperii insignia dimittere assuerant, ad qđ populus frequens conueniebat sicut ad comitium Senatores Ibiq; Pauli Basilica, mille & quingentis talentis taxata, quæ mox fuluiæ dicata fuit, Licet aliam opimam in qua senaculum erat, qđ in ea Seniores assidebant, & aliam Iuliam cuius construendæ præfectus Vitruuius fuit, & aliam Portiam quam Cato censorius magna mole constituxit, basilicas fuisse legamus. Alterum uero Cæsaris forum dictum est, ubi Veneris templum ab eo extructum ferunt. Et Augusti forum qđ cum æde Martis Vltoris Augustus sua impensa instruxit, ornauitq;. Vetus quoq; foꝝ boarium legimus in quo ædes Herculis rotunda. Matris Matutæ & Pudicitiæ patriciæ sacella. Ibi etiam bos ex ære eginetico fabrefactus. Quintum fuit Olitorium iuxta quod ædes spei & pietatis, quam. M. Acilius Glabrio duum uir dedicauit. Iunonis Matutæ & fauni templa fuere, ubi lactariam colũnam fuisse Pompeius memorat, in qua infantes lacte alendos deponebant. Forum quoq; Cupedinis macellum appellari quod cupidinarium dicũt, cuius generis in Thessalia & omni græcia frequentia fuere. Præterq; Piscarium & forum Neruæ cui transitorio nomen, erat Pistorium in Auentino, & Vlpium, & Palladiũ. Sed Piscarium iunctum Boario dicunt fuisse, secũdum Tyberim iuxta Iani templum ad Ianiculum, qđ quidam Iunium uocãt sicut foros publicos iuxta Veneris Fanum. Et alios, ut Traiani ubi colũna integra mirabili structura hodie supereſt, iuxtaq; forum Neruæ & forum suarium, a sequtis principibus, præcipuis operibus ornata, De foro aũt ueteri qđ in eo causæ actitarentur, q̃rum cõmemini nec reperitur quicq̃, nec traditur, nisi unum idemq; Romanum uetus & latinum forum dicant fuisse. Sed q; nos sentimus qđq; probabilius putamus de triplici foro profecto sic est. Primum forum Romanum iuxta Comicium fuisse, in quo de iure controuerso responderi solebat, eũq; Cato censorius ne populus litibus assuesceret, acutis lapidibus sternendum putauit. Quem postea Marcellus Octauia Augusti sorore genitus quo salubrius disceptantes operam forensi labori darent uelis inumbrauit. Constatq; Iulium Cæsarem cum ius quottidie seueriſſime diceret, alteꝝ de manubiis una cum æde Veneris genitricis magnifica impensa & profusis sũptibus construxisse, cuius aream supra sextertium millies & imenso constitisse authores tradunt. Ipsumq; suo noie impositio Cæsaris appellasse, in quo iudicia etiam reddebant. Tertium Diuus Augustus inter publica opera præcipue forum cum æde Martis ultoris constituxisse fertur, cum porticu dupli ci ubi Apollo eboreus uidebatur, foriq; extruendi cãm fuisse, hominum iudiciorumq; multitudinem quæ uidebatur ut Tranquilli uerbis utar non sufficientibus duobus foris tertio indigere, quod Augusti nũcupatur. Ex quibus sine controuersia liquet, triplex de quo querimus forum. De Romano, deq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cæsaris & Augusti foro, in quibus lites actitari & iudicia reddi consueranti non de aliis intelligi oportere. Succurrit tamen in hac re notare. Sparthæ forum clarium uocari. Apud Iones Panium. Argys Gymnasium quod Cillarauium dixere. Athenis aliud quod Ptolemeum, & apud Samios & Alexãdrinos duo fora larua nũcupari. Athenis quoq; Diphilum & ceramicũ atq; helieum qđ erat omnium maximum, & Delphinium & Palladium ꝓforis fuisse, aliaq; ignobiliora ut Parabiston maius quasi absconditum & Trigonum. Fuit quoq; Parabiston maius in quo undecim considebant iudices. Et aliud forum ubi Olæ ara: quam præcipue Athenienses colunt, & Batrachium, & aliud pumiceum a coloribus, & in Thessalia liberum atq; in Pyreo Ippodomia & Capuæ Albanum. Celebratur iter cætera Argiuum forum sepulchro Donabi qui insigni prudentia & astu, præcedentes reges anteisse fert. In quo lupus æreus cum tauro pugnans fatum Pyrrho regi prædixere. Et Magnetũ sepulchro Themistoclis. Sicut forum Antiochiæ Germanici funere insigne fuit, & Megarensium sepulchro Corebi: in quo mirum ꝓditur. Vt Olealiter longo æuo suspensa diu arma intra corticem admiserit, mox incisa ocreas, & galeas peperit. Et Celenæ ubi Marsiæ Pellis detracta ab Apolline appensa uisebatur. Mirumq; prodi de Ariciæ foro ingenti casmate in ꝓfundum hausto magno & exitiali portento calamitatis futuræ: Tradunt Taletem in loco Milesii agri uili & contempto sepeliri uoluisse: prediuinans aio: in illo milesiorum forum celebre qñq; futurum. Apud Persas uero fora duplicia fuere unũ qđ liberum uocant: in quo honorati & præcipuæ nobilitatis uiri: principem locum tenebant ubi Regia erat, Alterę in quo mercennarii & negociatores: aliaq; humilis turba diuertebant. Capuæ quoq; fora distincta fuere: alia plebeioꝝ cum plebs a patribus dissentiret, alia nobilium. In quibus. n. nobiles erant: ne essent in contubernio sordidissimorum: ad illa infimo ordini accedere non licebat.

Quæ mulctæ militares maiores & quæ minores militibus & ob quæ delicta inferri solebant. Caput. XIII.

MVlctæ militares nonnullæ maiores quæ capitis supplicio luebantur: pleræq; minores: prout grauiter aut leuiter delictum esset: facinorosis & delinquentibus militibus: necessario ad rem militarem exemplo: aducibus inferri solitæ sũt: quibus sanciuerunt militaris imperii disciplinam: ut ignauus & contumax miles: prout segnis: negligensq; aut affinis culpæ fuisset: ita acri & seuero iudicio uel leniori pena notaretur. Nam desertores seditiosos & fugitiuos aut si loco: statiõe uel præsidio cessissent: tergaue dedissent:

aut e castris effugissent, tauq; pessimo facinore astrictos capitali pena plectere solebant. Nonnunq; ubi multitudo obnoxia foret, authores turbarum ad palum deligare, aut securi percutere, reliquæ uero multitudinis decimũ quẽq; sorte ductum ad supplicium petere, peruulgata pœna fuit. Cæsar uero cũ cõniueret in cæteris. Seditiosoꝝ, & desertoꝝ acerrimus inquisitor & punitor dr fuisse maximus. Traditur Alexander Macedo quendam castelli custodiæ ꝓpositum ob desertam stationem nece mulctasse, alterę desciscentem sagitta confixisse. Appius tamen Claudius humanius agens ex his quos loco cessisse nouerat, decimũ quenq; in conspectu exercitus fuste ꝓcuti iussit. Iuba Rex asperior & durior, desertores qui loco amisso in castra aufugerant cruce affixit. Inter cæteros Auidius Cassius memoriæ proditur, nouo exemplo multis desertoribus manus detruncasse, & pedes, asserens maiori disciplinæ fore, miserabiliter criminosum uiuere q̃ occidere. Seuerus aũt Impator exactor alioq; qui grauis, Vrbanas cohortes qđ neci pertinacis consenserant, satis habuit, militaribus insignibus exutos nudos destituere & dimittere. Antiqui tamen moris erat ut qui aciem reliquissent, aut infrequentes ad signa cõuenirent fustuario plecterentur. Præsidio uero decessisse semper capitale fuit. Si quæ uero cohortes signa fœde amisissent, nisi noxam cuius arguebãtur purgassent: in eas more maioꝝ quandoq; capitali supplicio plerunq; leuiori pena sæuitũ est. Q uare pro frumento ordeum dare uel extra uallum sine tentoriis relinquere, nonnunq; milites in prima acie inducere / aut districtis gladiis discinctos destituere, uariisq; ignominiis afficere solebant, ut his contumeliis coherciti intentius mandata exequerentur, deincepsq; ad subeunda pericula paratiores forent. Eos uero qui pugnam detrectassent, aut secessionem fecissent, quiq; erant fugæ & pauoris insimulati, quiq; segnes & contabundi arma cœpissent, leuissima nota erat iure iurando adigere non aliter q̃ stantes quo ad stipendia facerent cibum potumq; capturos, aut traditio pugillarium quos taciti statim legerent, quæ leuior censebatur nota. Augustus tamen decimã legionem contumacius parentem cum ignominia totam dimisit. Ob minora uero & leuioris noxæ crimina uel locũ & ordinem in acie mutare uel stipẽdiũ anni differre militibus, neq; his æra procedere, qui ære diruti dicebãtur, aut in policia uel in frequentia notare, uel citra cõmoda stipendiorum exauctorare, uel locum in quo tenderẽt in castris adimere. Illosq; sine pellibus tabernacula habere/ut humi & sub diuo accubarent, uel ne in oppidis hibernarẽt inhibere solebant. In policia aũt & in frequentia notabantur hi qui rudibus & parum nitidis armis, uel strigosiori equo, & macie affecto utebantur, quiq; prædicto ad pugnam die occasionibus quæsitis, contumacius parent. Q uæ mora excusabat, si funeris paterni uel sacrificii gentilis, auspiciiue, aut morbi sonticí, uel feriarum causa ad constitutam diem non adessent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Q ui uero arma alienaſſet, aut illa amiſiſſet pp inertiæ turpitudinem æque ac deſertor morte luebat. Apud græcos uero militari erat iure cautum, ut q miles ſcutum in acie amiſiſſet capite lueret, qui uero gladium leuiori pena notaretur/ Q uia maioris diſciplinæ ſe ab hoſte tueri & p̄ſtare incolumē, q̄ cū ſua pernicie hoſtem perdere/ ſemper ſummi duces putauere. Q uod Scipionis Aemiliani uerbum fuit malle ſe ciuem ſeruare, q̄ multos hoſtes perdere. Q uare Lacedemonii Archilocum poetam Vrbe exegere qđ carmē ſcripſerat in quo ſuadere uiſus fuit, ſatius eſſe arma q̄ uitam in acie amittere. Germanis quoq; qui ſcutum amiſiſſet in bello, a publico concilio & ſacris arcebatur. In transfugas uero uelut maiori crimine obnnxios, & patriæ ac ciuium pditores capitali pena plerūq; ſæuitum eſt. Hi. n. ſemper uenia indigni fuere, ſicut proditionis inſimulati. Q uāuis. Q. Fabius maximus illoꝝ qui contra regionem iuriſiurandi, ad hoſtes transfugerant dextras amputari mandauit: hoc animaduerſionis metu ſub diſciplina & in officio fore arbitratus. A publio tamen Scipione in perfugas & fugitiuos fuit acerbe conſultum. Siquidem ex Romanis qui rupto imperio ad hoſtes transfugerant in crucem eferri. Nominis uero latini ſecurī percuti iuſſit. Poſterior Africanus trāsfugas beſtiis obiecit. Paulus Aemilius elephantis. Germani arboribus ſuſpendūt: Ignauos & imbelles palude mergūt. Q ui uero captiui in hoſtium poteſtate ſua deſidia ueniſſent, his arma & ordo militandi mutatus fuit/ ut equites in peditum pedites in funditoꝝ alas trāſcriberent/ utq; locum extra caſtra aſſignatum uallo & foſſa nō cōmunirent. Q uare Domicius Corbulo a Nerone in Armeniā miſſus, duas alas, & tris cohortes, qđ hoſti ceſſerant extra uallum ſine munimento tendere iuſſit. Arthaxerxes, medum qui transfugerat/ & rurſus rebellarat, pro inſigni ignominia iuſſit ſcortum capiti circunferre nudum. Q ui etiam ſūmis ducibus ſiquid deliquiſſent, ignominie loco detractas ueſtes flagellari, & pro capite depilando thiaram depilari iuſſit. Titus Veſpaſianus tam ſeueræ diſciplinæ fuit, ut militem ab hoſtibus captum q ſolutis uinclis ad caſtra refugerat, ultra militare non ſuerit, nec illi arma crediderit, qđ uiuus ab hoſtibus capi pmiſerit. Sertorius uero ut diſciplinā exemplis ſtabiliret, cohortem, pp obſcenitatem moꝝ & imodicas rapinas ad unū interfecit. Daci cū male pugnaſſent, hac fuere ignominia notati ut cubātes capita loco pedum ponere, & miniſteria uxoribus p̄bere cogerētur. Xerxes quoq; ut Babylonios quoꝝ ductu defectiones ad hoſtes fiebant aſſidue, reprimeret: cauit edicto uti arma ne ferrent. Sed cauponæ indulgerent, tybiis pallerēt, & ſcorta alerent. Sicut Leontini, ne res nouas molirentur a Phalaride, conuiuiis & uinolentiæ relicti ſunt. Cyrus quoq; Lydis ſuperatis cum eſſent inſidi, & dānoſi, imperaſſe fertur ut dimiſſis armis iocis, & nequitiæ uacarēt, talareſq; tunicas ferrent. Ideo Lydius ornatus mollis, & parum uirilis habitus, quod

de Ariſtodemo Tyranno proditur, qui optimatum filios ne quid contra ſe moliri poſſent. Calamiſtratos incedere, & tortis crinibus ornari, talares, picataſq; tunicas induere iuſſit. Cato autem in Hiſpania contra continuas defectiones ſalubri remedio prouidit ne deſciſcerent, ut oppidorum mœnia ſub idem tempus dirui iuberet. Seuerius Romani, nam legionem licentia corruptam, qđ Rhegium in cuius præſidio erāt occupaſſent. Genutius Cos. mille hominum quattuor exauthorauit totam, & in foro percuſſit. Sæpius uero exilium, ut relegati & capite minuti procul a lare ſeneſcerent, & ita ignominiam finirent, ignauis & contumacibus datum comperimus. Marcellus autem, milites a quibus orta eſſet fuga quiq; pauore ſigna reliquiſſent, ſequenti pugna inter primas acies frequenter induxit, ut quod ignominiæ acceperant aliis præliis periculo expiarent. Fuit illa etiam nota ignominiæ non parua quali Calphurnius Piſo. Cos. & demum Octauius Auguſtus affecit milites, ut tunicatos diſcinctoſq; per totum diem, cum decem pedis plerūq; ceſpitem portantes ante prætorium ſtare, uel obſoleta toga, & tunica diſtincta nudis pedibus ante principia adeſſe iuberent. Vel ut foſſam fodere diſcincti cogerentur, ut eo habitu & ſpecie deformi in omnium conſpectu præſefecrēt inſignem memoriam flagitii ignominiæq; acceptæ. Eſt autem decempeda lignum quo latifundia metiuntur & in partes diuidunt, oblongum pedibus decem. Tam & ſi diuerſo quiſq; more agros metiri ſoleat. Q uippe in Aegypto æſtuaria & foſſas funibus metiuntur aut paſſibus. In Hiſpania iugis. In campania uerſibus. Circa Perſidem Schoenis. Alii Para ſangis, alibi Pertica cui nomen Acena, agricolæ iugeribus, nonnulli ſtadiis metiri ſolent agros campoſq;. L. uero Calphurnius Cos. haud abſimili exemplo præfectum equitum qđ arma hoſti tradidiſſet. Laciniis abſciſſis, diſtincta tunica, & nudis pedibus ad principia per omne tempus militiæ adeſſe iuſſit. Fertur Peſcennius niger, ob ſubtractum gallinaceum cōmanipulones hac affeciſſe ignominia, ne focum facerent, neue cocti quid obſonii ſumerent, ſed pane & frigidis ueſcerentur. Tiberius uero nimis ſeuere, nam Prætorianū militem ob ſubtractū pauonem capite puniuit. Militem uero militiæ gradu deiicere, aut exauctorare uel equū illi adimere, ipſumq; uitibus, aut uirgis cedere, ſeu equo detrahere/ uel haſtas dare iubere, quæ cenſio haſtaria dicta eſt, hæc & eiuſmodi, non p leui noxa, ſed p acri delicto, magnæ aīaduerſionis loco, a ducibus inferri ſolita ſunt. Haſtas dare iubebātur milites: quibus pp probra ignauiæ & luxuriæ haſta adimebatur. Et enim ſicut gloriæ cauſa fortes uiri donabantur haſta pura hi qui primum victores in prælio fuiſſent, ita ignauis & contumacibus adimebatur. Hoc notabat tanquam ſpes merendi ſtipendia illis adempta foret. Q uin etiam militi obeſo & prepingui quod cutem nimis bene curaſſet, & & nimia Sagina grauis eſſet, aliquando equum duces ademere. Id quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

magnum Agesylaum fecisse legimus, Augustus, tamen his qui maiores quinq; & quatraginta annis equm retinere nollent, reddendi equi gratiam fecit. Illosq; uelut emerita militia dimisit. Apud Turios lex erat militaris, ut cõtumax miles desertor, uel transfuga muliebri ueste amictus ob ignominiam uinctus teneretur. Sparthanis tam seuera militiæ disciplina fuit, ut miles qui in acie scutum amisisset capite lueret. Iidem probro milites, aut ignominia notabant, qui probro notabatur cum nemo igne, nemo alloquio impartiuit. Ignominia notabat, qui fugax esset desertor, aut transfuga. Apud Aegyptios qui milites ordines reliquissent, aut dicto non parerent, uel intussi in castra rediissent de gradu deiecti ad inferiorem redibant statum. Si uero Ducis consilium hostibus palam fecissent/lingua mulctabantur. Fuitq; moris apud Syracusanos, ut hipparchi hoc est equitum præfecti, militum nomina in tabulis scriberent illorum qui in acie ordines deseruissent, ut post prælium pena notarentur. Quod & Xerxes fecisse dicitur, ut uirtutis & ignauiæ, cuiusq; testis & spectator esset. Cyrus autem quem militem extra ordinem inuenit, quicq; proditionis causa dedisset terga/capite puniuit. Nec prætermittendus est Agesilaus/qui cum in bello peloponessiaco quosdam Asiaticos in uestе munda, & nitida, corpore uero desides uideret, & ignauos, ea affecit ignominia, ut uestibus nudatos per castra incedere cogeret, illorumq; amicula fortibus uiris, quorum in bello uirtus enituit/dono daret. Hoc quoq; loco penæ militaris fuisse traditur. Iubere ignominiæ causa militibus audatioribus qui nec animi nec consilii satis haberent, uenam solui, quæ nõ tam pœna, q̃ medicina fuit, ut superflua sanguinis parte defluxa, se magis intra gitum rationis cõtinerent. Illud quoq; notandum, quod inter animad uersiones militares leuissima est admonitio, castigatio minor. Deprensa maior, ignominia maxima. Ideo milites in quos lege militari castigatione, aut admonitione aïaduersum est, non propterea ignominia notati erant. Quod q; milites quamuis graui ignominia affecti essent. Si tamen ad officium reeuntes, semel atq; iterum bene nauatam reipublice operam præstitissent, singulaq; aut bina ex hostibus spolia rettulissent, aut digno aliquo facinore flagitii labem aboleuissent, tunc demum uno atq; altero felici prælio priori culpa correpta, & oblitterata memoria dedecoris, noxa atq; ignominia soluti, & in eo quo prius erant gradu restituti, pristinam dignitatem, & honoris gradum quibus antea functi erant/quandoq; reciperent. Notatumq; & illud est. Perraro bis delictum Imperatores uenia dignum putasse, quia iuxta uerbum Lamachi summi Ducis, non est in bello bis errare: ubi siquid offenditur perperam, temeritate uel insciciа, emendari non potest. Paruaq; in bello offensa magnarum sæpe rerum momenta facit.

Quæ solẽnia in Herculis sacro ad aram maximam seruabãtur, & quæ apud exteros, quæ ue aræ Herculis Romæ fuerint. Caput. XLIII.

POst Vrbem cõditam Romulum Vrbis authorẽ sacra græco Herculi/ara illi erecta quæ maxima dicta est: ut ab Euandro constituta erant: fecisse, eaq; posteris mansisse litteris proditum est. Quæ ara ante Romulũ religiosissima fuisse traditur/eamq; ipsum Herculem Ioui inuẽtori si amissas boues repperisset dedicasse fama uulgauit. Hoc. n. sacrum Euander instituit primus/post Marathonios qui primi diuinos honores Herculi dedere: poticiis & Pinariis qui ex clarissimis familiis ea loca incolebant ad sacrũ adhibitis, traditumq; memoriæ est. Poticios sacris presto fuisse & propiciato deo extis solẽnibus depastos. Pinarios uero extis adesis ad reliquam dapẽ uenisse. Inde institutum mansisse ne extis solẽnibus uescerentur in posterum. Ipsiq; poticii eorumq; posteri ab Euandro edocti multis post tempestatibus antistites templi sacris & cerimoniis præfuere: donec sublata poticia gẽte seruis publicis tradita sunt. Appius. n. Claudius Censor: sublato poticiorum genere cui ad aram maximam familiare id sacerdotium fuit. seruis quos docuerat/sacra delegauit. In quo id traditur mirum/ut triginta puberes qui reliqui poticiæ familiæ manserant: cum omni stirpe intra annum extincti fuerint. Ipsiq; Appius huius author facinoris ob hoc admissum in extremum uitæ exitium pene lapsus sit. & siue casu: siue consilio deorum immortalium luminibus orbatus calamitosam uitam egerit. Fuit autem hæc ara in Capitolii faucibus iuxta carmentalem portam/& forum boarium. In qua proprium erat ut iuuencus indomitus sua Herculi uictima mactaretur: cui & fauno uiam profecturi lacrum facerent. In qua propria quædam: huic aræ debita solemnia præter aliorum instituta manere, quæ præterire non erat fas. Siquidem in ea prætor, aut Põtifex qui rem diuinam facit, sola lauro nec alia coronatur fronde. Cũq; mulieribus adesse sacris & rem diuinam facere omnibus fere liceat. Herculis tamen sacrificio adesse, uel exta tangere: aut uesci: aræue admouere manus: aut solemnia uidere religio non sinebat. Et cum in sacrificiis deorum: qui rem diuinam facit capite operto numina adire: adorantesq; uestе ad caput obducta sacris interesse debeãt. Apud arã Herculis maximã/dum sacra fiũt, dũq; litatur oẽs capite aperto & inuelatos esse decet. In qua præter aliorum morem, nec lectisternium fieri: nec puluinar suscipi poterat: in quibus quoq; sacris seruatum legitur: ut sedentes epulis uescantur solemnibus, cum in cæteris stantes, & saltabundi uesci soleãt. Cumq; in omni præcatione qui uota effundit sacerdos uestam & Ianum: alios q; deos præscriptis uerbis & cõposito carmine

Universidad de Deusto
Biblioteca

aduocare ſoleat. Illos tũ qui ad aram maximam ſacrum faciunt, alſum q̃ Herculem deum aduocare nõ decebat. Q̃uippe cum in Herculis templum deorum nemo admittatur, neq; alterius dei aram effigiemue ſicut in cæteris fanis uidere fas eſt, ita more tradito ut mane ſimul & ueſpere ad aram maximã ſacrum fiat, cum in cæteris matutinum tantum modo tempus hoſtiis imolandis dicatum ſit. Fuitq; obſeruatum ut ab eiuſmodi ſacris ne dũ ſerui, & liberti ſed & canis arceatur, ſicut ab arce Athenienſium ubi Mineruæ, & a Delo ubi Dianæ templum fuit arcebantur, qđ impurum & procax animal eſſet. Neq; fas uiſum: ſacra Herculis qui libertatem impartiuit, quiq; ex ſeruitute gentes exemit niſi liberos attrectare. Q̃ đ plateenſibus in uſu erat ut dum manibus illoꝝ qui pro græciæ libertate ceciderant, parentant, & ſupremum exhibent officium, mancipia procul arceant. Cuius exemplo Coi, rem diuinam Iunoni exhibentes a ſolẽni æpulo ſeruos abegere. Traditum uero eſt Rhodi: lyndi in colas nouo ritu Herculi imolare: nam maledictis, ludibriiſq; uerboꝝ Herculi litant, iunctis bobus. Si quid uero honeſti, probiq; in ſacrificio prolatum dictum ue fuiſſet, tanq̃ ominoſum ſpretæ religionis crimen erat. Idem in ſacris Eleuſinis, quæ magna dicta ſunt factitatum cõperimus, in quibus mulieres mutuis probris, conuiciiſq; ſe inceſſere, & maledictis ſolent conuiciari. Et in feſto qđ Leneum Athenienſes uocant, fœda conuicia, per riſum & iocũ. Inuicem poetæ iactitant, & contumeliis ſe laceſſunt. Apud Coos aũt Sacerdos muliebri ueſte amictus & mythra caput ornatus. Herculi ſacrum facit, & uictimam cedit. Sicut in Attide, uiri ornatu muliebri mulieres uirili. Veneri rẽ diuinam faciũt. Cui perſimile eſt qđ in Mutinini ſacello mulieres togis prætextatis uelatæ Romæ ſacrificant. Nõnulli Coturnice ut phenices: pleriq; humana uictima ut Carthaginenſes Herculi litant. In Pantheo quoq; ſtatis diebus in ſacris Herculis mactabatur homo, fœdo facinore & perniciali exẽplo. Fuitq; litteris proditum ab ignaris uota Herculi & præces effuſas non exaudiri, qđ ſoli ſtrenuo & peruigili proſperos ſucceſſus faceret, & propitius foret. Sed præter hanc aram fuit alia Victoris Herculis in foro Boario qui triumphalis dictus eſt, cuius ſtatua ab Euandro ſacrata triumphi die, habitu triũphali ornabatur. Alia ad circum maximum Cereris, & Herculis, qui cuſtos cognominatur: a Sylla exp̃dicto Sybillinoꝝ carminum ut multi autumant erecta, & conſtructa. Templum quoq; Herculi iuxta Tyberim mirabili ſtructura olim fuiſſe legimus in quo ex decimis ſacrum fit, ubi duæ aræ, exq; earum altera mulieres deguſtare ex altera uiros tantum ueſci fas erat. Ad portã quoq; trigeminam Hercules Victoris cognomẽto fuit, atq; in eodem boario foro ædes Herculi rotunda præcipuæ admirationis ad quã nec canes, nec muſcas ingredi opinio eſt, ſicut Achillis ædem ante Boriſthenem nulla ales ĩgredi tur. Fuit præterea Hercules cognomẽto Oliuarius, & Hercules cubans: fu

iſſeq; Herculi & muſis cõmunem aram in circo flaminio a Fuluio nobiliori ex cenſoria pecunia cõſtructam mox a Martio Philippo Auguſti tpe ſacratã: fama uulgauit. Sed præter hæc templa quæ in ſũma religione & cultu maximo fuere. Fuit Hercules Cornopios apud Oetheos. Ab Erithreis Hipothonos. a Celtis Ogmyos, ab aliis Alexicacos quaſi depulſor maloꝝ cognominatus. Feruntq; templum Iolao nepoti ab Hercule conſtructum tantæ maieſtatis incolis fuiſſe, ut ſi a ſolitis deficerent ſacris: muti euaderent, rurſus ſi ſacra ſe perfecturos uouerent, in priſtinam reſtitui ſanitatem. Præcipuæ uero admirationis apud Perſas colitur Hercules in monte cui nomen Sambulos, qui p quietem ſacerdotes monere dicitur, ut equos uenatui iſiſtant ornatos, qui cum per nemora & ſaltus diu uagati fuerint nullo rectore, nocte redeunt ad ſtabula uacuis pharetris, mox oẽs ſaltus feris confoſſis conſtratos reperiunt, ita ut multo uenatu incolæ ditentur. Apud Athenas uero Cynoſarges templũ Herculis Gymnaſium & lucus maximi noĩs erant, quæ Philippus impotenti ira deuaſtauit & incendit. Hoc etiam licet animaduertere ab Ilienſibus Herculiſa era celebrari: uetitum: qđ Ilium Hercules olim depopulatus eſſet, eum propter ea odio proſequi pniciali. Sicut apud Thraces: mulieres tanto flagrarũt odio qđ Orpheum diſcerptum a mulieribus dicerẽt, ut uiri uxoribus ſtigmata inurerent, in Orphei ultionem. Et Lemnii cum Vulcanum colant qđ apud eos enutritus foret. Venerem qđ Marti ſe miſcuiſſet uelut adulteram, adeo contempſerunt, ut nemo illi ſacrum faceret: Tenedii quoq; Achillem qđ Tenedũ deuaſtaſſet ita infenſum habuere ut ſupplicio afficeretur, ſiquis reſtituto templo Achillem nominaſſet. Contra uero Syracuſani is Herculem promptum numen, & maximi cultus fuiſſe. Q̃ đ ope Proſerpinæ Cerberum ex inferis eduxiſſe dicerent. Caucaſii etiam produntur. Herculem ſũmis percolere honoribus qđ Prometheum uinclis exoluiſſet. Ioui & Mineruæ infenſi, pleni perſuaſionis tanq̃ Prometheo ſatisfaciant qđ igniferis ſagittis aquilas & illoꝝ nidos incendant, fœtuſq; euaſtent & depopulẽtur. Ferunt Sibas circa Indum, adeo Herculem uelut gentis authorem coluiſſe, ut pellibus amicerentur, ut Hercules clauas gererent, illaſq; bobus & equis inurerent. Sicut Tyrii & Gaditani Herculem, magni numinis inſtar habuere. Fuitq; memoriæ proditum Herculem non unum fuiſſe, ſed plures. Nam præter Tyrinthium etiam Argium, Thebanum, Lybicũ, Cretenſem & Aegyptium legimus. Deniq; Varro Hercules tres & quatraginta, ac Ioues trecentos enumerat. Cicero ſex fuiſſe dicit. Græci uero Orpheos quinq; fecere, & ueneres quattuor. Sicut. n. præſtantiſſimos & ſũma prudentia uiros Iouis filios ut Eacum & Minoa, & ſeptimi deos qui a Ioue genus ducũt. Ferociſſimos Neptũni tanq̃ e mari genitos ut Cyclopes & Leſtrigones. Mõſtruoſos uero & ignobiles e terra æditos uetuſtas nuncupauit, ut Titium & Antheum. Ita oẽs qui uario & ſolerti inge

Universidad de Deusto
Biblioteca

nio fortissimum aliquod facinus gessere: uel periculis subleuãdis hominibus profuere: aut alicuius ígenuæ artis author uel princeps foret a maioribus Herculis nomina tulere. Sed qđ de Lybico Hercule dictum est: meminisse oportet qđ hic Lybicus Aegyptius nuncupatur, qui Nilo natus phrygias litteras primus inuenisse & per manus posteris dedisse traditur.

Quo tempore primum Prætores creari cepere & quod ius quæue illorum potestas fuerit. Caput. XV.

PRoditum memorie est ab ortu Vrbis ad annum fere trecẽtesimum & nonagesimum. Prætorem qui ius in Vrbe diceret: nullum Romæ extitisse. Fuerat. n. hoc Cõsulis munus & illoꝝ qui in sũmo erant magistratu super iure controuerso respondere. Sed quia a iure dicundo ingruente belloꝝ tumultu persæpe eos auocari oportebat, Pretore ac ꝓprio magistratu: qui ius in urbe diceret opus esse uisum fuit. Igitur quo tpe: Tribuni militum consulari potestate esse desiere: cum iam de Consulibus ex plebe creãdis magnis contentionibus agitari ceptum esset: eaq; res inuisa patribus: infamisq; haberetur: neq; aliter sedari uideretur posse: tum primum leniendæ multitudinis causa: ut Cos. etiam de plebe fieret a patribus est impetratum: inuicemq; ipsa plebs ut prætor unus ex patribus crearetur quiius in Vrbe redderet haud dubie assensit. Fuit. n. is Sp. Furius. M. filius primum prætor ex patribus: eiq; ut aliquibus honoris insigniis conspicuus foret, curulem sellam ut Consuli Dictatoriq; & eadem auspicia esse uoluere. Nec diu apud patricios honos iste mansit. Nanq; haud diu post. Q. Publius philo primus de plebe auersante senatu Prætor factus est, cõmunicata tam prætura q̃ Consulatus cum plebe fuit. Sed cum Prætores magis ex usu reipublicæ uiderentur: ita breui illoꝝ numerus auctus fertur/profecto ut mirum sit q̃ facile coaluerint. Quippe Latius propagato & aucto imperio, quo tpe Attilius Calatinus primo punico bello Dictator extra Italiam duxit exercitum, cum obire tantum munus solus non posset, duo Prætores creati: exq; his alter urbanã alter peregrinam iurisdictionem sortiti fuere. Et quia plerũq; usu ueniebat, ut urgentibus hinc inde hostibus & multiplici bello ingruente ferro / & armis decernendum foret. Prætores sicut Coss. prouincias sortiri, hisq; & exercitibus cum imperio præesse cæpere: ibiq; non solum ius dicendo, sed armis imperitando imperium exercuere. Ipsis. n. licet ad ius dicendum creatis, non tñ a belli cura uacatio dabatur. Quitam & si in imperio essent, iura tamen ꝓuinciæ sine decreto Senatus aut populi iussu mutare nõ poterant. Neq; diu post: primo punico exacto bello: cũ galli transalpini in Italiam irrũperent, quatuor Prætores

Prætores creati lege Hebia fuere: quæ iubebat a ternis ad quaternos creari licere. Mansitq; hic numerus ad primum fere Macedonicum bellum, quibus & belli summa cõmissa fuit: illorumq; auspiciis: ægregie res gestæ plerunq; sunt. Tunc quoq; additis prouinciis: & magno incremento rebus auctis, cũ M. Cato Sardiniam obtineret: Siciliaq; & Hispania imperio acreuissent: magisq; in dies Prætores ex usu forent: illorum numerus auctus fertur: ut seni crearentur. Post temporum uero curricula quibus Cor. Sylla rempu. in dominationem uertit. Cum plures de Parricidiis: de Sicariis: de falsis leges tulisset: ut essent qui eas tuerentur: quattuor qui de criminibus inquirerent ueteri numero adiecere: ita ut decem crearentur. Mox Iulius Cæsar numeꝝ ampliauit. nam præter hos: annonæ & rei frumentariæ præfecit duos: ad inuehendos cõmeatus qui frumentarii seu Cereales dicti: quibus ut ne quid commeatus: frumentiq; Vrbi deesset præuidere: præcaueretq; negocium erat. Et mox alios qui ærarii curam agerent adiecit. Diuus deinde Augustus sexdecĩ expleuit numeꝝ: tam & si prætura candidatos duodecim ab Augusto æditos, Authores sint: quem numerum non excessurum Tiberius iure iurando firmauit. Demum Diuus Claudius alios constituit qui deficientium uoluntates tuerentur: & de fideicõmissis ius dicerent quos fideicõmissarios uocauit: quo tpe ad decem & octo prætores: quod nunq̃ antea factum: excreuit numerus. Et cum pupillis tutores a Cos. antea poscerentur. M. Antonius Philosophus: omni doctrina homo eruditus: cuius pleraq; extant ægregia facinora militaria: ut diligenti disquisitione tutores pupillis darentur proprio magistratu eam curam demandauit: qui tutelaris dictus est. Deniq; nullo ꝑfinito numero tot fuere quod expedire reipub. uisi sunt: quod lege prætoria cauebatur: cuius uerba subiecí. Iuris disceptator qui priuata iudicet: iudicati uel iubeat prætor esto: Iuris ciuilis custos esto. Huic potestati parento: quotcunq; Senatus creuerit: populusq; iusserit tot sunto: & infra. Quam lata aũt in iure dicundo Prætoꝝ iurisdictio fuerit: multis documentis ostenditur. Nam & bonoꝝ possessionem dare: & ad defuncti bona heredem admittere. Nouũq; ius constituere: & uetus abrogare poterat. Seruos manumittere: iudices delegare. Tutores pupillis minime iuuisos cõstituere. Dolo uel metu lapsis: aut ui deiectis subuenire. De fide: deq; iureiurando. Tutelæ: mandati: pro socio: fiduciæ. Deq; empto: uendito: locato: conducto ius dicere suæ cognitiõis erat: Læsos quoq; imatura ætate uel sexu: in integrum restituere. Edicta proponere: legem ad populum ferre. Neue probitas aut innocentia fraudi cuiq̃ esset cauere debebat. Quin etiam ferias concipere: ludis præesse. Quadrigis emitteddis signum dare: Aquæ ductuum curam gerere. Aedem dedicare. De gestis cuiusq; magistratus disquirere. Duum uiros & decem uiros creare: bonis interdicere: quæq; ad disciplinam publicam ptinerẽt: curare & prospicere: tum criminosos

Universidad de Deusto
Biblioteca

reos facere, officii Prætoris erat. Rei autem criminis fiebant, ut accusator crimino sum in ius ducat, & apud Prætorem reum agat, his uerbis aio te pecuniam depeculatum fuisse, aut crimen aliquod admisisse. Tunc si reus tacuisset, tam q̄ in conuictum lis dabatur. Si uero esset inficiatus inquirendo crimini p̄fixo die, a prætore accusatio constituebatur, & tunc in reum ut noxam cuius arguebatur dilueret, lege agebatur. Deniq; illud receptum est, absentibus Coss. & in prouinciam profectis, habendi Senatus prætori Romæ ius fuisse. Comiciisq; præsidendi, de rebus quæ ad rempublicam pertinent, consultandi, Vrbi præessendi, atq; idem fere iuris quod Consules habere nulla cōtrouersia est. Nec me præterit, memoriæ datum esse, non modo super priuatorum causis, sed inferiorum quoq; magistratuum, uidelicet Quæstorum & Aedilium prætori, more prisco ius dicere licere. Itaq; tam plebeios & humiles, q̄ ædiles & quæstores, reliquosq; magistratus qui nec uocationem, nec prænotionem habent, apud Prætorem in ius uocare cui uis potestas est, quos in uincla duci iubere pro imperio & potestate, & legittimis penis afficere poterat. Fertur quoq; Octauius Augustus hoc munus Prætori urbano dedisse, ut populariū litigatorum appellationes cognosceret. Prouincialium uero cognitionē consularibus uiris, ipse delegaret. Si tamen ipsi Prætores praue quid deliquissent, ex Consulto Senatus nonnunq̄ prætura deiecti fuere. Nam & P. Lentulus prætor & alii magnis criminibus circumuenti abdicato magistratu de gradu exturbati, male administrati muneris pœnas dedere. Moris præterea fuit: ut sicut Dictatores magistros equitum. Coss. sub se legatos habebant: q̄ eorum uices gerere, & quoties oporteret, munia obire possent, sic Prætores quæstorum ope niterentur. Itaq; Prætores quæstoribus parentis affectu, & coniunctissimorum loco esse uetusti iuris fuit. Tam & si Prætores sicut Coss. nō modo quæstorem, sed legatum unum pluresue in prouincia habuisse, ipsisq; quoties abessent legionum & exercitus curam demandasse, compertum sit. Illud quoq; non ab re fuerit meminisse, Prætorem urbanum plus decem cōtinuis diebus Roma abesse non licere. Ipsisq; non duodecim sicut Consuli. Sed ut inferior magistratus notaretur, sex tantummodo lictores cū fascibus Romæ. In prouincia uero sibi decreta pro maiestate imperii, etiam cum securibus preire. Paulum tamen Aemilium cum Prætor in hiberos duceret, cum duodecim littoribus preturam gessisse authores tradunt. Credo equidem ut dignitas consularis adiuncta prætoriæ uideretur, utq; plus maiestatis inesset: ideo duodecim lictores præter præscriptum. Aemilium in prouincia habere Senatum uoluisse. Fuitq; animaduersum Prætorio uiro, & qui fuisset prætura functus toga prætexta uti licere. Eundemq; Aemilium non in purpura modo prætexta, sed trabea candida & ministris dealbatis atq; in equo albo præturam gessisse. Neq; p̄terierim, nomen p̄toris & munus non Rome tātum,

Sed apud

Sed apud latinos populos & Siculos atq; in Sānio & Campanos: exteraſq; gentes precipuum fuisse. Nāq; Aegyptiis loco censoris erat, cui portoria exigendi munus impendebat. Acheis bini p̄tores longo tpe imperitarunt mox unum accepere. Apud Macedones, Sagūtinos & Syracusanos domi, foriſq; iura dabant, in quo magistratu cum esset Dionysius gradum ad tyrannidem fecit. Apud Thebanos summam imperii tenebant, sicut fuit Epaminundas, & nisi presente eo magistratus eligi nequibant. Sardium Prætor de bellis consulebat, & fœdera inibat. Etholis cum de bello, aut quouis negocio Senatum cōsuluisset dicēdæ sniæ ius nō hēbat. Epyrotis & Atheniēsibus Prætor Themotheta & belli dux, singulis annis sortito creabantur. Is aūt si quando bella mouenda, & armis decernendum foret, militum delectus habere, legionesq; & turmas conscribere solebat, quam præturam Nicias cum Pericle aliquando gessisse fertur. Nonnunq̄ Athenienses decem Prætores militiæ præfecere, qui per uices castris, & legionibus imperitarunt. In quo magistratu cum esset Aristides Miltiadi cessit, ne in pugna Marathonia aduersus Datym Darii præfectum in dissidium ueniret. Cum multitudine prætorum, Patriæ discrimen impenderet.

Locus ex Ciceronis oratione pro Milone, quando delicta non consumata, ac si perfecta fuissent, puniri debeant. Caput. XVI.

CVm Ciceronis orationem quam pro Milone magna cura, & summo ingenio elaboratam in Senatu dixit / multo cum uerborū pondere ac nitore qñq; legeremus. In qua ad exaggerādam inuidiam, Clodii seruum in æde Castoris cū sica. Vt Põpeium trucidaret deprænsum dicit / in hæc uerba ipsum loquutum offendimus. Nisi quia res perfecta non est ideo punienda non fuit, quasi exitus rerum non hoīum cōsilia legibus uindicentur: minus dolendum fuit re non perfecta. Sed tñ puniendum certe nihilominus. Hactenus Cicero. An semper inq; omni negocio / praua hominum consilia quæ exitum sortita non sunt, perinde legibus uindicanda sint: ac si cogitatū facinus esset admissum in congressu æqualium tunc me presente querebatur. Vt si quis cum telo hoīs occidendi causa depræhensus ipsum nō occiderit: uel qui uenenum parauit hominem non necauerit, an tanq̄ necē intulerit, perinde mulctandus & coercendus pena sit. Rursus si extra cogitationis fines peccatum non excessit, ut quia mente cōscelerata quis agitat facinus Illudq; adhuc opere non inceptauit, neq; actu exequtus est. An nihilominus pari supplicio afficiendus fuerit. Et quantum intelligi ex ueterum monumentis dabatur, distingui oportere putant, ut si homo magnum aliquod scelus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut extremum facinus patrare inceptat, ut quia deorum templa funestis facibus incendere. Fana depeculari: sacra profanare, Patriam, parentes, lares, focosq; hostibus prodere, necem parenti aut principi parat, aut eiusmodi damnata crimina in quibus magna calamitas, aut fœdum excidium futurum est, proculdubio leges inceptum facinus, ac si consumatum esset puniri uoluerunt. nec solum authores sceleris, sed facinoris conscios. Non.n. secus censuere eum qui tam atrox dirumue facinus moliri ausus fuit, quiq; ad tam exitiale scelus animum induxit, perinde affici oportere, ac si illud opere cõsumasset. Idq; exemplis patere, qd lex Iulia in mechos animaduertit, ac fures, & peditores æque punit, qui adulterium furtumue patrarunt q̃ qui id inceptarũt, & si crimen non perfecerunt. Ideo grecis lege cauetur/ut Tyrannoꝝ filii uelut facinoris conscii parentum crimina luant, & haud secus morte exilioq; mulctent. fœdaq; in eos exempla iræ inuidiæq; exerceantur, tam & si Romana lege caueatur secus. Quod in leuioris noxe criminibus & ubi non est tanta sceleris magnitudo aliter statutum est, tunc.n. delinquentes peccato nondum absoluto non usq; adeo criminibus obnoxii fiunt, nec sceleri ita se obligant, ac si opere exequtum esset. Sed Prætoris arbitratu pena / modo maiore, modo minore pro noxa, & quoad usq; ad facinus progressum fuerit puniri oportet, ut nec a pena immunes fiant/ nec tam seuera legum disciplina q̃ qui effecere puniantur. Idq; Ciceronem sentire nunc arbitrari, cum legibus hominum consilia non euenta rerum uindicari dicit. Vt quia immanissimo reatu obnoxius fuit, q̃ cum sica Pompeii trucidandi causa deprensus fuerat. In quo totius reipub. salus & maiestas imperii periclitabatur, haud dubie pena detestabili dignus erat, tam & si illud non consumasset, tanq̃ eo casu foret quo hoium consilia incepta, ac si exitum sortita fuissent pena coercentur. Non sic aũt ubi cogitationis fines crimen non excessit, tunc.n. cogitato nec dum incepto facinore, quia intra cordis arcanum facinus retinetur, neq; satis apparet nequitia quo ad usq; deducta est, & si Deo obnoxius fiat, qui scelus, quanuis minimum animo prelumit: tamen, crimen inceptum aut cogitatum facinus legibus penam non meretur. Quippe uoluntates ut Cato inquit: neq; legibus, neq; penis fiunt obnoxiæ. Huc pertinet illud Iuuenalis. Nam scelus intra se tacitus qui cogitat ullum. Facti crimen habet. Scilicet Deo obnoxiũ inuisumq; fieri, qui læta conscientia infandum facinus animo agitauit.

Quod Theophrastus sensit quibusdam uiperaꝝ morsibus Tybicines mederi, probatum experimentum. Caput. XVII.

Theophrastus Philosophus prestabili uir sapiẽtia Academiæ post Aristotelem successor, in rebus Physicis & Mathematicis magna doctrina, &

doctrina & estimatione fuit, eum litteris mandasse accepimus, quibusdam uiperarum morsibus, cantus Tybiarum, aut fidicinũ, atq; alia organa artis musicæ modulate adhibita aptissime mederi, quod & Asclepyades medicus litteris prodidit, qui Phreneticos mente imminuta & ualitudine animi affectos, nulla re magis q̃ symphonia, & uotum concentu, ac modulis resipiscere, & sanitati restitui censuit. Ferũt quoq; Hismenias Thebanus plures Boeotiorum Hischiadicos, & Coxendicum dolore laborantes incentione Tibiæ bonæ ualitudini restituisse. Tanta hominis naturæ cum armonia consentio est. Quod cum credi uix posset, nuper id nobis cum casu ad id incidere/mus pro explorato & comperto fuit. Siquidem tarantula, id est phalangio percussos quos uulgo tarantatos dicunt, haud aliter ex ancipiti morbo conualescere uidimus, q̃ si tibicem uel cytharista iuxta eos diuersos modulos incinat, ut pro ueneni qualitate ita armonia & audiendi illecebra capti, uenenum illud, uel ex intimo corpore dilapsum effundant, aut sensim per uenas diffusum dilabatur. Tarantula enim aranei genus est, dirum animal tactu pestilens, eam si casu spectes futilem, & sine noxa putabis, & sane reliquo anni tempore minime pernitiosa, aut exitialis uix aliquid neruorum, aut uirium ad nocendum habet. Cum uero estu anni flagrantissimo assiduo sole Apuliæ campos ubi peculiare hoc malum existit torreri certum est, tum maxime, seu afflatu noxio, seu estu accensa, morsu uirulento pestiferam perniciem affert, cui tanta malo uis est, ut quencumq; morsu percusserit, nisi celeri remedio succurratur, aut stupor exitialis primo deinde certa nex subsequatur necesse est, aut siqui forte uitæ damnum euaserint ueluti abalienati mente, & semi uiui, continuo stupore & hebiti sensu oculorum auriumq; affecti, uitam miserabilem egerrime ducant. Huic pesti, & tam presenti malo, quantum prouideri humana diligentia ualuit, unum hoc salubri remedio esse compertum est, si protinus tibicen aut Cytharista uarios concinat modos, tunc enim morbo eiusmodi percussus qui moribundus & sermonis, & oculorum sensus amiserat, quiq; nec ingredi, nec fari, neq; aliquo sensu frui ualuerat, mox ubi Tibiam, aut cytharam admotam prius audit, illo miti sono & concentu captus & demulctus, uelut e graui somno excitus, oculos attollit parumper, mox se in pedes erigit, ac sese recipiens, paulatim pro modulo, & pulsu sonorum seruata psallendi lege ingreditur, tunc enim augescente sono, quasi permulsis animis, & confirmatis: exultabundus, maximo nisu, atq; impetu, in saltus, gestusq;, nec inde coros, neq; a pulsu cytharæ dissonos erumpit. ita ut etiam rudes, & ignaui psallendi modos docti in ludo uideantur. Memoria repeto dum per loca illa diutino situ squalida, & ardore solis feruentia cum aliquot comitibus iter intenderem, undiq; oppida, & uicos, alia tympanis, nonnulla

Universidad de Deusto
Biblioteca

fistulis pleraq; tibicine circũsonantia adisse, cuius rei causam querentibus nobis relatum est, tarantulæ morbo affectos undiq; per oppida curari. Cunq; eius rei gratia in pagum quendam diuerteremus, inuenimus adolescentem morbo eiusmodi affectum/qui uelut repentino furore ictus & mente abalienatus, corporis motu nõ indecoro & manuũ pedumq; gestibus ad tympanum psallebat, non incõcinniter, utq; uehementius modos acciperet, quasi illo pulsu demulceri aĩus & leniri dolor uideretur, sensim & placide aures tympano admouere, mox caput/manus & pedes crebro motu concutere, & demũ in saltum se attollere uidebamus. Quæ res cum ludo & risu prorsus digna uisa foret. Interim is q tympanum pulsabat, sonitu parumper itermisso pausam fecit. Atq; illum morbo affectũ ubi precentio illa quieuit, uelut attonitũ, stupentiq; similem, repẽte aio linqui/& oĩ sensu destitui cernimus. Rursus resumpto tympano ubi primũ modulos audiuit, pristinas illũ uires resumere, & acrius in choteas ilsurgere spectabamus. Creditum est, qđ a uero nõ aborret. Vim illam ueneni uirulento morsu & sanie conceptam, armonia & uocum concentu, per totum corpus diffundi, atq; inde fato nescio quo, dilabi, & exinaniri. Ideo illos qui morbo eiusmodi laborarũt, siquid reliquiarum residuum fuit quod penitus curatum non sit, si qñ sono extrinsecus uel concentu illoꝝ aures affici contigerit, ueluti mente consternatos toto corpore & aĩo concuti ac manibus pedibusq; gestire, compertum est, donec uis illa tabifica penitus extincta fuerit. Nos etiam quædam aranearum genera & scorpionum, præcipue apud Albanos & Iberos gigni litteris mandatum legimus letiferi morsus, quibus affectos homines tam dira inficiunt tabe ut quosdam ridendo/nõnullos flendo, alios diuerso animorum habitu/mortem oppetere compellant. Illud tamen proditum memoriæ est, in Arabia uiperas minus esse lætales nec morsus lætiferi, qđ odoratis depastæ uirulentæ nõ sunt. In phenicia uero & omni Africæ tractu: truculentiores, & uel solo alitu afferre necem, & in Syria angues ne lacessitos quidem Syros attingere, in peregrinos aũt ictu perniciali iras acuere. Contra uero/in Altenio Carie monte, scorpiones aduenis innocuos esse, incolis uero pernicioſos & infestos.

Qui uici uiæ uel Cliui, præcipui Romæ fuerint, & unde nomina originis sumpserint. Caput. XVIII.

ADuerti sæpe aĩum sicut fora ita & uicos urbis p̃cipuos, ptim a cõditoribus nõnunq̃ ex uariis euẽtis noĩa sũpsisse: plerũq; q loca urbis ĩcoluere, ad posteros denoĩationes ex suis noibus trãsmisere. Tuscũ uicum ideo dcm̃ ferunt. Quod cum Porsena Rex, Vrbi castra admouisset hostiliter, & repentinas

incursiones faceret, neq; ut admitteretur efficere quisset, re infecta inde discedens cõtra aricinos admouit copias, unoq; prælio fusi Ethrusci, lassitudine & uulneribus saucii Romã petiere ubi maiore cura habiti, & culti in calamitate, amore urbis, locum quem incolerent petiere, q̃bus in urbe datus est, quẽ tuscũ uicũ appellarũt. Sunt qui credãt, Celium iubeniũ Etruscũ bello ægregiũ cum expedita manu Romulo cõtra latinos præsidio uenisse. Cũq; in mõte cælio loca æditiora tenuisset, post Celii obitum nequid moliri possent, in æqua deducti infima urbis coluisse, a q̃bus Tusco uico, ut ait Varro, nomen datũ, ea aũt fuere, inter Capitoliũ & Palatiũ loca iuxta Comiciũ stadiorum ferme quattuor ꝑpeuelabrũ, q̃tum a foro ad circũ maximũ latitudinis ẽ. Ex uico.n. Tusco & Velabro p Boarium foꝝ in cliuum publicum flectebatur, atq; in ædem Iunonis Reginæ, ibiq; ædem Vertũni fuisse authores tradũt, qui deus instar magni numinis apud Tuscos & multo in honore fuit. In capite.n. uici Tusci, inter circum maximũ & Auentinũ. Argiletũ & sæpulchrũ Argi uilebatur. Patricii aũt uici nomẽ dcm̃ accepimus, qđ Regnãte Seruio Tullio cũ timor incessisset patres, nequid Romana nobilitas moliretur, locus in Vrbe semotus quem incolerẽt datus fuit, quẽ Patriciũ qđ ea loca patricii tenerent uocatũ ferunt. Præter quem fuit Angiportus Patricius ad ædẽ Dianæ: ad quam uiros ingredi religio nõ sinit. Cyprium uero dcm̃ autumant: qđ cum Sabini locum insedissent, boni eminis cã Cyprium hoc est bonum nũcuparunt, cui postea propter Tulliæ in humanum scelus, qđ infando facinore, carpentum supra defuncti patris corpus egerat. Scelerati dixere nomẽ. Ex sũmo.n. Cyprio uico eunti dextra in urbicum flectebatur: inde ad exq̃lias iter erat. Sic uicus Africus, qđ in eo ex Africa diuertebant hospites quiq; obsides dati erant, denominari cæpit. Et fregellæ quod ea loca fregeæ ciuitatis hospites ĩcolerent. Iugarium uero dixere ab ara Iunonis iugæ quæ præcipuo ibi honore colebatur. Iunonem enim iugam uocãt, qđ iungere matrimonia & nuptiis præesse putarunt. Hunc iugarium in infimo Capitolini montis ꝑpe æquimelium & templum fortunæ fuisse, iuxta ædes matris magnæ indubia argumenta sunt, quibus in locis etiam Opis & Mineruæ edes erant. Sobrium autem uicum uel quod nulla ibi caupona foret aut uinaria officina: uel quia lacte non uino Mercurio litabatur, nomen uẽdicasse Pompeius author est. Vicus uero longus, sicut uia lata a latitudine sic a longitudine nomen fecit. In eo.n. febris fanum & ara pudicitiæ plebeiæ, quam Virginia Auli filia nupta plebeio, templo sacrauit esse traduntur. Nãq; aliam patriciæ pudicitiæ ad ædem Herculis rotũdam in foro Boario fuisse uulgatissimũ est. Cuius pudicitiæ signum p̃terq̃ ab ea quæ uni nupsisset castissima matrona attingi, aut in æde litari nulli permissum fuit. In uia uero lata lacus Ganimedis. Soliscq; & Speiae fortunæ templa in magno fuere cultu. Præter quos erat Cliuus Ca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pitolinus ex quo ad æqua Vrbis ex capitolio descensus patuit, iuxta quē Saturni & concordiæ templa, haud longe ab æde Iunonis monetæ, & alter publicus seu Publicius a publiciis ædilibus qui locuꝫ strauerūt/uel qd̄ publica impensa cōstratus foret, sicut uia publica sita apparent. Perꝙ hūc Cliuū publicum ad uelabrū & boarium, ac piscarium foꝝ ex Capitolio, atꝙ arce descensum patuisse, & inde in exquilias iter esse tradūt. Nam Cliuū Vrbicū iuxta quem Seruius Tullius habitauit, & Publium uicū ad quem lacus fagutalis/Fagutalꝙ Iouis sacellum in quo fagus arbor sacra uisebatur pariter in exquiliis fuisse proditum est. Fuit quoꝙ Cliuus proximus non in celebris, ad quem florales ludi celebrati plerūꝙ sunt/& uicus Cosconius & Histrius, qui ut multi autumant a conditoribus nomen uendicarunt. In hoc uico Histrio secundo punico bello, aquaꝝ magnā uim erupisse. T. Liuius memorat. Legimus quoꝙ Sandaliarium uicum ab Apolline Sandaliario, cuius effigiem ornatam sandalio quod est calciamenti genus, in quarta Vrbis regione authores ponūt. Sicut in sexta regione malum punicū fuisse memorant, & ad Capita bubulata ad Pirum, & Scalas anularias. Sed quod de Vicis, idem de Viis dictum accepimus. Nā Carinas a Cerione dictas Varro significat, iuxta quas templum telluris & Pompei domus. Hæ.n. & Suburra celebres & primæ uiaꝝ habitæ. Hanc uero ab agro Succussano uel qd̄ sub muro carinaꝝ foret denoiari tradūt. Post quas uia lacra nō minoris celebritatis & famæ adnominat̄. Siqdem per eam frequens in Capitolium iter erat/per quā triūphalis pōpa captiua preda & hostium spolia, subactis gentibus & natiōibus domitis solēni apparatu/triumphi die ꝓcedebant, eamꝙ sacram nūcupari qd̄ iter Romulū & Tatiū ictum in ea fœdus fuisse tradūt. Quāuis in Comicio inter Romanos & Sabinos percussum fœdus atꝙ ideo a conuentu comiciū ueteres appellasse contendant. Nōnulli qd̄ per eam sacra in arcem quotquot mensibus deferri, indeꝙ augures captare auguria solerēt, dici opinati sūt. Cuius cognomēti etiam Athenis uiam fuisse legimus qd̄ Eleusina sacra ī ea perageront. Et alia Mylasæ in Caria eiusdem nois proditur, ab Vrbe ad Iouis tēplū stadiis sexaginta p quam sacroꝝ pompa ferebat̄. Inter uicos aūt Athenis p̄cipuæ dignationis Melita ubi Photionis ædes erant, & Achus Colonides memorant. Hæc qdem sacra Romæa Carinis oritur, & ab Streniæ Sacello ubi statua Cloeliæ uirginis is dēs equo, ibiꝙ ad ædes latiū, & demū ad scauri ædes ꝓcedebat, ubi tēplum Cluacinæ Veneris situ memorant fuisse, qd̄ inibi Sabinæ mulieres infestas acies, & usꝙ accēsum p̄lium iter Romanos Sabinosꝙ diremissent. Cluere.n. antiq pugnare dixerūt. In ea quoꝙ regia fuit, ubi Ancus Martius prio/& post aliquot tēpestates Iulius Cæsar hitasse fert̄. Ibiꝙ fabius fornix arcus marmoreus a fabio cēsore extructus q quōdā de uictis allobrogibus triūphauit: & haud ꝓcul calphurnius fornix, apd̄ quē. C. gracchus

fragmento subsellii ictus occubuit. Præter quas fuit uia fornicata in campo ubi flaminia & septa fuere. Exquilinam uero & Celimontanam qd̄ in Celium & exquilinum montem ferrent, denominari fere uulgatissimum est. Septa uero frequentia fuere in Martio campo loca quibus olim ouilia nomen: tabulatis cincta. Aeuo mox succedente sumptu magnifico & excellenti cultu marmorea facta, quæ excelsas porticus & ingentes ambulationes accepere in quibus populus ad Comicia frequens conuenire & de dandis honoribus deꝙ republica decernere solebant, ibiꝙ res censu, & extimatione dignæ/& q̄ magno parantur uenales exponi. De noua aūt uia qd̄ supra ædē uestæ, iuncta romano foro, & uelabro fuerit, qd̄ꝙ ex uelabro ad eā iter esset, ibiꝙ ante aduentum gallorum, Gallos primum aduentare auditum sit. Propter eaꝙ Aii dei aram & alloquutionis templum illic a Furio Camillo extructum diu mansisse a multis scriptum & memoratum est.

In quibus membris in homine insit religio quædam, propter quam illa sancte coli debeant & seruari. Caput. XIX.

QVibusdam mēbris in hoīe religionem inesse: eaꝙ sancte obseruari & coli decere multi arbitrati sūt. Siquidem in capite hois tanq̄ in arce ubi mens & sedes aīæ creditur esse, quæ pars longe sanctissima hoī est, qd̄ inde originem sumūt tensus & nerui Religio, & quoda numen inesse fertur. Ideo si quem reuerebantur ueteres aut honore dignum putabant, ad oēm occursum caput reuelare & assurgere, ac de uia decedere solebant. I. existimantes nudo & aperto capite, in exhibendis honoribus esse oportere, ueluti cia nostra patefaciamus, credo, ēt ualetudinis causa ut Varro significat, qd̄ ad fidem proxime accedit, detecta.n. capita contra uim algoris, caloris ue, haud dubie firmiora esse, & ad ualetudinem mire ꝓficere multi censuere. Ideo Aegyptii quod detecto sunt capite, habentur firmiores. Persæ uero qd̄ cum mithra & pileo debiliores, adeo ut leui ictu offendantur capita. Hinc Hannibal Diuus Iulius & alii sūmi Duces, detecto semp capite, seu sol, seu imber esset, uelut contra frigora tempestatesq; obdurato incessere. Maxinissa quoꝙ Numidiæ rex nullo frigore aut imbri adduci potuit, ut caput tegeret. Qd̄ de Seuero Principe traditur tantæ firmitatis fuisse ut hyemes æstua & gelida pluuies & frigora aperto capite incesserit semp. In quo quidem id longe praestantissimum fuit, suis nominibus quenq; uereri & salutare, salutantibusq; reddere, salutem. Ideo nomenclatorem qui noia suggereret iuxta ueteres habuere. Si aut nomen nō succurreret/illum honoris causa, dīum appellabāt. Græci uero non proprio, sed officii nomine aut muneris quod gerebat, salutare,

Universidad de Deusto
Biblioteca

eligiosus patarũt. Defunctis uero corpus exanime, aut urnam tangere: uene ratiõis signum erat. Si qui tamen præcipua dignitate & honoribus fulgerẽt illos propriis salutare nominibus haud decorum uidebatur. Fertur tñ Alexãder Macedo postq̃ pfligato Dario magnus ẽ cognominatus, nulli nisi Antipatro & Phocioni, lr̃is dedisse salutẽ. Et Demetrius p̃ter se, & Antigonũ p̃ez Regem nec nominasse quenq̃ nec salutasse. Nero quoq; Cæsar ne dum salute, sed ne resalutatione quidem, aliquem impartiuit. Crassus contra, nam infimi ordinis singulos propriis noĩbus resalutauit. Reges Numidaꝝ p maiestate habent, nulli mortalium impartiri osculum nec salutem. Pyrrhus uero in salutatione litteraꝝ adulterinas Lysimachi lr̃as deprehendit. Nam cũ Ptolemæus Pyrrhũ epistolis filium salutaret. In adulterinis quas Ptolemæi noie Lysimachus destinarat, Regem nũcupauit. Tygranes aũt qđ a Lucullo nõ Rex regum salutaretur, quasi coarguens imperitiam suam ipsum pari modo retaxauit. Nanq; ad eum ut Imperatorem scribere contumaci epistola recusauit. Cui haud absimile est qđ Menechrates Iuppiter cognominatus, cũ litteras ab Agesilao hoc tenore accepisset. Menechrati Rex Agesylaus felicitatẽ. quasi conuicio affectus foret rescripsit. Menechrates Rex, Agesilao sanitatẽ. Dario quoq; cum se Regem ascripsisset, neq; idem nois Alexandro impartisset, Alexander rescripsit, ut de cætero meminisset se non tantum regi, sed & suo scribere. Cassander uero cum omnibus libellis, & ꝑpistolis rex salutaret tantæ moderationis fuit ut nunq̃ sibi regium usurparit nomen. Sicut Porus Indorum Rex ab Alexandro uictus in posteꝝ nunq̃ se regem appellari substinuit. Cõtra Perses Philippi filius cum rebus deploratis & euerso regno supplex ad Cos. scriberet, tanq̃ in altiore fastigio positus, se regem ascribere non dubitauit. Inter cæteros proditur Hãnibal eo insolẽtiæ processisse post uictoriam ad Cannas ut nulli ciuium suoꝝ nisi per interpretem responsum aut salutem dederit. Et Pallas Claudii libertus eius proteruiæ fuisse, ut non modo nulli ministroꝝ salutem impartiuerit, sed ne uocem quidem cum familiatu cõmunicarit. Fertur tñ Sapor Persarum rex cum ad Constantium scriberet Impatorez, Solis & Lunæ se fratrem dixisse, & Artaxerxes cum minacibus literis Vrbium excidia, uastationes agroꝝ cedes & incendia Lacedemoniis interminaretur. Sparthanos Laconico more unico uerbo respondisse. Scilicet ut faceret. Cui haud absimile est, qđ cum Lysander post multiplicia bella ad ephoros scripsisset, captæ sunt Athenæ. Ephori suo more paucissimis respõderunt. Sat est capi. Philippo quoq; Macedonũ Regi iniqua postulanti Lacedemonii rescripserũt, his tñ uerbis, πεφιλαμεν ε ρεμκασ ον. de eo quod ad nos scripsisti, non. Sicut itez cum Sparthanos fines ingressus quæsiuisset utrũ uellent amicũ an hostem se uenire iidem rescripserunt, ουδ ετερον. ideſt neutrum. In qua quidem re Athenensium moderatio ad notanda succurrit qui

ẽum Philippi hostis, litteras quas ad olympiadẽ scripserat interceptisset, eas inuiolatas reddiderunt, ne thori genialis & secreta coniugii panderẽt. Vez aliter cũ diis in mortalibus honores dabant fieri seruatũ est, tũc.n. capite operto & uelato sacra facere & numina adire mos erat, ut deoꝝ honores longe dispares ab his qui dantur hominibus magnamq; in eo uim diuinitatis oltẽderent, cum semoto uisu a reꝝ conspectu, religiose & uenerabundi diuina peragerent. Ideo in sacris uelare caput, & uestę operiri antiqui moris fuit. Regũ quoq; capita insigni fascia ornari sicut imperatoꝝ aurea corona, uel lauro, qm̃ ea pars corporis sanctior in hoie est, propterea ibi insigne honorum & diadema ẽse uoluerunt. Persaꝝ mos erat, ut si pares essent, osculo imparẽtur quos honorabant. Inferiores uero salutando, potentioꝝ genas manu tãgerent. Cognatos tñ reliquosq; necessarios ubi diutius abfuissent, aut longius essent abfuturi se inuicem oscular frequens usus erat, qđ a Romanis usurpatum inuenimus ut cognatis obuiam factis frontem suauiẽtur. Apud Persas: Medos: & Indos: Reges adorari & in salutando hoies toto corpore prosternere, inuenimus. Quare Thebanus Hismenias iussus Artaxersem adoraret ne contra decus faceret prolapsum annulum substituisse & ita adorantis speciem præbuisse dicitur. Id quod Romanis longe est habitum nefas, nisi qđ C. Caligula cum Cæsares salutarentur prius, adorari se iussit, capite uelato ut deum. Mox Diocletianus secordia intolerabilis contra instituta maioꝝ idem exequi ausus fuit. Apud exteros uero Cyro Persaꝝ Regi adorandi cultũ primum delatum comperimus, cui proximum diis in mortalibus honorem deo ereuere. Quod mox Indi & posteri Reges exequi magno studio curauerũt. Id qđ Octauius Augustus & Alexander Seuerus præcipue detestati sunt. Nam siquis inter salutãdum flexisset caput, aut assentaretur blandius, foras detrudi atq; exigi iussere. Frontem uero sacram genio nonnulli tradunt. Sicut enĩ Iunoni brachia. Pectus Neptũno: Cingulum marti, renes Veneri, Pedes Mercurio, digitos Mineruæ cõsecrauit antiquitas. ita frons Genio dicata fuit. Quippe deum uenerantes frontem tangere, & indita ad frontem manu: numina adire solebãt. Quare Pompeio magno frontis honorem & os ꝓbum uelut maximum naturæ munus tribuerunt. Ipsa.n. seueritatis & clemẽtiæ index est. Ideo minorem frontem uenustum facere, & mitem remissum & quietum, multi censuerunt. Contra frons magna segnes. Parua mobiles, rotũda iracundos, lata mente flexibiles designauit. Quod etiã carmine Homerus ꝓsequutus fuit, ut singulos membris honestaret deos. Nãq; Iunonem facit candidas ulnas hẽre. Aurorã roseos lacertos. Mineruã oculos glaucos. Thetidẽ argenteos pedes. Heben uero talos pulcherrimos. In oculis quoq; religio fuit, in quibus imago & natura hoĩs ac tacitus sermo mentis maxime exprimitur, ut.n. cauda leonibus, aures equis animorum indicia prestant. Sic oculis

Universidad de Deusto
Biblioteca

hominum mentis imago apparet. Nam cordis nuncii sunt. Ex his enim uirtutes, uiciaq; agnoscimus, iratum uel propitium aium letum, aut affectum perpendimus. Dignitatemq; oris exhibere consueuerunt, uitamq; a morte distinxerunt. Hos osculari, & amplecti/ac præcipua caritate prosequi solemus. Refert uero Aristoteles caprinos oculos & modice conniuentes aut paruos: mox; præstare indicium optimox;, contra oblongos pessimos notare. Canidos & protentos impudentes. Carnosos uersipelles. Mobiles incõstantes. Nasum quoq; mox; facere indicium multi arbitrantur. Ideo Persæ adũco naso quos Gripos uocant præcipue honorant, qđ talem, fuisse Cyrum credo rent. Simos uero mites facere & gratiosos. In eo.n. irrisionis sedes est/quare nasuti & habere nasum irrisores dicti. In superciliis aũt notatur fastus qua parte negamus uel annuimus. Ea quidem porrecta molles significat, nimis deflexa austeros. Inflexa derisores. Demissa maliuolos. Nã ii quem fastidimus truci supercilio designamus. Ideo Romanæ mulieres supercilia lucinæ consecrarunt, quia inde lux ad oculos fluit. In Genis aũt est sedes pudoris. Has enim cum pudet, primum rubore suffundi uidemus, pudibundumq; aium ex illis penitamus. Quare in pueris rubere genas, & ingenuo pudore affici probitatis signum est, in his.n. pudor integritas & uirtus ostenditur. In quo proditum memoriæ fuit. Populum Romanum tantum pudori tribuisse, ut Philippo Regi Macedoniæ pluribus criminibus impetito nihil æque pfuerit, q̃ Demetrii filii pudor, in Senatu obiecta minime diluere ualẽtis. Domiciano uero Cælari crebra oris confusio pro modestia putabatur, cum esset sũma ímanitas. Ideo qui pudorem abiecere perfricuisse faciem dicti. Contra in auriculis rubor, nam letæ cõscientiæ & admisse turpitudinis signum est. Magnas tñ auriculas stultum designare uoluerunt & loquacem, mediocres uero mores optimos premonstrare. In auribus mulieres binos, ternosq; uniones, aut elenchos ferre nobilitatis signum fuit. Sicut in oriente uiris gestare aurũ. Sylla tñ tunc maxime truculentus fuisse dicitur, & aspectu minaci cum eius faciem rubor infestaret. Plato uero homines rubicundos dixit animosos, nigriores uiriles, Albos Deo deuotos, Melleicoloris & decoloris uultus nimiũ amatores. Tam & si cõmuni feratur adagio iracundissimos esse flauos rubẽtesq;, In pectore: aut sedem esse consilii, eapropter pretextatis bullam pendere pro pectore/qđ ubi sedes erat consilii ibi cordis insigne maneret, multi prodidere. Hominis præterea genibus quandam esse religionem & pietatem nouimus. Et.n. supplicantes, & qui pie exorare aliquid uolunt, decox; hoc mq; genua amplectuntur, manus apphendunt, ad genua pcumbunt, illaq; tanq; sacra suppliciter uenerantur & colunt. In his numen & sedem miserationis ẽ arbitrati. Quãuis apud grecox; antiquissimos in supplicãdo mentum attingi, & altera manu genua apprehendere, aut oleæ ramum uelamẽta supplicũ offerre:

offerre usurpatũ sit. Et apud Molossos cum Regis prole ad Sacrarium confugisse, cumq; sedentem erexisse. Sparthanis cruda exta in manus obtulisse. Persis per Solis iubar obtestari, uel manu ignem excipere, & si uoto caderet, se in aquã iniecturum interminari. Apud Scythas & Latinos populos suppliccm in lare sedere tacitum: abiurationis & maximum supplicandi genus notabatur. Sicut grecis humi inter cineres considere ad ignem. Eratq; Macedonum mos siquid suppliciter exposcerent, seminudos, & interfecti tantũ amicos tunica obtestari, qđ a Romanis quoq; usurpatum meminimus, ut nudo pectore & deiecta toga ab humeris deprecentur genu nixi, nonnunq; humi deiecti, que infima obtestatio putabatur. Siculox; uero & græcox; inualuit mos. Squalida ueste, capillo & barba promisso/illuuie & squalore obsitos ad miserationem adducere. Pedibus quoq; obuolui, & humum uerrere crinibus, aut passis protensisq; manibus obtestari, præcipuum supplicandi genus fuisse multi prodiderunt. Sicut manus in celum tendere, a diis opem exposcit: uel puluerem crinibus spargere intimum doloris signum notabat. Est quoq; in dextris religio, eam porrigimus siquid data fide futurum pollicemur. Ipsa.n. fidem sacratam Nũma Pompilius uoluit/sacrumq; fidei instituit, ad qđ flamines curru arcuato, manu ad digitos inuoluta solemni pompa uehi iussit, magno argumento illam in dextris sanctam sacratamq;, & ppea minime uiolandam ratus. Apud Persas quoq; siquid firmum, illibatũq; uolebãt: illud dextræ & fidei pignore sanciebãt, itaq; nihil apud eos fide antiquius fuit. Ad dextram uero locari præcipue apud ægyptios magnus est honos habitus. In medio uero maximus. Quod æque apud Romanos seruatum est. Idem apud Afros Numidas. Etiam in dextra magnam uiro inesse authoritatem, maiestatemq; hoc argumento notari, cum tumultuantem multitudinẽ dextra cõpescimus, aut indicere silentium, pacemq; manu protenta afferre significamus. Inde nos principum statuas pedestres equestresq;, ad hoc æui dextra porrecta inspicimus. Marius quoq; cum in Romanos maxima clade seuiret, quos seruare uoluit dextra porrecta, aut salute data incolumes fecit. Refert tñ Xenophon Cyrum singulari prudentia uiros adhibitos conuiuas quo honoratius exciperentur: in sinistra locare solitum, eamq; partem uelut cordi affinem, digniorem duxisse, legimus quoq; uictrices dextras Impatox; ob fortia facinora milites deosculari apud Romanos patrii moris fuisse, pedes uero nunq;, nisi q; de Maximino proditur tantæ perfidiæ regnasse, ut in salutationibus sibi pedes osculari siuerit. Tam & si Iulius Cæsar Pompeio pene agenti gratias, pedem cum socculo aurato osculandum dedisse legatur. Fuitq; apud Lingones seruatum ut dextræ effigies hospicii symbolum ferret, & incolumitatis tesseram. Sinistram uero attigisse ominosum erat, & infortunii loco habitum. In ima uero auræ memoriæ sedes locabatur. Ideo

Universidad de Deusto
Biblioteca

siquem facti alicuius admonebant, aut anteſtari in iudicio uolebāt, imam au rem ueteres tangebant. Quare Aegyptii qui per notas & figuras ſenſus effingunt, ſiquem memorem ſignificabāt leporem aut uulpem auritis auribus: qđ ſummi eſſent auditus & inſignis memoriæ, effingebant. Si uero malum cocodrillum. Si uelocem accipitrem. Si inuidum anguillam qđ cum piſcibus eſſet ſociabilis. Si iuſtum oculum. Si liberalem dextram manum digitis paſſis. Si auarę iildem compreſſis marmori inſculpebant. Etiam cum ueniā ſeremonis a diis poſcimus, proximo a mimo digito ſecus aurem locum Nemeſeos tangere & os obſignare ſolemus. In eo uenam quandam tenuiſſimam uſq; ad ima cordis penetrantem peruagata opinione arbitrati. Ideo in ſponſalibus & ſoleni die nuptiarę, digitum mimo proximum anulo excolebant, & uelut pignus amoris præcipuum ducebāt, ut is in ſummo honore foret, quo duce mutuus amor uſq; ad cordis ima penetraret. Sed meminiſſe par ē, hūc anulum nuptialem, non ex auro ſed ferro ueteres coniugibus dono dare conſueſſe, quem quidem prior ætas in ſiniſtra ferebat, credunt ne uſu attereretur: qđ erat proprium nuptialis anuli, reliquos uero, ſiue ex ferro, ſiue auro quacunq; manu deferre licuiſſe, eoq; ueteres non ornatus, ſed ſignādi cā uſos fuiſſe. Populumq; Romanum ſine hoc inſigni longo tpe ſtetiſſe. Solitūq; primo legatis ad exteras gentes profecturis anulum aureum uelut inſigne munus dari. Hiq; foris aureo domi ferreo utebātur. Poſtea iudicibus & equeſtri ordini, hiſq; quibus & auo paterno ſexterția quadringenta cenſus fuiſſet, ferreos primum anulos deinde aureos dari ceptum: quo inſigni equeſter ordo a ſenatorio diſcretus noſcebatur. Idemq; Lacedemoniis in uſu fuit, quibus ferrei anuli frequentes fuere. Moriſq; fuit aureos anulos in luctu & funeribus, funeſtiſq; calibus reipublicæ deponi, & ferreos ſumi. Scilicet arbitrati ſine auro in luctu eſſe oportere, in quibus imperatorę & principum, aliorūq; quos colebant & præcipuo honore proſequebantur, aut maiorę imagines effictas exultaſq; habebant. Primi. n. ſaxi fragmētum ferro incluſum gēmæ loco geſtaſſe feruntur. Superior Africanus Sardonicē qđ ſola gēmarę ceram non auferret, Polycratis anulo celebratam, Lētulus aui figuram, Africani filius patris effigiem inſculpſit annulo, Auguſtus Octauius Sphingis mox imagine magni Alexandri. Nonnulli Arpocrate & Aegyptiis diis uſi ſunt. Notaq; eſt Pyrrhi gēma in qua Apollo & muſæ cum ſuis inſigniis non effictæ, ſed natiua ſpecie uiſebantur. Et Annulus Syllæ in qua traditus iugurta inſcalptus erat: Celebratur quoq; rana Mecenatis & enſifer Leo magni Pompeii in gēma: & Seleuci annulus fatalis in quo ancora efficta uiſebatur. Cuius imago in femore poſteris familiæ natiua apparuit. Sicut Thebis habere lāceam genitiuis notis Satorę nomini & familiæ datum erat. Inter quos fertur in brachio Dacorum, notā originis quarto quoquo partu regenerari. Et Auguſtus corpore maculoſo

maculoſo in modum & ordinem celeſtis urſæ notas habuiſſe. Pre cæteris autem magnis effertur laudibus Nonii Senatoris annulus gēma uiginti millibus ſextertiis taxata, pp quam ab Antonio proſcriptus fuit. Proditūq; memoriæ eſt Macrianorę familiam hoc habuiſſe proprium ut magni Alexādri imagines tam uiri q̄ fęminæ in annulis deferāt, & reliqua ſupellectile effictas. Ipſe tū deuicto Dario, quas deſtinabat in Aſiam litteras: Darii annulo imprimebat, quas uero in Europā ſuo. Quibuſdam uero Epicuri imagines non annulis modo, ſed & poculis habere magnæ curæ fuit, hoc fauſti ominis generi & nomini ſuo eſſe arbitrati. Claudii uero Cæſaris principatu compertū eſt, nō gēma ſignare, ſed auro: qđ uiolare ſignis gēmas nefas ducerent. Quo modo Cōmodus imperator ſigno Amazoniæ ſignaſſe dicitur. Donec ſequtis temporibus paſſim id inſigne appeti cepit. Annulorūq; frequens uſus fuit & promiſcuus, ita ut Romani milites ſine delectu, & demum libertinæ conditionis homines. Quin etiā feminæ & extrema mancipia quod antea non licuit, annulorę aureorę iure donarentur. Qui. n. libertus eo munere donatus erat, uelut ingenuus cenſebatur uiuēs, ita ut haud ſecus q̄ qui uis liber, magiſtratus & honores gerere, & reliqua ingenuorę munia obire poſſet: mortę autem obita, hereditatis & bonorę partem, ut quilibet libertus & ſeruitute exemptus patrono dare cogebatur. Eratq; conſtitutum ut qui libertus annulo donaretur: explоſo ueteri noie equeſtre aſſumeret. Apud Perſas uero donari annulo a rege amicitiæ ſignum erat, eo argumento illos in intimam ſodalitatem, & uinculum maximi fœderis admittere ſignificantes. Athenienſibus aūt etiam ſeruis nequiſſimis ferreo annulo ſignare permittitur. Sicut Babyloniis, qui annulo ſignatorio utuntur oēs. Apud Cathos licet fortiſſimus quiq; annulum ferret, ignominiæ hoc ducebat loco, tanq̄ uinculo nexus foret, niſi aliqua hoſtili cede, eo, ſe exoluiſſet. Carthaginenſes pro numero expeditionum milites donabant annulis pluribus. Nec fuerit alienum meminiſſe: Heliogabalum ſingulis diebus nouos uariaſſe annulos, eūdemq; nunq̄ bis induiſſe. Atq; Apollonium Thianeum annulos ab Iarca dono datos inſtar numinis habuiſſe, ita ut ſingulis diebus per uices uariatis, maximorę ſecretorum particeps fieret. Sed quia de Arpocrate mentio facta eſt, non omittēdū hunc deū inter numina Aegyptiorę reputari, qui ex Iſi & Oſyride natus quoniam præmaturo partu æditus erat, tanq̄ mutus & e linguis præſul ſilentii & taciturnitatis habitus eſt. Ideo digito obſignante ora effingebatur. Fuitq; animaduerſum hunc Arpochratem Serapidē & Iſim. Piſone & Gabinio Coss. cum reliquos in Capitolium admiſiſſent deos, euerſis illorę aris Romanos exegiſſe. Illoſq; diuinis coli honoribus uetuiſſe. Sæpeq; actum in ſenatu fuiſſe, de Aegyptiorę & iudeorę ſacris, cerimoniiſq; urbe pellēdis, qđ turpium religionum & nouarum ſuperſtitionum cā & ſeminariū forent. Athenienſes

Universidad de Deusto
Biblioteca

uero Serapidem a Ptolomeo acceptum, non ſolum in urbem introduxere, ſed magnis percoluere honoribus, cuius templa in Memphi uetuſtiſſima ui ſuntur, ad quæ nec peregrino, nec ſacerdoti, priusq; Apim ſepeliſſent, ingredi fas erat.

Quibus finibus, quaq; menſura iter, Actus, aut Via conſtent, Et quid pes: Cubitus, Palmus, Iugum, Dipletrum, Stadiumue ſit. Caput. XX.

RÆdiorum ruſticorꝫ ſeruitutes apud iureconſultos qui iura: finium: Poſſeſſionum: Aquarum, itinerumq; notauerũt has eſſe nouimus, Iter, Actum, Viam, & Aquæductum. Iter eſſe conſtitit ius eundi per fundum alienum, hominis tantum, Actum hominis & iumenti. Viam uero hominis iumenti & uehiculi. Sed qua menſura: quaq; finitiõe: Iter Actus, aut Via: conſtet: nec expoſite: nec ſatis aperte, illorꝫ documentis traditur. Cum uero in nonnullorum authorꝫ lectione uerſaremur/ qui hæc cõpertius tradiderunt. Inuenimus, lege. xii. tabularum uiam in porrecto octo, in anfractu pedum ſexdecim conſtitui: illiuſq; dimidium hoc eſt pedes quatuor actui tribui debere. Siquidem actus latitudinis pedum quattuor, lõgitudinis pedum uiginti ſupra centum definitus eſt. Iter uero dimidium quod actus: hoc eſt pedes duos tantum latitudinis habet. Et. n. cum palmus ex quatuor digitis conſtet: prout Sidonius & alii metitifuere. iſq; quater multiplicatus pedem efficiat, ex quattuor palmis hoc eſt digitis ſexdecim pedem cõſtare nemo dubitauit. Nõnulli licum quattuor digitorꝫ, Palmum uero q; Spithama dicitur duodecim effecerunt. Eſt aũt Spithama menſura manus expanſæ a magno digito ad minimum quantum protenditur palma. Sed ſi pollicem tantum explices & indicem licus nuncupatur. Maior uero Spithama duodecim partes diuiſa/ duos efficit pedes & quadrantem. Paſſum uero nõnulli quinq;: alii ſex pedum: ſiue quattuor cubitorꝫ deſcripſere. Pes aũt cũ dimidio cubitum facit. Illum nanq; ex ſex palmis hoc eſt quattuor & uiginti digitis confici. Aegyptiumq; cubitum ſamio parem eſſe conſentiunt omnes. Regius uero cubitus q̃ cõmunis tribus digitis habetur maior. Si aũt ambas explices manus & in longum protrahas a pectore linea deducta Vlna dicit. Rurſus qui menſuras & interualla ſcrutati ſunt: duos actus quadratos iugerum efficere uolunt. Iugum. n. dixerunt qđ iugo bouum una die exarari poſſet: qui iugeri modus in longitudinem quatraginta & ducentis pedibus. in latitudine uero cẽtum uiginti definitur. Actus uero quadratus ita præfinitus eſt: ut ex quoquo latere pedes centum uiginti efficiat. Hunc nõnulli pletrum nã duo pletra ſingulis iugeribus tributa ſunt. Duo iugera dipletrũ. Dipletrũq; ſtadii tertiam

ſtadii tertiam partem eſſe. Atq; ex ſex iugeribus ſtadium effici uoluerunt Quod quidem pletrum nonnulli longitudinis pedum centum definiere. Iugeriq; partem minimam ſcrupulum dici, qui decem pedum longitudinis. ſimul & latitudinis habet. Communi tamen dimenſione, Stadium paſſibus centum uiginti quinq;. Diaulon uero mille & ducentis pedibus longitudinis metiri ſolent. Græci tamen curricula ſtadiorum ducentis paſſibus in terris greciæ communiter fecere. Sunt qui tradant Stadium quater multiplicatũ hyppicum. Occies uero mille paſſus efficere. Tam & iſi Hippicum menſuræ genus eſſe multi contendant. Quippe cum omnis fere Atthica ſiticulоſa ſit, & effoſſis utãtur puteis. Solon lege ſanxit, ut ex publico puteo, ne homines ſitirent ad Hyppicum haurire liceret. In ſpaciis uero ſicut quattuor Hyppicum. Sic duodecim ſtadia Dolicum efficere haud dubie liquet. Ex hoc igitur tanq; ex fonte ſiquis metiri uolet, & ulterius progredi cõtinua ſpacia addendo, in infinitum uſq; procedet. Siquidem ex ſcrupulo ad Sextulã, & Sextula ad Sicilicum, & inde ad ſemiunciam, & demum ad unciam, & ultra progredi poſſet. Etenim decem pedes cum undiq; quadrant ſcrupulum efficiunt. Ex tribus uero ſcrupulis hoc eſt pedibus triginta, ſextulam effici, eam uero ſextam partem opinantur unciæ, eſt enim æris minima pars Sex autem ſcrupulos Sicilicum conficere, qui unciæ quartam efficit partem. Drachmas ſcilicet duas, & ex duobus Sycilicis/ id eſt duodecim ſcrupulis ſemiunciam, nec non ex quattuor & uiginti ſcrupulis unciam effici uolunt. Sed præter hæc fuerunt Paraſanga, & Stagmus. Hanc Paraſangam multi ex tricenis conficiunt ſtadiis. Stagmum uero, quattuor paraſangas pene conficere, haud dubium eſſe, ita ut ex centum uiginti ſtadiis ſtagmum effici dicerent/ & hunc quindecim milliarium ſpacii efficere. Perſæ uero Schenos, & Paraſangas diuerſis efficiunt modis. Quippe Perſicum Paraſangam alii ſexaginta ſtadiorum, nonnulli ex trecentis quatraginta effecere, prout cuiq; commodum fuit, & pro uoluntate. Menſurarum uero, alius modus eſt. Nam quattuor Chenices modum faciunt. Chinica ſe modium. Medimnus autem ex ſex modiis conſtat. Athenienſis uero ex ſeptem qui duas Amphoras & nonaginta ſextarios parit. Modius duo & uiginti ſextertia. Modiolus quartam modii habet. Culeus uiginti amphorarꝫ, capax eſt. Vrnarium quatraginta. Octo autem congii Amphoram efficiũt. Sed tñ amphorarꝫ aliæ minoris mẽſuræ ut Italicæ/ aliæ duplo maioris ut Anthiochicæ cenſentur. Italica enim urnarum duarum fuit. Atthica trium quæ Cadus & Metreta dicitur. Cadum tamen a græcis pro Amphora ſæpe accipi legimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nanq; Anthiochius Cadus Amphorā capiebat Italicā. Arthabaz uero una medica est, altera ægyptiaca capiens modios tres Italos, & tertium alterius Singuli tamen Congii senos sextarios habent Heminas scilicet duodecim: Q uippe duæ Heminæ sextarium complent. Q uadrantal autem octo & quadraginta sextarios capit, quod amphoram Italicam nonnulli dicunt esse, cuius dimidium Vrna dicitur quæ ex quattuor & uiginti sextariis fit. Italus uero Sextarius uiginti unciarum fuit. Cotylarum scilicet duarum. Q uippe decem unciæ Cotylam efficiebant. Apud Arabes uero Sextarius medium cõtinet unciæ, est enim nomen ponderis, qui a Græcis Stather dicitur. Is enim latinis semiunciam facit. Scutyla octo habet uncias Cotyla quandoq; sex, ea enim sex recipit Ciatos. Siquidem Vncia & Ciatus eiusdem extimationis fuere. Ciatus uero Athicus decem Drachmis appendebat, communis duodecim qui efficit unciam & Semissem quæ est Sextarii pars duodecima. Alii sextam partem sextarii Ciatum capere dixerunt. Choeus uero qui grece χοαϛ Cotilas octo habet. In ponderibus autem Drachma sex obolos facit. Obolus sex siliquas. Siliqua uero & Scrupulus idem estimatur, ea enim apud Romanos minimum habuit, Drachma ex tribus scrupulis hoc est decem & octo siliquis constat. Post Drachmam, nummus erat argenteus qui fit ex scrupulis quattuor hoc est Drachma & scrupulo quietiā Denarius dicitur. Post hunc uncia exocto Drachmis uel sex denariis prodiit. Et post unciam libra Italica quæ ex duodecim unciis hoc est Denariis duobus & septuaginta siue Drachmis nonaginta sex constare dicitur. Heminam uero ex sexaginta Drachmis fieri uoluere, est enim dimidium sextarii, habet enim Ciatos sex sicut Cotyla. Acetabuli aũt mensura Heminæ quartam efficit partem hoc est Drachmas quindecim. Communis tamen habet opinio. Heminam dimidium sextarii esse, & Acetabulum ex octo & decem Drachmis constare. Sed tam & si mensurarum & ponderum pro gentibus & nationibus uaria dimensio sit: eaq; nec definiri, nec explicari satis ualeat. Tamen sextarium minoris mensuræ fuisse argumento est: quod Hannibalem Italia pulsum post accusas Carthaginensium res, tantæ abstinentiæ dicunt fuisse, ut nunquam Sextario uini indulserit. Parcissimo enim uini poculo contentus erat. Et quia singulas mensurarum species, exequi longum esset, ne pluribus morer de his hactenus dixisse, abunde fuerit: Illud tamen annotare succurrit. Q uod licet Schænum ex duobus & uiginti stadiis nonnulli ex triginta uaria opinione constare dicant. Et Herodotus, Schænum Sexaginta

stadiorum scribat, & ex dimidio parasangam. Tamen ex stadiis quatraginta hoc est passibus quinq; millibus Schænum uerum confici, communi opinione, quæ longe præstantior fuit, receptum est.

Miraculum de homine qui plus in mari q̃ i tertis degebat, maximaq; æquora uelocissime tranabat. Caput. XXI.

Q Vi Syderum motus, statusq; & intervalla ac certos constitutosq; cursus & recursus, illorumq; uires & qualitates: mensuraq; solis ac terræ aĩo metati sunt. Inter quos apud Berosus: Eudoxus: Grecos: Gnidius: Aristoteles: & Empedocles. Apud nostros. Aratus, Iulius firmicus. M. Manilius, & alii clari sapientiæ authores, quos fama uulgauit peritiā cælestium, qui diuinas prædictiones decreta stellarum, ac uim fati, potesta temq; subtili inquisitione collegere. Hoc inter cætera adnotarunt. Illos qui sub Delphini sidere in lucem æditi fuissent, Pethaminarios esse, hoc est præcipua pedum pernicitate ualere. prorsus ut admirabile uideatur, q̃ pernici cursu & q̃ uolucri meatu magna spacia terrarum breui intervallo emẽsi fuerint. Q uãuis pleriq; physici rerum non ignari, qđ his Splen deficiat, propterea cursu ualere contendant. Constat enim quanto minor in corporibus Splen foret, tanto perniciores homines esse. Hinc ladas ille cursor apud Authores tantopere celebratus, memoria dignus fuit, qui longum itineris spacium, cursu tam citatissimo emensus est, ut nulla pedum uestigia extarent, ita ut sæpe uisum falleret. Q uod uerum falsumue fuerit nonnullis ambiguum est. Philonides quoq; Alexandri magni cursor qui ἐφημερόδρομος dictus est, pernici cursu ualuisse fertur cui adnumeratus est Lasthenes Thebanus pernicitatis eximiæ, ita ut ab Choromo Thebas usq; cum equo cursore contenderit, & uictor fuerit. Inter quæ nimirum maiori miraculo uisum est, quod Plinius notauit, annos noues genitum puerum, a meridie ad uesperam quinq; & septuaginta passuum millia præcipiti celeritate confeciſſe. Q uod pene a fide deuium & dictu mirabile, quantum uix credi dici; possit, pleriſq; uisum est. Inter cæteros produntur Marsi populi, singulari sidere seu fato geniti, ut præcipua pedum leuitate cæteris præstent, ingentiaq; spacia uix credibili celeritate peragrent. Tradunt quoq; Trogloditas & extimos Aethiopes natiua quadam pernicitate tantum ualuisse, ut fugacissimas feras rapido cursu assequi non dubitarent. Eos quoq; qui sub piscis astro, certo cursu stationibusq;, sideribus constitutis, æditi essent, nando plurimum ualuisse & præcipues natatu nonnulli tradunt. In his quoq; Iyenis defectus multũ ꝓfuisse creditur. Nam quibus deesset Iyen, natatu, plurimum ualere cõtendunt. Hoꝝ ꝑcipuꝰ

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt Hictgiophagi Troglodytis proximi, ceu maris belluæ, immensos tra-
ctus natatu peragrantes. Inter quos Scyllias qdam Sycionius ꝓditur apud
græcos/omnium ea tempestate maximus urinator, qui ex Aphetis Arthe-
misium usq; octuaginta fere stadia natatu breui spacio peregit. Nostra uero
ætate nonnulli extitere memorandi, & multi nominis qui nando ingẽs ma
ris interuallum & maxima æquora emẽsi fuere. Ex omnibus autem quos no
stra uidit ætas, recentiore memoria, nouimus quempiam haud sane ingeni-
tæ nobilitatis. Sed extremæ sortis hominem, qui nauticam operam exigua
stipe locare solitus: sæpissime piscatu uictum quæritabat, qui ab Enaria quæ
inter Pyrrhecusas e conspectu/Neapolis insula sita est. Prochitam usq; qđ in
termedii pelagi est, stadiorꝫ ferme quinquaginta, naufrago nõnunq; & flu-
ctuanti pelago ac tempore anni difficillimo, eadem die nando measse & nõ
nunq; remeasse inuentus est. Quod cum uix credibile uideretur, eũdem plu
ribus ad spectaculum effusis, quo res testatior esset, promptissimum sui peri
culum feciſſe, & cum in Enaria se p̃cipitem in mare dediſſet, Lembum post
sequentem longius ipsum nantem obseruasse. Donec terræ appulsus, ad Pro
chitam incolumis elapsus est. Sed super omnia quæ post hominum memo-
riam, unq; audita, quæq; ab authoribus prodita sunt. Quod a Iouiano Pon
tano relatum audiuimus, dictu mirabile, & supra omne miraculum fuit. Si
quidem patrum nostrorum memoria. Cathanæ homo fuisse traditur, cui
nomen Colan inditum ferunt, cognomento piscis. Singulari fato seu fortu
na genitus/qui plus in aquis degere q̃ in terris uictitare solebat, eumq; die-
bus singulis mare & aquas petere necessum habuisse. Ibiq; naturæ ui & ne-
cessitate coactum diutius degere consuesse. Alioqui dicebat fore, ut si ab A-
quis abesset diu, quasi respirare, & ducere uitam nequiret. Idq; sui exitii mox
causam fore assueraret. Quod illi quo fato/aut sidere euenerit, in am-biguo
pleriq; omnes reliquere, eumq; tantum nando profecisse, ut haud secus q̃
marina bellua, maxima pelagi interualla, spaciaq; immensa quingentorum
& ultra stadiorum, fœda tempestate & reluctantibus aquis excellenti ui &
uelocitate, natatu peragraret. Notumq; & illud est dictu mirabile, cum me-
dio cursu naues plenis uelis per æquora ferrentur, uiolentissimis interdum
tempestatibus, per uastum & apertum mare, interq; agitationes fluctuum
& turbines/huic natanti obuiam fuisse. Ipsumq; nantem ab undis, nautas
suis nominibus aduocare solitum. Et quia omnibus notus erat. Nautas su-
bitæ rei miraculo percitos, letissimis animis illum in naui excipientes. Vn-
de ueniret, quoue iter intenderet, & quantum pelagi nando emensus foret,
q̃tasq; tempestates tulerit, scisciatari consuesse. Ipsumq; Colan singulis ea si
gnificasse. Mox cũ sociis in naui prãsum, aut potũ postq̃ acquieuisset: mãdata
ad suos: qd illis dici, referriq; uellẽt. & qd faciũdũ arbitraret̃ a singulis accepisse

Nudumq; ut erat, e naui medio iam cursum pelago tenente, se precipitem in
mare dediſſe, Mox Caietam, modo in Salentina Brucia & Lucana littora,
modo in Siculos fines, & natale solum, ad quod frequens uentitabat, in-
columem nando peruenisse, mandata quæ a nautis acceperat, singulis ne-
cessariis & affinibus significasse. Idq; non semel facere consuesse. Donec fe-
sto annuo solemniq; die in Siculo freto effusa multitudine ad spectaculum,
in portu Messanæ, ut aiũt, experiri credo uolens, quantum pre cæteris uri-
nando ualeret. Dum pateram aueam, munus natantibus, tũc a rege in ma-
re deiectam ab imo eripere conatur, cum se in mare mersisset, dum illius stu
dio profunda exquirit uada, diu expectatus ab imo maris fundo, in quod se
deiecerat, nunq; emersit neq; postea inuentus apparuit. Creditur in concauas
illius pelagi cauernas, quibus totus ille sinus refertus est ineidisse. Ipsumq;
in imas uoragines uorticibus rapidis semel delapsum, cum se recipere uel-
let, & ad superiora niti reuerti nequisse. Cumq; diutius reluctatus respirare
nequiret, inter occursantes scopulos undiq; inundantibus aquis oppressum
uitam interisse.

In quibus deorum sacrificiis uictimas aut hostias antique more cedere nõ
licebat. Caput. XXII.

IN deorum sacrificiis seruatum est, ut non omnibus diis
uictimas aut hostias cederent. Nam in quibusdam sacris
cæde uictimarum abstinetur. Siquidem in termini sacro
nihil animatum sacrificari olim mos habuit, quia eum de
um ueluti pacis custodem a cæde, immunem esse uolue-
re. Primus enim Nũma Pompilius Terminum & fidem
templo sacrauit, incruentumq; sacrum instituit, ac lege sanxit, ut qui termi-
num exarasset, ipse & boues deo sacri fierent, libo ergo & farina ac fruge, &
mola salsa. ut fere omnia Nummæ sacra fuere. Termino apud Priscos lita-
batur sub diuo. Fuit enim Nummæ institutum ut sine farina quæ horna
esset, id est huius anni, sacrum nullum fieret. Apud prius uero, sæculum her
bas aut fructus manu excerptos pro holocausto diis consecrabant, illarũq;
exalatione & fumo superis litabant. Quo exemplo Pythagoras nihil ani-
matum diis imolandum cẽsuit. Sed usq; ad farinam & mel, terræq; fructus
& flores offerendum. Quod etiam Lycurgum feciſſe legimus, qui tenuissi-
ma & nullo paratu, lacedemoniis sacrificia instituit, ex herbis & his quæ pa-
rabilia in promptu sunt, ne quando difficultate parandi omitterentur sa-
cra. Nullaq; ficta apud eum uel picta imago fuit. Quippe hominum,
aut animalium species diis tribui uetuit. Templum uero in quo colebatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

desuper patens foramen habuit, quia nefas duxerunt, Terminum deum pacis & iuſticiæ cuſtodem/ſub tecto conſpici. Sic Iouí: Soli: Lunæ: & Diofidio In aperto mundo templa hipetra & ſub diuo ueteres extruxere. Q d' a Græcis ſæpe factitatum nouimus, ut his diis hipetra tẽpla cõſtituant. Sicut ædes Iouis Puluerii in Attica ſemper ſine tecto erigebatur. Græcis uero Mineruæ: in ſũma parte ædium ſine uictima ſacrificant. Eſculapio in montibus. Apud Perſas nulla dicabantur templa diis, quia cum ſolem præcipuum numen & deorum maximum colant, mundum uniuerſum illi templum eſſe dixerunt a Bithinis uſurpatum legimus, ut adoraturi montium cacumina conſcẽdãt: & ſine templis Iouem Pappã ſalutent/ſicut Scythæ papeũ, quæ etiam Diogenis opinio fuit, qui mundum fanũ dei ſanctiſſimum exiſtimauit. Aegyptiis uero licet templa marmore & auro eſſent elaborata, luxu ingenti, & mira arte, tñ deoꝝ imago erat deridicula. Nam Symia, Ibis, uel crocodillus aut aliæ id genus peſtes magoꝝ & ægyptioꝝ portenta/pro diis colebantur. Fuere autem termini & fidei templa iuxta ædẽ Iouis optimi maximi, in Capitolio primum, a Nũma cõſtructa cui ſacrum feſtis terminalibus in agris lexto ab Vrbe milliario ſub patenti cœlo fieri ſolebat/cui feſti nomen, in quibus ex lapide Silice uel molari, nõnunq̃ ex truncis oleagineis ſacrificalibus terminus erigebatur, Aegyptioꝝ quoq; erat iſte mos, nõ pecudibus & ſanguine uictimarũ. Sed præcibus & thure placare deos. Ideo Serapim non cede aĩalium. Sed uerbenis. Coroniſq; & Panificiis placabant. Q uod Nũmam Pithagorea p̃cepta ſequentem in ſuis ſacris inſtituiſſe nõ ab re fuit. Q uãuis procedente tẽpore agnam aut ſuem, intermiſſo more priſco, in ſacris terminalibus cedi ſeruatum ſit. Palilibus quoq; intentiori cura cuſtoditur ne qua mactet hoſtia, q d' eum diem qui patriæ natalis erat, a cæde & ſanguine decet cẽ purũ. Fuit enĩ is dies. xii. Kl's maii, quo fauſto & felici omine Vrbis fundamenta iacta ſunt primũ, quo die mos erat ouilia purgare. Tranſilire flãmas. Sapa & milio ſacrum facere. Geniales dies agere, cenas apparare, a litibus abſtinere. quæ proſperos ſucceſſus decernebant. Deum uero in cuius tutela urbs foret: nec noſcere, nec quærere licebat, eumq; nominaſſe, aut quæſiuiſſe noxæ futurum erat. Ideo Valerius Soranus mortis ſupplicio penas dedit/q d' numinis nomen in cuius præſidio urbs eſſet efferre in publicũ auſus fuiſſet. Idq; ideo cautum ne euocationes quæ ab hoſtibus ad placandos deos qui urbibus p̃ſunt fieri ſolent, contra deos præſides urbis Romæ fierent. Feſta tñ palilia ẽt ante Vrbem cõditam, a paſtoribus qui proxima urbis incolebant celebrari ſolita: inuenimus. Pales. n. dea pabuli & paſtoꝝ eſt, quam plerique ueſtam, alii matrem deum, nuncupant, cui pro partu & prouentu pecoꝝ, lacte & libo ſine uictima litabatur, eiq; palilia dicauere, qua die. Vrbem a Romulo conditam fuſſe tradunt. Nec ſolum Vrbis natalem, ſed ſingulorꝝ dies natalicios. Pulte

fritilla, mero, libis: floribus & ture, ſacros genio ſine aĩali hoſtia/læti libenteſq; concelebrarunt, quibus diebus effudiſſe cruorem aut aĩal mactaſſe, mali portenti erat, & fœdi auſpicii. Nãq; erant hilaritatis & læticiæ pleni dies. Terræ quoq; ſacrum fieri non uictima, ſed frugibus floribus & lacte, plerique decere putant. Etiam ſolẽne fidei ſacrum ſine cæde & ſanguine uictimarũ idem Nũma inſtituit, eiq; albo pãno uelatos ſacra facere, & ad id ſacrum flamines curru arcuato, manu ad digitos inuoluta uehi iuſſit, ſolẽni pompa magno argumento, quo fidem tutandam, & in dextris ſacratam ſanctamq; oſtenderent. Idq; propterea aſſerũt, q d' dextra iuncta decem numerum qui ſacratiſſimus eſt, efficiat. Suffimenta quoq; ex faba milioq; aſperſa multo diis offerri abſq; uictima, quo tempore uuæ calente prelo premuntur ſepe notatum eſt: Et Carnæ Deæ, quæ uiſceribus humanis preeſſe & uitalia touere credebat', ſacrum a Bruto inſtitutum poſteri ſeruauerũt, ut pulte fabacea & lardo: abſq; uictima ſacrificetur. Hic. n. cum excors putaretur, latentem aĩum nimium diu reconditum ſuo tpe detexit. Q uas quidem fabas niſi poſt Iulias kl's adultæ forent, ſacris adhibere non licebat, uires nãq; corporis his maxime augeri: cõfirmariq; opinati. Q uam deã in monte celio ſedem habere: illiq; Kl's iulii ſacrum fieri uoluere. Saturno quoq; & Maniæ humanis uictimis q d' licuit antea, poſtea admonitu herculis aĩali hoſtia ſacrificari deſitum eſt. Ideo ad aram Saturni accenſis luminibus ſacrum fieri cepit, unde cereis miſſitandis in Saturnalibus mos inoleuit, qui apud Cyrenẽes aliter ſeruabatur. Nam Saturno rem diuinam facturi, ficis ornantur. Placentaſq; miſſitant q d' mellis repertorem eſſe ducerent. Maniæ uero quæ mater larium fuit in Compitalibus a Bruto inſtitutis, ut ois antiquitas fabulata eſt, nõ humana uictima ut olim. Nam pro familiæ incolumitate antea pueros mactabant. Sed alliorum & papauerum capitibus ſupplicari ceptum fuit. In quibus ſacris ſerui intereſſe, & exequato oĩum iure ſublato diſcrimine liber an ſeruus eſſet, ut in Saturnalibus, una cum liberis ſacrificia in compitis facere: & cõmeſſari: ac largiore potu indulgere aſſuerant: ut hac comitate obſtricti in dominoꝝ obſequiis paratiores forent. Odiaq; inuicem offenſioneſq; dimitterent. Q uippe feſtis Saturni diebus, ſeruos ingenuorum miſteria occupare, pileos ſumere, & a liberis nullo diſcrimine differre, ſtipeſq; inuicem dare: & munera miſſitare, ſeruatum ẽ. Regna quoq; ſortiri iter æquales, & tanq̃ reges imperitare. Magiſtratus purpuram induere: reliquos in ueſte candida diem cõcelebrare. Q ui etiam mos cum græcis & exteris cõmunis fuit. Nanq; apud Babylonios, Sacea appellãtur feſta quibus quinq; dies ſerui dominis imperitabãt: ex quibus unus ſtola ſumpta dominabatur. Apud Theſſalos peloria. Cretenſes Hermea anniuerſarios dies feſtos habent: q bus exequato iure ſerui: dominiq; ſocii & pene pares: cõmuni libertate fruuntur. Sicut Troezenis panagyra in quibus ſerui cũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

dominis pari exemplo uiuunt, Thebanis uero ludi musici Saturno dicati, etant Saturnaliorum loco, Ideo in compitalibus manet constitutum ne humano sanguine sacra polluerent, utq; pilas & effigies uiriles & muliebres ex lana in compitis suspenderent. Laribusq; tot pilas quot essent seruoꝝ capita & tot effigies quot essent liberi, noctu pro uictimis darent, ut si quod periculum familiæ imineret: aut triste fatum, hoc sacrificii genere expiarẽt. Sicut mense maio cum prius de ponte sublicio in tyberim hoies mitterent, qua de causa flaminicã tristem esse, & aio afflicto conuenit, quæ nec eo mense lauat nec aliquo cultu utitur, postea ab hercule admonitas, non homines, sed hominum effigies uestales abiicere cæpisse, quæ triginta numero fuere. Casta quoq; mola & sale tuso, & in ollam fictilem cum aqua immisso: ædem uirgines sine uictima sacrum facere solebant, cæteri farre & uino: in quibus sacris asellum panibus coronatum adhibuere. Lari quoq; familiari. Kls idibus & Nonis: corona in foco indita: pro aris focisq; proq; familia nõ sanguine uictimarum supplicatur. Quæ quidem sacra ex ordeacea pulte: libo: farre: uino & Ture: cum sale & Salino sunt fieri solita: cui etiam particulas cenaꝝ & singuloꝝ fructuum primitias sacrarunt. Ignem. n. familiarem fauilla & cineribus excitatum sanctissimis cerimoniis taciti adorabant. Fuitq; antiqueꝝ mos: ut profecturi uiam: simulachrum dei: tanq̃ larem familiarem & fortunæ comitẽ secũ ferãt: cui festis diebus. Ture & melle uota effunderẽt & supplicarẽt. Etiã in quinquatris Mineruæ. Prima dies sine uictima: aut cæde fuit: qd̃ illa in lucem primum æditam fuisse putant. Quinquatrumq; ideo dixere: qd̃ diem quintum post idus festum haberent. Sicut Triatrum, Sexatrum, Septẽmatrum: & decem matrum. Quidam qd̃ eum quinq; diebus operarentur sacris: & reliquis oĩbus uictimas cederent, atq; exertis ensibus pugnas cõmitterent & digladiarentur, prima die uelut pacata & festa a uictimaꝝ cede abstinerent. Vltima uero Tubilustrium dicta: qua in atrio Saturio: tubæ lustrabantur, agna. Iano quoq; libo & placenta, ac mola salsa: nonnunq̃ ture & mæro. Cereri aũt: lacte: uino: & melle sine uictima: sæpe litatum est. Hoc quoq; adnotare non pigebit. Quod cum in reliquis sacris qui rem diuinã facit: ueteri instituto: capite uelato imolet. Et adorantes uestem ad aures usq; attollant: ut se humiliores exhibeant diis: uel nequid inter sacrificãdum triste auribus aut oculis accipiant. Saturno tamen sacra facientes uelut ueritatis cultori capite: aperto imolant & inuelato. Honori quoq; & Opi ex uetere instituto dum sacrum fit semper aperto capite & sine uelamento sunt. Apud arã quoq; Herculis maximã: oẽs aperto capite supplicare uetusto more seruatũ ẽ. Vel quia ipsius dei qui capite operto ẽ: habitũ imitari nõ liceat: uel qd̃ magis adducor ut credã: ut ante eneã qui ritum uelandi capitis inuenit primus: aram maximam fuisse, uetustissimaq; illius cerimonias signarent.

Nunquid

Nunquid quod lege falcidia cautum est, de quarta bonorum heredi debita possit uoluntate testatoris cõminui uel tolli. Caput. XXIII.

VErba legis falcidiæ quibus modus legatoꝝ præfinitus est. Hæc fuere. Quicunq; ciuis Romanus post hanc legẽ rogatam testamentum faciet. Is quãtam cuiq; ciui Romano pecuniam iure publico dare legare uolet, ius potestasq; esto. Dum ita detur legatum ne minus q̃ quartam partem hereditatis eo testamento heredes capiant, eis quibus ita datum legatum ue erit eam pecuniam sine fraude sua capere liceto. Isq; heres qui eã pecuniam dare iussus dãnatus erit, eam pecuniam debeto dare quam damnatus est, & infra. Cum ea legis uerba in conuentu iuris peritoꝝ legerentur presente me, quærebatur, nunquid qd̃ hac lege sancitum est ut non minus q̃rta hereditatis parte, testamento heres capiat, possit uoluntate testantis ita cõminui uel tolli, ut si oẽ patrimonium & totum assem legatis distribui iusserit: ita ut nihil aut minus quarta parte scriptus heres ex bonis capiat, an id contra legem factum ius ratumq; foret. Cunq; nõnulli ue græge patronorum cẽ serent ex Sceuolæ sententia, licere cui uis non insano præter legum solẽnitatem ita ut uolet testari, si modo id uellet haberi legitime factum, palamq; id antea testatus esset, plurimumq; in eo momenti fore. Quippe cum ipsa decedentis uoluntas lex plane censeatur, & hoc Pomponium iurecõsultum, hãc legem interpretatum censuisse contenderent. Decernentem testatoris uoluntatem qualiscũq; foret, ad omnem successionis speciem extendi oportere: multiq; in eius sententiam irent, & uelut cuntis obuium id palam faterent. Nos contra sentire uisi fuimus. Nam Papiniani responsa relegentes hoc ipsum improbasse animaduertimus atq; respõdisse, in hæc uerba. Priuatorum pactionibus, legi refragari non decere. Itaq; trienti quæ per legem ex defuncti bonis debetur: neq; per testatorem extimationem minui neq; ius qd̃ debet auferri posse: ne uidelicet testator scriptos heredes aditiõe ludificatus foret. Quæ sententia cum diu nobis insedisset, tamen refutari & dilui potuit. Quippe cũ in eandem lectionem ut fit incideremus, animaduertimus minus probabili, nec uero iudicio: sed falsa nos duci opinione, nouissimoq; iure: multis post seculis edito, contra priscorum decreta, secus cautum fuisse: atq; abrogata Papiniani sententia, ex placito principum lege ædita sancitum esse: ut si testator: trientem dari heredi inhibeat. totumq; assem legatis absumi uolet, ut p uoluntate de bonis disponere: illaq; sicut libitum est, & quantam partem uolet cui uis legare ius potestasq; foret: liberumq; esset heredi scripto. Si nimium tenuiter sibi consultum esset: minusq; commodi tot legatis distribuendis: hereditatem allaturam putaret: aditione abstinere: & ius succedendi abnuere. In

Bibliotheca
Facultatis Philosophicae
Provinciae Cast. Orientalis

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam ſententiam quæ notior & probabilior fuit, nouiſſimæ iuriſconſultorum opiniones poſtea conceſſere.

Loci ex Iuuenale parum ab interpretibus diligenter habiti contra nonnullorum opinionem explanantur. Caput. XXIIII.

DEfeſſus ego a forenſium cauſarum contentione & iudiciorum ſtrepitu aliquando uacuus cura & labore ad hæc mitiora ſtudia noſtracia uelut in aliquod oportunum diuerſorium me recipiebā, & quoſcunq; aut ueteres aut noſtri æui libellos nactus eram, in his legendis, pſcrutandiſq;, aut uerborum & ſententiarum uiribus penſitandis exercebar. Cūq; ut fit in cuiuſpiam non equidem indocti nec ſpernendi authoris. cōmentarios ſuper Iuuenalis Satyris quos nuper ædiderat, & poſteritati tradendos curauerat, forte incidiſſem ſuper his uerſibus ſeptimæ. Rara tamen merces quæ cognitione tribuni. Non egeat: in hanc ſententiam ipm loquutum offendimus ut diceret, apud tribunos plebis agi neceſſe fore, & poſt impenſos labores erudiendis pueris ludi magiſtrum in iudicio experiri oportere, ut mercedem laboris, & impenſæ doctrinæ aſſequatur. Idq; Iuuenalem in fine Satyræ apertius ſentire, dum inquit. Et cum ſe uerterit annus. Accipe uictori populus quod poſtulat aurum. Tanq; poſt lites iudicio a tribuno plebis diffinitas, tandem populus aurum quod petebatur, uictori magiſtro & mercedem tradi poſtularet, qui ſenſus & ſi a multis mira perſuaſione receptus, q; abſonus ſit, q;q; pudēdo errore coarguat imperitiam interpretis, nemo mediocris ſolertie uir ignorarit. Vbi.n. quæſo apud Authores compertum fuit. Tribunum plebis iuris cognitionem, aut in ius uocationem apud ſuum tribunal Romæ habuiſſe, ita ut anſtipendium magiſtro debeatur, ſuæ cognitionis & arbitrii fuerit. Nō enim ut de controuerſo iure cognoſceret, aut ſuper eo diiudicaret. Sed ut a maioꝝ magiſtratuum iniuria tenuem plebem defenderet, in re preſenti, tribuniciam poteſtatem, inuentam ueteres uoluere. Prehendere.n. licebat tribuno, & in carcerem mittere, non aūt ſuper controuerſo iure diiudicare / quod oēs annales & oīa monumenta uetuſtatis percalluere. Præterea quid imperitius dici potuit aut tam præpoſterum, q;ut in exactione uilis ſtipēdii populus, tanq; ſi plebs aut plebiſcitum aliquod rogaretur, intereſſe debeat, ita ut rogatione promulgata an ſtipendium magiſtro debeatur deceruat. Sed quod eſt uero propius: quodq; ab authoris ſenſu, non abſonum putamus, profecto ſic eſt, ut poeta non de Tribuno plebis qui iuris non habet cognitionem. Sed de Tribuno ærario apud quem leuiores expenduntur cauſæ, intellexiſſe credatur. Et enim liquere arbitror leues & nūmarios iudices, tribunos fuiſſe ærarios, cauſarūq; cognitionem

cognitionem habuiſſe in minimis. Quippe ab Aurelio Tribuno plebis rogatione promulgata. Iudicia in tres ordines diuiſa fuere, Senatores, Equeſtrem ordinem, & Tribunos ærarios, quorum cognitio in minoribus fuit cauſis. Ideo in ſubſelliis, non pro tribunali ius dicebant. Raram dicit ergo mercedē: quæ cognitione non egeat tribuni. Non plebis apud quem nulla erat uiris cognitio. Sed erarii qui de minoribus cauſis ius reddebat, intellexiſſe probabile eſt, quod & nos ſentire ſalua fide poſſumus. Rurſus quod dicitur in fine ſatyræ. Accipe uictori populus quod poſtulat aurum. Neq; de rogatione populi aut ſcito plebis, quod illi aſſeuerant intelligi arbitramur. Sed uetuſtum potius morem præſignari qui apud Romanos in ſacris certaminibus inoleuit frequens. Fuit enim antiquì moris ut qui in theatro præſtabant munera, multitudini effuſæ ad ſpectaculum, ſtipem ſpargerent. Victoreſq; certaminum & multarum palmarum gladiatores ere collato & ſtipe donarent. Quin etiam non Ludiones modo, ſed Elephantos, & eos qui in certaminibus fortiter quid, aut dignum laude geſſiſſent a populo collatione ſtipis, & aſſibus donari legimus. Conſtatq; populum Romanum Sp. Poſthumio, & Q. Martio Coss. primum ſtipem in ludis ſpargere cepiſſe. Nam Drachma grandinis in morem atq; odorati imbres inſtar pluuiæ & alia miſſilia effuſe ſpargebantur. Quod ſequti Cæſares opulentius, uberiuſq; ad leniendā multitudinem factitarunt. Siquidem. C. Cæſar, nūmos non mediocris ſummæ effudit in populum. Nero Theſſaras frumentarias, Aurum, Argentum, Gēmas, Margaritas, Naues, Inſulas, Agros, Veſtes, tabulas pictas, mancipia, & iumenta miſſilia dedit. Domitianus cum omne genus rerum in theatro ſparſiſſet, & pars maior, intra popularia decidiſſet. Ne īdonati abirent Senatorius & equeſter ordo, per ſingulos cuneos quinquagenas theſſaras pronunciauit. Heliogabalus uero aurea & argentea pocula, ac ueſtes magnificenſus in plebem ſparſit munuſcula. Multi quoq; ex theatro miſſas, e ſinu colūbas fecere, quæ cum per caueam diu uolaſſent, reuertebantur ad dnos. Fert tamen Scipio infamiæ notam ſubiiſſe, qd pecuniam in populum ludis publicis ieciſſet, uelut iſtis muneribus auram popularem aucuparetur. Quæq dem cum in diripientium manus mittebantur, non ſine diſcrimine & rixa in concurſatione & tumultu aſſequi poterant. Itaq; optimus quiſq; cum primū miſſilia induci uiderent, nequid diſcriminis in conflictu turbæ eliſi paterētur: e ludis excedebant, quæq; apud authores monumentis teſtata clariſſimis, cōperta ſunt. Poſt euerſum ergo annum, & edocendis pueris, labores impenſos. Accipe poeta inquit mercedem, qualem uictori in ludis populus poſtulare ſolet. Ac ſi dicat, uilem aſſem & nimis tenuem mercedem qualis eſt ſtipes

Universidad de Deusto
Biblioteca

exigua, quæ a populo in ludis postulatur, cum ære collato uictor, a plebe donatur, consequeris. Quod nos quantum ingenii captu assequi possumus lectioni magis conuenire, & uero sensui congruere putamus.

Variæ apud diuersas gentes puerorum institutiones, & infantibus Romanis quæ documenta fuerint. Caput. XXV.

QVam uarie apud nationes exteras & gentes ultimas, pueri postq̃ in lucem æditi essent, educarentur, quæq; institutio fuerit, a nonnullis litteris memoriæ proditum est. Siquidē apud Thraces Trausosq; ac Celtas & Causianos, assuetū erat, ut puero in lucem ædito, circundati cognati, affinesq; puerum lamententur, & afflicti iaceant, ac receālentes calamitates & uitæ incōmoda. Cui tantum restet malorum quæ mox ille passurus aduenit, pectora plangant. Idem in funere exultantes iubilant. Scilicet cui defuncto omnibus incōmodis & infortuniis quæ uita fert, ex hac luce, & iminentibus malis, atq; ol seuitia fortunæ tandem excedere datum sit. Quod ab Indis quoq; seruari meminimus. Nam Gymnosophistæ & Bragmanes: caste & pie uiuentibus, mortis diem natalem uitæ ducebant, Spartanos lycurgi legibus institutos, infantes primum æditos, ut labore firmētur: rigidissima aqua fouere, nudosq; in patientia laboris enutrire, nihilq; somni causa sternere, proditum est. Necnon cibi, potionisq; modo præfinito, cum æqualibus in sobrio cōuictu. inq; eodem lodalicio & societate studioꝝ, humili cultu educare, duraq; & horrida disciplina seueriſſimis moribus, assuefacere, ne qua uicia mentem adhuc rudem inficerent, neue moribus incompositi euaderent, illis magnæ curæ fuit. Quare prouerbio increbuit, solas lacenas uiros parere. Quod a Cretensibus & Germanis usurpatum fuit, ut pueri ab ineū te adolescentia calores & frigora pati assuescerent, utq; uilibus tecti amiculis hieme pariter atq; æstu, eodem cultu incederent, & postq̃ satis uirium assequi uidebantur ut militiæ per ætatem patientes forent, non in mundiciis, ne languerent aius. Sed in laboriosis exercitationibus, currendo, algendo, æstuādo, famem, sitimq; tolerando, arduasq; & perdifficiles uias peragrando exercerētur: ac pugnæ simulachris in quibus uerbera & plagas dare & accipere cogebāt. Quin etiam fuit Lacedæmoniorꝝ mos solēnis, ut agrestes quos Ilotas uocant q̃ maximo possent uino ingurgitēt, ad potumq; & crapulam impellāt, illosq; uino madidos & distentos in cetum adolescentium iuuenum introducant, ut iuxta Anacharsis, & Platonis consilium temulentiæ turpitudinē intuentes:

intuentes, quasi perteſi ignauiam a uino & luxu promptius abstinerent. Aē tam tetri aspectus, tantiq; dedecoris non solum pigeret, sed puderet. Tataq; disciplina fuit, ut iuuenum corpora ne lasciuirēt, statis diebus apud Ephoros exhiberent, nudosq; inspicerent, ut liquid insolitæ pinguedinis contraxissent, parsimonia & uictus abstinentia emēdarent. Ad aram uero sic uerbere afficiebant, ut pleriſq; sanguis manaret ad necē. Apud Gallos quoq; & Hiberos: Zonæ mēsuram habent magistratus, quā li capere nō posset mulier sucipiena, aut puer obesus, magno afficitur probro. Quibus amatores, imitatoresq; uirtutum & adolescentium bonæ indolis permissi fuere, ut laudati & donati, facilius ad res magnas & magno uiro dignas se accingerent, qui etiā Cretensium fuit mos, quibus non fuisse amatos iuuenes est ignominiæ datū, ex quibus amātem φιλήτορα dixere, amatum uero κλεινόν. Quoꝝ exemplo Lucani, liberos a prima infantia sine ueste aut minimo tecto seruili, in duricie & parsimonia educabant in syluis, quibus preda uenatica erat cibus, potus uero ferum liquor. Colchis æthiopibus & troglodytis atq; ægyptiis, syris, & plerisq; nicibus, pudenda editoꝝ infantium circūcidere in usu erat, hoc nō mediocriter uitæ cōmodis conducere arbitrati, quo cōmento labes corporis, & eluuiones dilui putabant, seu q multi putant ut diuersitate noti fierent, uel ut cē aturanum & pudendum facinus inuelatum fieri ostenderent. In Arabia gens est Creophagos uocāt, quibus ne dum uiri, sed mulieres ludaice excindi solebāt. Sicut de Andramite Lydoꝝ rege, qui primus Eunuchas fecit mulieres, testimo proditus est, quo exemplo in ægypto aliquando mulieres excindebantur. Archades uero pueri tum Lacedæmonii & Thraces, quanq̃ ferum genus a teneris insuescunt, inter prima rudimēta in modulis & cantibus uersari, musicasq; artes & uocum concentus edisscere ad annum trigesimum, uelut hoc ampliſſimum iuuentuti munus darent, qui non didicisset, rudis & ignauus atq; infamiæ nota inustus putabatur. Græci uero adolescētes, musicæ & poeticæ, liberalibusq; potius uacabant disciplinis, in quibus excellere pulchrū putabant. In his.n. tribus artibus quas liberales uocant, litteris, palestra, & musica, plus operæ & studii conterebant. Nec minore studio, primæ adolescentiæ iuuenes imbuebant, ut præter litteras & Gymnasticas disciplinas iuxta Aristotelis præceptum quo ad reliqua munia firmiores essent, etiam natare discerent. Et tam & si canendi ad Tibiam ars libero homine indigna prius uisa foret ad eamq; sola mancipia admitterentur. Aeuo mox succedente tāti fuit honoris, ut ad illam nisi liber & ingenuus admitteretur nemo. Sicut pingendi ars primum Sycionæ mox per omnem græciam tanti fuit studii, ut pueros ingenuos picturam, tanq̃ præcipuam liberalium artium in primis edoceret magistri, perpetuo interdicto, ne ad illam mancipia admitterentur. Indoctusq; , & omnium postremus habebatur quisquis huius artis nescius ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut expers foret. Platonis quoq; institutum erat, ut iuuentus musicæ disciplinis inter primas artes instruatur, ut grauiora studia honesta uoluptate lenirent. Id quod Pythagoras censuit, qui repentinos motus animi & mentis perturbationes, nulla re magis, q̃ uocum concentu mulceri putauit. Cuius tanto studio Græci affecti fuere ut etiam ad myrtum canerent, cantorq; cantorem myrto tradito inuitaret, quod postea prouerbio increbuit. In q̃ Timotheus Tybicen multum floruisse proditur, qui duplicem mercedem exigebat abhis quos ab aliis magistris male institutos acciperet, qd̃ hi prius dedocendi q̃ erudiendi erant, a rudibus uero & ignaris simplicem. Pænorum uero mos patrius erat, æditorium infantium uenas capitis, lana succida inurere, defluentemq; pituitam hoc modo sistere, quod salutare experti, aduersus morbos, hoc tanq̃ peculiari remedio se muniuere. Aethiopes quoq; ab ipso natali die/ æditos infantes in fronte inurunt & stygmate notant, quo capitis & oculorum humor exiccetur. Quin etiam in hybernia quæ in penitissimo oceano extra terras insula sita est, cultu indomito & fero, pueri ita alti, educatiq; sunt, ut inter arma & cædes uersentur assidue, matresq; natura imites ingenio barbaro, primos cibos ædito infanti gladio admouere ferantur. Tenet fama apud baleares matres infantes pueros ab ipsis uitæ incunabulis his disciplinis assuefacere, ut nisi oblatum cibum baculo aut funda petierint prius, cibo uesci p̃hibeãt. Quẽ usum uetustissimũ apud Cadurchos, Acharnanes, atq; Ethiopes inualuisse legimus, ut saxa ingentia fundis intorquere, aut sagittas & iacula ingentis ponderis uibrare a teneris edisc̃at, Idoneos authores habeo. Aegyptios impuberes filios, apud se alitos & educatos his disciplinis exercere, ut nisi centum octuaginta stadia prius confecerint cursu, uesci cibo nullo modo sinerent, quos a puericia & primis annis, nudis pedibus ingredi iubebant, ne delicatior cultus corpora emolliret, eneruaretq;. Indi & Bragmanes ædito infanti curatorẽ & uitæ magistrum custodemq; adhibent, ut sub legibus & magistratibus, bonis disciplinis formatus, salutaribus exemplis erudiatur. Apud quos infans in lucem æditus, post menses duos, in medium p̃ducitur, & cuius indolis & formæ sit, publico concilio decernitur, ut ex facici & corporis specie, si pace uel bello bonus, & an uita sit uel morte dignus iudicetur. Et si cuius indoles probaretur, bonis ille formabatur doctrinis. Qui uero minus morte afficiebatur. Id quod apud Sparthanos erat Lycurgi lege sancitum ut speciosus puer & forma liberali publice educari, mancus uero & deformis, in loca uasta, & prærupta exponi, uel in ultimas terrarum oras ablegari deberet. Idem legibus Romuli a primo ortu urbis constitutum ferunt: ut si mancum quid æditum, aut monstrificum fuisset statim a partu in flumen, aut mare exponatur. Produnt Aethiopes, æditos pueros cum paulum protessere, super aues quas diuersi generis educant, sublimes imponere

eosq; cuius spei futuri sint, periculo internoscere. Nam si uolãtes intrepidi manent, uelut generosos & se dignos magna educant cura. Si uero consternant aso & trepidi pauent, tanq̃ degeneres in loca deserta exponunt & abiiciunt. Quod de Psyllis quoq; proditum est, qui partus obiiciendo serpentibus, si illesi manent, an suæ originis sint experimento internoscunt. Nonnullæ Indorum gentes pueris adolescentibus etiã si magnæ fortunæ & amplis opibus forent, p̃ seruis utebantur, ut eam sortem experti q̃tum decus libertatis foret: agnoscerent. Quod cum Cretensibus & laconibus cõmune assueuerant fuisse, ut ingenuos filios, seruilia exhibere cogerẽt. Phrygibus uero familiare fuit, proprios uendere filios in eximio ætatis flore, & seruilem in modum educare. Nabatheis quoq; adolescentes ingenuos, seruilia præstare officia consanguineis assidua exempla sunt. Persæ antem editum infantem ante septennium in conspectu parentum non adducunt. Alii nisi post pubertatem filios a parentibus conspici sinunt, qui mos apud heduos, plurimasq; Gallorum & Germanorum gentes frequens fuisse traditur. Quod ita institutum non ab re fuit. Scilicet ut si quid grauius accidisset, aut si qua calamitas & auersi casus puero euenturi forent. Illos parentes qui ipsorum conspectu tam diu caruerunt, facilius ferant. Eosdemq; Persæ apud se educatos tam sanctis moribus imbuebant, ut illorum disciplinæ nihil addi uideretur posse. Siquidem per omnes ætatis gradus hæc illis rudimenta fuere, Iustitiam colere, & æquum ab iniquo dinoscere. Tum iaculari, equitare, arcu, & cursu contendere, & præcipue uera loqui. Cibus uero tam frugalis & modestus, aduersus famem & sitim tantummodo paratus, ut iuuentus nasturcio pane aqua & sale uelut exquisitis ualde obsonijs uesceretur. Tantiq; pudoris fuere, ut pro lege seruarẽt ne in publico aut spuerent, aut nasum emungerent, neue, in conspectu parẽtum nisi iussi considerent. Et cum natalem diem festum singuli & præcipuum habeant. Illis tamen etiam indulgentissimi parentes uino abstinere uelut immani scelere præcipiebant. Vtq; nullis errorum maculis notarentur/ nudos conspiciuiros, nec fas, nec ius esse dicebant. Itaq; nudum conspicere hominem, ac si immane scelus admissum foret, capite luebatur. Scythis uero a patribus traditur mos non improbandus, ut iuuenes Ephebos plurimos sibi amicos comparare, uelut firmissima uitæ præsidia iuberent. Is enim habebatur affluens & beatus, qui pluribus familiaritatibus fultus foret, pro certo arbitrati in rebus deploratis & afflictis, nulli unquam satis fuisse amicorum. Romanis uero prævaluit usus, ut quæ uterum ferunt, antequam ædatur partus. Prosuersæ & Prosæ quibus duæ aræ dicatæ erant, ne partus perversi fierent, neue fœtus præposterè exiret, immolarent. Egeriæq; Nymphæ, & Fluoniæ Iunoni sacra facerent, quia putabant, illarum ope, conceptum egerere, & fluorem sanguinis cohibere. Cuius rei causa apud

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tybarenos inoleuit mos, ut mariti poſt uxoris puerperium, capite obuoluto tanq̃ ipſi enixi fuiſſent, in lectulo decumbant, ea accubatione, uxoris labores & uentris profluuia cohiberi arbitrati. Fuere autem Tybareni iuxta Cappadoces, qui in riſu & iocis, atq; indulgentia fortunæ uerſari ſolebant. Idem Thracibus & Scythis. Cantabris & Celtiberis proprium, ut puerperæ uiris ipſaq; uice decumbentibus miniſtrent, & famulentur. Apud Athenienſes præcipuũ edulium puerperæ braſſica dabatur, uelut parturienti cõmodiſſimum, mox ſtolis iniciatoq; infantem obuoluere, ad ualetudinẽ mire pficere putãtes. In Cyrno mulier puerpera æditæ prolis nullã curam gerit. Sed uir domi abditus infantilis educationis curam atq; onus fert. In Liguria quoq; & Illiricot mulieres tam patientes laboq; ſunt, ut poſt puerperium minime decumbãt pregnanteſq; inter opus enixas pueros domum referre tradunt, quos non peperiſſe, ſed inueniſſe credas. Cunq; iſans æditus primum lucem hauſiſſet. Romanis erat in uſu ut ab obſtetrice exceptus humi ſterneretur, quaſi diuinationem futuri exitus inde auſpicati, lectoq; Pylũno & Picũno in ædibus paratos ita augurabantur ut his præſidibus diis, uitalis foret. Neue Syluanus in domum irrepere ualeat, quem uexare pueros opinio erat, ad fores ædium treſ uiros, qui peruigiles domum circuirent, aduocabant, quorum primus limen ſecuri, alter pylo feriebat, tertius uero ſcopis euerrebat. Mox nomen & tempus æditorum filiorum apud præfectos ærarii publicis actis teſtarentur & ſcribe rent. Quæ quidem in Saturni æde tanq̃ publica monimenta ſeruari prodi tum eſt. Deinde cum cibo & potu, cum initiarent. Eduſæ & Potinæ ſacra fa cerent. Eodemq; adoleſcentæ: Maiæ quæ fatua dicta eſt, ac ſtatano & fabulino, more patrio imolarent. Fuitq; receptus mos, ut in teſtudineis alueis, aut ex tergore marinarum teſtudinum factis calda pueros abluerent, mox oleo & butyro perungerent. Sparthani quandoq; mero abluebant: quod uino ad moto, reſolui egritudines putarent. Nonnulli ſale & aqua, Galli prægelido amne, ut a teneris calores & frigora pati ediſcerent. Idem Thraces Scythæq;. Fertur tamen Cato Cenſorius, tam accurate procurandis liberis ſtuduiſſe: ut niſi le ſpectante nunq̃ infantem ablui, aut uelamẽtis obuolui ſuerit. Neue pueri recens æditi, e cunis forte deciderent, & terræ corpuſcula afflictarentur, cubitras iuxta cunas undiq; ſternerent, ut inde excepti innoxii fierent. Maribuſq; nono die poſtq̃ æditi in lucem fuiſſent, feminis uero octauo nomina imponerent, nonnunq̃ ſeptimo, quidies: luſtricus nomen habet. Quod teſte Ariſtotele ideo cautum, quod ante ſeptimum pluribus infans calibus expoſitus manet. Ab Athenienſibus uero & omni fere græcia decima a Natali die ifanti nomen idere ſeruatũ eſt. Apud Trogloditas fuit patrii moris ut nõ hoium ſed arietis, pecoris, aut ouis iponãt ifanti noia, qd bruta quoq; ope uictitabãt ſuos genitores ducerẽt. Athlãtes uero Africæ ppli, nulla ifantibus indere noia

conſueuere. Sed uelut bruta anonymi fuere. Diuus autem Antoninus philoſophus, natos liberos apud præfectos ærarii profiteri, & tertio die a partu nomina ferre iuſſit. Nono uero die noia infantibus indere antiqui moris fuiſſe: illud exemplo eſt, qd Nundina Dea apud Romanos magnæ religionis erat. Ipſumq; infantem æditum in gremio & ſinu matris, ac ipſius lacte educari potius q̃ apud coemptas nutrices ali pmitterent, cum ingenuitas a matre ſola non patre proficiſcatur, aut ſi permiſiſſent, magna cura, præcipuas illi nutrices Laconicas uelut educationis magiſtras admouerent. Cum propter lactis & educationis uicia ſæpe infantes degeneraſſe compertum ſit. Qd æque Germanis eſt habitum nefas, apud quos mater filium ſuo lacte alit, nec nutrici educandum delegare licet. Græcoq; uero iualuit mos, ut quinto die a partu, mulieres comites puerperii, manus abluant, & pueru lauibus circũferãt. Polypoſq; & Sepias munuſcula a cognatis ferant, deinde cum puer paululũ proceſſiſſet. Prætexta illum donabant Romani & Bulla, ea.n. erat aurea, inſigne nobilitatis, figuram cordis habens, ut ſignarent eam ætatem, alterius cõſilio regendam, qua primum a Priſco Tarquinio donatum eius filium tradunt, quem in prætextæ annis hoſtem dicunt occidiſſe. Hac Romani pueri honeſte geniti & liberaliter educati, patricii, aut illoq; qui equo meruiſſent filii poſtea uſi fuere. Lorum uero erat inſigne libertoq; plebeioq; & paupertũ. Proprius uero eſt, qd fedære icto cum Sabinis & Tacio, cautum fuit, ut bulla, prætextaq; peas tempeſtates Sabinoq; ornatu, raptaq; filii uterent. Fuitq; antiqui moris, ut parẽtes bonis exemplis artibuſq; honeſtiſſimis liberos educarent, plerũq; apud patruos, ne nimia parentum indulgentia laſciuirent. Maximaq; dabatur opera neqd inſolens aut pernicioſum, neue quicq̃ qd minus eſſet decoq;, coram infante, pater faceret, aut diceret, neue uir mali exempli q ſeruilibus uitiis imbueret aios, in conuictu eſſet, magni.n. intereſt quos q ſq; audiat domi, quibus cum loquatur puer. Quare Cato cenſor, tanti exempli fuit, ut Manliũ Senatu mouerit: qd interdiu pãte filia, uxorem ſuauiaſſet: aſſerens nunq̃ niſi cum tonaret: a ſua complexum. Et Hieron Epicarmũ comicũ mulctaſſe & pena affeciſſe dicitur, qd coram filia laſciuos edidiſſet uerſus. Tũ ut ſocii cõſilioq;, magiſtriq; & comites puero ꝓbatiſſimi darẽtur, qui acuerẽt iuuentutem ad ſtudia & bonas artes. Nam prauis impulſoribus multos degeneraſſe comptum eſt. Quod ẽt a græcis ſũmo ſtudio ſeruatũ meminimus, ut dũ puerilis ætas prona eſſet ad uitia: magiſtros adhiberent probatiſſimos magnæ & expertæ uirtutis, quorum conuictu domeſticis diſciplinis exemplisq; formarentur. Sic Achilles Chirona & phenicem. Agamenon Neſtorẽ: Hector Polidamãta: Themelacus Menelaũ: Alexãder Ariſtotelẽ, Antigonus Zenonẽ: atq; alii uitæ magiſtros habuere nõ penitẽdos. Sicut Auguſtus Apollodoq; pgamenũ: Tiberius theodoq; gadareũ: Hõerus ꝓgnopidẽ. Virg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Silonem. Cicero Diodoꝝ, qui illos egregiis artibus instructos ad bonā frugem prouexere, quorum doctrina, integritate & fide magni postea uiri euaserē. Primus. n. Carbilius proditur qui iuuētuti Romæ ludum aperuit eius carbilii libertus qui uxorem repudiauit primus. Cato uero censorius tam sancte filium edocuit ut non alium quæsiuerit magistrum. Sed seipsum quia pater erat, filiis exhibuerit præceptorem. Augustus quoq; Octauius. Caium & Lucium quos sibi filios ascíuerat, non alterius, sed sua ipsius doctrina imbuit, itaq; litteras & natare, illos scientissime docuit. Vtq; in ludum litterarium, non solum ingenui pueri. Sed & uirgines nondum adultæ, litteris & bonis disciplinis formandæ uentitarent. Eligebaturq; aliqua matrona insignis spectatæ uirtutis toto generi propinqua, aut uir grauissimæ disciplinæ cuius sanctitate & moribus, tota familia & infantilis cognatio, bonarum artium cupiēs imbueretur. Apud eumq; in domo honestissima hetruscas primum litteras mox græcas, & haud multo post circūscriptas sententias, quas Chrias græci uocant edisc̄ebant. Deinde studia liberalia & animi cultum, a quibus siqd esset offensum, prætextati anguillaꝝ tergore, pueri ferula, a parentibus uero leuioribus flagris uel plagis, aut puerili uerbere plectebantur, quibus excitidisciplinis ad uirtutem uegetabāt aīos corporaq;. Quod apud Thurios & omnem fere græciam lege cauebatur, ut pueris cum primum adolescerent, magistros studioꝝ, doctos ætate & usu, in primo tyrocinio publica impensa præficerent. Vtq; plures unius curæ & disciplinæ mandarentur qui magister esset & comes, sicut de Tuscis & Massilienſibus traditur. Idem apud Hiberos Sertorius fecit, ut magistris scientissimis qui artes docerent liberales, ingenuosq; educarent, stipendium de publico daret. Alexander Macedo, multis milibus pueroꝝ ex perside magistros dedit, qui græca instituta, moresq; militaremq; disciplinam præciperēt. Quod de Vespasiano proditum est, ut græcis, latinisq; Rhetoribus annua centena daret. Traianus queq; adolescentes ad quinq; millia bonæ indolis, ex oī imperio selectos, publice ali, & parentis affectu paribus disciplinis eruditi curauit, ex præcepto Lycurgi qui ingenuis adolescentibus uirum preesse uoluit, peritum, ac uigilantem ex his qui sūmi eliguntur magistratus, quem Pedenomum nūcupauit. Persaꝝ uero pueri nō litteras quēadmodum consuetudo fert. Sed iustum ab iniquo secernere, & q̄pena improbus homo dignus, qui pace uel bello bonus/& quæ sit turpis & honesti distinctio in scholis ediscebant. Aegyptii Geometriam & Arithmeticam, puerum uero regium magicas artes edocebāt in primis: tanq̄ studia sanctiora. Ea. n. erat diuinoꝝ scientia qua imbui regum filios uoluere, qm̄ ad magnæ fortunæ cultum ingenia excitaret. Qui mos Persaꝝ regum frequēs fuit ut magicis artibus imbuerentur. Sparthanæ uero uirgines nōdum adultæ in discoꝝ iactu cursibus & palestra exercentur oēs nudæ quod studium a laconibus qui sūmi palestritæ fuerunt excolebatur in primis. Id qđ Plato non improbauit, censuitq; ut non modo puellæ. Sed & anus luctarentur cum uiris ut patientes laboꝝ facile res arduas subirent quoꝝ studio in posteꝝ adeo affecti sunt, ut Gymnasia & palestras quibus tota Græcia dedita erat, ita occupasse aīos tradant, ut pro fortibus militibus se bonos palestritas & Athletas dici potius exoptarint. Apud Pithagoreos discipuli licet disciplinis imbuantur bonis. Illis tñ annis quinq; obstinato silentio tacendum erat. Quippe primū rudimentum erat, tacere & meditari. Cretensium pueros cogebant magistri: in primis leges, mox deorum hymnos, atq; ægregia ducum facta modulatis uocibus mandare memoriæ. Apud Syginnos qui Persice uiuunt, quatrigas agitare, erat puellare studium. Nōdum. n. adulta uirgo, quatrigas flectere & circum agere magna facilitate callebat, quibus hoc erat priuilegio datum, ut quem uellet ex iuuentute in uirum deligere liceret. Tanta porro Romanæ uerecūdiæ obseruatio & moꝝ exempla fuere, ut nec pater cum filio pubere, nec Socer cum genero lauaret, nudosq; conspicere parentes ducerent nefas. Hoc tamen ad memoriam insigne est, qđ q̄uis pueri tam castigatæ disciplinæ forent ut oīs esset uita plena grauitatis. Calculum tñ edisc̄ere & computationibus dare operam in usu fuit Romæ nō improbando, tanq̄ inde redundaret ingenii ratio exactissima. In quo id fuit aīaduersum, solos Thraces ad quattuor usq; numerare didicisse. Græcos & Barbaros ad decem. Albani uero ultra centum computare non nouerunt. Mitumq; prodi Meletidem adeo uecordem fuisse ut uix toto ingenii captu ad quinq; numerare disceret. Veteres uero Romanoꝝ ultra centum millia numerare nesciuisse multi asseuerant. Tū psaltationis genera & motus Ionicos Romanam iuuentutem edisc̄ere, q̄nq; in usu fuisse. Siquidem Iones psallendi normam & molles psaltus primi inuenisse traduntur. Itaq; ingenuos pueros, etiam Senatoꝝ filios schola egressos ad ludum psaltatorium frequentes cōmeare: & cum crotalis, neruorumq; & Tibiaꝝ cantibus ad numerum certo motu psallere antiquæ disciplinæ fuit. Quod apud Græcos, Persas atq; Indos dignum laude & exquisitæ artis fuisse Homero teste probatur, qui inter cætera ludrica liberalia psaltationem ponit. Quippe psaltare habent persæ & equitare p̄cipuum. Lacedemonii queq; psaltationem tanq̄ ad bella utilem, ut gressu composito incederent, inter quotidianas disciplinas habuere. Et ut concinna fieret motio in congrediendis hostibus pueri nudi psaltare didicerunt. Quare Epaminundas, & psaltasse & tentasse dicitur probe, quas etiam per genera & modos distinxere. Vt podismus & Siphismus modus Comus & Tetracomus in hostium congressu fierent. Ascaliasmus uero Bacchо dicatus erat, ubi in theatro super utres obuntos uno pede psaltāt. Coliabrismus: phaliscus, Battriasmus, Stophilus, Apocinus, & Aposisis aliaq; psaltationū genera diuerso quæq; gestu & modo erāt

Universidad de Deusto
Biblioteca

in quotidiano magis usu frequentia. Ea tñ psaltatio nõ ubiq; & passim, sed in tempestiuo cõuiuio delitiarũ causa si qñ præstabatur laudi fuit. Quippe cantus & psaltatio Homero teste conuiuii appendices sunt, modesta tñ nõ impudens, qualis fuit Hippoclidis, qui apud Clisthenem futurum socerũ, dum intempestiue psaltat & gesticulatur illum desaltasse matrimonium Clisthenes dixit: Appius quoq; Claudius uir Triumphalis, & Gabinius. M. Cæcilius & Licinius Crassus optime psaltare, gloriæ duxerunt. Sicut fidibus sonare. Discebant. n. fidibus antiqui apud magistros & artifices. Nam Decius Sylla optime cantasse dicitur, & Cato Censorius simpliciter cantare, nõ seruile duxit opus. In tantumq; honoris culmen, apud ueteres musica ꝓcessit, ut illam sacris & publicis cerimoniis adhiberent. Cum in deorũ puluinaribus & æpulis magistratuũ fides præcinerent. Et apud Græcos iidem musici uates & sapientes erant. Apud quos post cenam circũferebatur lyra, quam cum recusasset Themistocles est indoctior habitus. Cymonq; & Epaminũdas qđ fidibus scirent antelati fuere. Canebant. n. ueteres ad Tybiam clarorũ uirorũ laudes & uirtutes. Tam & si principibus hoc fuerit probro datum. Quare uerbũ Philippi fertur in Alexãdrum, debere ipsum pudere, qđ tam pulchre caneret. Et Pyrrhus an Caphias uel Python melior musicus uideretur interrogatus. Poliperconta meliorem ducem respondisse fertur. Scipio tñ Aemilianus Romanæ iuuentuti qđ in ludam histrionum ingenui pueri uenirent & cũ Sambuco & psalterio canerent & psallerent & Cicero Gabinio Cõsulari studium psaltandi, ut probrum obiectauit. Domicianus quoq; in censura ciuem Romanum Senatu mouit qđ Choreis plus nimio indulgeret. Id qđ Aegyptiis seuera fuit lege inhibitum apud quos pueri nec palestræ uacant nec musicæ. Quod de Alcybiade proditur qui musicam tanq̃ ingenuo indignam odioꝑ sequtus fuit. Contra Pythagorei nam tanti musicam fecere ut excitarentur ad lyram, & quietem capturi sono inuitarẽtur. Inter puerilia uero rudimẽta. Hastilia iacere: ludem torquere, equm agitare, arma tractare. Romanæ iuuentutis peculiare fuit. Cur autem citius feminis serius uero masculis inderent nomina credo propterea uisum, quia feminas cito pubertatem assequi compertum est. Ideo ueteri lege cauetur, ut mulieres duodecimo, mares uero quartodecimo anno ætatis, pubertatem assequi censerentur, eo enim tempore iura publica masculis pubertatem definiere.

An inter Auguria Sternutamenta sint & offensiones pedum, & quæ illorum prædictio fuerit. Caput. XXVI.

Esse inter Auguria sternutamenta & offensiones pedum, in naturali historia Plinius notauit/quæ Symbola dicta sũt. Pleriq; cõtra Nam

Nam sternutamenta non facere auspicium censent. Sed cum captatis auguriis superueniunt, illa rata facere, siue boni prænuncia sint, siue mali. Qualiaq; prædicta, præuisaq; fuerant affirmare, & probare sermonis ueritatem, putauerunt. Homeri exemplo qui Penolopen malum procis futurum ab Vlyxe referente Telemachum facit sternutasse. Et Xenophonte ad milites concionãte. sub idem tempus sternutans quidam omen fecit felicissimum, ita ut totius dux militiæ crearetur. Themistocle uero ad aras sacrificãte: a dextra sternutans homo augurium fecit quo præcipui captiui imolarentur. Hippiæ quoq; dum sternutat excussus dens, magnum augurium fecit calamitatis futuræ. Inde apud ueteres incussa fuit religio in sternutamentis bonum omen & salutem precari, quod Tiberium Cæsarem mirifice exegisse dicunt, ut siquid infandi, diriq; imineat ea precatione & salute auertatur. Aristoteles aũt, qđ e capite hois tanq̃ ex arce ducunt originem, quæ pars diuina & sanctior homini est, propterea prodeuntem inde spiritum, tanq̃ signum augurale & diuinum numen, nos uenerari decere censuit. Ea quidem apud eos qui ista peruestigare adorti sunt, miræ obseruatiõis fuere. Nam si essent matutina nefanda ominari & rei inceptandæ irritos conatus facere. Si uero meridiana firmissimi auspicii esse, præcipue a dextris arbitrati sunt. Sæpe tñ symbolum ueritatis, & pognosticum liberationis facere ab insidiarum metu uoluere. Fuitq; aliaduersum inter æpulas medio accubitu, sternutamento reuocari ferculum. Si non postea gustetur aliquid, iter dira & certissimo exitio haberi. Sed tam & si de sternutamento uariata opinio sit. Offensiones tamen pedum infausti semper omnis fuisse ac portẽti & prodigii mali, uulgo proditum est. C. Gracchus qua die ciuili seditione oppressus fuit, domo egrediens ita pede limen offendit, ut non parua uis sanguinis efflueret. Neroni quoq; in expeditionem Alexandriam ꝓfecturo Lacinia surgenti adhesit. Crassi etiam filius cõtra Parthos prodituros in aciem, ita pedem offendit, ut humi prostratus concideret, quos omnes uehementi discrimine, & imani strage oppressos, atq; indignissimam fortunam expertos satis constat. Patentq; abunde exempla, quæ singula exequi longũ esset. Illud tamen annotare succurrit, adeo Romanos olim, in magnis/minimisq; rebus auspiciorum euentus, atq; omina obseruare solitos, ut ab inceptãdis, prosequendisq; negociis leui suspitione auguriorum uelut tristia portenderent & magna infortunia facerent, auocarentur. Nec modo auspicia, sed sacrificia, ludosq; solẽnes ita obseruarunt, ut ob minimas sæpe causas illos instauraret & reficerent. Sacrorum uero cerimonias tam sancte coluerunt/ut ex leui offensione idem sacrificium trigeties instauratum & denuo ac sæpius procuratum fuerit.

Quæ potestas proconsulis foret: qui ue erant procõsules, & an idem iuris qđ Consules haberent. Caput. XXVII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVoties instantibus curis mihi animus laxatus fuit, sæpe nu mero quæsiui quæ potestas proconsulis foret, illorum qui bus finito consulatu prorogatum esset imperium. Et dum quæro ab authoribus traditum. memoratūq; inueni. Q. d. ubi finito magistratu annuo non expediret Consulem pro uincia decedere. Illi ne sine honore esset, imperium sæpe p rogari ut eam prouinciam proconsul non ut consul administraret. Cōtinua bat, prorogabatq; illi Senatus imperium nōnunq; populus sine senatu ex au thoritate Tribunorum plebis. Nam si in decernenda prouincia Senatus auer saretur. Tribunus ad populum ferebat. Plebsq; sciebat, & ex scitu plebis & suffragatione populi proconsulatum decernebat. Idq; quod a populo scitum erat, ratum, firmum p manebat. His ergo a populo uel senatu prorogabatur sæpe imperium ad sex mēses, modo ad annum, aut donec debellati hostes uel reuocati a senatu forent, prout ex republica esse uidebatur. P. enī philo Cos. narratur primus, cui prorogatum imperium fuisset, & ex eo proconsulare of ficium, cæpit pro munere dari. Scipioni deinde Africano in Africam profecto ne finito Consulatu incōmodo reipublicæ, prouincia decederet. Imperium cō sulare donec debellatum esset propagatum fuit. Nonnunq; stantibus Consu libus, siqui in prouincia tumultus aut motus orirentur plurescq; puinciæ opor teret præesse: nouos proconsules Senatus nunc hildem, nunc aliis decretis p uinciis creauit, ipsisq; plerunq; legiones & exercitus cōmisit & mandauit, po teratq; non modo consuli, sed prætori proconsulare munus dari. Sicut exem plis pluribus extat. Sempronio. n. graccho, &. Q. Fabio Maximo Coss. cū Hānibal Italiam omni clade belli peruastasset. Claudius Marcellus ex præto re, procōsul designatus, uires Hānibalis multis preliis ita fregit & cōminuit, ut facile uinci posse documentum daret. Q uin & illud aiaduertsum est, eas dem legiones atq; exercitus quibus antea Coss. presuissent, ipsis proconsuli bus prorogato imperio demandari, uel nouos comparari contra repentinos motus, quibus hostibus obuiam ire, & magnis opibus rem gerere possent. Habebatq; proconsul proconsulatus insignia eadem quæ & consulatus. Nā & littores, fasces, secures, prætextam, curulemq; sellam in prouincia sibi decre tauelut Cos. retinebat, quibus insigniis pro imperii maiestate, proq; splendo re dignitatis cōspicuus erat. Nisi eam adiret prouinciam in qua Cos. præsens foret, aut e prouincia decedens Romam aduentaret. Tunc. n. finito honore sine imperio aut insigniis erat. Proconsuli. n. portam romæ ingresso minue batur honor, priuatusq; & sine imperio censebatur. Neq;. n. proconsulem habe re imperium ubi una esset Consul cōsentaneum erat, nisi pat illi imperium de legatum fuisset. Tunc. n. & consularia ornamenta & potestas utriq; erat par. Hoc tñ intererat, qd' proconsules aut pro prætores auspicia non habebant.

Quippe

Quippe inauspicati erant, cum Coss. Prætoresq; auspicia haberent maxima Si tamen Cos in prouinciam ueniret in qua proconsul degeret. Ipse sine lic toribus & fascibus Consuli obuiam ire & uelut priuatus equo descendere, & obsequium prebere debebat. Quod uero equatum imperium procōsuli una cum consule fuerit, pluribus patet exemplis. Nam & cum. T. Claudio Cos. qui Africam prouinciam sortitus erat. P. Cornelii Scipionis qui illam procon sul administrabat, equatum imperium fuit. Et cum Vrbs ab Hannibale ad motis hostiliter legionibus premeretur, metusq; de summa rerum esset. Q. Fuluium proconsulem capua profectum, ne ei minueretur imperium quod Vrbem iniisset, exequato cum consulibus imperio urbi presuisse legimus. In Vrbem tñ reuersus proconsul poterat absentibus consulibus eorum uices ge rere, urbi preesse. Senatum habere, comicia futuris cōsulibus indicere, & si in prouincia sibi decreta, quid triumpho dignum gesserat, etiam de uictis ho stibus triumphare. P. Philo proconsul & cui prorogatum imperium sæpe fu it. Græcis in campania debellatis qui rupto imperio desciuerant de Palepōli tanis simul & græcis triumphum egit. Et Seruilius proconsul de Cylicibus & Isauris qd' indomita ingenia debellasset, triumphasse fertur. Tam & si pro consulem non gerere magistratum legitimum, & ideo triumphare minime posse plericq; asseuerent. Fuit tamen aiaduersum, Proconsulem sine prouincia nōnunq; ut milites in officio haberet & obsequentes imperio, a Senatu crea tum exercitui præfuisse. Q ui etiam legatum & quæstorem quoq; consilio niti, quibusq; adiutoribus & ministris, tam in administranda prouincia q gerendo bello uti posset, sicut Cos. habebat. Illud etiam non preterierim. Pro consuli sex tantūmodo fascium insignia præire: apud nōnullos scriptis man datum fuisse. Licet alii duodecim fasces, littoresq; & eadem insignia honoq; proconsuli sicut Consuli apparere argumentis asseuerent. Quæ quidem insi gnia statim atq; urbem egressus est, proconsul accipit: contentiosam uero iu ridictionem nisi in decreta prouincia prouincia non exercet: uoluntariam aūt ubiq;. Quippe manumitti apud eos tam liberi q serui ubiq; possunt. Apud legatum uero proconsulis non possunt. Hoc tñ interest qd' proconsul in de creta, statutaq; sibi prouincia ius tantum dicit. Cos. uero etiam extra prouin ciam & ubiq; dicit. Quodq; ante successoris aduentum legatum dimittere non decebat proconsulem. Id. n. lege Iulia repetundaq; uetabatur. Fuitq; me moriæ proditum: non consulibus modo prorogato imperio ultra tempus si niti honoris proconsularem iuridictionem fuisse. Sed & Consulem designa tum, ante Consulatum proconsulare imperium gessisse. Siquidem Nero Cæ sar & alii designati Coss. ante initum honorem sæpe procōsulare imperium gessere. Et prætores pūra functi & quæstores post questuræ munus ex Se natus decreto prouinciæ prefuere ultra prescriptum, qui non prætores, aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæstores, sed propretores proquestoresq; dicti nominatiq; sunt. Eundemq; propretorem, & Consulis legatum fuisse simul. Questoremq; Consulis pro prætore prouinciæ prefuisse, ibiq; insignia prætoria, aut quæstoria habuisse multiplici exemplo probatum est. Illud quoq; admonitu nō inutile duxerim: quasdam prouincias proconsulares fuisse ad quas soli mittebatur proconsules. Quasdam consulares, nonnullas præsidiales, pleraſq; prætorias, quibus cō sules, prælides, prætoresq; prefecti erant. Nam Carthago proconsularis erat prouincia, Numidia, Lybia, & Asia, citra Taurum & Cyrenæ, consulares, Tripolis & utraq; Mauritana atq; a gyptus sub præsidibus fuere. Cyprus, Hyberia, Sardinia, Sicilia, Illiricus, Achaia, Creta, & Bithinia, pontiæ, Sardiniam & Corsicam, olim prætorias postea sub præsidibus fuisse cōperimus. Soli uero Massilienses & Nemausenses ab onere prouincialis præturæ ferun tur imunes. Cūq; omnis hispania in sex prouincias diuidatur, ex his Bethica & Lusitania consulares fuerunt, reliquæ sub præsidibus. Ea uero in quattuor conuentus diuisa fuit, in quibus dabantur iura. Gaditanum: Cordubensem, Actyscitanum: & Hispalensem. Lusitania uero in Emericensem: Pacensem: & Scalobitanum. Norici & Pannoni in quattuor prouincias: Valeriam: Suauiam: Dalmatiam & Mesiam: Cappadocia in decem præturas postea in Satrapias diuisa fuit. Harmoniæ magna pars in duodecim gubernationes. Chatramotitæ qui iuxta sinum Arabicum incolunt in quattuor nomades. Paphlagonia in Thetrarchias. Mysia in administrationes: Aegyptus in præfecturas & regiones: Syria in Thoparchias: Thracia in Stratageas: Troas in nouem principatus. Indi in sex quinterniones singulas præfecturas diuisere. Nōnulli in Satrapeas sicut Laodiceam. Alii in Ethnarchias: multi in tribus, plerique in classes aut Centurias partiti fuere. Gallia: Aquitania: & Britānia prouincia decem & octo numerantur: ad quas prælides mittebantur: quas Cæsar in prouinciæ formam redegit primus. Macedonia septem prouincias habuit: Totidem Illiricus: Thracia sex: Augustus Galliam & Aegyptum: Claudius Cappadociam: Cæsar Archelao uita functo maiorem Cappadociam Romanorū prouincias fecit. Proditur tamen Ciaxares primus Aliæ populos in prouincias distribuisse: & in suum quemq; ordinem distinxisse. Hastatos Sagittarios & equites. Nero Cæsar pontum Polemoniacum & Alpes Coctias Polemone rege uita functo prouincias fecit: & nationes alpium maritimas in ius latii transtulit. Fertur uero de Cappadocia mirum qđ cum liberi essent: libertatē a Romanis deprecati sunt: asserentes illam se ferre non posse: & sub regibus esse maluere. Vespasianus: Achaiam: Lyciam: Thraciam: Cyliciam: Comagenem: Rhodum: Bizantium: & Samum libertate adempta prouincias fecit. Traianus Daciam: Mesopothamiam: Assyriam: Arabiam: & Harmeniā. Fuitq; hæc dignitas apud Romanos in usu frequēs: maximiq; splēdoris. Donec temporis

temporis interuallo, post Hadrianum imperatorem & ordo & honor proconsularis desiere. Siquidem. M. Antoninus imperator, prouincias ex proconsulatibus. Consulares aut prætorias pro belli necessitate fecit, ipse uero Augustus paratas imperii prouincias & ab hostili tumultu ociosas. Populo Romano regendas dedit, sibiq; tumultuātes & operosas, aut hostium incursionibus inquietas desumpsit: ad quas modo proconsules presides aut præfectos cum imperio. Modo presidia & exercitus non nunq̄ legiones & auxilia destinauit. Tiberius quoq; Achaiam & macedoniam onera deprecantes, proconsulari imperio exemit, sibiq; illas regendas asciuit.

Licere uti Accusatiuo casu non nunq̄ in uerbis localibus, contra regulas Grāmaticorum. Caput XXVIII

ADhibitus sum in concilium, magisq̄ in Concilio, & in causam descendi potiusq̄ in causa dicitum frequentius, cum ornatius sepenumero uidemus, fuitq; hic sermo ueteribus, nō frequens modo sed concinnus & elegans. T. Liuius de Macedonico bello, Si exquo traiecimus in græciam ad hibitus essem in concilium. Idem. Si semel inquit in causam descenderit nihil integrum futurum sit: & alibi in euentum eius urbis positum, spernī ab uniuersa gente thessalorum aut timeri. Et rursus inquit cōciliū dedi. Et de macedonico octauo, in ædem Herculis signum ipsius dei positum & se iuges equi. Quē dicendi modum habuisse proprium & perpetuum ausim cōtendere. Quin etiam illud animaduertimus uerbis localibus per accusandi casum eundem frequenter usum. Contraq; Grāmaticas regulas nouo exemplo multa usurpasse ubi minime conuenire putaretur, quæ oratoria regula latinitatis procul abesse usa est: sed tamen recte & probabiliter dici, in eaq; magnum fuisse orationis ornatum cuiuis patere potest. Quippe de macedonico bello L. Cornelius Cos. inquit relicto ad exercitum claudio legato Romam uenit. Idem quæ pro calcidensibus ad euripi fretum dicta erāt. Cæsar commentario quinto. Allobroges inquit crebro ad Rhodanū dispositis præsidiis. Cicero ad Catonem cum ad Cibistra quinq; dies essem cōmoratus: & pleraq; quæ frequenti lectione obuia sunt, ex quibus satis exēplorum colligi potest. Cum in exercitu, in castris, in cibistris Grāmatici oēs dicēdū cōsentiēt. Quod tñ non inelegāter dici sepenumero uidemus. Nā præter euphonie sonū qui aptior conuēiētiorq; fuit. Cū prepositionē: ad, accusadi casui adiicimus, eius eā uim uirtutēq; aiaduertimus: ut prope locū rēlagi: certissima obseruatiōe designet, ut pxis mō authoritatibus cōfuz est. Qđ. n. Cæsar ad rhodanū dispositā p̄sidia hūit: aut Cicero ad cibistra fuit cōmoratus. ut qđ. T. linius ad exercitū dicit legatū

Universidad de Deusto
Biblioteca

reliquisse. Id signat, iuxta Rhodanum exercitum uel Cibistra, uel per Solæ cismi modum dici Grāmatici uolunt, & in primis Diomedes / ut cœlo descendere in terris. Aut quandam magis intentionem, acuim, & penitus atq; alte fuisse penetratum, in rem de qua agimus, exprimere cōtendimus, & rūe in præpositio, accusatiuo apposita expressius id significauit, ut superiore exordio & primis probatorum authoritatibus percensuimus. Huius rei, admonuit me liber obseruationum Grāmatici cuiuspiam quæ in manus meas uenere, in quibus ita scriptum legimus. In marmore incisæ sunt litteræ, in gēma, in lapide, in ligno, non in marmor gēmam lapidem uel lignum. Contra uero in es incisas lras dicimus non in ære. Cum longe secus contra istius Grāmatici opinionem crebro apud authores usurpatum inueniamus. Nam in lapide uel ligno, aut lapidem, uel lignum, & in ære uel in æs incisas litteras passim dici licere, plusculis exemplis apparet. Maioremq; uim per accusandi casum exprimi & penitus atq; alte fuisse penetratū demonstrari. Plinius Iunior ad Traianum. Quæ uos inquit patres conscripti, ne qua interciperet oblivio & in publica acta mitenda & incidenda in ære censuistis, Plinius item naturalis historiæ, quarto, & trigesimo, Vius inquit æris ad perpetuitatē monimētorum iampridem translatus est, tabulis æneis, in quibus publicæ constitutiones incidantur. Cicero quoq; actione sexta in uerrem. Id non modo tunc scripserunt inquit. Verum etiam in ære incisum nobis reliquerunt. Ex quibus apparet per accusandi, & auferendi casum. In marmor & in es, ac in marmore & ære, incisas esse litteras latine dici licere. Sed cum accusandi casum ponimus, uideri expressius atq; altius rem fixam designari. Cum uero ablatiuo utimur, leuiter & in superficie & non penetrari funditus significari.

Equester ordo quando primum ceptus fuit, quæq; ipsius ordinis potestas & officium atq; insignia tuerint. Caput. XXIX

REste & condigne quidam extimauerunt, cum duo ordines, plebeius scilicet & Senatorius Romæ a principio editi fuissent. Equestrem ordinem qui medium teneret locū. Postea adiici ceptum esse. Quibus purpura ut patriciis, & Senatoriis uti non licebat. Ius tamen annulorum aureorum quo insigni a plebe secernebantur, & medius ordo notabatur, publice tributum ferunt. Quod quidem ius, non equitibus modo tanq; bellicæ uirtutis insigne. Sed & Senatoribus & militiæ primoribus datū fuit. Is ūn ordo, & si Senatorio minor: magnæ tn amplitudinis: uigorisq;

habitus est. Quippe erat auctus amplissimis honoribus, & Senatorio pene par. Nam cum a principio originum electo Tarquinio & depulso metu regio in libertatem se urbs uendicasset. Brutus primus ex equestri ordine senatum suppleuit, trecentosq; delegit Senatores, quorum consilio & authoritate niterentur. Lapsis deinde temporibus. C. Gracchus Tiberii frater, & haud multo post Liuius Drusus Tribunus plebis, uberiori compendio eū aliquando ordinem cum Senatorio confundere decreuerunt. Vtq; plus dignitatis ferret, ut in Senatum uenire & sententiam dicere liceret, lege sacrata deinde plebiscito sanxerunt. Quibus etiam equitibus tributum est, ut tam & si a censoribus in Senatum allecti non essent. Pro eo tamen q magistratus & honores gesserant, in Senatum uenire, & suffragari, ac sententiæ ius habere possent, qui sunt pedarii appellati. Quin etiam equites supra Senatores extulerunt, & uelut, longe principes plerunq; antelati sunt. Neue iudicia quæ penes Senatores erant, illius tantum ordinis forent. Idem. M. Liuius, ut æqua parte penes Senatum & equestrem ordinem diuiderentur, legem promulgasse fertur, quæ diu sancta & incorrupta mansit, quæ res magnarum sæpe dissentionum & dimicationis perniciolæ causa, & seminarium fuit. Ipleq; decuriæ iudicum, quæ ex ordine equestri deligebantur mox pluribus discretæ nominibus fuere. Quippe alii Tribuni æris, alii selecti, nō nulli appellati sunt iudices, quibus postea nongenti additi ab omnibus secreti: quibus scita suffragiorum in comiciis custodire: negocium erat, qui tam & si iudicum non equitum nomina ferrent, ramen equestris fuisse ordinis, & inter equites adnumerari, haud dubium est. Nanq; & annulo ut equites utebantur, & eadem habebant honoris insignia hisdemq; fungebātur muneribus. Ad quas aliquem ex nouis ciuibus & cui haud multo tempore ciuitas data esset, admitti non decebat, quia nefas duxere ciuem nouicium inter equites adnumerari. Tam & si Hannibalis tempore, quo Italiam omni clade belli quassabat, Ius annulorum aureorum fuisse promiscui usus Plinius asseueret. Hic etiam ordo quandoq; diuisus in plures species fuit nominibus uariis, ex quibus qui ampliori prærogatiua illustres erant petræ cognomentum tulere pleriq; Fabiani. Aliq; alio nomine censi. Deniq; Nero Cæsar ordinem Augustanorum equitum instituit primus, reliquis per eum ordinibus offensis, & fere destitutis. Quoq; plus dignitatis ferrent seruatū est, ue multæ prouinciæ per solos equites Romanos præsidū loco regerent. Nā & Cappadociæ & Aegypto & aliis pluribus diu eqtes Romani pfuere. Inter quas ægyptus hoc ppriū tulit & peculiare, ut ad eā nemo Senatorii, sed equestris tm ordinis præles accederet, quoꝫ decreta Diuus Augustus pinde haberi iussit, ac si Romæ magistratus aut reges, Cōsules, ptorelue, illa cēsuissent. Cūq; Impatores ius ppīo diceret: fuit cōstitutū: ut eqtes cū Senatoribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

una diiudicandis cauſis conſilio adeſſent, ita ut eorum arbitratu iura & controuerſias diffinirent. Tantiq; ſplendoris fuere/ut præfecturam prætorii amplißimum munus continua ſerie ad Titum uſq; ab ordine equeſtri adminiſtratam legamus. Quin etiam res Cæſarum & negocia procurare, iam diu equeſtris nobilitas cẽſebatur. Et cum defluxis moribus equites Romani magno abuſu/Pantomimis aggregarentur, illorumq; latera cingerent. Tiberius Cæſar equeſtrem ſplendorem illorum contagio pollui arbitratus, nec equites Romani prodeuntes eorum latera tegerent, edicto uetuit. Tam & ſi legamus Auguſti tempore equites Romanos ad Scenicas operas prodiiſſe, & Neronem equiaes ut operas harenæ promitterent, premiis, doniſq; adegiſſe. Contra uero Caligulam. Nam equeſtrem ordinem, ut Scenæ deuotum aſſidue proſcidit, & conuiciis affecit. Cæpitq; mox in Senatus conſultis poſt Populum Romanum equeſter ordo adiici, ita ut Senatus populuſq; Romanus & equeſter ordo publica decreta, edictaq; teſtarẽtur. Ecq; dignationis ordo proceſſit, ut Mecenas equeſtri gradu uelut, ampliſſimo faſtigio contentus, ad Senatorium tranſire non curarit. Cui poſtea ſequti Cæſares laticlauum, diſtinctum tamen a Senatorio uelut honoris ornamentum tradidere. Cautumq; fuit, nequis huic ordini aſciſceretur, neue ius annulorũ aureorum daretur, niſi ipſe ingenuus pater & auus ingenui forent, cuiq; ſex tertia quadringenta quod peculium equeſtre habitum eſt, cenſus fuiſſet, qđ etiam Tiberii edicto cauebatur. Fuere qui crederent, auri ornamenta feminis, medium quandoq; ordinem feciſſe. Stolataſq; a plebeis diuiſſe, ut ſicut Annulus equitibus, ita auri cultus feminis medium ordinem deſignaret. Apud Romanos uero flos ordinis equeſtris. Fabius Rutilianus interna tißimos fuiſſe proditur, qui magiſter equitum cum Papirio curſore aduerſus Samnites militauit. Quo tempore, perpetuo Senatus conſulto cautum fuit ne cui pater, auus, aut maritus, eques Romanus fuiſſet, queſtum ſui corporis faceret, aut indignis artibus ſe pollueret. Et tam & ſi Publicani antea huic ordini aſciti eſſent. Siquidem principes equeſtris ordinis olim publicani fuere. Floſq; equitum Romanorum publicanorum ordine cõtinebatur. Poſtea deprauatis moribus, paulatim Mancipes & Scribæ pro concione, ab Imperatoribus uelut præcipuo munere, aureis annulis donari cepere. Deinde libertinos hoc iure donari, & ordini aduocari, ceptum. Fuere.n. mancipes qui prærogatiuam inter publicanos habebant. Qui uero uectigalia redimebat publicani dicti. Demum uiliſſima mancipia ſeruitute exempta, in hunc ordinem aſciſcere, & equeſtri dignitate, ac ptoriis ornamẽtis honeſtare uſus inualuit. In qua re ſeruatum eſt ut ſublatis exploſiſq; ueteribus noibus, quos ad equeſtrem ſplendorẽ aduocabant, ingenuoꝝ ueterumq; Romanoꝝ noibus nuncuparẽt, ne quid nota nominis obſoleti, collato honori efficeret. Apud

Chalcidenſes uero tãta ratio peculii habita eſt, ut qui eſſent locupletes, equitum nomina ferrent. Cretenſes quoq; equitũ ordinẽ & uetuſtate & dignitate longe præcipuum & magno precio habuere. Acheis equeſter honor, uelut præcipuo ſemper munere præcelluit. Sicut Germanis qui Batali dicunt. Et Capuæ equitibus plerunq; eſt honos habitus, quibus ciuitas data eſt, quod bello latino a Romanis non deſciuiſſent. Maximæ urro celebritatis apud Gaditanos hic ordo fuiſſe traditur. Siquidem uno cenſu quingenti Gaditani bello egregii, huius ordinis cenſi traduntur. Qui etiam numerus in equeſtri dignitate pataui fuiſſe proditus eſt. Illud tamen præcipiendum nõ negauerim, non cuicunq; militi annulos aureos paſſim deferre licuiſſe, quia niſi ex primoribus militum aut re magna & extimatione forẽt. Aut præfectus, Centurio, Decurio, aut tribunus, exercitui præeſſent, Vel a principe, aut prætore aureo annulo donati fuiſſent, illis impune uti nõ licebat. Ferreo enim militibus paſſim uti permittitur. Quem morem Perſæ uſurparunt, quibus neq; aurum Zonamue, aut monile, neq; annulum niſi Regis munere collatum deferre licet. Poſt temporum uero interualla non modo annuli aurei. Sed diuerſi generis munera uelut ampla præcia militibus dari cepere. Quippe Aureliánus Imperator Gregariis militibus ut per omne tempus militie, fibulas haberent aureas priuilegium dedit. Seuerus ultra aureos annulos etiam do meſticas concubinas largitus fuit, quibus delinimentis militum animos emolliuit, & eneruauit. Apud Macedones Chlamys & Apex aureus munera regia fuere. Sertorius pictas Chlamydes militi dona impartiuit. Alexander Macedo uſum Perſicæ ſtolæ. Vetuſto tamen more in Romanis legionibus ſolis Tribunis aureas fibulas habere. Gregario uero aut manipulari, baltheos aut phaleras argento decoras ferre permittitur. Ferturq; Iulius Cæſar, milites tam cultos habuiſſe, ut etiam auro & argento politis armis ornaret. Tam & ſi Brutus in Philippis Tribunis fibulas aureas, ut probrũ obiectauit. Non ſic Sparthacus, qui dum contra Romanos molitur arma omnem auri, argentiq; uſum militi interdixit. Præ cæteris Fabritius cenſor tantæ abſtinentiæ, & tam caſtigatæ diſciplínæ fuit, ut ſummos duces plusq; pateram & Salinum ex argento in caſtris habere edicto inhibuerit. Contra uero de Antiocho proditum eſt, qui tam prodigæ luxuriæ exercitum duxit ut præter frena & monilia. Phaleras, & armillas, atq; Ephippias, Galeas, & arma, etiam clauos aureos crepidis ſubiectos, & argentea uaſa ad ſpurciſſimos uſus, reliquamq; ſuppellectilem ex argento, auroq; intertextam, militibus ferre permiſerit.

Quid ſit charta Opiſthographa apud iureconſultos, de qua Vlpianus mẽtionem fecit, & quot chartaꝝ genera fuerint. Caput. XXX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVidam inter cauſidicos patronus diſertiſſimus & in litteris non poſtremi nominis adiuit me, atq; alterum cum quo in foro deambulabam iuris peritum non paruæ extimationis uirum, natura triſti admodum & recondita, cuius nomen libens prætereo, nequem uidear inceſſere, & petiit ab eo edoceri, quid ſibi uellet Vlpianus de bonoꝝ poſſeſſione ſm tabulas, ubi inquit chartæ appellationem etiam ad neuam chartaꝫ referri & adeleticiam, proinde ſi in opiſthographo, quiſpiam teſtatus ſit, poſſe hinc peti bonorum poſſeſſionem. Quid eſſet Opiſthographum ſignificari ſibi poſtulabat. Cūq; ille reſpondere cunctaretur. & incertus aio fluctuaret, putare ſe nihilominus dixit, ex interpretis authoritate. Opiſthographam dici chartam: in qua deſcriptæ impenſæ ad calculos referuntur una cum tributis & debitis: afferens quāndam uerbi deriuationem deridiculam, & alia nugalia quæ cū ſint perſpicuæ fallitatis referre non neceſſe habeo. Nec multo poſt quæſtione deſita, cum ad alios ſermones diuertiſſet, quaſi tacita confeſſione uictus, non ſine pudore digreſſus eſt. Quo digreſſo quid ego ſentirē de Opiſthographo petiit a me ille ſerio explanari. Dixi ego ſatis liquere uerbi originem e græco deductam, & quantum aſſequi poteram Opiſthographam dici chartam quæ utraq; facie & diuerſo latere ſcripturæ admouebatur, hoc eſt intus, & a tergo: quæ plerūq; nō ſpecie libelli erat, ſed uoluminis inſtar torquebatur, quo more priſci ſcripta edidiſſe feruntur, deductum nomen ab ὀπίσω ὄπιθεν. quod poſt & retro ſignificat καὶ γραφὴ quod eſt ſcriptura. Qui igitur tam a facie q̄ a tergo ſcripta exarabāt, in opiſthographo ſcripſiſſe ferebantur. Plinius iunior: ele ctoꝝ cōmentarios centum ſexaginta mihi reliquit opiſthographos, hoc eſt etiam a tergo ſcriptos, unde morbum opiſtothonicum dici uolunt illorum qui ceruicem retro flexam habuere. Sicut Opiſthocomæ, qui comas retro ferre conſueuere, qualis Hectoris coma dicit fuiſſe. Fuere. n. apud ueteres chartaꝫ diuerſa genera. Nam & ſingrapha & opiſthographa edebantur ſcripta. Singrapha. n. uno, Opiſthographa utroq; exarātur latere. Quod uero teſtatoris manu ſcriptum erat, Holographum qđ priuatim Chirographū. Qđ aūt quiſq; ſua manu ſcripſit Autographum. Præter quæ fuit Hieraticha ex bibblo in ægypto frequens ſacris tantum uoluminibus dicata. Hæ fuere a principio ex cortice platani, fraxini, aceris, populi albæ. Item fagi & ulmi: aut ſicut Vlpianus cenſuit, ex tilia, philira, & papyro. Liber. n. interior pars eſt corticis quæ ligno coeret, in quo ante uſum chartaꝫ exarabantur ſcripta, uel in palmarum foliis ut Plinius notat. Fuitq; antiquiſſimi moris, publica monimēta plumbeis uoluminibus. Priuata aūt lintheis deſcribi, in quibus nonnunq̄ publica. In Papyro aūt perraro publica frequentius priuata edebantur. Is. n. in paluſtribus ægypti frequens erat, qui intextus, farina glutinabatur. Erant

guoq; tabellæ cera illitæ in quibus monimenta litteris nonnunq̄ mandari ſolitus aliquando duplices plerunq; triplices, aut quincuplices colore diuerſæ. Nam & luteæ erant, uitides, croceæ, purpureæ. In triplicibus epiſtolas. In quincuplici honores & magiſtratus. In duplicibus, ſiquid eſſet arcanum & ſubticendum, interioreſq; animi notas magis adnotabant. Philiram uero corticem eſſe Tiliæ græci aſſeuerant, in qua notas uerboꝝ & ſenſa, mandari litteris ſæpe proditum eſt. Poſt quas chartæ ædinæ quas pgamenas uocant fuere, Pergami urbe troadis primum inuentæ, ubi cum Attalus, & Eumenes imperitarent, nobilem illam omnium ſermone celebratam bibliothecam conquiſitis undiq; exemplaribus edinis chartis conſtruxiſſe feruntur. Nāq; aliam Ptolemeus Philadelphus plus ducentoꝝ millium uoluminum in Alexandria diſpoſuit. Quam. M. Antonium Cleopatræ largitum fuiſſe. Nonnulli ad primum duraſſe bellum cum Auguſto, aſſeuerant, quæ mox incendio abſumpta fuit. Romæ aūt Aſinius Pollio uatum libris conſeruandis bibliothecā dicauit primus. In qua. M. Varronis imaginem adhuc uiuētis, pro cumulo magnæ gloriæ poſuiſſe fertur. Sicut Victorino ob doctrinæ magnitudinem uiuenti, ſtatuam populus in foro poſuit. Apud Athenas Pyſiſtratus illius exemplo bibliothecam fecit. Meminitq; Herodotus, priſca conſuetudine, hedinas pelles, biblos nuncupaſſe ueteres, q̄ aliquando biblorum inopia eiuſmodi pelles ſcripturæ admouerent. Bragmanes litteras non ceris, neclibris, ſed in ſindonibus fullatis coloribus effinxere. Babylonii uero coctilibus Laterculis mores, leges, atq; inſtituta tradidere. Quare Cleantes quod a Zenone audierat, in tegula oſſe adnotauit. Phenices animaliū figuras litteraꝝ loco inſcalpebant lapidibus: ab his. n. profectus Cadmus litteras græciæ intulit, quæ ædē māſere ſempr: & cum litteris ſermo: licet pelalgica lingua ſæpe mutata & abſciſſa fuerit. Sicut Aſſyriis Rhadamantus: Aegyptiis Mennon & Anubis: Phrygibus Hercules. Latinis uero Carmenta & Pelaſgi: aut ab Corinthio Demaratho profecti. Vel ut putant alii Symonides & Beroſus primos characteres ædidere. Quauis Aegyptios per animalium figuras primum ſenſus mentis effinxiſſe, & antiquiſſima monimenta mandaſſe litteris, nonnulli ferant. Alii Aſſyrios qui notas litteraꝝ docuerint: arbitrantur primos. Nonnulli lonum Characteres a primis originibus æditos omnis uetuſtatis nuncios fuiſſe putant. Sicut pherecidem Syrum proſam orationem inueniſſe. Proditūq; memoriæ eſt Aegyptios litteras habuiſſe uſitatiſſimas quas ſinguli diſcūt: quas uero dicunt ſacras interiores & reconditas, ſoli ſacerdotes norunt a parētibus traditas, qui etiam ex omni æternitate reꝝ geſtaꝝ ſenſa effinxere. Atq; æthiopes perplexo ſcripturæ genere uſos: ut non ex lateribus digeſtis ordinibus ut mos cōmunis habet. Sed a ſūmo ad imum litteraꝝ ductus exararent qđ Tæpocon græci appellant qui cum ſeptem Characteres habeant. Illorum ſinguli

Universidad de Deusto
Biblioteca

quattuor recipiunt significatus. Atq; ægyptios a dextra in sinistra contra grę corum morem ductus disponere. Atq; Indos absq; usu litterarę ois ævi res gestas & memoratu dignas, Pythagorico more, memoriæ tenuisse. Illasq; a parentibus traditas per manus posteris dedisse, qui tamen haud multo post in syndonibus scribere inceptarunt, totasq; paginas monimentis rerum gestarum impleuerunt. Fuitq; apud Carthaginenses uetus constitutum, neqs græcas litteras aut Idioma ediscere, cum arcana illorum consilia & abditos sensus linguæ comertio & per occulta colloquia Dionysio prodita intelligerent. Romanis quoq; per signa, ac paruas, breuesq; notas, multarę litterarę sensa colligere per notarios usus inualuit. Adeo ut quis citato sermone æditas in foro orationes per notas facile actuarii exciperent, ac sensa & uerba intelligerent. Q uin etiam Romani principes lectores apud se habebāt, quos ἀναγνώστας dixere, cum ipsi occupati lectioni uacare nō ualerent, qui etiaz usum latini sermonis nonnullis coloniis pro munere impartiuerunt. Q uippe Cumanis a populo Ro. tributum fuit ut publice latine loqui liceret, utq; præconibus latine uendendi, auctionandiq; facultas foret. Rursus quæsiuit sibi explanari qui esset Cilarius, de quo apud Vlpianū & legum peritos frequēs mentio fit. Dixi ego Ciliarium dici qui uehiculum duceret & quasi aurigaret. Cisium. n. uehiculi genus esse aperte liquet. Cicero in Antonium secūda Philippica. Inde cisio celeriter ad urbem uenit, capite inuoluto. Et. n. uehiculorum curruumq; diuersa fuisse genera non una facie apud authores legimus. Nam & Essedum, & Petoritum, Cisium, Carruca, Carpentum, Pilentum, Arcena, Plaustrum, Rheda, & Sarracum, Epiredium quod barbarum est. Carori, Conuinus & Arcirina. Licet diuersi generis, omnes tamen, uehiculorę numero fuere. Petoritum. n. gallicum fuit, rotarum quatuor. Pilentum ueneti coloris, quo matronæ uectabantur castæ, quas postea basternas dixere. Conuinus Britannorum, essęda Aelgarum, Thensa Deorę ex argento, Carrucæ Germanorum & Gallorum. Arcera infirmorum, erat enim plaustrum tectum undiq;. Eas quidem Carrucas etiam in Italia frequentes fuisse comperimus. Q uippe Nero Cæsar, nunq; minus mille carrucis, iter fecisse proditur, longo semper agmine impedimentorum, incedente. Censuitq; iure censultus titulo locati: qd si Ciliarius: dum præterire contendit cæteros. Cisium euertit, & seruum quassauit uel occidit, culpa non liberari. Sed in cum ex locato ius dari & agi licere.

Solere magnos successus ex infima fortuna, & futuras calamitates plerūq; signis præmonstrari. Caput. XXXI.

VT omnis antiquitas fabulosa est, his qui in magnis discriminibus positi: admirabiles

siti admirabiles exitus habuere, aut ex inopi calamitosaq; fortuna. Regium fastigium & imperia quæsiuere, quo res admirabilior uideretur cōmenta miraculi non semel affinxit, ut qui ex grauibus periculis postea erepti forent, maiestate & cura numinum non casu aut fortuna seruati uiderentur. Romulum & Remum ex Rhea Syluia & Marte genitos, cum exponi in profluētem Amulius iussisset, a lupa distentis uberibus alitos: plericq; omnes tradiderunt. Q d cōmentum fabulæ. ab exteris nostri mutuati sunt. Nā Cyro Persarum Regi, cuius late imperium ualuit, cum ab Astiage expositus & pulsus infans foret: canem ubera prebentem, illumq; a feris defendentem Pastor gregis inuenisse traditur / quæ res futuram ipsius magnitudinem haud dubiæ, portēdere uisa est. Nec uana prædictio fuit. Q uippe quirerum gestarum magnitudine paruo imperii spacio, omnes reges antecesserit. Hieronem Syracusanum qd ex ancilla æditus fuerat, in syluis expositum apes congesto in os melle aliquandiu aluere, qui mox omnes asperitates superuadens tantum ingento & uirtute ualuit, ut ob multa rei militaris facinora, regnum Syracusis, & omnia ornamenta uirtutum, paulopost assequtus sit. Hic est. n. ille Hiero, qui præcipua & cōstanti fide rem Romanam iuuit: unoq; tenore amicus populi Romani & fidissimus cultor, perpetuo mansit. Pari exemplo traditur Semyramis circa Syriæ stagnum infans exposita, ab auibus diu alita & educata, magno pīsagio futuræ felicitatis, quæ mox sublata a pastoribus postq; uarios casus. Regia coniunx fieri, & late imperitare meruit. Midæ quoq; Regi phrygiæ cum obdormisceret. Formicæ quæ tritici grana in os congessere diuitias & opes īmodicas illi futuras euidentissimis ostentis adnotarūt. Habis Tartessiorum Rex, magnis difficultatibus infans agitatus, tandem inter feras a cerua alitus, & haud multo post laqueo captus, post subactas gentes & domitas/seuientes fortunæ minas experiri desiit, qui deinde regnum assequutus, documenta ægregii principis dedit. Summoq; iustitiæ temperamento illis gentibus præfuit. Q uod cōmentum de Thelepho Herculis filio, qui aui iussu in syluis expositus fuerat, ueteres prodidere. Sicut Peliam ab equa. Paridem ab ursa, Egistum a capra: nutritos: fabulati sunt. Adeo ex gravibus periculis ereptis: futuræ signa felicitatis: quandoq; fuere pnuncia. Rursus Sandrococto qui haud multo post Indorę rex fuit, cum Alexandro inuisus, infestusq; sæuiciam fugiens, peruastas solitudines curis & insonniis fatigatus languente corpore iaceret afflictus, soluisq; obdormisceret. Leo horribilis & pertimescendus sudorem dormienti detersit lingua: quod ostētum ex omni seuicia fortunæ: illum emersurum, & mox imperii pōpotentem designauit. Sicut Gordium dum conductis bobus agrum coleret: aues omnis generis circum uolātes, illum ex infima fortuna: ad summum honoris culmen processurum ostēderunt. Mitto Lysimachum & alios quos referre multum operæ esset: qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

seuientes fortunæ minas & miserabiles casus, ac uim fati, potestatemq; mira uirtute superarunt. Sed sicut post calamitates magnis præsagiis multi felices euentus sortiti fuere, ita ancipitem fortunam & infandas strages ac presens excidium ueluti magna sortis humanæ documenta, nonnullis præmonstrare fata uoluerunt. Quo tempore Cræsus Lydoꝝ rex, a Cyro subactus regno pulsus fuit, Semestris filius in crepundiis articulate loquutus fertur, magno ostento & perniciosio. Xerxe expeditionem in græciam parante: equa leporem enixa, & mula quæ incertæ naturæ partum edidit, cruenta bella stragesq;, & memorandum illud excidium, quæ postea præcipitantibus fatis secuta sunt: præmonstrarunt. Sagunti quoq; quo tpe Hānibalis excidium passa est, inter magna & assidua monstra, satis cōstat, infantem e matris utero pene ædito in ipsum matris aluum reuertisse. Quod prodigium, quali diuinatio futuri esset, tetertimum bellum & fatale excidium, ac iminens fatum quo ad internetionem funditus euersa est, haud dubie ostendit. Est quoq; in exemplis exciso panes Syllæ temporibus, manantis sanguinis guttas fudisse, canesq; & alia id genus animalia rugitu miserabili lugubres uoces dedisse, bellum ciuile & intestinas clades, tantumq; cædis ḡtum postea effusum est denotasse. Inter quæ ancilla quæ serpentem enixa est: martium portendisse bellum dicitur. Multaq; eiusmodi in medium afferri possent, ut taceam Tarquiniū aliosq; inumerabiles: ac mille portenta quibus maxima & cruenta bella, ac inuidentis fortunæ casus, euentusq; tristissimi uariis prodigiis, prædictionibusq; præscita fuere. Ita profecto est, ut quæ futura qñq; sunt, multis signis quasi multo ante præuisa monitu: impulsuq; dei declarentur. Et qđ fatis debetur, siue anceps malum & aliqua temporis atrocitas, siue certa spes & indubia salus futura sit, nobis portentis signisq; denuncietur: quibus fata iminentia & tempestates sedulo uitari possunt & caueri. Sed quod de Gordio legimus cui aues circūuolantes auspitium fecere. Id ni mirum Vitellio Principi exitio fuit. Nā Viēnæ pro tribunali sedenti, supra caput & humeros residēs gallinaceus tantumq; fœdarum auium supuolasse: ut tenebras pene afferrent, presens periculum & futuras calamitates quibus ad internetionem diis hominibusq; infensus redditus est: non ceca existimatione premonstrauit.

Pat exemplum Tarquinii superbi & Trasybuli Milesiorum Tyrāni ac Sexti Tarquinii & Zopiri Assyrii. Caput. XXXII.

QVod de Tarquinio Superbo scriptum legimus aliquando: q odio inexpiabili: diis hominibusq; infensus regno pulsus fuit: cum Gabios olim opprimere uellet dolis: quia nuncius filii dubiæ fidei uidebat: ne secreta sui consilii panderet. In hortos quibus

quibus deambulabat illum adduxisse. Et cum nihil responderet. summa papaueru capita, baculo decussisse, quo enygmate, quid uellet pater filius intelligeret. Idem de Trasybulo milesiorū Tyrāno, non mitioris perfidiæ scriptum accepimus, Cum cūm aperiandro corinthio, nūcio consultus foret, quid sibi agēdum putaret, ut omni suspicione procul, & metu uacuus imperaret, quasi linguis foret, nichil aliud retulisse fertur preter q̄ quod nuncio periandri haud exploratæ fidei uirum in segetem messi maturā adduxit/ lūmalq; frumenti arista. Baculo decussit, nullo uerbo reddito, eodem nūcio anxie prosequente & quid uellet periandro referri expectante. Quo facto intellexit lagacis uiri ingenii, ut si ciuibus dominari & Tyrānide potiri cuperet, principes ciuitatis & sūma capita rerū, quibuscūq; modis posset ē medio tolleret, tacitisq; ambagibus sublatis potentioribus illū regno potiturū depulso metu affirmauit. Atq; hic periander fuit q Tyrānos si diuitius dominari cuperēt, amore potius ciuium & caritate q̄ armis stiparentur monuit & suasit. Non enim parua dixit munimenta, beneficentiā & studia hominū ad perpetuitatē. Sed in hoc strathagemate, quod de sexto Tarquinio legitur, cuius fœda uicia & fœdiores libidines fuere, quod odio & diffidio patris simulato ob suorū mortū difficultatē superbūq; ac imodicū imperium, fugam fecisset. Gabiosq; infestam Tarquinio gētem peciisset ab illisq; exercitui prefectus fuisset, uno atq; altero prelio prospere rem egisset. Tunc demū credita sibi uniuersam rem gabinā, sublatis de medio primoribus patrū: haud difficulter nec magno certamine in manus tarquinii tradidisset. Haud absimile factum, sed pari exemplo eisdemq; conflictis dolis, rem gestam apud Persas inuenimus. Namq; Assirii cum a Dario deiecti essent, Babyloniamq; urbem prævalidam occupassent, difficilisq; expugnatio foret. In magna rerum difficultate Zopyrus quidam ex optimatibus, homo callidus & deterator, ex omni barbaria ad omne facinus perpetissimus, animo inuerecundo & astu barbarico, truncis auribus & naso/ lacero corpore, & facie deformata fœdum in modum, singulare genus fraudis cōmētus fuit. Quippe simulans se a Dario tam fœde cesum, cum illo oris dehonestamento, conspicuus foret. Assyrios & Babyloniam petit, asserens sibi nullum nisi apud Darii hostes receptum tutum putasse. Inde ab Assyriis benigne exceptū turmis equitum præfectum dicunt fuisse, uno atq; altero prælio contra Darium prospere rem gessisse, & cum ex composito uictor fuisset. Tunc postq̄ Dux totius militie cōstitutus fuit, uniuersum sibi creditum exercitum. Ipsamq; Babyloniam ualido præsidio munitam. In Darii manus haud multo negocio dedisse. Pysistratus quoq; memoratur callido astu & uafro ingenio: ut Athenarum dominio potiretur, lacero & deformato corpore, plurimis sibi illatis uulneribus & plagis, in forum prodisse, & clamore querulo, magnisq; fletis incensam multitudinē aduocasse, ea sibi uulnera ab inimicis illata palā

Universidad de Deusto
Biblioteca

uociferatus. Et cum custodes corporis manus iuuenum audacissimorum accepisset, Tyrannidem Athenis magno scelere & perfidia inuasisse, Neq; absimili exemplo Dyonisiū qui Syracusas flagitiosius occupauit, pari audacia & astu idem factitasse accepimus. Namq; dolosis consiliis se multorum insidiis appetiasse uetans: prope concionantis in modum per infimas obtestationes, apud populum peruicit, ut sexcentos circa latera armatos sumeret, quo agmine statu patus graui & superbo dominatu patriam occupauit. Adeo pernicioſis exemplis & uesana cupidine mouentur homines ut quod uirtute nequeunt callido astu & malo facinore assequātur. Proditur memoriæ iuuenis inter ceteros nō ignaui spiritus ex optimatibus quos aristodemus Tyrannis extortes fecerat hoc concilio usus ut patriam ab impotenti seruitute liberaret. Nam corpore plagis afflicto ut fides haberetur, ad Aristodemum uenit: & quos fidissimos habebat, exciut, illosq; in saltus inuios & inaccessos ubi dispositæ erant insidiæ adduxit, quibus debellatis & Tyranno occiso. Cumas seruili iugo liberauit. Sossis uero Syracusanus homo uersuti ingenii nouādi res occasionē nactus: cum similibus dolis sanguine fœdatus & ueste lacera lamentabili uoce contra Dionem multitudinem excitet, cōcilio parum celato, postq̄ dilcuit fraus, tāq̄ molitor nouarum rerum & uulgi turbator. Athenis iudicium subiit, & interfinæ fraudis penas luit.

ALEXANDRI. DE. ALEXANDRO IVRIS. PERITI. NEAPOLITANI GENIALIVM. DIERVM LIBER. TERTIVS

Quid dicatur idem apud Philosophos & quid idem: a Iure cōsultis discussum cum Hermolao in conuiuio familiari. Caput I.

HERMOLAVS Barbarus Amicus meus sum-
mus perq̄ fuit litteris homo ornatissimus bonisq; dis
ciplinis & ingenuis artibus excultus ac preter ingenii
amenitatē que plurima in homine fuit doctrina quo
q; curiosa & eleganti, ad eum quottidie dum Romæ
ageret, complures uiri bene litterati atq; in studiis do
ctrinarum Magistri, Sapientieq; doctores facundis
simi, exercendi animi causa frequentes uentitabāt. Ac
cipiebatq; singulos ille aut noua lectione authoris nō uulgaris, non nunq̄ que-
stiunculis ex Philosophia, minime procacibus & petulantibus, sed placidis &
ingeniosis, ac pro estimatu cuiusq; festiua quadam argucia animum lacessen-
tibus, ita ut ipsius cōsuetudine & sermone quottidiano semper, quisq; doctior
& lepidior fieret. forte uero, cum festa solēniq; die ad cenam ab eo inuitati, nō
nulli ex nostratibus boni adolescētes studia humanitatis professi, & nos una
transactis negociis conueniremus, Excepit nos ille, cenula admodum lauta &
frugi, non prodigis æpulis & paratu magno, sed parco breui & parabili cibo,
& ut tenui conuictu, ita summa uoluptate comitateq;, mutuos ipse sermones
mistos conuiualibus iocis in longum protrahebat, Cunq; intercenandum si
cut solebat in conuiuo familiari, Iuuenis quispiam letæ indolis & haud illitera-
tus, Thesei res gestas nuper e plutarcho in latinum uersas scite admodum
& uenuste lectitaret, quoq; pacto in Cretam delatus laberinei errores &

Universidad de Deusto
Biblioteca

minotauri monstra superarit reuersoq; ut Athenienses ob res fortiter gestas dies festos dedicarint, & alia permulta, ut ingenium facundiaq; eius fuit in extollendis uendicandisq; grecorum rebus pluſq̄ satis est profusi. Hoc quoq; legebat, nauim qua in Cretam Theseus delatus fuerat, ad demetrii phalerei tempora Athenis seruatam custoditi. Et quia longo euo absumpta materia fuit. Lignis antiquioribus detractis nouisq; cooptatis diu mansisse. Eaq; cum eadem Thesei nauis diceretur, apud philosophos, aliosq; Phisicæ studiosos, an eadem esset nauis an uero altera, ancipitem quæstionem incidisse: Cumq; hæc & pleraq; explutarcho in hanc sententiam ille legisset. Morosa inquit Hermolaus & quæ nichil habeat controuersiæ quæstio hæc inter Philosophos agitari cæpta fuit. Cui enim non explicatum est, ubi materia non eadem subest quæ prius erat, & si loco illius altera suffecta sit, mime eandem rem dici oportere: Constat enim nauim quæ demptis tabulatis & tignis. ex noua materia cooptata est, non eandem esse. Si quidem cum quid idem esse dico. Illud ita demum esse idem putandum est. Si nichil ei additum detractum ue sit: Nauis ergo quæ ueteri dempta & noua cooptata materia facta est, quia non eadem materia nunc est quæ olim fuit, eadem omnino dicenda non est: Cunq; me qui una aderam quid de istiusmodi re iudicii haberem potissime interrogaret. Respondi meminisse me in complurium Iurisconsultorum Libris secus longe atq; ipse censeret scriptum legisse, quos omnes cōtra sentire atq; isti opinioni aduersari haud dubium fuit. Namq; Alphenus iuris ciuilis & ueterum litterarum impense doctus, haud in merito existimauit, ubi iudicium coram uno pluribusue agitari ceptum fuit. Si illis fato pfunctis alii suffecti sint, idem iudicium censeri. Et populum eundem esse qui nunc est, & qui ab hinc centū annis fuit. Nauim quoq; quæ mutata ueteri materia noua suffecta est, non aliam sed eandem decere existimari: Quod si aliter dicimus, utiq; foret, ut nos qui immutamur quottidie iidem non essemus qui ab hinc anno fuissemus. Quin etiam si lōgius euagari libet, inueniemus ulpianum magna uirum authoritate, qui ob excellentem doctrinam. Aurelii Alexandri Imperatoris: Sacri scriniorum Magister fuit, & Ponpeiū pariter uiris scientem & peritum, literis prodidisse: Si grex mihi testamento legatus esset, isq; adeo immutatus est ut ne ouis quidem quæ scripti legati tempore fuit, hodie supersit. Sed omnis ex sobole posteanata suffectus sit, eundem gregem dici, atq; ideo legatum testamento deberi, quia cum quid loco alterius sufficitur, idem existimari haud dubium est: Atq; hoc inquam apud ueteres uiris peritos ita in confesso fuit ut exploratius nihil esse possit: Cunq; Hermolaus me fuisset intuitus, ueluti faceretur quod asserebam: Est inquit arbitror ut dicis, & si mihi hæc sententia oīno non prohibatur, cui prorsus non accedo: Et cū ista sit ueterū Iuris peritoꝝ opinio ut modo dixti, aliquid obniti non auderem si penitus uera foret: Nam

quod asseueras Vlpianum & iureconsultos sentire/facilis est & expedita distinctio, id quod asserunt censeri in casibus per te modo explicatis, nō tamen ut in omni re/omniq; negocio idem statuendum censeam. Nam si altius rem intueri uolumus, profecto referre arbitror, cum quid idem esse dicimus, an illud eiusdem substantiæ & formæ, an uero alterius dicamus. Formam uero a substantia abesse non ignoras, quas a uestris iureconsultis materiam & speciem appellari audio, quam Aristoteles Idos nuncupat. Plato Ideam. Non nulli materiam pleriq; causam & formam. Cum ergo aliquid idem esse dico: hoc apud Physicos ita receptum est, quod est uero propius, tunc demum, illud idem dici oportere, si eadem materia subest quæ prius fuit, & forma seu species immutata non est. Idq; posse internosci, qđ mutatio formæ uel substantiæ diuersam non eandem rem facit. Nauis ergo quæ tignis detractis ex alia materia cooptata est, & grex noua sobole suffectus, sic populus & alia hoc genus, quia materia seu mauis substantia non eadem est, quæ olim fuit, quippe quia illa dempta alia suffecta est. Licet forma uel species nauis, gregis, populi, eadem sublit: eandem rem non esse haud dubie efficit, cum diuersa materia uel forma dissimilem rem non eandem efficiat, alioqui dicendum foret, easdem nunc Athenas esse quæ quondam fuere, eandem Carthaginem, eandem deniq; Romam. Vrbes prævalidas olim & populos prepotētes, nunc ut uides ita incendiis & ruinis deformatas, uastas, & infrequētes, ut illarum uix memoria aut uestigium extet. Vestri uero iureconsulti rem aliter intuentes, licet materia rei mutata, si altera illius loco suffecta sit, dum modo eadem species maneat, eandem rem dici putant. Credo quia nihil efficit aut repugnat, quare illud, ex constitutione iuris, idem censeri non debeat. Et enim si in demortui loco suffectus est iudex, uel si testamento quispiam gregem legauit, seu quid aliud arbitrere, licet quod prius erat mutatum sit/& aliud illius loco suffectum, Quia non propterea mutata restantis uoluntas probatur, ex qua iuris constitutio pendet/eandem rem censeri proinde dubio facit. Vbi enim ratio legis inest, ibi idem esse iudicium bonum & equm est. Quod apud phisicos qui rem acutius intuentur/& magis hæc hæc ad uiuum resecant (cum sint rerum scientissimi & artium periti) non ita receptum est. Leges enim quod probabile est/quantumq; æquitas & ius suadet sequuntur. Phisici uero/quantum ueritas & ratio necessario conuincit efficiunt. Ex hoc igitur effici cogiq; potest/id de quo disceptabatur. Nauim quæ mutata ueteri materia ex altera cooptata est, quia non eadem substantia subest quæ pridem fuit. Licet uestri iurisconsulti aliter sentiant, tamen secundum physicas rationes, eandem non esse, nec censeri, quia mutata materia, uel substantia, diuersam ut dixi non eandem rem facit. Hæc Hermolaus admodum facundo ut erat ingenio, multaq; cum elegantia

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerborum, apud compluſculos qui aderamus, dum centulam nobis daret. Scite ſuctiliterq; diſſerebat.

Gentium diuerſarum mores in condendis, humandiſq; corporibus defunctorum, & qui Romanorum uſus fuerit. Caput. II.

ROmanos olim ab ortu Vrbis defuncta corpora humi cõdere, neq; cremare conſueuiſſe illud argumẽto eſt. Quod Nummæ Pompilii corpus in arca lapidea, poſt multa ſecula a Gn. Terentio in Ianiculo inuentum, uetuſtiſſimi authores tradunt. Poſtea cum longinquis bellis defunctos erui cognouiſſent, ut igni cremarentur decreto ſanxerunt. Primus ex patriciis Cornelius Sylla traditur, qui decedens igni ſe cremari uoluit, ueritus talionem. Nam ipſe corpus Marii & eruta oſſa ſubuertit, & in Anienem miſit. Inde manſit diu, defunctos cremandi conſuetudo, a qua ſequtis temporibus dum Antonini Cæſares imperitarent, deſitum fuit. Tunc. n. illo more abrogato denuo corpora humi condere cepere, ex inſtituto Thaletis qui cum omnia ex aquis conſtare dicat, defunctos terræ mandari iuſſit, ut humore diſſoluantur. Heraclytus uero igni tanq̃ ad originem ſuam reuertantur, quippe cum omnia ex igne conſtare diceret. Carthaginenſes uero cũ prius terra obruerent fato defunctos poſtea a Dario admoniti mutato conſilio igni tradidere. Apud Syros & Aegyptios condendi & nõ cremandi corpora, medicataq; cadauera aſſeruandi in loculis uetuſtum morem inualuiſſe accepimus. Condiebant enim cadauera Myrrha, Aloe, Cedro, Melle, Sale, Cera, Bitumine, & Reſina, odoribus & unguentis delibuta. Ex ſucco enim Cedri exanimum corpus ſeruari ſicut uiuentia corrumpi haud dubie perſpectum eſt. Sudore quoq; ligni Thedæ conciſæ & furnis adactæ apud coſdẽ mortuos delibutos ſeruari prodiderunt, ita lineamentis, integris ut uiui apparerent, quod ab exteris Regibus uſurpatum accepimus, ut eorum corpora non cremarent, ſed differta odoribus tumulo inferrent, aut humi conderent. In tãtumq; odores ad defunctos pertinere creditum eſt, ut q̃uis cremarentur: unguenta tamen & odores flãme iniicerent, Pithagorei non unguentis ſed foliis populi myrti & aloes ſtipati humi mandabantur, Sicut Marcato condi & humari uoluit. Lycurgum legimus, nihil cum mortuo ſepeliri mandaſſe. Sed puniceo amictu uelatum & oleæ fronde, circundatum terræ mandari uoluiſſe. Albanis pecuniam cum mortuis ſepelire in loculis mos erat. Taxilis, Bragmanis, & Iberis, uulturibus defuncta corpora obiicere. Barcheis quæ apud Colchos & Iberos gens eſt, agnatos morbo extinctos uelut ignauos & degeneres igni tradere, in bello aũt abſumptos tanq̃ fortes & ſtrenuos

obicere uulturibus. Parthi & Magi procul a noſtro orbe ſiti honeſtiſſimam ſepulturam uulgo auium aut canum laniatus putauere, nudaq; tantum oſſa quæ ſupererant terræ mandare aſſuerant. Sicut apud Hircanos quoq; horrida & inculta uita eſt, aliaſq; gentes indomitas, canes pro ſepulchro fuere qui ſepulchrales dicti. Hos affluẽti cibo nutriebãt, & ſuos quiſq; canes parabat ĩ uita, a q̃bus mortuus laceraretur, atq; hoc eximium & ſolẽne putabat funus. Perlæ tato defunctos cera circũlitos ut maxĩe diuturni eſſent domi cõdebant. Aſſyrii in melle. Regũ uero in paludibus. Humi uero tradere, aut igne cremare capitale fuit. Eſſedonũ traditur mos ut parẽtum funera cantibus ꝓſequant: mox cætibus ꝓpinquoq; aduocatis, qd dictu: audituq; fœdum eſt. ipſis cadaueribus, in miſtis ouillis carnibus ueſcant. Id qd ab Indis & Maſſagetis uſurpatum ferunt, quoq; prodigioſa, ĩmaniſq; natura eſt. Nam ſenio confectos infruſta cedere, illorumq; carnibus ĩmiſtis pecudibus ueſci aſſueuere. Id quoq; apud Derbices Perſicam gẽtem & cum Hibernis efferatis hoibus cõmune fuit, ut parentes & affines qui ſuccubuere, comeſſe pietatis maximæq; honeſtatis munus putarent, qd Chriſippus philoſophus probauit, & ĩris ꝓdere nõ dubitauit. Fuitq; proditum eoſdem Derbices in more habuiſſe, uiros certam progreſſos ætatem, more hoſtiaq; ĩmolare ad aras, mulieres uero ſeneſcentes prætocare. Tradunt Hiperboreos illos pentiſſimos qui in extimo orbis tractu ſiti ſunt, hoĩes rigẽtis barbariæ & oĩ humano generi inſociales: eos q lõgo æuo uixerũt, poſt æpulas & familiare cõuiuiũ ſertis redimitos, ex rupe abrupta, in mare dare præcipites, quæ lex in Coho inſula ad helleſpontum fuiſſe traditur, ut ſupra lexaginta annos nati aconito uitam finire cogantur, ne ipſi deſides & ignaui fortium uirorum cibaria aſſumerent, locumq; & partes aliorum occuparent. Quod de Caſpiis quoq; memoriæ proditum eſt. Nam filii parentes ſeptuagenarios domi clauſos, aut in loca inculta & deſerta, intimaſq; ſolitudines expoſitos, uel fame enectos ſiti & inopia cõficere, celebre funus putarunt. In Scythia gens eſt, quæ parentum cadauera inter niues & glaciem truncis affixa arboribus detineant, illa terræ mandare: pro ſcelere, proq; flagitio arbitrati. In Phrygia mortuos ſacerdotes: non defodiunt, ſed ſuper lapidibus decem cubitis erectos, ſublimes conſtituunt. Sicut Naſamones, qui ſedentes mortuos ſtatuebant. Thraces quoq; fama eſt & Indos ætate cõfectos: illos præcipue, quibus ſtudium ſapientiæ fuit, incenſis rogis mortem oppetere, & ſine aliquo funerum apparatu/lætos ſe in flammas iniicere, non refugere, nec formidare. Alios inibi homines in alio tractu orbis intonſos, & ĩcultos ultra Arabes, & Aethiopes: parẽtes & ſibi cõiunctiſſimos ĩ litteribus: ita ut fluctibus optant ſepelire. Ipſoq; Aethiopes ad certos ãnos uitã ꝓducere q̃exacta, diuerſo q̃q; fungat fato, exaiaq; corpa, uel ĩ flumẽ deiicere, uel uitro optata ut ĩtegra ſpectẽt, & poſteris ſpectaculo ſint aſſeruare. Pecnes ĩ ſtagnis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ichthyophagi in mare defuntos abiiciunt. Troglodítæ Paliuri uirgis mortuí ceruicem cum pedibus alligantes efferunr. Deinde cadaueri lapides aggerẽtes cornu capræ mibi ridentes apponunt, hoc pro exequiali pompa, proq; funere exiſtimãtes. Quod a Gymneſiarum incolis uſurpatũ legimus ut inciſa & deſecta cadauera in urnam imponant, deſuperq; ingentia ſaxa accumulent. Arabum uero mos proditus eſt, ut Regum & ſummorum ducum elata cadauera in loca tetra & inculta ſtercore obruant, ac ceno & ſimo aggeſta terræ impoſnant. Panebii ſi quando rex moritur corpus quidem defodiunt, caput quidem auratum in templo auguſtiſſimo cõſecrant dicantq;. Sicut Saitanis, Reges qui imperitarunt intra ſepta templi ſepelire aſſuetum erat, hoc ſepulturæ genus optimum & pietatis ultimum officium eſtimantes. Lothophagis nulla ſepulchrorum habetur cura. Sed defunctos in mare deiiciunt parum referre arbitrati, igni, terra, uel aqua diſſoluantur. Apud Athenienſes & oẽm fere græciam corpora non cremare, ſed terræ condere & ſepelire cum funebri ueſte. Phrygibus uero igni imponere, antiquiſſimus mos fuiſſe proditur. Sed in humandis corporibus Athenienſes orientem uerſus. Megarenſes & Pheneces, ad occidentem uertere ſolebant. Afri uero ut græci ſepeliunt. Maxima autem ſepeliendorum cadauerum cura Athenienſibus fuiſſe fertur, præcipue bello peremptorum, ita ut quí illos inhumatos relinquerent, quouis ſupplicio dignos putarent. Iccirco ſummos duces, quia cæſos nauali pugna in mare deiecerant grauibus penis & capitis ſupplicio affecere, quibus cum peremptoꝝ corpora aſſequi nequirent, illorum oſſa & diſiecta membra paſſim ſtrata exquirere & humo tegere defunctoſq; in acie tumulo publice extructo quotannis pro concione laudare, magnæ curæ fuit. Adeo ut Nicias cum exercitu iter faciens, ne duoꝝ militum inhumata cadauera relinqueret, totum ſubſiſtere agmen donec humarentur, iuſſerit. Et Cimon Miltiadis filius ut pater ſepulchro conderetur, captiuum ſe põbere non dubitauit. Traditum quoq; eſt Chares, morte ſublatos milites armatos ſepelire. Et Syndos tot priſces in ſepulchris mittere, quot hoſtes confeciſſet qui humaretur. Sicut Hiberi pro hoſtium interfectorum numero tot obeliſcos apponunt, hoc inſigne teſtimoniuꝫ uirtutis & expertiſſimum decus arbitrati. Condebant. n. priſci corpora uel arcis lapideis aut fictilibus cum funebri tunica, quia nudum iacere cadauer pro flagitio erat. Reges uero externos differtos odoribus in mõtibus ſæpeliunt, unde deductum/ut illoꝝ ſepulchris pyramides apponant, aut colũnas. Romani uero in domibus quas ſinguli incolebant doliis aut uaſculis, qua ex cã lares quos domeſticos uocãt deos colere cœperũt. Poſtea lege. xii. tabulaꝝ ne in urbe ſepelirentur, neue urerentur grauiſſuit documento ſancitum, cuius uerba ſunt, in urbe ne ſepelito neue urito. Cineres tamen eius qui triumphaſſet, aut imperatoris qui hoſtes bello domuiſſet, uel armis rempublicam auxiſſet

in urbem ferre licebat, quibus hoc honoris cauſa ut in foro conderentur, tributum eſt. Licet apud Sparthanos, ſecus longe ſeruatum ſit, Lycurgi lege, quibus & in urbe, & ſecus deoꝝ templa ſepelire permiſſum. Non ſic Atheniis. Nam in campo extra urbem tumulus erat, in quo colũnæ extabant, in quibus defunctoꝝ noía per ſingulas tribus quí illic conditi erant, continebãtur. Corinthi quoq; extra urbem maximoꝝ uiroꝝ monimenta fuere. Inter q̃ Diogenis Sinopenſis quem canem græci cognominarunt ſepulchrum uiſebatur. Reliqui uero in agris quiſq; ſuis, aut in fundo ſuburbano, ſeu auito & patrio ſolo ex Senatus conſulto Duilio Conſule. Romæ humari cõſueuere. In quibus ſepeliendi licet toto generi & familiæ ius eſſet a principio, poſtea ut in familiam ius ſepulchri non deſcenderet, recentiore cura prouiſum fuit. Frequẽtius in flaminia aut latina uia, ac ſuburbiis & anfractibus uiaꝝ, Romanoꝝ gentilicia ſepulchra fuere. Ibiq; Calatini, Scipiones, Seruilii, & Metelli, aliorumq; honeſtiſſimæ familiæ condebantur: ad quæ uaſa figulini operis nõnũ q̃ arma militaria: enſeſq; & libellos: aliaq; quæ defuncto cordi in uita fuerãt, quorũq; efficaci ſtudio tenebatur ferre: & eodem ſepulchro tegere aſſuerant, ut ea quæ uiui dilexerant una conderentur. Memini dum Romæ agerem in uetuſtis ſepulchris quæ in uia Appia plurima uiſuntur, inter edificia: hortoſq; interq; eoagmẽta lapidum, erutum cadauer fuiſſe: multo æuo uetuſtum adoleſcentulæ mulieris: facia: capillo: oculis: naribus & reliquis lineamentis prorſus integris & incorruptis: niſi qđ ueſtigia liquaminum & unguentoꝝ quibus delibutum fuerat apparebant: recenti ſpecie: inſcriptione nulla qua nomen defunctæ innoteſceret. Pomponius tamen uir ut in ea ætate uetuſtoꝝ litterarum impẽſe doctus. Tulliolam. M. Tullii Ciceronis filiam de cuius obitu ad Seruium Sulpicium ſunt æpiſtolæ, aut Priſcillam Abaſcantii de qua Sylua papinii extat: fuiſſe augurabatur. Id quibus argumentis aſſeueraret cum nulla inſcriptions ueſtigia extarent: prorſus neſcimus.

Conſularia comicia per quos fiebant: quæ ue poteſtas Conſulis: quantũq; ius & quæ dignitas foret. Caput. III.

COmicia Conſularia nouis Coss. creandis, non modo p Cõſules haberi: ſed per interregem. Nonnunq; abſentibus Conſulibus alterum Conſulem cuius erat ſors: ut Comiciis præeſſet: ex prouincia euocari, aut ſi morbo uel neceſſitate impediti: cõmodo reipublice auocari nõ poſſent. Dictatorem dici qui comiciis præeſſet ſæpe reſcriptum eſt. Dicebat. n. Dictator Conſulem ex patrum decreto: nonnunq; ex opinione ſua illum cui militares & ciuiles artes, ac imperatoria conſilia forent: quiq; e republica magis eſſe

Universidad de Deusto
Biblioteca

uidebatur. Tam & si Dictatorem comicioꝝ causa aliquando se Consulem cre asse, & in magistratu fuisse legamus, qui comiciis habitis dictatura se abdica bat. Eadem uero Comicia consularia, non solum cum utrunq; consulem fie ri. Sed cum altero defuncto collegam cooptari oporteret sæpe indici, haud du bium est. Ipsisq; comiciis plebem interesse ac centurias & tribus in campum aduocari frequenter inuenimus, q̃uis sine plebe per patres, clientesq; patrum plerunq; habita legamus. In quibus etiam absentes non modo patritios, sed plebeios consules, nominari licuit. Tam & si æuo succedẽte ex longo interual lo nobilitas adeo consulatum inualuit, ut soli patricii penes quos maximæ diui tiæ fuere electa plebe ad cõsulatum assumerentur. Adeoq; plebs obnoxios sũ misit animos ut nulli plebeio ad capescendos consulatus & intermissum ho norem uendicandum animus fuerit/a qua impotẽtia nobilitatis post aliquot annos urgente belli discrimine patricii desiuere tunc cum perculsa nobilitate. C. Marius nouus homo bello iugurtino Cos. factus plæbi Romanæ interꝺ missum diu consulatum restituit. Et tam & si nili qui quæsturam ædilitatem & præturam per gradus antea gessissent ad Consulatum nulli admitterent. Plerũq; tñ eos qui nullos antea curules gesserant magistratus, quibusq; mã datus honor nõ fuisset. Consules creatos inuenimus. C. Claudius Cento, co miciorum causa dictator dictus. P. Seruilium. Q. Filium Galbam qui nullum antea honorem gesserat. Consulem creauit. Et Pompeius magnus ex. S. Cõ sulto legibus solutus priusq̃ alicui magistratui p̃fuisset. Cos. factus est. Quo rum noia postq̃ comitiis relati erant Consules, in fastis & annalibus. unde tẽ pora & annos Romani designabãt in primis annotare soliti sunt, ex quibus turpissimoꝝ Consulum propter flagitia & dedecora sæpe noia inducebãtur: id quod actis testabatur. Is uero qui Consul dictus designatusq; fuerat anteq̃ magistratum iniret, collegam sibi sæpe noiabat, quod e republica uidebat ut politis simultatibus, una mente consilio ac uirtute: nec fœdo certamine: & per dissidium quod praua ambitio solet, res publica ageretur, utq; ex uoluntate sua Cos. quem maxime appeteret: collegam haberet. Nonnunq̃ Senatus col legam dixit. Sæpius uero ipsis comitiis duo fuere creati Consules cõmuni stu dio, uotoq;. Erant ergo Romæ bini Coss. potestate pari sicut apud Hiberos bini deliguntur reges: alter qui iura daret, alter qui populis præesset, & Car thaginensibus duo annui reges præfuere qui suffetes dicti. Aliquando iudicũ ordo prefuit qui regꝝ & personarum ius habebant. Et Lacedemoniis bini præfe cti, mox bini reges noie magisq̃ imperio ex procli & heristenis familia primo postea ex Eurithionis & Agidis: demum ex Heraclidarum genere: pari iure & imperio non dissimili imperitarunt: tam & si Lycurgus reipublicæ curam per ordines diuiserit: quod apud Acheos simile accepimus, ut binos prætores an nuos sibi præficerent: qui publicas res simul & iudicia curarent, aliquãdo decẽ quos

quos Dimiurgos uocabant. Athenienses uero post eiectos triginta Tyrãnos qui plures q̃ mille & quingentos ciues indemnatos necauerunt, neq; sinebãt cognatos funeribus adesse, decem qui pẽssent per Trasibulum accepere, mox ipsis a pausania electis Prytanes numero quinquaginta præfuere, quæ pars decima senatus erat, quoꝝ numerus quingentoꝝ fuit. In quo obseruatum ẽ, ut nemo ex genere Athamantis natu maximus Prithanes fieret, qui ẽt Rho dii summus erat magistratus. Apud Chaones aũt annui, magistratus ex pri moribus ciuium deliguntur. Armenioꝝ Megasthenes Cretensium Cosmi dicti sunt. Sicut Persaꝝ magi & Caramanges qui loco prætoris erant. Bœo ciis undecim summæ rerum præerant qui pacis, belliq; temporibus ius dice bant. Q ui quidem Consules & si pari honore essent, non tamen simul insi gnia consulatus, aut imperium habebant. Nam postq̃ Iunius Brutus electo Tarquinio & Regibus exterminatis cũ Collatino Coss. creatus est, licet om nia iura & insignia quæ apud Reges erant, populus consulibus concessa uo luerit. Tamen ne duplicatus terror uideretur si apud utrũq; consulem fasces uideret, cautum fuit, ut apud alterum, eum uidelicet qui imperium haberet fasces essent. Ideo alternis mensibus modo ad unum, modo ad alterum Cõ sulem/fasces transire uoluere. Idemq; sequtis temporibus, dum imperium & respublica stetit, seruatum est. Sed tamen quo mense fasces non habebat, ac census apparebat Consuli. Littores uero sequebãtur, quod intermissum diu: postea Cæsar reuocauit denuo. Et q̃uis Consuli antiquiori fasces darentur prius, ueluti caniciem & annos uenerantes. Postea lege Iulia cautum fuit, ut ei qui plures liberos q̃ collega haberet, aut si numero pares essent, qui mari tus foret præferretur, aut si omnia essent paria, antiquior fasces acciperet. Eos tamen qui secundum gererent consulatum, alteri nouum ineunti præferri ha ud dubium est. Erant ergo consulatus insignia duodecim fasces, littores toti dem. Purpurea prætexta: curulisq; sella. Q uin etiam cum qui antea Cos. fu isset: iterum & sæpius consulem creari: & qui Dictaturam gessisset, in consulẽ assumi posse nemo dubitauit. Q. tamẽ Fabius Maximus legem tulit ad po pulum ne intra annos decem eundem consulem refici liceret: quam legem cõ sensu tacito abrogatam Sylla iterum promulgauit. Creatis ergo Consuli bus prouinciæ nominabantur: ut eas uel ipsi inter se compararent sortirẽtur ue: quos ire ad bellum, quos præesse exercitibus oporteret: uel si in deligẽdis prouinciis non conueniret: extra sortem Senatus decerneret. Q uod lege cu riata cauebatur ut Senatus contra legem curiatam sine sorte prouincias desi gnaret, aut si Senatus auersaretur per populum agi poterat: ut extra ordinem Consuli: prouincia daretur: tam & si utrunq; Consulem in eandem preum etiam cum exercitu: profectum quandoq; legamus. Optionem tamen deligẽ dæ prouinciæ extra ordinem collegæ dari: aut suam sortem permutare cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

collega absq; decreto Senatus, antiquo more non licebat, ad quas profecturi Coss. Si cesis hostiis & sacrificio perfecto non facile litarent, sæpe diffuso tempore, ire supersessum est. Inter quas fuere minores prouinciæ, pauci momenti & fere defamatissime ut Syluæ; colliumq; ne compingendis nauibus materia deesset, & frequens ad omne genus operum materia suppeteret. Cōsules uero nominatos ab ipso die initi magistratus legiones cum collega partiri. Ac Iouis Opt. Max. templum adire. Senatum habere, eumq; de prouinciis, deq; omni statu reipublicæ consulere, Latinas ferias indicere, Iunoniq; Sospitæ & Ioui latiali solēne sacrum in Albano facere. In quo carnem Latinis populis diuidere mos erat, sæpe perspectum est. Indeq; auspicato ad uota nūcupanda in Capitolium ire. Votisq; nuncupatis paludatos uel trabeatos in uestę Regia, prosequentibus primoribus patrum. In prouincias quisq; suas proficisci, & priusq; ad hostes ducerent legiones ad populum concionari: de prouinciis: de administratione belli. Et quam spem de se polliceri possint referre solitos inuenimus. Ex omnibus quoq; magistratibus solos Consules dictatores: prætoresq; consularibus auspiciis creatos anteq; adeant magistratus Lauini uestæ & penatibus rem diuinam facere tradunt. quibus in bellum profecturis, militaris supellex consulari maiestate digna, Scribæ, Librarii, Precones, Apparitores, muli, & tabernacula publice dabantur, quæ quidem palu damenta mox sequti Cæsares sibi desumpsere. Diuus uero Augustus Procōsulibus profecturis in prouincias, pro mulis & tabernaculis: certam pecuniam subtaxari iussit. Alexander uero Seuerus ituris præsidibus in prouincias: mulos: æquos: uestes: & coquos: publice dabat: in quadruplum illa reddituris deposita administratione ubi male se gessissent. Athenienses uero duces in bellum prodituri. Sertum ex olea sacra sumere & uas aquæ ferræ iubebant. Erat igitur Consulis officium: domi foriscq; ac belli pacisq; temporibus toti reipublicæ consulere. Inq; custodienda: regendaq; republica: totis incumbere uiribus: omni deniq; studio: consilio: fide: grauitate: & robore animi pro commodis reipublicæ pugnare. Itaq; in exercitu si quæ obeundæ essent expeditiones legiōibus præerant: & sūmi Imperatoris officio fungebantur. Et in Vrbe: tam de prouinciis q̄ de magistratibus: de fœdere: pactionibus: gerendisq; bellis: militibus scribendis: comparandisue. Deq; statu: dignitate: cōmodisq; reipublice de cōmuni salute ciuium: & spe bonoꝝ: deq; legatoꝝ postulatis: Senatum consulere debebat: deq; oībus his singuloꝝ sentētias rogare. Sed citra Senatus aut populi authoritatem soli decernere non licebat. Ipsoꝝ tñ cōsilio magistratu amouere poterat: & de gradu deiicere etiam prætorem Cēsoremq;: uel aqua & igni interdicere: aut exulem esse iubere: bella suscipere: supremum ius habere. Quod lege magistrali cauebatur in hæc uerba. Consules regio presumpto imperio: hisq; præeunto iudicando consulendo, p̄tores iudices

Iudices apparento, militiæ summum ius habento, nemini parento, iussa his populi suprema lex esto, eundemq; magistratum ni interfuerint decem anni ne quis capito, ciuitatem annali lege seruanto, duella iusta iustæ gerunto, sociis parento. Se & seruos continento, populiq; sui gloriam augēto, domum cū laude redeunto, & infra: Non nunq̄ sine consulto Senatus Consulem magistratu amouisse compertum est: Siquidem flaccus Cos, Termū prætorem incōsulto Senatu honore priuauit, & fascibus: Diem quoq; dicere Tribuno plebis & reliquis magistratibus pro Imperio poterat: Eundemq; ab omnibus magistratibus cōmiciatum & contionem habere, deq; consilio Senatus consultum facere, & ne fieret inhibere atq; si res publica uidebatur Dictatorem dicere posse, nulla controuersia est: Cunq; honorum finis sit consulatus totiusq; Imperii magestatem gerat legatis undecimq; in curiam admissis solus ex authoritate Senatus responsa dabat, legemq; ad populum ferebat: Is tamen cum de capite ciuis agebatur, penam, Capitalem ue noxam inferendi ius non habebat, lege ædita qua cauebatur, ut a Consulibus, ne per omnia regiam potestatem uendicarent impune prouocatio esset, neue in caput ciuis Romani nisi populi iussu animaduertere possent: Tunc enim qui noxæ capitis reus, sceleris coarguitur, ad populum produci debebat, & dicta causa expopuli iudicio de capite ciuis cognitio dabatur: Nam soli Dictatori & populo ius de nece ciuiū datum est: Tam & si legamus Opimum Cos, contra instituta maiorum primum dictatoriam sibi uim usurpasse. C. q; Gracchum & fuluium flaccum alioscq; ciues, absq; populi iudicio necasse: Si tamen Consuli Senatus permitteret, qd̄ in summis reipublice casibus & magna mole periculorum fiebat, ut caueret ne quid respublica detrimenti caperet, tunc de nece ciuium decernendi: illoscq; omnibusmodis coercendi, belligerendi, domi foriscq; summum Imperium habēdi ius dari censebatur: Ipsi tamen Consuli Romanum ciuem etiam Senatorē in carcerem duci iubere & mulctam irrogare facultas erat: Quod siquis parū iusto iudicio mulctam irrogatam aut indigno iniuriam factam querebatur, alterius Cōsulis opem implorare, ad eumq; prouocare licebat, ipsiq; collegæ intercedendi inhibendiq; nequid secus fieret: ius erat atq; potestas. Quod si quæ causę pretoriam excederent cognitionem de his quoq; apud Cōsulem iudiciū esse perspicuum est: Et q̄is tanta potestas Consulis foret, eoq; excellentiæ & felicitatis creuerit ut totius reipublice & Imperii summam gereret: Si quid tamen impotenti animo contra rempublicam molitus fuisset, poterat eiante tēpus finiti honoris Consulatus abrogari & de gradu deiici, sicut multis exemplis perspicuum extat. Q. Cincinatus Dictator. L. Minutium Consulatu abire iussit & Imperium illi abrogauit, quod eius ignauia castra hostes obsederant & pene expugnarant, fuitq; litteris memoriæ proditum quod in prouintiam profectus Cos, cum exercitu: Inde decedere aut p̄sidium dimittere uel

Universidad de Deusto
Biblioteca

in aliam ꝓuinciam ducere iniussu Senatus minime poterat, idq; lege Iulia sub graui documento uetabatur, ne Consuli sua sponte bella gerere, aut in regionem prouinciamq; sibi non decretam sine authoritate patrum & iussu populi accedere liceret, Quod tamen apud Sparthanos Reges secus fuisse constat: Illis enim in quācunq; prouinciam regnum ue, suo arbitratu, bellum gerere copiasq; deducere permittitur, etiam sine consulto Senatus: Hoc quoq; memoriæ datū est. post binos Coss, quos ab initio exactis regibus cōtinua serie creatos nouimus. Semel apud unum imperium consulare stetisse, tunc cum urgēte dissidio pompeii & Cæsaris. Senatus nequid respublica detrimenti caperet, unicum Consulem Cn. pompeium dicere coactus fuit: Iterum Syllæ temporibus Cinna interempto, solus Carbo gessit Consulatum: Quum etiam illud proditum est. Consulem uitio creatum ne magistratum iniret, prætereq; religione, etiam Senatus consulto uetari, & si iniisset ui atq; imperio se consulatu abdicare, donec alter rite suffectus esset, iubebatur, Quodq; Cos abiturus magistratu peracto honoris tempore, concionatus ad populum, solennissimum iusiurandum se in magistratu contra leges nihil egisse, & quātum ratione prouideri potuit ex sui animi sententia nihil deliquisse, conceptis uerbis publice prestabat: Quod quidem nequid prepostere dicatur aliquo preeunte sæpe exhibebatur, Concioneq; dimissa, cum ingenti comitatu & gratulatione ciuium, stipatus patrum frequentia domum deducebatur: Illud quoq; non omittendum, quod licet imperium consulare annuum esset, nulliq; nisi exacto quatragesimo & tertio ætatis anno consulatum capere antea licuerit, pluribus tamen citra eā ætatem, si quod dignum operepra ciūreipublice prestitissent consulatum gerere permissum fuit Nam & Valerium Coruinū in tertio & uigesimo ætatis anno, ante legitimum tempus ad Cōsulatum promotum legimus. Et Mario Iunioni, Scipioni Africano, Pompeio magno, & Octauio Augusto, aliisq; Ducibus, obsingularem reimilitaris disciplinam, & ob candorem ingenii ante tempus, Consulatus, alioq; honores delatos comperimus, Neq; tñ ætatis magnam habebant rationem Romani, quo minus suffragantibus meritis Dictaturas & Consulatus alioq; honores meritis ciuibus demandarent: quos enim amplissimis ornamentis dignos putarunt satis annorum & ætatis habere duxerunt, Tam & si. L. Iulius Tribunus plebis. Q. fuluio flacco & mālio Acidino Coss. rogationem ad populū tulerit, qua declarauit qui & quibus annis nati, quemq; magistratum peterent caperentq;: fuit preterea litteris proditum, eos qui suo anno consulatum peterent, per raro sine, repulsa ad prescriptos. honores admissos. Qui uero serius q̄ per etatem liceret, sine repulsa plerunq; ad consulatum promotos, Consulibusq; in prouinciam profectis, & cum hostibus bella gerentibus etiam ultra annum & donec debellatum cum hostibus aut a Senatu reuocati forent. Imperium sepe prorogari. quos tamen non esse

non esse Coss. Sed uelut perfunctos magistratu proconsules nominari. Ipsosq; interim fasces & littores habere quoad sibi proconsulare duraret imperium satis compertum & cognitum est.

Quæ sint Sigillaria, uerbum sæpius repetitum apud Scæuolam iureconsultum tertio de legatis. Caput. IIII.

VErba Scæuolæ iureconsulti libro iuris ciuilis responsoꝝ tertio de legatis, hæc fuere. Pater familias ita legauit, lances numero duas leues, quas de Sigillaribus emā dari uolo. Is de sigillaribus leues quidem nō emerat, Lances autem emptas habebat, & dictauerat testamentum ante triduum q̄ moreretur. Quæsitum est an hæ lances quas emptas de Sigillaribus habuit legato cederent, cum nullas alias de sigillaribus emerit, nec legauerit. Respondi secundum ea quæ proponerentur deberi eas quas de sigillaribus emisset, Hactenus Scæuola. Quæsiui ego a uiro docto multi nominis inter causidicos, quid esset dicere lances quas de sigillaribus emam dari uolo. Isq; de sigillaribus, leues quidem non emerat, ac sæpius repetitum nomē de sigillaribus qd designaret. Atq; ille cum sigillaria uasa esse diceret ad usum nescio quem præparata iformia & ipolita, & quædam nugalia ex authoritate interpretis. Demum post multa diblacterata uerba cum se quoq; in contextu uerboꝝ & eruendo sensu obstruso dubitare diceret, haud multo post nactus nescio quā occasionem, & causatus sibi negociū esse, nō aliter explicato dubio qd quærebam discessit atq; abiit. Cuius illecebra admoneor ut pessime cū his actū magnope cēseam, qui p̄termisso latinæ linguæ nitore & cultu uerboꝝ se protinus ad legum interp̄tamenta præcipites tradunt, magno errore nimis properæ festinationis. Siquidem hoc primum docendi sunt, quonam modo uim ac sensa uerboꝝ, & iurisconsultoꝝ mentem plane præcipiant ut siquid in controuersiam uenit non præposteros sensus, sed proprios assequantur significatus. Sigillaria enim Vicum esse Romæ celebrem, ubi uenum res uenales exponebantur, ibiq; uasa præcipua, signaq; exquisitæ artis ex ære argentoq; fabrefieri solebant, unde nomen factum loco, notum fere & peruulgatum est. Suetonius in Claudio. Effedum argenteum inquit, sumptuose fabrefactum & uenale ad sigillaria redimi, concidiq; coram imperauit. Idem in Nerone. Sphorum Romæ circa Sigillaria comitatus est. Aulus Gellius. Noctium Atticarum. Apud Sigillaria forte: in libraria ego &. L. Paulus cōsedebamus: & pleraq; eo ptinentia exempla ne exequar singula quæ olim sermonibus celebrata sunt. Huc ptinet qd dies Sigillariorum Saturnalibus adiectos legimus, quibus imagunculæ & simulacra uenalia in sigillaribus proponebatur;

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ pro ſuis capitibus in ſacellum Ditis Romani deferebant. Fuit ergo Sce uoiæ opinio, teſtatorem qui lances quas leues de Sigillaribus ſe empturum promiſerat, legaſſet/& morte preuentus non emiſſet, ſed emptas de ſigillaribus, penas ſceleꝛe iure & lege ꝓ ſoluũt. Hinc eſt: qđ ꝓ exceſſu, penæ a legibus cõſtitutæ ſunt: aliæ bonoꝝ: aliæ relegatiõis: nõnullæ mẽbroꝝ: pleræq; capitales: ut ꝓ criminis qualitate: legum iudiciorũq; penis coerceant, aliqñ exquiſitis tormẽtoꝝ ſuppliciis in aliquos pu blice ſæuitum eſt. Et. n. qui in deũ aut principẽ parẽtes aut patriã delinquit: ut q patrios lares: focoſq; & deos penates: quiq; deoꝝ delubra. Sepulchra maio rũ ꝓdere: fana peculari, parentes occidere nõ uerẽtur: nõ uulgari pena: ſed no uis exemploꝝ modis afficiendos, iura diuina & humana uoluere, poſteris do cumẽto futuros, ut q ita affectos uiderint: ne ipſi pari crimine obnoxii fiãt: de terreant. Indicãt hoc Romanoꝝ ſecures falcibus alligatæ. Q uippe qui leuiter peccantes flagris & fuſtibus: qui uero grauius deliquere: capitali pena plectere ſoleant. Hæc enim Romanis peruulgata pena fuit: ut leuiter delinquẽtes nu datos uirgis cederent, aut in Lathomias darent: qui locus erat cuſtodiæ de ſtinatus, iuxta Tullianum, & forum piſcarium, a Tarquinio ſuperbo pri mum inſtitutæ, uel ſi grauioribus criminibus obnoxii capitalia auſi fuiſ ſent, tergo & capite luerent: uel de ſaxo & robore deicerent. Erat enim rupes uaſta in Tarpeio foro ſuperſtans / aut ſi ita eſſent nefarii, & con

Quæ delictorum penæ maiorum criminum apud diuerſas gentes more & legibus fuerint conſtitutæ, & quæ minorum. Caput. V.

Plato in Gorgia & Philoſophi pleriq; non ignobiles, duplicem puniendis peccatis putant eſſe cauſam, unam cõmonitionis, alteram animaduerſionis. Cõmonitio delinquentis cã fit, cum ei qui peccauit uel pecunia, uel leui coertione mulcta dicta eſt, qđ eo fit ut deinceps qui deliquit, ad bene, honeſteq; uiuendum promptior & emendatior fiat. Ea pena p leges inferri ſolet, cum leuiter delictum fuit. Vt ſi iudici aliquid præcipienti cõtumacius paritum eſt, uel ſi prætoris dicto quis audiens non fuit. Animaduerſio uero, non ipſius qui pena afficitur, ſed reliquorum qui ſuperſunt gratia adhibetur. Vt metu penæ ne ſimili exemplo fiant, reliqui eadem noxa deterreãtur. Nam delictum quo impunitius eo effrenatius fit, quia niſi fuerit uindicatum innoxios propoſita impunitatis ſpes mortalium animos criminibus inuitat. Ea animaduerſio infertur in uiros facinoroſos & magnis criminibus obnoxios, ut in reos, Sacrilegii, Maieſtatis, Parricidii, Peculatus, alioſq; nefarios, & cõceleratos qui ꝓp aliqđ inauditũ facinus, penas ſceleꝛe iure & lege ꝓ ſoluũt. Hinc eſt: qđ ꝓ exceſſu, penæ a legibus cõſtitutæ ſunt: aliæ bonoꝝ: aliæ relegatiõis: nõnullæ mẽbroꝝ: pleræq; capitales: ut ꝓ criminis qualitate: legum iudiciorũq; penis coerceant, aliqñ exquiſitis tormẽtoꝝ ſuppliciis in aliquos publice ſæuitum eſt. Et. n. qui in deũ aut principẽ parẽtes aut patriã delinquit: ut q patrios lares: focoſq; & deos penates: quiq; deoꝝ delubra. Sepulchra maiorũ ꝓdere: fana peculari, parentes occidere nõ uerẽtur: nõ uulgari pena: ſed nouis exemploꝝ modis afficiendos, iura diuina & humana uoluere, poſteris documẽto futuros, ut q ita affectos uiderint: ne ipſi pari crimine obnoxii fiãt: deterreant. Indicãt hoc Romanoꝝ ſecures falcibus alligatæ. Q uippe qui leuiter peccantes flagris & fuſtibus: qui uero grauius deliquere: capitali pena plectere ſoleant. Hæc enim Romanis peruulgata pena fuit: ut leuiter delinquẽtes nudatos uirgis cederent, aut in Lathomias darent: qui locus erat cuſtodiæ deſtinatus, iuxta Tullianum, & forum piſcarium, a Tarquinio ſuperbo primum inſtitutæ, uel ſi grauioribus criminibus obnoxii capitalia auſi fuiſſent, tergo & capite luerent: uel de ſaxo & robore deicerent. Erat enim rupes uaſta in Tarpeio foro ſuperſtans / aut ſi ita eſſent nefarii, & con

ſcelerati reſoluto plumbo necarent, uel un co tractos in ſcalas Gemonias darent præcipites, Exemplo Theſſalorũ quibus locus ſupplicio deſtinatus erat, cui nomen corui ex quo noxii agebantur in preceps, unde frequens illud apud Ariſtophanem ἐς κόρακας, Perſis uero carcer fuit nomine lethes & domicilium cineribus refertum ad quod niſi moriturus accedebat nemo, Syracuſis quoq; lathomiæ, opus ex ſolido ſaxo in mirandam altitudinem depreſſum, & omni aditu obſepto munitiſſimum. Apud Meſſenios carcer Theſaurus nomine, locus ſub terra quadrato ſaxo in quo philepemenes necatus fertur, tam in manis fuit, & ſæuus ut neq; uentum neq; auram acciperet, Romæ Baratrũ dixere noxiorum cuſtodiam, Athenienſes ſeuiſſimum carcerem domum nuncuparunt, Sicut tributorum exactionem ciuitatis regimen, miti nomine indignitatem rei temperantes, quo exemplo Appius Decemuir, Carcerem quem conſtituit, domicilium plebis nũcupauit alii prõptuariã cellã nõ nulli publicũ hoſpiciũ dixerũt: Sparthæ Decas erat locus in carcere ad pænã ædificatus, ubi dãnatos mortẽ oppetere cogebãt, Et ſpelũca quã Ceadas uocarũt, quaſi pallorẽ & lachrymas, tetræ caliginis & diri aſpectus, ſicut apud Romanos Tullianũ, Cartaginẽſibus uero Anchon teterrimũ fuit domicilium, & apud Cyprios Ceramõ, Sicut Ethiopibus Macrobiis Heliotrapeza noxiorum locus erat, Fuere aũt Scale Gemoniæ in Auẽtino, iuxta tẽplũ Iunonis Reginæ qđ Veis captis Camillus dedicauit, Vnde aũt dãnatos ſuppliciis afficiebãt Sextriciũ uocarũt, præter quas lathomias, Albæ quoq; cuſtodiri noxios tanq̃ loco munitiſſimo ſæpe notatũ eſt: Et q̃uis a principio originũ leueriſſimũ de Metio ſuffecio ſumptũ ſuppliciũ legamus, qui quadrigis diſtentus in diuerſa diſcerptus fuit, tamẽ illud, uelut in mite, præterq; legũ humanitatẽ, in exemplũ deductũ nõ eſt. Q uin etiã mlcte pecuniariæ certus fuit modus ꝑfinitus, quẽ trãſcẽdere minime fas erat, Q uippe de mlcta rũ eſtimatione, tã a Cõſulibus q̃ Tribunis plebis, ſæpe ſenatus cõſulto ſæpe populi rogatiõe cautũ fuit, quibus maxima erat mlcta triũ milliũ & uiginti aſſiũ, quia plus triginta bobus & duabus ouibus quẽpiã mlctari nõ decebat, eſtimabaturq; bos cẽtuſſibus ouis uero decuſſibus: minima uero oue taxabaꝛ una, Sepius uero Romani Reges: Homicidii cõſcios Arietis dãno mlctabãt, quã in ſacrificiis deoꝝ expẽdere cõſueuere. Siqdẽ priſca pauptas ex noxioꝝ bonis ſacra diis exhibuiſſe ferꝛ, quare ſupplicia dicta, cautũq; fuit: ne qs mulctã indicẽdo bouẽ prius q̃ouẽ nomineret: ut in noceſceret Romanis mitiores ſemp placuiſſe penas: Apud Athenienſes uero ſeruatũ inuenimus: ut mlctas in arã Iouis Seruatoris dedicarẽt: quã ſemel illatã remictere nõ decebat: licet penas iure debitas pecunia redimere fas foret, Platonis exẽplo qui ſingulis delictis denariã mulctã cõſtituit: ut pro criminis exceſſu decuplum pene penderetur, Germanis quoq; homicidium certo pecorum numero luebatur: leuiora uero crimina pecoris uel equi dãno: in me

Universidad de Deusto
Biblioteca

tallum uel ad insulas in perpetuum uel prefinito relegare, aut aqua & igni interdicere seu ad bestias dānare, frequens etiam Romanis pena fuit, illis enim aqua & igni interdicebatur, quibus cōmertium societasq; hominum nequis eos, urbe: mensa: tecto: aut lare reciperet: uctabatur: Ad bestias dānabantur nequissimi serui aut hostes infestissimi plerunq; homines pernicios & immanes, qui ob multiplicia crimina de lectioneq; indigni uenia fuere, quibus in Theatro ut cum immanissimis belluis depugnarent negocium datum est. qui bestiarii dicti, Non nunq; ob crimen dānatos, auro effodiendo aut lapidicinis uete/res destinarunt, ut uincti opus facerent perpetuo uel perfinite: illi uero qui flagiciis uel tam efferis moribus coopertifuere, quiq; eam capitalem noxam ausi ut his legum uulgaris pena non satis foret, uel ad bestias dannabantur uel exquisitis tormētorum suppliciis & ultimis cruciatibus puniebantur: M. Maleolus matre interempta Romanorum primus: parricidii damnatus, insutus culleo in mare precipitatus fuit: L. deinde hostius post secundum punicum bellum, parricidii insimulatus: pari suppiicio necatus & concruciatus penas dedit. Mansitq; hæc pēna parricidas ad hæc tēpora: Culleo enim gallus gallinaceus Simia & uipera cum homine insuitur & in flumen uel mare detruditur: ut inrixa infensorum animalium & fœda laceratione corporis: ob tanti sceleris inmanitatem diro cruciatus uulnere interimatur. Vtq; ab omni elemento repudiatum cadauer inrequieto labore & ppetuis fluctibus agitetur: Egyptii adeo parricidas insectati sunt: ut eos per singula membra acutis calamis impeterēt: mox minutissimis tectibus consauciatos: super spinarum aceruos combureren: Si uero pater filium occidisset ut continuo triduo circa defuncti corpus: genitor assiduus filii spectator esset sanciuerunt: nulla iustiore pena q̄ facinoris conscientia ipsum puniri arbitrati: Lusitani parricidas finibus cinctos saxis opprimunt: persæ patris occisorem notum putant: Iulius uero Cesar præter p̄ceptas legibus pœnas, parricidas, bonorum omnium dānc mulctauit: Solon & Romulus nullam in parricidas statuere penam, quod neminē tam nefarium & conceleratū estimarunt quitantū facinoris ad mitteret: Apud græcos pena in sacrilegos statuta fuit seueriſſima ut precipitati uel inmersi aut combusti penas darent: Macedones uero parricidas & maiestatis reos qui in principē aliqd moliti essent obruunt saxis nec modo facinoris reos sed omnium sunt deucta capita q illos quouis gradu cōtigisset: Q d' si quis in rēpublicā hostilia moliretus esset, uetus erat mos, ut furca ceruici iserta nudū p cōpita & uicos ducerēt uirgisq; ad necē cederēt, mox de saxo p̄cipitē agerēt aut unco tractū igemonias deiicerēt: Apud exteros aūt in aīaduersis tēdis facinoribus dispares mores ritusq; fuere: Nam quos Areopagitæ capitis agebant tacentes ipsi & nulla truci oratione aut efferati odio lententiis afficiebant: Ipliq; litium controuersias noctu & obscura luce nunq; die iudicabant, ut procul ab omni affectu qui animos

in diuersum agit: tantūmodo facta cognoscerent: personas non uiderēt: Q uire Thebani ut in corruptā iusticiam signarent nec uariari gratia, iudicum imagines sine manibus principis uero sine oculis in foro prepoluere: ut signis ostēderent: Iudices affectibus capi non oportere, Causaq; definita damnatos undecim uiris: pœnis afficiendos tradebant: quibus publica pena frequens cicuta erat: aut uenenum: Is uero Areopagus Athenis uicus cum templo Martis: in quo primum capitis iudicium latum est: fuisse dicitur: Apud quos fuit lege cautum ut qui causam dicit nec proemio utatur nec ad misericordiam aut inuidiā adducat: Q uippe mouere affectus per preconem prohibebatur orator: ne cui plus in misericordia q̄ in causa spei esset: Bithinis e conspectu solis tribunal erat quod illum tanq̄ sacrosanctum: cause di iudicandæ preesse dicerent: Apud Babylonios ubi Reges iura dabant: quattuor aues: e tecti culmine pendere dicūtur: que fortunæ uarietatem. & ne se supra hominem efferret admonerent: Cambyses uero in sede ubi iudex per sordes iniuste iudicarat ipsius detractum corium in lora concidit & tribunal ornauit: fertur Darius Sandocem cotidis præfectū quod pecunia corruptus iniuste iudicarat: cruce effecisse: Nero quoq; edicto cauit ne patroni causarum mercede aut muneribus patrociniis adesſent. Tantiq; Areopagus fuit ut Heroas & semideos illuc in iudicium aduocatos dicerent, Et pyliſtratus in eo iudicium subire non dubitarit: Q ui post aliquot ætates cum propter cōtinuas clades & belli mala fere destitutus esset: Cymon Atheniēsis in pristinum illum splendorem lucēq; restituit: Lacedemonii quoq; quos mortis supplicio dignos putarunt noctu non die plectere consuerunt: Causas uero iudices occlusi neminē uidētes ex clamore concionis iudicabāt, Q uod æq̄ apud Romanos fere cōperimus quibus ante horā decimam de absente iudicare ius non erat. neq; intra triginta diem sortiri dicam quod lege Rupilia uetabatur: Tam & si noctu sumere supplicium de nocente non liceret: quia nota est supplicia ad aliorum emēdationem publice censuere: Macedonibus: saxis oppremere delinquētem antiqui moris erat. Apud Memphitas homicidii reus ab oppidis: & cōmertio hominū exterminebatur: donec a Gynnosophistis expiatus in patrium solum & lares proprios restitui merebatur: In Meroe uero si qd Rex deliquid: nulla afficitur pœna: Sed cunctis auersantibus & quottidianū congressum negantibus merore & tabe conficitur: Egyptiis fuit in more ut hi de quibus sumendum erat suppliciumcer uices funes in nexas tenerent & frenata ora: ut eo insigni penas luituri notarent: pridieq; q̄ darent necē: munuscula & cenā ex Regis mēsa reciperēt: Q uē usum cæsarū tēporibus inualuisse legimus: ut quos morte afficere uolebāt: illis exq̄sita obscenia & partē cenæ mitterēt: Si uero indicta causa suppliciū sumēdū foret: tradito libello suppliciū eæ dēq; demādarēt: ut hoc impatæ necis: p̄testus & signū foret: Ethiopū traditmos ut deliquētes aureis cathenis uinciāt: & quos morti destinassēt: p lictorē signū

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortis illis rex mitteret: ipsq; accepto signo protinus mortem sibi consciscerẽt, eo genere leti quod quisq; delegerat: Quod apud Romanos quandoq; inoleuit, ut in capitis iudicio per .a. seu .K. in urnam coniectas litteras, signum mortis & capitis supplicio afficiendum notarent, per .T. & .A. absolutionis, per .λ. uero & .r. prolationis & diem diffundi, cum parum sibi liquere de causa significarent, quæ ampliationis tabella dicta est. Z. quoq; in sortibus inauspicata fuit & mali euentus: Non nulli in nomenclatura militum per .T. superstites: per .a. defunctos milites in acie Tribunos annotare, prodiderunt. Alii calculo cretæ absolutionis, carbone uero condẽnationis symbolum indicarunt, tam & si iudices Romæ per tabellas, plerumq; ferre iudicia inueniamus, quæ semel definita reuocare non licebat. Apud græcos aũt, alba faba in sortibus auspicata fuit & boni euentus, nigra uero mali: Lusitani destinatos neci lapidibus obruunt. Non nullæ circa caucasum gentes, etiam pro criminibus maximis nullum morte afficiunt, sed exilio mulctant, urbeq; & agro exterminant quod in Scripho insula fieri, adnotatum est. Apud Indos qui maximi criminis reus agitur hanc luit noxam, ut a Rege tonderi iubeatur, qua pena nulla insignior fuit. Sicut Hebreis uino abstinere maxima censebatur mulcta: fuitq; Atheniẽsibus quandoq; lege sancitum ut qui maximi criminis reus agitur, si fateretur admissum impunitate donaretur. Atq; Trallianis ut qui Myniã aut le legem occidisset, si leguminis modium defuncti cognatis esoluisset a cæde expiatus foret. Alii pro leui excessu mortis penam inferebant, Quare occidisse Ciconiã in Thessalia aut Ibym, uel accipitrem in egypto capitale fuit: in Cyrenaica lex erat ut desertoris pena teneretur, qui ingentem uim locustarum, aut earum fœtus non debellaret. Nam plerumq; illarum tanta exoritur uis, ut quicquid herbidum est absumant, Vacceis quoq; siquis uel minimum ex alterius agro eripuisset capite luebat. Sicut phrygibus rastrum aut uomer subtrahere, Et Indis qui uectigal furatus esset, capite plectebatur. Derbices quoq; persarum gens, in rebus diiudicandis a deo seueriſſimi fuere ut pro minimis sepæ causis iugularent, apud quos fœda supplicia & in humana delinquentibus sunt dari solita, præsertim supplicii genus quod dissendomena uocant, ut proceris curuatis arboribus, & criminoso in deflexis cacuminibus alligato, illis repente laxatis laceru corpus in diuersa distraherent. Aliudq; non minus calamitosum & ultimum humanorum, ut duabus schafis, fabrefactis ibiq; homine occluso ita ut manus & caput extarent, tetro odore & immunda tabe ac lõgo cruciatu hominem conficerent: Apud græcos quoq; in noxios sepæ fœde seuitum est. Nã ignis & rota nouissima fuere exempla & frequẽs supplicium noxiorum: leges etiam Draconis tam seueræ disciplinæ fuere ut proleuissimis causis mortis penam inferrent. Quare uerbum Demadis proditur. Draconem non atramento scripsisse leges lacedemoniis sed sanguine, qua seueritate tãtum contraxit in

uidie, ut in theatro apud Egynam, populari tumultu omnium conspiratione iniecta multe uestis, prefocaretur Atheniẽses quoq; olim damnabant reos nõ si totam simul legem sed uel si unam syllabam transgressi fuissent, Neq; pretereũdum quod quidam Ethiopum Rex fecisse proditur, ut delinquentium crimina nõ mortis pena, sed nasi mutilatione puniret, ut eam oris turpitudinem ueriti circumspectius a criminibus abstinerent: Inter cæteros proditus est, Persarum Rex quidam, qui cum ciuili tumultu, fœdo esset conuicio iactatus a deo exarsit, ut totius populi nares rescinderet. Apud Druides uero, & Carcetes Galliarum populos, sacrificio interdicere grauissima pena notabatur, eos enim quibus ita interdictum erat, inter impios conscelleratosq; habebant, ferturq; in elephantine Ethiopiæ sacrilegos hac pena mulctari ut ophiusam herbam bibere cogantur, qua pota, ita terroribus & falsis imaginibus afficiuntur, ut mortem sibi consciscerent, Et in perfide ueneficos plecti, ut in amplo lapide caput impingerent, rursusq; alio super inducto illud effringerent: Apud quos fama est delinquentes ante Regiam expectare iudicium, ibiq; pro criminis excessu supplicium pati: Neq; pretermittendus Sabatus Ethiops qui criminis reos non morte, sed uinctos compedibus operi delegando plectebat: Aut Merentius. q uiuum corpus putido cadaueri colligando, immaniſſimo cruciatu necabat homines: Apud priscos uero Romanorum ubi quis noxium & exitiale crimẽ admisisset, nisi die ad populum dicta, & reo de crimine accusato & conuicto, dieq; constituta causæ dictionis, causaq; populi iudicio probata legitime: suppliciũ capitis de Romano ciue sumere nõ licebat: Dicebatur enim dies ad populum, a magistratibus, aut a Tribunis plebis quibus ius dicẽdi diẽ data facultas fuit: non nunq; a priuatis. Siquidem lucullus cum nullum magistratũ gessisset antea. Seruilio Auguri peculatus diem dixit: Et M. Cota uinli toga sumpta Cn. Carbonem reum: postulauit: Eoq; producto ad populum accusatoribus testibusq; adductis, si noxæ capitali & uero crimini locus erat, de reo supplicium sumebatur iudicio populi: in qua re: mos erat ut tam ipse reus qui capitis accersitur. cum ad populum producitur ad iudicii diem: q amici & necessarii quiq; proximi aderant priusq; in suffragiis tribus irent, squalida obsoletaq; uestę, flentes & sordidati: barbam capillumq; summittãt, & penã deprecentur, ut eo squalore et habitu deformi, populum ad miserationem, pietatemq; adducerent: Legimus in Iudicio M. Manlii cum caulam ad populum diceret, ne coniunctos quidem sanguine in capitis dimicationẽ. & dubiis rebus uestem mutasse. Et inter clara nomina reorum Apium claudiũ cum a Tribunis plebis dicta illi dies esset, non modo facie reorum non fuisse sed tanto spiritu: & tam cõtumaci uultu causam egisse, ut manẽte ferocia animi Tribunos pterrefaceret: Cõtra uero cum in exilium Cicero ageretur: preter Senatum uniuersum: ultra uiginti millia hominum sordidas uestes & fœdum corporis habitum induisse: ut ob illius

Universidad de Deusto
Biblioteca

calamitatem se quoq; funestos & in ingnauo dolore esse, ostenderent, fertur tamen Scipio Emilianus, cum esset sibi dies dicta ad populum a, Claudio Asselio Tribuno pl. & reus causam diceret, in discrimine mortis præpter reorũ morem, barbam rasitauisse & nitida ueste fuisse: Et Cato Censorius amplissimũ innocentiæ testimonium tulisse, quod ab inimicis, quinquagies criminis postulatus, in foro causam dixit, & iudicum uotis absolutus semper. Sicut Aristofontes Athenis nonagies & quinquies causã dixit, & uictor fuit: Herodes uero cum apud Hircanum accusaretur, ad causam dicendam purpuratus, & armatorum septus præsidio in forum uenit, & iudicium euasit, primũq; populi Romani iudicium post exactos Reges de Marcio Coriolano fuisse traditur & C. Galbæ qui cum in collegio sacerdotum esset, iudicio populi condẽnatus fuit: inde ut iudicio populi de capite Romani ciuis decerneretur cõsuetudo mãsit: Q um etiam non solum de ciuis Romani capite. Sed nec de bonis nisi ex decreto senatus & populi placito aut eorum qui ius dicunt, omnibus sententiis statutũ fuisset, de cerni lege nihil poterat: ipsi tamen qui reus agebatur, ne imparatus & insciens accederet ad causam, cuncta quæ ab accusatore mouenda erant, per custodem debent innotescere, & significari, ut diluendi criminis & obiecta purgandi facultas foret, Accusatori uero subscriptores aderant, qui ea quæ accusationi conferrent, summissius suggerebant & precibant: Reo quoq; laudatio iudicialis seruabatur, ut si crimen obiectum dilueret, aut merita ꝑ ualerent, amici ad miserationem populum flecterent & circum agerẽt: Q uod deinde Pompeius lege lata fieri uetuit, laudationesq; solitas pro reis usurpari ꝑ hibuit, Q ui cum Numacium plancum in iudicio laudaturus postea accessisset, Cato qui iudex aderat, aures manibus obstrasse fertur, dicens laudationẽ quam lege a se lata fieri prohibuerat, lege aduersante audire nolle, quod legum ipse lator & euersor esset: Lacedemoniis quoq; Lycurgi lege cauetur, ut nihi in cõuictũ & prætoris iudicio condemnatum, nulli pena noxæ merita, inferatur, Q uam legem Agesylaus, cum de reo omnium nequissimo sumendum supplicium foret, quod in patriam coniurarat abrogauit, ne diu negocium discutiendo, penam iure debitam frustaretur: fuitq; constitutum ut equalibus uotis super uindicando facinore, in diuersa trahentibus pro reo iudicium staret, quod uidebatur æquissimũ, id quod sæpe ab Athenien sibus factitatum est, Nam cum de extinguendis Mitylenis suffragatores paribus uotis dissentirẽt Diodoti sententia peruicit quia lenior, Et quãuis ueteribus Romanorum mitissimas placuisse penas legamus, lapsis postea tẽporibus, a principibus quos nulla sacietas penarum cæpit, multa iræ atq; inuidiæ fœda exempla ædita inueniuntur, ultimisq; cruciatibus & crudelibus suppliciis sæpe in noxios sum dictum, Nam & tunica fomentis igneis illita ad palum deligati adurebantur, uel grandi stipite a summo ad imum adigebantur, ut igne accenso crudeli cruciatu excarnificati

excarnificati interirent: præterq; Eculeos: fidiculas: ergastula: & cruces: circumdatosq; corporibus ignes: lacerationes membrorum & incursus bestiarum, aliosq; enectos ueneno & fame, & dictu fœdiora exempla, quæ exequi longum esset: Conspectius sumptum fuisse supplicium de Regibus authores memorant, Nimiq; Antigonum iudeorũ Regem Antonius indicta causa, quod ante id tempus nulli regum contigit, securi percussit: Et Agrippa Regum Mauritiorum regem, Antonii partes secutum supplicio affecit: Fuitq; propterea, magistratus apud Cumeos, quem philactum uocãt, cuius erat munus, in frequentem Senatum uenire, Regesq; manu apprehensos de quorum iudicio agebatur detinere, donec de illorum premio aut pena patrum decreto statueretur, Q uod iis qui reus agitur, & capitis accersitur predicta die in iudiciũ nõ uenit, uel domo abest, mos Romanus erat, ut ante fores ædium nomen clator tuba illum ad causam dicẽdam quattuor diffinitis in locis citaret, neq; antea fas erat in eum capitis iudicium dari, aut de noxio supplicium sumi, q̃ dilucsi causa crimine probato & reo conuicto, ne inauditi & indefensi perirent: Iudices uero qui pro excessu criminis litem daturi erant, conceptis uerbis se nihil habere, nihil precibus dare solẽnissimum iusiurãdum prestare cogebãtur, quod mox deprauatis iudiciis fieri desitum est: Hoc quidem iusiurandum apud Egyptios sanctius prestabatur in hæc uerba. Vt ne regis quidem minæ aut iussa, a recto bonoq; illos deducerent, aut transuersos agerẽt apud Athenienses iusiurandum iudices prestant se secundum leges sententiam daturos: & causam definituros. Iudicium uero de nocente sic fiebat, ut prætor tribunal in primis ascẽderet, Noxio post terga ligarentur manus, Misso preconio silentium fieret, legitima deinde prætoris proferrentur uerba: Classicum ad spectaculum postea canerent, Supplicium q̃ de noxio sumerent, quod plerunq; non statim sumebatur, Q uippe Senatus consulto Tiberii tempore & palias constitutiones actum fuit, ut dãnatorum pena in decimum semper differretur diem,

Locus ex Ciceronis oratione pro Milone explanatur, & quæ regiæ quæq; Atria Romæ fuerint.

Caput. VI

CVm Romæ in Ginnasium litterariũ, quo plerisq; eruditorum conuenerant: Nos quoq; laxandi animi causa q̃nq; uẽtitaremus Doctor ibi quispiam Tullianæ lectionis ut ipse aiebat professor, ingenio alioqui exculto, sed suæ laudis plusq̃ satis esset uẽdicator multo auditore circũdatus. Ciceronis orationem quã pro Milone inscripsit, magno ingenio elaboratam: publice apud compusculos lectitabat, eiusq; dispositionem & constitutionem, cõmuneisq; locos, singulasq; partes & colores, aliaq; oratoriæ artis documẽta: Dili

Universidad de Deusto
Biblioteca

plinasq; Rhetorum, p omnes numeros, nouis & exquisitis modis, eximtimo artificio adnotabat: Cumq; uerba ex ea lectione percēseret, quibus Cicero, quā tumpotest maxime Clodium in inuidiam crimenq; adducit, eumq; ifesta oratione infectatur his uerbis: Hæc lica longo interuallo cōuersa rursus in me est: Nuper me quidem ut scitis ad regiam pene confecit, Sic ipse explicabat ut diceret. hanc Regiam fuisse in colle quirinali, ubi Nūmam pompilium habitasse authores tradunt, quodq; in eo sedē habuerat. Ideo Regiam & Atrium Nūmæ ibi fuisse, & de hac Ciceronem, intelligere asserebat. Atq; hæc & pleraq; in hanc sententiam cum ille dixisset, tenuit nos admiratio istius doctoris tam in hanc sententiam cum ille dixisset, tenuit nos admiratio istius doctoris tam in considerate & perperam loquentis, id quod errore manifesto procul a uero esse liquido constat: Si quidem non ubicūq; Romani Reges, belli pacisq; temporibus habitarunt, illic Regias aut Atria constructerunt, Tullus Hostilius primo in uelia mox in exquiliis ædes habuit, & Tarquinius priscus supra nouam uiam: Seruius Tullius etiam exquilias incoluit, & tamen nullas hisdem in locis Regias habuisse feruntur: Sex enim aut ad summum septē Romæ fuisse Regias compertum habemus. Vnam ad ædem uestæ iuxta forum quam Nūma incoluit, ibiq; Atrium Regium fuit: eamq; Regiam longo tempore præcipuā fuisse, cum religione tum antiquitate multi prodiderunt, quæ postea incendio Neronis una cum ede uestæ deflagrauit, Alteram in Celio monte ubi Tullus Hostilius quo frequentius incoleretur Regiam edificauit, Tertiam in sacra uia in qua Ancus Martius sedem habuisse fertur, de qua Ciceronem nūc intelligere Asconius sentit: Q uippe inter seruos Ipsei & Milonis pugnam inibi cōmissam & Ciceronem opera Clodii uitæ periculum adisse tradunt, Q uā uis Acron perperam aliter sentire usus sit, Aliamq; in pompei Theatro quod in campo fuit, fuisse memorant, iuxta Theatra enim Regias sitas persæpe inuenimus, Sicut Marcelli Theatrum quod Regiā habuit, ad quam quattuor colūnas magnitudinis mirę ex Theatro Scauri trāslatas Plinius notauit: Et pauli Regiam ad Curtium lacum, & aliam in sacrario: Fuit enim Theatrum Marcelli ab Augusto sed alieno nomine conditum quo tempore a. M. Agrippa plura & egregia Romæ constructa fuere: hic enim fuit ille Marcellus Augusti nepos, ex octauia sororæ & Marcello genitus: cui filiam Augustus: paucis ante diebus q̄ morte sublatus esset desponsauit: Neq; assentior his qui Atriū in cole quirinali una cum Regia conditum fuisse dicunt, Si quidem omnes ab Asinio pollione, Atrium libertatis in primis constructum uolunt, quod in tēplo libertatis conspicuæ magnitudinis erat, Postea interiecto tempore. Gracchorum pater in Auentino ex mulctaticia pecunia illud amplius erexit, in quo bibliotheca greca latinaq; uisebatur. Q uod intercursu temporum pene collapsum. Sex Helius petus &. C. Cornelius Censores restaurarunt, Ea quidem Atria Edificii genus fuere, continens mediam aream, in quam ex omni tecto pluuia recipitur

pluuia recipitur. colūnis quadrifariam per singulos angulos dispositis & Epistiliis. Fuit quoq; atriū publicum in Capitolio: & Atrium Scauri in quo maximæ colūnæ ex præruptissimis saxis collocatæ feruntur: & aliud Pompeii quæ postea ipsius curia facta est. Legimus quoq; Atrium Regium iuxta forum piscarium: & duo Atria: Meuium: & Titiu3: quæ Portius Cato in latumiis fecit. Et Atrium Vestæ: & Saturium in quo sacrorum tubæ agna lustrabantur. In colle uero quirinali quod Regia aut Atrium fuerit: nec traditur quicq; nec inuenitur: Neq; omittēdum plures Regias uelut Regalis opulentiæ monimēta: apud pleraq; gentes laudibus celebrari: Nam Cirtha & Vtica Massessilorū Regum Regiæ fuere: Sicut Sbaris Colchorū: Isis Antheī: Ioliubæ & Zama: pgami Eumenis: Cynare Byblus: Gnosos Minois: Deiorari Blutiū: Halicarnasus Cariæ principum: Elcusa Archelai: Napatha Candacis Regiæ fuere: Darii uero Regia fertur Sadrace. in Assyria: Partherum Susa ubi hiemem agunt Ecbathana & persepolis ubi estatem quā Alexander iniectis facibus incendit. Indorū Regum Taxila. In Aegypto Abidus. Tigranis Arthaxata olī Medorū, nunc Parthorū Menonis Regia Susis, Athali Trallibus, & Sardis Cresi Regia uisebatur, quam Geruliam fecere. Cyri aūt Regia Babylon fuit, quam susis anteferre statuerat. Tam & si Persarum mos foret in montibus Regias facere, in quibus thesauros & antiquissimas gazas congerebant: ut illas uelut amplissimum uirtutum monimētum posteris relinquerent. Mithridatis aūt erat Gabiis & Oenotriorū Regum Pandosiæ, Macedonū Demetrias: Ilion Priami. Scepsis Eneæ. Tolgus Pyrrhi. Alexandria uero tres habuit regias, unam Lochian Promontorium, alteram Timonium appellauit Antonius. Musęum quoq; pars Regiarum erat. Etiam in Anthiochia Assyriorum regum Regia ferebatur. Sicut Sogdianæ gentis in maracanda: & Sami Polycratis. Alexander autem Macedo præcipue Arabiam quam sedem imperio delegerat, totius imperii regiam destinauit.

Quo apparatu, quibusq; cerimoniis apud ueteres, defuncta corpora igni tradebantur, qualisq; pompa exequiarum foret. Caput. VII.

QVo ritu, quibusq; cerimoniis defuncta corpora efferri consueuissent, qualisq; funerum apparatus & exequiarū pompa fuerit, a multis sæpe authoribus intercise perscriptum est. In primis obseruatum fuit, ut ꝓximus sanguine morientis corpus dum trahit aīam amplexus, exhalantis spiritum oculo exciperet: flatumq; hauriret, mox decedentis oculos & era clauderet usq; ab homeri temporibus usitatum. Nefas existimantes a uuentibus decedentium oculos spectari, tam & si lege menia: ut Varro significat

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne filii parentibus oculos ſigillarent, cautū fuerit. Naſamones uero præcipuæ curant, ut morituros cum agere incipiunt animam, ſedentes conſtituant, ne cubantes ſpiritum exhalent. Poſt quæ defuncti corpus per interualla conclamatum, propriores affines calda abluere, deinde unguētis ungere, candidoq; amictu induere, ac diebus ſeptem ſeruare ſolebant, ara conſtituta ubi odores incenderent quæ acerra dicta eſt. Græcis uero decem & ſeptem diebus corpora anteq̄ cremarentur, totidemq; noctibus ſeruare mos erat. Quiqdem amictus non ex lana, ſed lino intexebatur. Aegyptioꝝ exemplo, apud quos laneæ ueſtes, nec cum cadauere ſepeliūtur, neq; in ædes deoꝝ iportantur. Id quoq; a græcis uſurpatum fuit, ut ueſte alba cadauer, coroniſq; ornarent, & Peana canentes ſepulchro inferrent. Die uero octauo per præconem indicto funere, ne fraudarentur ſolēni honore ſupremi dies, ut hoīes ad honeſtandas exequias cōuenirent. His uerbis Ollus læto datus eſt, proclamabatur. Apud Spartha nos erat conſtitutum ut Rege defuncto equites obitum regis, enunciantes curſitent, feminæq; crinibus paſſis & libero conqueſtu, tinnitu ollas pulſent æneas, quibus nec nocte nec die quies. Tunc audito Regis obitu in omnem formam luctus concedi permiſſum erat. Mulieresq; proxima affinitate in ueſte candida & capite aperto ritu Romano eiulantes funus celebrare. Filii uero tecto capite in ueſte pulla parentes efferre conſueuere. Apud græcos feminæ uiriq; in candida ueſte, cum coronis ampliſſimi uiri exequias proſequūtur, & uelut in publico luctu cōplorant promiſcue. Quod fuit in morte Syracuſanis qui candido amictu uelati & fronde coronati Thimeleonem extulere, cui perpetuos honores atq; in foro ſæpulchrum decreuere. Sicut Sycionii Aratum in ueſte alba & coronis ſæpulchro intulere. Argiui quoq; in luctu albas ueſtes aqua ablutas induunt & in candido amictu funus comitantur. Aegyptii atq; Aſſyrii funera obſiti ſqualore & ſordibus, ac ceno oblīti capillū ſumittentes & barba detonſa. Mileſii uero, eraſis capitibus plangere conſueuerunt, qui mos apud Barbaros inoleuit frequens, ut in funere & caſibus auerſis, iuuenes tonderent comam, barbam ipſi ponerent, & uxoꝝ capita deglabarent. Perſæ quoq; detonſis coniugibus & liberis, lacera ueſte, lugubri ululatu, corpora efferebant, qui etiam in funere claroꝝ uiroꝝ ſeipſos equos & iumenta tondebant. Apud græcos conuenit in luctu, uiros comas alere, barbā capillumq; ſummittere, mulieres uero tonſis crinibus eſſe, quē morem a Romanis uſurpatum legimus, ut ſorores defunctis fratribus & matres filiis orbatæ in acerbo funeris luctu, cum flebili uociferatione detonſos crines corpori imponerēt, qui mos antiquiſſimus uſq; ab Homero traditur. Apud quem patrocli cadauer opertum amicorum capillis ſuperiectis fuit. Et Achiles flauā comam in defuncti patrocli funere, manibus ſecuit. Quippe ea lugenti aptiſſima putantur, quæ indecora nec uſitata ſunt. Cuius rei cauſa in Lycia affines & propinqui

& propinqui in funere muliebres ueſtes induunt, ut eam ueſtitus deformitatem perteſi citius a lachrymis abſtineant. Macedonibus aſſuetum erat, ut crines tonſi defunctos lugeant. Nanq; Archelaus Macedoniæ rex Euripidē tragicum intimum familiarem crinem tonſus luxit. In quo facetiſſimum illud Bionis proditur perinde: lugentes capillum euellere: quaſi caluicio merore leuaretur. Carthaginenſes in luctu comas & ora lacerant & ubera plangunt. Idem græcis in uſu fuit: ut in luctu capillum manu diſcindant & coma uellant. Vtq; defuncti uxor: in fletu oculos corrumpat: quaſi hoc munus morientis foret. Aegyptiis quoq; traditur mos: ut in obitu Regis ſinguli capita luto deturpent: & nudatis māmillis mulieres: uiriq; pectora plangant: atq; in deformi illuuie duos et ſeptuaginta dies: cibis animantium: uino et omni paratu abſtineāt: ac recenſentes Regis uirtutes crebris eiulatibus luctum renouent. Si uero feles moriatur in luctus et mœroris ſignum ſola ſupercilia eradant. Apud Lacedemonios obitu regis enunciato Sparciathæ ſerui et mulieres. Ingenti coacta manu laceratis crinibus abſciſſa ueſte: cum uocibus et ululatu frontes manu plangunt, & capite conuerberato interitum miſerantes eū fuiſſe optimum regum uoce ſignificant: quem morte ſublatum omni genere honoꝝ uelut diuinum cumulari Lycurgus lege ſanxit. Ideo prævaluit mos regum et optimatum in funebri pompa ubi dolore inteſtino premūtur, de coris īmemores cinere caput aſpergāt: faciem deturpent: tunicā diſcidant. Humi iaceāt. comā uellant. Cōtra uero Thraces nā defunctos cū cantu: et luxu, laſciuaq; geſticulatiōe: patrium carmen canētes efferre ſoliti ſunt. Maſſyliēſes quoq; nullo dolori īdulgētes funera cū neceſſariis adiecto cōuiuio celebrant. Cymbri et Celtiberi: ſiq in acie mortē oppetūt: gaudio exultāt. Si aūt morbo affecti decedūt: in ſqualore et luctu ſunt. Pellibus quoq; ueſtiri Romanos diebus luctus, et q̄ funus facerent: cuiuſq; cura et procuratio funeris erat p̄textā pullam induere apud multos inuenio. Solitos etiam illoꝝ corpora qui magiſtratus & honores geſſerant, in prætexta purpura, togaq; conſulari uel Senatoria, uiroſq; triumphales in tunica Iouis, Plebeioꝝ uero in toga plebeia: aut pallio efferre, & cum eiſdē illa cremare ſæpe comptum eſt. Lecto igitur conſtrato purpura aut lintheis ſplendētibus & in eo defuncti corpore locato: poſt ultimā cōclamatiōem Tibicine p̄cedēte q̄ neniā funebrē: qua laudes defuncti & facta recēſebat, tū pudorē integritatē & fidē, nō ſaltabūdus ut olī, ſz ſtās phrygio modulo caneret, funus p̄cedebat. Is. n. modus erat ad merorē aceōmodatior, qđ ideo iſtitutū ferūt: quaſi īillas æternas amenitates. acī ſedes & cōcilia pioꝝ poſt funera recepti uideant. Tā & ſi multi: hoc funeris ſolēne: & oēm apparatū p̄termittiuſſerint. Quippe. M. Aemilius lepidus princeps ſenatus decedēs: p̄cepit filiis ut ſine lītheis: ſine purpura & tibicine funus ſibi faceret. Et Atticus Pōpōius mīticq; clariuiri ſine pōpa funeris efferri uoluer. pficaſq; q̄

Universidad de Deusto
Biblioteca

luctui præessent aduocare uel præcio conducere solebant, quæ cantu & funebri carmine lamentarẽtur/uitamq; & præclara gesta, summasq; uirtutes nõ sine miseratione laudarent. Nonnunq; mimos qui personas effingerent, ac facta dictaq; representarent adhibebãt. Quas quidem nenias græcis in luctu sæpe decantari inuenimus, qui Appio coronati defuncti laudes recensere carmine quod Ialemon uocant, & res memoratu dignas claro præconio celebrare affluerant. Senatoribus uero & patriciis atq; summis ducibus tuba, minoribus & plebeis exequiali tibia canebant Siticines. Quam tibiam non in funeribus modo, sed in sacris in ludis & conuiuiis adhibebant. Imperatoribus etiam pluribus tubis mestum clangentibus, quod a Charibus & Phenicibus deductum autumant, qui in funebri pompa breuibus tibiis lucubre canentibus uti consueuere. Deferendi uero feretrum propinquioribus uirilis sexus dabatur munus. Itaq; filii, parentes, & fratres sorores elatos funere deferebant. Nonnunq; serui libertate donati, plerunq; Senatorii, Prætorii & consulares, quiq; amplissimis honoribus functi erant. Imperatorum & consulatium uirorum feretrum detulere. Quare Pauli Aemilii qui de Macedonia triumphauit, legati macedonum, & Syllæ dictatoris pheretrum, Senatores & sacræ uirgines extulerunt. Et Metello filii tres consulares, unus censorius, & alter prætor lectum subiere. Dumq; effertur insignia honorum quos gessisset, ut fasces, secures, littores, armaq; /& dona militaria, coronasq; omnis generis quas in uita meruisset. Vexilla atq; urbium dona & legionum. Spoliaq; hostium ac munera quæ quis daturus erat, expressosq; cera uultus, & decora maiorum, totusq; familiæ longo ordine simulacra, & gentile stẽma præferebant ab ultima origine, quanto cum poterãt apparatu. Quare. C. Cæsar in amitæ funere Marii statuas pro decore familiæ detulisse fertur. Et Tiberius in Drusi funere originem Iuliæ gentis. Aeneam, omnesq; Albanorum reges: Romulum & Appium clausum, cæterasq; Appiorum effigies lõgo ordine p̃ duxit. Ferunt quoq; Iuniam quæ Cassio nupta fuit, uiginti Clarissimarum Familiarum imagines uelut indicium splendoris, & uetustatis familiæ in funere præcessisse, inter quos Manlios, & Quintios. Cassiumq; & Brutum. Non nunquam ut ampliore efferrentur funere, plures defuncto strauere, lectos, qui instrati in pompa funeris anteibant. Sicut de Sylla, cui sexmille, & Marcello cui sexcentos prælatos legimus. Tum siqui ab eo serui manu emissi & libertate donati fuerant. Illi præcipue qui fide insignes a domino cogniti forent, herilem interitum miserantes pleni lachrymarum, elatum corpus præcedebant pileati, aut alba lana capitibus uelatis, qui quanto plures erant, tanto plus nominis, laudisq; dedere, quod familiam totam decedens Dominus tantis muneribus cumulasset, ac libertatis præcio afeciſſet. Non nunquam illos qui rasis capitibus triumphantis currum fuerant

prosequuti, eiusdem defuncti corpus pileatos in pompa funeris, præcessisse inuenimus. Q. Terentium Culleonem, quem Scipio Africanus seruitio exemerat, quiq; triumphantis currum capite raso fuerat prosequutus. eiusdem elatum corpus pileatum preisse memorant, post sequente proximorum affinium & amicorum turba, lugentis habitu, capillo dimisso in ueste pulla aut cerulea: ut Cato significat, cum enim adolescentis funus facerent ceruleum frequentes induebant. Apud exteros uero pheus color sumebatur in luctu. Nãq; Antiochus audito fratris obitu, purpura deposita pheum induit, qui inter album & nigrum fuisse color traditur. Nonnunq; Senatu uniuerso & magistratibus cum uexillis interdum equitum turmis, si quando regum aut imperatorum funus efferrent comitantibus. Funeris enim hæc lex erat ut præcedente pompa funebri, uiui sequantur, tanq; haud multo post morituri. Interim lectulo plæriq; flores & corollas iacere, nõnulli unguenta & odores alii dona cumulare. Idq; noctu & obscura luce ideo ardentes faces adhibebant. Nam die funus efferre uetusto more non licuit. Quod Demetrius Rex cauit edicto ut ante lucem uel post crepusculum efferantur corpora, die uero non liceret. Sæpe tamen Imperatoris aut Ducis qui occubuisset in acie funus milites quantum poterant militaribus studiis celebrarunt. Ea pompa fuit, ut armatæ, instructæq; legiones in turmas & centurias cum uexillis militaribus inuersis aut abiectis militiæ insignibus defunctum comitentur. Phaleraq; equis detrahant, ensium mucrones & lanceatum cuspides humi deiectos ferant, & rogũ lustrẽt. Id qd̃ apud Græcos etiam seruari meminimus. Rogo igitur extructo & Pyra cupresso circũdata p̃p grauem cremati corporis nidorem, ne tetro odore abigerentur proximantes ac desuper defuncto corpore locato, illius oculos anteq; cremaretur patefacere & celo ostendere mos erat. Apud alios trientem in os defuncti tanq; naulum imponere, quem apud inferos dari pro portorio opinio fuit, & uana superstitione creditum, qd̃ apd̃ Hermionẽses uetabatur, quia pronus inde ad inferos descẽsus erat quasi naulo nõ indigerent obituri. Sicut circa exitum Syrtium fuit lethos amnis, & in Epyro atq; Heraclea pontica Acherusius specus, quẽ usq; ad inferna patere dixerũt, & cõtra Laodiceam os plutonium, in quo oẽ aĩatum moritur, & in Tenaro Laconiæ inferni hostia, & spelunca p̃ quam Cerber̃ eductum & furiar̃ templum esse ferebatur. Gallis uero mutuã. In uicẽ pecuniã dare quã apud inferos post obitũ redderẽt, in usu erat. Præfica assistente, & lamẽtabili carmine populum rogo circũdatum ad cõplorationes & lachrymas p̃uocante. Populo etiam largis fletibus & pari cõploratione respõdente. In quo luctu quædam admiserationem canebant carmina & uersus ad Tibiam cũ laudibus & lachrymis, pietatem, humanitatemq; & defuncti interitum miserantes. Eam uero pyram pro dignitate & honoribus quibus in uita functus erat, & pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut ampliſſimos magiſtratus & imperia geſſerat modo maiorem, modo mi-
norem extruxere. Fuitq; lege. xii. tabularum cautum ne de lignis politis extrue
retur. Donec per funerum miniſtros qui pollintores dicti ſunt, corpus igne
ſuppoſito cremabatur. In qua extruenda id ſeruatum eſt, ut præter arrida li-
gna, Papyrum quoq; quo facilius crementur nōnunq; crocum & uinum af
fatim apponant. Germanis ſtruem rogi. nec ueſte, nec odoribus, cumulare li
cet, ſed ſua cuiq; arma & ſuus equs adiicitur rogo, corpora uero clariſſimoꝝ
uiroꝝ: niſi ex lectiſſimis lignis certi generis concremari ſine ullo funeris ſolē-
ni permittitur. Dumq; igne accenſo corpus ardebat: pro dignitate: proq; opi-
bus quibus quiſq; potens erat: ita amici & affines: quiq; coniunctiſſimi ade-
rant, quæ cara habebant & præcipui cultus: cum gemitu & queſtu miſera-
bili in luctus & grauiſſimi doloris ſignum ignibus iaciebant. Itaq; multi ue
ſtes triumphales enſeſq; & Baltheos: nonnulli arma militaria: mulieres uero
ne ſtudio uincerentur: ornamenta ſua, Armillas, Zonas, mundumq; mulie-
brem, uictaſq; uirginalis comæ: alii retortos circinos/ et torques ac bullas p-
textaſq; liberorum flāmæ indidere, Thuraq; unguenta & odores omnium
generum: quos lancibus ferebant. Quare multos copia odorum ad Pyram
exanimatos & præter infinita odoramēta: in funere Syllæ ſtatuam iuſtæ ma
gnitudinis ex odoribus abſumptam comperimus. Quæq; defuncto cariſſi
ma & cordi fuiſſe arbitrabantur in uita, quarumq; rerum mirum & efficax
ſtudiū fuerat, ut ſcuta, gladios, & arma, canes, dilectos equos, Luſcinias aueſ
q; ad eundem rogum trucidatos, ut una cum defuncto crematent igni trade
bant, pleriq; uero ſeipſos. Vnde exemplis palam factum nouimus, multos ac
cenſis dn̄orum rogis, doloris impatientes, uel uiolentas ſibi manus intuliſſe
aut igni pariter abſumptos eſſe. Q d' etiam de canibus qui caritate domino
rum in flammas ſe iniecere memoriæ proditum eſt. Nam Hieronis & Ly-
machi canes accenſis rogis dominorum in flammas ſe inieciſſe / & uno in-
cendio arſiſſe tradunt, qui etiam erat Græcorum & Aethiopum præcipuus
mos, ut comas ad rogum diſſecent, corporiq; & igni imponant, boues &
pecora, equoſq; & canes in ignem mittant, uinumq;, & oleum fundant.
Vtq; rege morte ſublato, familiares & qui cum eo coniunctiſſime uixerant,
caritate principis uim uite ſibi ad rogum afferant, unaq; morte intereant. In-
dorum peruulgata hiſtoria eſt, ut uiro defuncto quæ cariſſima coniux in ui-
ta fuerat: eodē igne abſumat: unaq; cōcremet. Thracibus & getis erat iſte mos
ut uiro defuncto præcipue dilecta coniux maximo cultu ornata, ad tumulum
duci, & a ꝓpinquiore mactari, eodēq; tumulo humari debeat. Gallis uero, ut
ſerui, cliēteſq; cū dn̄is patroniſue una crement uiuentes, eadēq; pyra intereāt.
Gerri Scythica gens, defuncto rege in tumulo ubi cadauer odoribus delibutū
erat: p̄cipuā cōcubinaꝝ: pincernam: coquū: agaſonē: ac miniſtrū: una tumulare

equoſq; & quinquaginta ex miniſtris ad rogum præfocare aſſuerāt. Græcis
uero uſurpatur: ut imperatore aut duce fato perfunctis: funus efferatur ſolēni
pompa & apparatu regio. Captiuiq; & milites circa rogum digladiētur: oueſ
q; et boues mactentur. Vtq; in omnem formam luctus concedatur: equi ui
riq; tondantur. Propugnacula e menibus diruantur: templa lapidentur: aræ
ſubuertantur. Lares abiiciantur. Partus exponantur: cibo abſtineant: ignis ex
tinguatur: atq; in pompa funeris: magiſtratus Sacerdotes pueri: atq; iuuenes
cum tropheis: coroniſq; & armis militaribus funus ꝓſequantur. Cenas quo
q; ferales apparari & Chrateres lacte: uino: & ſanguine: necnon mella & cro-
cum ad rogum inferri ſolita inuenimus: ut una cum defuncto crementur. Fu
itq; moris Galathatum ut defuncti familiares: & affines inſcriptas epiſtolas
ad rogum coniiciant uelut apud inferos mortui illas mox lecturi forent. Fu
nebremq; laudationem optimates & grandes natu: aut proximi neceſſarii in
honore poſiti de laudibus defuncti habere: ac ſolēni laudatione illius facta:
dictaq;: & totius uitæ curſum: maiorumq; laudes recenſere aſſuerant. Primus
enim Valerius publicola mortuo Bruto ſupremas ipſius laudes: accurata ora
tione proſequtus fuit. Inde inſtitutum: ut clarorum uirorum in funeribus: ſo
lemnis laudatio eſſet. Nam & Appii decemuiri defuncti laudationem ſequtis
temporibus plebs equis autibus audiuit. Et Scipionem in funere ſupremo
ut hominem diuinum maximus cōmendauit. Fuitq; in uſu apud Aegypti-
os Rege defuncto anteq; iuſta dentur: per ſacerdotem qui proximam tene-
bat dignitatem: omnem uitæ ſeriem: & ipſius dicta: factaq; & an fuerit for-
tiſſime præliatus, an uero ſegnis & deſes: ex alto ſuggeſtu, in maximo omni
um conuentu perlegi & recenſeri, & ſi uicia prævalebant honore funeris pr
uari atq; inſepultum cadauer abiici. Si uero uirtutes præcellerent, omni hoi
nore cumulari, unguentis deliniri, & laudibus celebrari. Reliquos uero cu-
iuſq; ſortis homines ita laudari, ut ſine ulla opum fortunarum ue mentio
ne, ſolam religionem, Iuſtitiam, pietatemq; comēdarent. Apud Indos uero,
multa ſecula uiguit mos, ut cum moritur quiſpiam, pro foribus domus: ma
giſtratus cui hoc munus impendebat, ante actam uitam, moreſq; deſcribat,
ut uicia, laudeſq; innoteſcant omnibus, & palam fiant. Ferturq; Fabius Ma
ximus præ cæteris unus qui in funere filii inteſtino dolore affectus oratione
non infracta ad populum ipſius laudes magno ſpiritu diſſeruit. Quod a
græcis ſimile quoddam accepimus ut defuncti laudes ſolemni oratione, &
longo petito proemio proſequantur. Prediturq; primus Pericles fuiſſe qui
carmine & laudibus eos qui in bello peloponeſſiaco pro patria occubuerāt
ꝓſequtus fuit. Alii uero Solonem Græcis funebrem oratiōem primū inueniſſe
ferūt. Et q̄uis a principio uiroꝝ tantum geſta nec mulieres laudare conſueſ-
ſent. Quia tñ Camilli tempore, collatum auꝝ, ut ſeppis Romanus a Gallis

Universidad de Deusto
Biblioteca

redimeret dederunt. Cautum fuit, ut in earum funeribus, ſicut in uirorum ſolēnis laudatio eſſet. Nono uero die reliquias defuncti & cremati cineres, Mater, ſoror, & propinqui, affineſq; nigra in ueſte & effuſis comis, aut Pontifices & Sacerdotes nōnunq; primores patrum perfuncti honoribus tunicati & diſcincti lotis manibus & nudis pedibus, oſſa a cinere ſeparare & colligere ea, q; lacte & uino lauare, & deos manes aduocare. Græci uino & unguento inſpergere ſolebant. Cunq; odoribus effuſi in lachrymas in urna condere, & linteo uētilare. Fuitq; ſeruatum apud Indos & Aegyptios, Regum funebres tunicas, quo cineres cremati a reliqua fauilla diſtincti iaceant, ex litio quod igne nō abſumitur conficere, eaſq; ad rogum defunctum corpus induere. Quippe in Cariſto lapis naſcebatur, qui uelut lana intextus nullo igne adurebatur. Tunc poſtq; defuncto conclamato & nomine deplorato ſatis lachrymarū, luctuſq; fuerat. Ipſiq; ter aqua aſperſi & luſtrati erant: oī munere abſoluto, ſupremum Salue & Vale, tanq; nunq; eos uiſuri ultra conclamabant: & a Prefica feralibus officiis/iuſtiſq; perſolutis poſt lamenta & conclamationes. Ilicet dicebatur, qua uoce miſſum populum faciebat. Quiq; funus proſequti, qq; comites fuerant, uelut ſupremo functi officio ad proprios lares reuerſi, aqua aſperſi, ſupergradiebantur, hoc ſe piaculo ex funere expiari arbitrati, quod expiationis genus ſuffitionem dixere, cuius rei cauſa ferias ſæpe indixerunt, quæ denicales dictæ. Græci uero aqua luſtrantur pura, eademq; expurgantur in qua torrem ex altari extinxiſſent prius. Scythæ poſt funus, amicos excipientes æpulum præbebant cadauer comitantibus. Peracto igitur funere, ubi a luctu quieuit animus. Viſcerationem & ludos funebres plerunq; gladiatorios muneraq;, Græcis gymnica certamina & equeſtria in defuncti memoriā populo dari ſeruatum eſt/nonnunq; nauium curſus & naumachiam. In qua uiſceratione fuit inſtitutum ut omnia carius uenirēt, quare ad pollintum emere ſermo percrebuit. Ferturq; Nūmæ edictum ne piſces qui ſquamoſi nō eſſent, ad pollintum emere fas foret. Scilicet ne nimis magno in funeralibus cenis mercarentur obſonia, quam cenam pollinturam dixere. In qua & ſi nihil deeſſet: omniaq; affatim ſuppeterent, letari tñ minime decebat. Fuitq; inſtituta ut per uini, cibiq; lenimen, defuncti deſiderium leuaretur. Præter quā erat cena exequialis quæ ſenibus, & his qui multum ætate proceſſerant, dabatur: in qua pranſi diſcedentes poſt ſupremum officium, alter alteri uale dicebat: Quam Silicernium uocant, Athenis per funeri præfectos epulum apud defuncti maxime neceſſarium dari conſuetum. Argiuoꝝ uero inſtitutum fuit, ut defuncti affines ſtatim ab exceſſu Apollini ſacrificent, & trigeſimo poſt die Mercurio, Apolliniſq; ſacerdoti ordeum dent, ignemq; extinguant, & rurſus accendant, carneſq; uictimarū percoquant, quibus poſtea ueſcuntur. Eos q̄dem ludos apparatu magnifico, continuis nouem diebus, in huiſq; gladiatorū

paria, qui uenalem ſanguinem habebant Romani exhibuere, ad quos intromitti matronas nefas habitum. Idq; adeo uſu & moribus interdictum fuit, Vt. P. Sempronius uxori q̄d ludis funebribus interfuiſſet repudium dederit. Domi quoq; & in loco celebri defuncti imagines in memoriam poſteritatis: plerunq; cereas aut marmoreas uel æneas. Colūnas quoq; cum tropheis & titulis, ac magnificentiſſimis decretis, publico concilio erigere, & res geſtas monumentis inſcalpere leuandi deſiderii cauſa, antiquo more ſeruatum eſt. Quas etiam iniuria ceſis ciuibus, ſempiterno æuo duraturas publico decreto erexerunt, ut gratiam benemeritis ferrent. Apud Lacedemonios, his qui in re militari facinora geſſerant fortia. Statuas & colūnas pariter cum ellogiis poſt obitum dedere. Rege uero defuncto ipſius ſimulacrum, ita ut uiuus appareret. In toro, purpura & auro inſtrato effinxere. Tempus uero luctus ut erat a Nūma conſtitutum poſteri ſeruauere, qui puerum trimo minorē, nec lugeri, nec plangi uoluit. Id quod in Thera una ex cycladibus ſeruatum legimus. In qua pueri citra ſeptēnium aut hoīes ultra quinquageſimum annum indefleti fuere, q̄d illi rapti in maturo funere, uix primum uitæ limen attigiſſent, iſti aūt latis diu uixiſſent. Neq; ultra menſes decem, filios parētum, aut uxores uiroꝝ mortem deflere ſtatuit. Quod lugendi tempus patri & filio æque fratri & ſorori cōmune eſſe uoluit, ultra uero non licuit, ne luctu indefeſſo & lachrymis nunq; deſinentibus domus & familia funeſtarentur: itaq; poſt annum parētes filiorum & fratres ſoroꝝ funera deflere uetuit, ab eo.n. tempore lamentis parcere iuſſum eſt. Tam & ſi nullum lugendi tempus uiris legitimum fuiſſe nōnulli credant, annumq; feminis tantum præfinitum ad deplorandum: maſculis non item, infra quem alteri nubere non licebat: & concepto nec dum ædito partu uetabantur. M. tñ Antoninus philoſophus, ne ultra quinq; dies lugerent Romani filium ſibi morte ſublatum ſummæ ſpei adoloſcentem edicto inhibuit. Q. uero Maximus filio conſulari, &. L. Paulus: duobus. paucis diebus amiſſis/&. M. Cato: mortuo prætore deſignato filio: non luxerunt. M. quoq; Bibulus. Cos. cum toto conſulatu domi deli tuiſſet: quo die de obitu duoꝝ filioꝝ certior fuit. In Senatū uenit: & munus conſulare obiuit. Quod de Anaxagora & Xenophonte traditur: & Aſinio Pollione: qui quo die filium amiſit in conuiuio luxit. Contra Pericles cū aio infracto ſemp fuiſſet amiſſo Paralo filio magnitudine doloris uictus: lachrymas uberes dedit: & eiulatus nunq; deſinentes. Filios uero minores decennio tot menſibus quot annis uixiſſent, a parentibus lugeri ſtatuit. Sed nec uxores a uiris: nec ſponſas lugeri fas putauit. Tempore uero luctus: matronæ purpuram: aurumq; deponunt, atraſq; ueſtes induunt & in pellibus degunt: nec illa reſumere donec eluxerunt licet. Viri aūt Senatorii laticlauum & annulos aureos exuentes pullas ueſtes ſumunt: barbam: capillumq; ſumittūt. Piceas

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoq; & cupressos ueluti ferales arbores & diti sacras, in lugubri domo patricioꝝ amissis fratribus liberis & propinquis apponere mos erat. Græcis uero funesti, & qui exequias duxissent, ut lapide lesbio extructas domos incolant qđ subtristi esset aspectu. Athenienſibus Solon flebiles lamentationes: & cætera dolorem testantia uelut inania & nihil uitæ proficiētia substulit. Lycurgus uero Lacedemoniis undecim dierum spacio luctum terminauit. Qđ a Thracibus & Massylienſibus usurpatum legimus, quiquottidianas lachrymas & funesta omnia, ac sordes lucubres in funere inhibuere. Luctus aūt & meror patrius intra lugendi tempora ob plurimas minuitur causas, ut si liberi nascerentur. Si pater aut filius, frater aut uir, ab hostibus capti reuertissent: aut cum proprior affinis q̄ qui lugeretur domi natus foret. Vel si puella dabatur nuptui. Publicus uero si lustrum fieret aut uota soluerentur, uel sacra Cæteris instarēt. His enim casibus domum, aut familiam in squalore, & sordibus esse non decebat. Hoc quoq; notare contentus sum, neq; puerum minorem septēnio, priusq̄ omnes geniti dentes forēt, neq; fulmine ictos qui uita functi essent, rogis imponere aut corpora cremare: neq; hominem uita sublatum feriis publicis efferre licuisse. Quodq; quoties plura cadauera & acceruata corpora urerent aut incendi curarent, solitos esse funerum ministros: de nis uirorum corporibus singula muliebria adiicere, ut unius adiumento cætera facilius deflagarent.

Miraculum Tritonum & Nereidum, quæ uariis in locis tempestate nostra compertæ fuere. Caput. VIII.

TRitonem & Nereidas hominesq; mari genitos quos marinos appellant, præterq̄ qđ apud Plinium naturalis historiæ nono legeramus, nostra quoq; tempestare conspicuos fuisse multa documenta sunt. In memoria mihi est, cū adolescētulus ego, in porticu nostra portanouēsi Neapoli qñq; diuerterem, Draconettum Bonifacium Neapolitanum, Patriciæ gentis & inclytæ familiæ uirum ut in homine militari facundiæ florētis, & multaꝝ rerꝝ cognitione clarum: tunc senecta uenerabilem, & debilitate pedum inualidum in conuentu maximo præsente atq; audiente me: referre solitauisse, se dum in Hispania militaret, marinum hominem uultu & corpore prorsus humano absoluta similitudine pubetenus: postremis uero in pisce desinentibus uidisse in melle, ex ultima Mauritania & Oceani finibus ad Regulos sub quibus stipendia faciebat: & honestum ordinem duxerat, pro monstro allatum: fuisse autem facie hominis uetusti capillo & barba hispido atq; irto, colore ceruleo, statura ꝓcera, & maiore humana. Alis quoq; tenui cartilagine

cartilagine quibus marinos fluctus secabat, & membrana passim interlucētem munitum. Et hanc rem, non sibi tantum, sed plerisq; summæ nobilitatis uiris, notam & conspicuam fuisse dicere. Sed nequis, hoc uanum aut cōmenticium fortasse putet. Theodorus Gaza uir græca facundia clarus, & philosophiæ præceptis imbutus ægregiæ. Apud Iouianum Pontanum ad quē frequens uentitabat, ecmpluresq; nostrates, scite admodum & luculenter, ratiocinabatur, se dum in peloponesso ageret & fœda maris tempestate obortā: duriſſimo tempore anni, nōnulla piscium monstra procellæ ad littus illisissent, inter cætera uidisse Nereidem in littore, fluctibus expositam, uiuentem iam & spirantem, uultu haud absimili humano facie quoq; decora, neq; inuenusta specie, corpore squamis irto, ad pubem usq;, nisi qđ cætera in locustæ caudam desinebant, ad quam propere uisendam cum frequens concursus fieret. Ipseq; & nōnulli e propinquis oppidis uicini, affineſq; eo se contulissent, illā frequenti turba circundatam, mestam & aio consternatam ut ex uultu conicctari erat/in littore iacentem, crebroq; suspirio fatigatam conspexisse, mox cum a tam frequenti corona inspiceretur, seq; in sicco destitutam uideret, pre dolore gemitus spirantes, & lachrymas uberes dedisse, cuius misericordia motus ipse, ut erat mitis placiduſq;, cum turbam decedere de uia iussisset. Ipsam interim brachiis & cauda, quo maxime modo poterat, humi reptantem paulatim ad aquas peruenisse. Cunq; se præcipitem magno nixu in mare dedisset, ingenti impetu fluctus secare cæpisse, momentoq; temporis elapsam ex oculis nusq̄ apparuisse. Georgius quoq; Trapezuntius uir multi neminis & magnæ eruditionis aperta professione referebat amicis, se cum haud procul a littore in fonte quodam spaciaretur, puellam conspexisse eleganti forma undis extantem pubetenus, & quasi lasciuiret, subinde emergentem summergēteq; se, quoadusq; se conspectam intelligens: haud amplius apparuit. Sed super oia in nostro æuo haud absimile factum accepimus in epyro, profecto exemplum inter pauca memorabile, quod nonnulli prodendum posteris putarunt & actis quoq; publicis testatum est. Ad fontem iugis aquæ ad quem mulieres ex oppidulo aquatum uentitabant. Tritonem seu marinum hominem e spelunca quam forte ibi nactus fuerat, obseruare solitum, si quādo solam ad aquas accedentem, aut per lictus obambulantem mulierem uideret ipsum ex undis & spelunca leni gressu, tacitiſq; uestigiis desilire, & a tergo accedere: ac ui compressam mulierem ex insidiis adoriri, & ad mare concubitus causa arripere: arreptamq; sub undis deferre consueuisse. Quod cum apud loci incolas peterebuisset: diligentius marinum monstrum obseruasse: & cū diutile laqueos illi intendissent: haud multo post: dolo captum: & laqueis uinctum cepisse. Cunq; cibo abstineret: extra aquas diutius uiuere nequisse: squaloreq; tandem & tedio ad extremā tabem ueniſſe. Tenet fama uenereos eos

Universidad de Deusto
Biblioteca

& flagrantissime mulierum amasios esse, propterea oppidi incolas edicto inhibuisse, nequa deinceps ad fontem mulier nisi uiris comitata accederet. Hæc nos & eiusmodi ab his q diuersa maria penetrarant, & eadē mōstra, placidis aquis colludentia uidissent, & in occursum nautis, exertis capitibus ab undis occurrisse & uoces audisse referebant plerunq; accepimus.

Qui Xistici, qui ue Themelici apud iureconsultos dicti sint, quod ue officiū: & quid nomina designarint. Caput. IX.

CVm Ioanne Platina uiro docto & antiquitatum studioso: p familiari consuetudine sæpe deambulabamus, & oēs antiquitates, ueterumq; monimenta atq; ruinas Vrbis explorabamus. Dūq; in ueteri sæpulchro inter semiruta uestigia, inquirinali litteris mirandæ uetustatis, situ & senio oblitteratis. Epitaphiū legeremus insculptū his uerbis. L. THENODORVS . XYSTICVS . PARIDI . THYMELICO . BENEMERENTI . FECIT. Quærebat Platina, qui Xystici essent, qui ue Thymelici, nunquid artis noīa uel cognomenta forent. Cūq; meminisse me apud authores, qui Xystici dicerentur legisse. Q d'q; in Xystis uelut in gymnasiis nudi exercebantur. Athletas Xysticos dici respondissem. Xystos autē longas fuisse porticus ampla latitudine, & Gymnasium ubi ambulationes essent, & arbores plerūq; digestas: in quibus athletæ hibernis sæpe temporibus luctabantur: quas Græci Hypetras seu Paradromidas dicunt. Instar illorum quæ in Attica fuere Gymnasia: quæ tria uel maxime memorantur. Lyceum Gymnosarges & Achademia, qui aūt Thymelici essent, mihi nō succurrere, neq; in mentem uenire asseuerarem. Tum Platina quasi admirans ait. Nūqd nostro ciuili iure aliquam de Thymelicis mentionem fieri adnotassem. Nā de Xysticis satis sibi liquere: pugiles fuisse: uel ex eo qd' in Xystis & longis porticibus exercebantur: uel qd' hastis decernerent, a græco uerbo ξυστὸν qd' est hasta: quare Xysticos ludiones. qd' hastis depugnarent uelut gladiatores: & Xystarchum qui Gymnasio præesset nuncuparunt. Thymelicos uero eiusdem generis pugiones seu histriones fuisse se arbitrari. Siquidem Græci Histrionicam Thymelim nuncupant, θυμέλην enī scenā dixerūt θυμελικὸν Scenicos & histriones. Et nisi quid se fallat: de his apud iureconsultos in edictis p tox mentiōem fieri aiebat. Fuere inquit Athletax & Histrionū species multifariæ. Nam & gladiatores & pugiles & Thymelici & Pancratiastes, Xystici: Panthomimi, Palestritæ & harenarii. Sicut Thraces Mirmillones: Sequtores & Reciarii: oēs Athleratx: Histrionum & comedox numero habētur. Licet Panthomimos a Domitiano sublatos: mox a Nerua restitutos. Demū a Traiano

a Traiano electos. Histrionesq; a Tiberio, & deinde Nerone, ob plurima flagitia Italia pulsos legamus: Thymelicum uero Choragium apparatum esse: Scenarum & histrionum, quos omnes inter artifices adnumerari neminem fugit. Et plæraq; hoc genus memoriter & expedite, ut suus mos erat, uetex testimoniis exemplisq; referebat. Cum uero nos hac admonitione attentiores facti, in legum commentariis uersaremur deprehendimus, apud Vlpianum titulo de infamibus. Thymelicox Xysticox & Athletax, qd' tunc nō cōmemineramus, mentionem haud dubiam fieri. Thymelicosq; & Xysticos inter Athletas, & eos qui in theatrum prodirent, ad ædendas in scena operas adnumerari. Id qd' Platina fuerat p̄clare arbitratus. Censuisseq; iureconsultos qd' pugnandi causa in harenam prodirent, & ludricam facerēt: non propterea infamiæ crimen aut notam incurrere. Cuius uerbis admonetor, ut uex esse censeam, qd' apud Ciceronem refert Aemilianus artem ludricam & Scænas qñq; Romanos probro duxisse, genusq; hoc hoīum tanq̄ scurras improbissimos tribu amouere uoluisse. Quare sub Tiberio, in opera scenæ prodiisse famosa nota censebatur. Q d' etiam Senatusconsulto fuit uetitum, cautumq; seuere, ne equites Romani ludo & harena polluerentur. Tā & si feratur Augustus Athletis conseruasse priuilegia & ampliasse: cohertionemq; in histriones magistratibus inhibuisse ita ut in eos aīaduersionem nō haberent. Græcis uero prodiisse in scena inter Athletas honori fuit, nec p̄bro datum est. Quippe cum Plato summus fuisset Athleta post multiplices uictorias se philosophiæ dedit. Verba uero Vlpiani ex responsis Sabini & Cassii hæc fuere. Athletas omnino artem ludicram nō facere, uirtutis. n. gr̄a hoc facere, & utile uidetur ut neq; Thymelici neq; Xystici, neq; agitatores neq; q aquam equis spargunt cæteraq; eox ministeria qui certaminibus præsunt sacris aut deseruiunt ignominiosi. Ex quibus liquet Thymelicos & Xysticos a iurecōsulto inter Athletas adnumerari. Sed quia de Pranchratiaste & his qui in sacris certaminibus aquam equis spargunt, mentio fit, quì fuerint hi, & an inter ludiones recepti, adhuc ambigi, dubitariq; potuit. Cum p̄sertim nullā de his q aquā in certaminibus spargunt, mentionem fieri apud ueteres qd' meminerim sciam, nisi eos dicamus fuisse q in stadio dispositi: eqs sponte currētibus quo uelocius metā cōtingerēt, aquā p uices spargere: itaq; illos ad cursum ipellere solerēt. Prāchratiastē uero: eū dici uolūt: q luctator simul & pugil foret. Quippe cū alii pugiles: alii luctatores forēt, is q utroq; teneret studio pugna. l. & lucta Pranchratiasticus nūcupatur: & ubi exercent Prāchratium. Cē suitq; Vlpianus ad legem aquiliā: illum qui dum exercetur in colluctatiōe uel Prāchratio aut pugilatu: aliquem oppressit uel occidit: aquilia teneri. Verba uero Vlpiani ex ea lege hæc sunt. Siquis in colluctatione uel Pranchratio aut pugilatu: dum exercentur alius alium occiderit: Aquilia tenetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Locus ex Iuuenale de Trulla quid designet ex Authoritate Iurisconsultorꝫ & aliorꝫ testimonio explanatur. Caput. X.

TRullas pocula esse & uasa potoria censeri haud imerito plerique existimarunt. Idq; qđ a Iuuenale dictum est de Trulla, de quo apud eruditos controuersia est: nō id credi decere qđ uulgo putauerunt: ut de uase in quo alui proluuies effunditur intelligatur, cum id aliud sortitum nomen sit, & a doctissimis Scafium & Lasanum dicatur: ueroq; authoris sensui nō satis conueniat: sed de uase potui parato intelligi oportere constat. Illudq; q̄ sinceriſſime a poeta dictum fuisse. Laudare paratus.

Si bene ructauit si rectum minxit amicus
Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo.

In quo illum significari haud dubie putamus, qui postq̄ calicem exhausit in ipso fundo rictu: aut sibilo crepitum facere more detestabili non fuit ueritus, ubi idem crimen bis arguere Satyricæ dignitatis fuit. Vel de eo qui postq̄ uini calicem hausit: id qđ remansit: ita elisit in pauimēto ut resonaret. Q đ insolentissimi animi: audacis & petulantis: nimiæq; securitatis fuisse liquet, quem abusum apud compotores & Helluones impuros: qui scortis: uinoq; madidi: & æpulis distentierāt, Græcis inualuisse multi adnotarunt: ita ut ludus inde conuiualis foret, quem Cotabisin appellarunt. cum residuum potus in æneas phialas iactarent: qui si sonantior creperet: se ab amica redamari & mutuo affectu teneri putabant. Q uod esse ꝓbabile & ab authoris sensu nō alienū: ex contextu uerborꝫ liquere putamus. Id uero qđ de Trulla diximus inter pocula censeri. Scite admodum a Sceuola libro tertio de legatis definitum est in hæc uerba. Seiæ dulcissimæ poculum aureum qđ elegerit, fidei heredum cōmicto ut darent: quæro cum in hereditate non sint nisi trullæ: Scyphi: Modioli, Phialæ: an Seia de his speciebus eligere possit. Respondi cum oīa potui parata pocula dicantur: posse, Plinius septimo & trigesimo historiæ naturalis, Titus Petronius inquit. uir consularis inuidia Neronis, Myrrinam trullā trecentis sextertiis emptam fregit, ut mensam eius exheredaret, Cicero in Verrem, sexta actione: erat inquit uas uinarium ex una gēma prægrandi trulla excauata. Horatius quoq; in Satyris: qui uicentanū festis potare diebus: Campana solitus trulla: uappamq; profestis. Ex quibus licet estimare: trullam inter pocula & uasa potui destinata censeri. Sicut Scyphus: Modiolus & phiala: & quam Varro dixit depesca. Tam & si Scyphum Herculis: Canthaꝫ liberi poculum legamus, quo Marius post Cymbricam uictoriam potasse assidue dicitur. Fuit quoq; Heracleum Herculis poculum Sicut Nestorida quo Nestor utebatur: & Grāmaticum Homeri carmine celebratū: quæ in Dianæ templo

templo affixa Capuæ uisebantur. Notatumq; fuit inter Scyphos. Bœotios palmam tulisse qui Heracleotici dicti, & Alexandrinas cucurbitas cum exaꝛuerint ad usum uasorum præcipuas fuisse. Præter quæ uinaria uasa a græcis celebrant, Grossus, Bicus, Gaster Gasterium, Bicarium, Cypellum, Amphicipellum, Cyphela, & qđ hodie seruat nomen Baucalium diuersorꝫ generum: & Cybium nauis instar. Præterea Dactylotum ex proiecturis digitorꝫ nuncupatum: Gyala, Dynos, Cyborium, Cotyle, Encotylæ: Cadus & Cadiscus & Theryclia non incelebres quibus Dionysius libasse fertur. Id autem quod populari sermone de Trulla secus dictum est, ab eruditis haud imerito perperam iudicari. Succurrit tamen in hac re notare, qđ Pomponius iurecōsultus de auro & argento legato, memoriæ prodidit, legatis uasis etiam scutellas & promulsidaria contineri. In quo animaduertimus, promulsidaria, uasa qbus mulsum continetur nūcupari. Et licet græci οἰνομέλι, & μελικρατον: mulsum uocent. Vlpianus tamen de uino & oleo legato, uini appellatione, putat mulsum non contineri: οἰνόμελι uero contineri.

Exempla frugalitatis Priscorum, & q̄ parco uictu contenti fuerint, & quādo luxus primum urbem inuaserit. Caput. XI.

PRiscæ frugalitatis & abstinentiæ qua ueteres usi fuere: multa & magna nobis documenta sunt. Siquidem uini usus adeo mulieribus interdictus fuit, ut uinum bibisse, perinde esset, ac si in adulterio, aut graui crimine deprehensa capitali iudicio plectenda foret. Inoleuitq; usus ut cognati affinesq; mulieribus osculum ferrent. Scilicet an uinum bibissent ut ore explorarent. Idem Massilienſibus & Mylesiis pluribusq; græcorꝫ & barbarorꝫ gentibus, apud quos hydropotæ fuere mulieres: nec mulieres modo: sed & uiri abstemii. Apud Trogloditas licet reges mulsum bibant priuilegio honoris, uulgus tñ abstemium est, & aquā potat cum paliuro, qđ & uiris eque Romæ criminosum fuit, ad ānum usq; trigesimū. Seruo uero iterdictū penitus, nisi sacrorꝫ cā solēnibus festisq; diebus. Q uē osculandi quottidianū usum, postea Tiberius Cæsar, edicto inhibuit. Legimus Romulū Vrbis cōditorē, qđ in cōuiuio uinū nō biberet, a cōuiuiis increpitū. Et. Q. Coponiū qđ uini amphorā ei cuius suffragio magistratū petebat dono dedisset, ambitus fuisse cōdēnatum. Proditurq; memoriæ Egnatius Metellus uxorē qđ ui nū biberat fuste necasse. Et Cn. Domitius: mulierē q̄ uisa est plus uini bibisse q̄ualitudinis cā deceret dote mulctasse. Et matrōa magno natu, qđ claues cellæ uinariæ resignasset iedia mori coacta. L. quoq; Papirius ipator aduersus Sānites dimicaturus, uictori Ioui pocillū mulsi, ꝓ re magna uotū feciſſe dr, bibēt. n. Murratā aut passum Sānā aut defrutū aliaq; eius generis potu dulcia Adeoq; eos q se uino ingurgitarēt osos hēbant, ut sequtis tēporibus Censores

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanq̄ indignos qui honores & publica munera gererent senatu amouerent, notaq; & ignominia pstringerent. Indignum.n.uidebatur, illos qui ingenio temulento & marcido forent. Q uiq; libidinum maculis notarētur, ad rem publicam accedere, aut de publicis consultare. Q d' etiam Cretenses Lacedemonios & Carthaginenses factitasse nouimus, qui militibus ne efferos militia animos insolentiæ assuescerent, in omni militia uini potum interdixere: ex instituto Platonis, qui etiam magistratibus donec in honore essent uinum inhibuit. Id quod penes Athenienses criminosum erat, quibus ebrius princeps morte mulctabatur. Et Pittacus, temulentos siquid deliquissent duplicipena puniri curauit, ut formidine supplicii a uino promptius abstinerent. Q uin etiam Aegyptiorum lex erat, ut certa uini subtaxata mensura Regi quottidianis ferculis daretur, ultra quam excedere non licebat, ne sui impos per occasionem & licentiam turpitudini & sordibus uacaret. Sicut proditur de Mossinetis: ultra Carambim flumen, qui regem quem delegere siquid praue deliquisset totius diei inedia mulctabant. Apud Locrenses Zeleucus uinum usq; adeo auersatus fuit, ut etiam morbo affectis dari inhibuerit. Caueritq; ut qui uinum biberet capite lueret. Indi adeo abstemii fuere ut nisi sacrorum causa uinum bibere nulli fas foret, quibus erat constitutum, ut si temulentum Regem mulier occidisset, hoc donaretur munere, ut successori nuberet. Persarum quoq; milites adeo abstemii traduntur, ut pane & aqua sæpius uictitarint, panis condimentum & obsonium famem esse dictitantes: quibus tamen semel annis singulis inebriari permissum erat. Proditumq; est. Scythas cum inebriari gaudeant, & abstemii sint. Si quando ebrietatis dulcedine capi uellent ne contra constitutum facerent, in ignem coniectis herbis & fumo hausto, haud aliter q̄ uino apoto, madidos fieri. Q uod de Thracibus traditur, qui æpulantes focos ambiunt: herbarum semine ignibus iniecto, cuius nidore capti, ebrios imitantur, & tanq̄ uino affecti, temulenti iacent, sicut nepentes succo delibutis, tristitiam discuti putarunt. Babylonii quoq; incenso arboꝝ fructu & fumo hausto ita ebrii redduntur ut tripudiis & cantibus exultēt. Indos ferunt ex fructu arundinū quæ mel gignūt aut uino ex dactylis, atq; ægyptios potu e frugibus inebriari. Q uin ēt populum Romanum multa secula nō pane. Sed pulte uictitasse. Pistoresq; p annos fere sexcētos usq; ad persicum bellū, nullos Romæ fuisse satis cōstat. Fiebat.n. puls illis ex aqua. Frumēti & fabaꝝ aut ordei farina, quam in sacris & oblationibus deorum pro uictima adhibuere, qui quidem pistores tostū panem lautioribus coquere solebant, reliquæ multitudini far, ideo qd' far pinsebāt pistores dicti. Q uippe cū ueteribus molaꝝ nullus usus foret, sꝫ fruges igne tostas i pilas cōiectas pinserēt: unde & pisones dictos uolūt. Id.n. molaꝝ istar erat. Fuitq; uetus mos ut iidē essent coci & pistores. Lapsis mox tpibus

haud longo interuallo panes facere opus fuit mulierum. Ante uero fruges cognitas, gentibus plurimis, glandes fuere frumenti loco. Sicut Pira Argeis & Tirinthiis, Ficus Athenienſibus, quibus Chares adeo abundant ut illis enutriant pecora. Milium Meothicis, & lothometra, ex cuius semine conficiunt panes. Medis amindolæ. Æthiophagis pisces. Aethiopibus locustæ & arundinum fructus. Getulis ferina caro & pabulum pro pulmentario esse re. Chelonophagis testudines. Cardamum uero Persis. Palmulæ aūt Carmanis & Babyloniis, Aegyptii ex loto diu uictitarūt. Alani carnibus nō pane uescunt. Nomades & Gethaꝝ pars lacte. Indis aūt Calistiæ semen cibarium fuit, quoruꝫ Reges oleribus & palmulis plerūq; uictum quæsiuerunt, ciboꝝ affluentiam uelut ſuitamēta ignauiæ auersati. Epicurus quoq; sūmus uoluptatis assertor uictu frugali & modesto cōtentus, aqua & polenta aut pane ordeaceo uictū quæsiuit, contraq; paupertatem inuictum aīum gessit, nō qd' uoluptates auersaret, sed qd' in tenui uictu, se plus uoluptatis experiri aiebat, cuius rei argumentum est, qd' oleribus & pomis ac uilibus cibis, quibus uiuēdum cēsuit: libros refersit. Inter quos ꝓditur Philinus quidam tantæ abstinentiæ, ut nullo cibo nisi lacte uictitarit, & Moschus Anthimolus sophista solis caricis uesci solitus. Pueris quoq; & Iuuenibus ut uerecūdiores essent, in magistroꝝ & affinium cōspectu, foris cenitare, uiris aūt ut frugalitatis & parsimoniæ documenta darent, ꝓpalam cibum capere cōsuetudo fuit. Toruiq; illis ex ulua palustri fiebat aut stramēto. Hiemeq; ad focū, estate uero in ꝓpatulo & sub dio, neq; ultra nouē singulis lectis cenitabāt, illoscq; lautioribus uesci cibis nō sinebāt. Nam carnis arridæ, aut lardi pondo tria & sallamentoꝝ libra quottidianis ferculis apponere criminosum erat. Siquis ultra apponeret lege plectebatur. C. Fannii Cos. lege ante tertiū punicū bellum introductum est, neqd uolucrū præter unam gallinā quæ altilis nō esset apponeretur. Vtq; modus cenaꝝ luxuria nō deflueret. Singulis diebus præterq̄ saturnalibus & Romanis ludis uel plebeis, denos asses qui domesticis cenis impenderent ꝑ pfiniuit, tantæq; frugalitatis fuere, ut mēsam q̄is parcam oino uacuā tolli nō sinerēt. Sed ad cohibendū appetitum semp aliquid reliquiaꝝ, qd' posteradie cenā adiuuaret, supesse uoluerūt. Ouumq; & mel initio cōuiuii ministrari. In secūdis uero mensis poma simul & mel dari cōsueuere. Q uam uictus parsimoniam Athenis quoq; seruari tradiderūt. Nam Dioscuris in Prythaneo prandiū parabatur. In quo nisi oliuæ, caseus, & porrum, dabatur obsonium. Et a Platone in lautissimis cænis, Sal, oliuæ, Caseus, porrum atq; olera tantum ex agris iubentur apponi. Ac festis diebus pueri modesti cum uerecunda grauitate maiorum laudes carmine decantare, grandioresq; natu summo obsequio uereri. Illoscq; a conuiuiis domum reducere solebant, Militiæ & colendis agris adeo intenti, ut illustria inde cognomenta ferrent. Agrumq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

male colere, aut minus arare q̃ uertere cenſoria nota putabatur. Cunq; octo dies culturæ agroꝝ impenderent, nonum urbanis rebus & nundinis deſtinarunt, tam & ſi priori æuo, frequentiores Romanis fuiſſe nundinas & tertio quoq; die mercatu frequenti, nonnulli conueniſſe dicant. Q. Cincinatus ab aratro ad dictaturam uocatus, poſtq̃ domitis hoſtibus triumphans urbem iniit, licet non ex imperii maieſtate, aratrum tñ ſumere & agrum colere non dubitauit. Curius Dentatus cum a Sānitum legatis adiretur, rapa ſibi parare obſonium inuentus eſt, cui duos elones in caſtris fuiſſe aſſerunt, cum ſūmam imperii gereret. M. uero Antonino conſulari octo ſeruos/Carboni ſeptem. Et M. Catoni cum in Hiſpaniam Cōſul duceret, tres ſolum miniſtraſſe. Fertur quoq; Helius Catus. Cos. cum in fictilibus cenaret, legatos Ethorum uaſa aurea offerentes repuliſſe. Atq; Epitus poeta qui primus latinoꝝ heroica attigit adeo uictu fuiſſe tenui, ut in Auentino domuncula & unius ancillæ miniſterio contentus fuerit, nec tamen id ſibi turpe quisq̃ aut dedecori putauit. Siquidem paupertas tunc ſolida laus cenſebatur & uera uirtus. Quam rem eſtimare licet/q; æliorum familiam & Tuberonum, cum decem & ſeptem eiuſdem cognominis forent, modicis ædibus cum uxoribus & liberis eoſdem lares incoluiſſe, eundemq; agrum Veientanum araſſe, exq; eius fructu uictitaſſe legimus. Modumq; agrorum ultra ſeptem iugera excedere, aut denas argenti libras uiro triumphali in ſuppellectili eſſe, pniciosum erat, intra bina enim iugera poſſidere ſatis uiſum. Ita ut decem millia grauis æris maximas putarent diuitias. Quin etiam adeo parci fuere & tenues, ut non minus crimini darent, indomitas cupiditates non refrenaſſe, aut paternam non ſeruaſſe paupertatem, q̃ ingentes maiorum facultates largitionibus ab liguriſſe, multiq; oleribus leguminibuſq; contenti, abſq; eſu carniuꝝ ſæpe uictitarint. Documenta frugalitatis & abſtinentiæ inſignem memoriā poſteritati exhibentes. Quam etiam Græcis ſolidæ laudis & ueræ comendationis fuiſſe multi adnotarūt, legimus Thebanum Epaminundam tot uictoriis clarum imperatorem, adeo diuitiarum abſtinentiſſimum ut unica ueſte contentus, ſi qñ uetuſtate collapſam reſarcire opus foret, domi clauſum ſe teneret, quem Thebani publica impenſa & ære collato, ob inopiam extulerūt. Ariſtides ſe magis gloriari paupertate publice teſtabatur, q̃ reliqui diuitiis. Hipias quoq; philoſophus Eleus, ad id inopiæ deuenit, ut ueſtem anulum Crepidas & ſoccos, quæq; cultui erant neceſſaria, ne quod temporis deperiret, ſuis manibus elaboraret. De Lamacho fertur, quoties ab Athenienſibus dux creabatur, pro pallio & crepidis mutuam ab amicis pecuniam ſumere, cum unde comperaret non eſſet. Chrates, Diogenes, & Antiſthenes, aliiq; perduntur philoſophi abiectis diuitiis, pera & baculo contentos uixiſſe. Phociō Pelopidas, Socrates, atq; Ephialtes pauprimi & icultu tēuiſſimo uixere: oīuꝝ

tauen optimi atq; iuſtiſſimi. Adeoq; luxuriam & molliorem cultum deteſtati fuere, ut Thebis colūna in templo ſtatuta fuerit, in qua diræ execrationes in Regem Menin qui molliorem uitæ cultum inuenit continebātur. Poſtea paulatim frugales mores defluxere, paupertaſq; probro haberi cœpit. Luxuriæq; peregrinæ inuictum malum ad effeminandos animos, ab exercitu Aſiatico, in urbem primum inuectæ mores infecerunt, ſicut aurum Perſi cum fugato Mardonio Athenienſium aīos labefactauit, & dira tabe infecit. Inde illecebræ libidinum & reꝝ ſecundaꝝ luxus, in oēm licentiā eraſſati. Primoſq; Ionas, unguenti coronarumq; & ſecundæ menſæ, conſuetudinem inuenere. Tum ueſtis Stragula, menſæq; cithreæ heburneis pedibus inſidentes, ineſtimabili cenſu, comparatæ. Epulæq; lautiores & præter æpulas pſaltriæ Ludiones, & alia conuiuiis oblectamenta inuenta ſunt. Hinc peregrina obſonia: remotorumq; littorum piſces & magno cenſu comparatæ dapes: fercula q; ſextertium millies eſtimata, & gulæ nouiſſima irritumenta, aliaq; exq; ſitiſſima condimenta & uentris prodigia inuenta ſunt, ut niſi quis illa apponeret, ſordidus & parum lautus haberetur. Adeoq; luxus excreuit & eo proceſſit luxuria affluentibus diuitiaꝝ copiis, ut obſonia lautiora maioreſq; æpularum ſumptus, & magnas effuſiones edicto coercere, & luxurioſos apparatus pluribus legibus inhibere neceſſe fuerit. Hinc Fannia, Orchia, Didia, Oppia, Cornelia, Ancia, & Iulia leges ad cohibendam luxuriam uictus, ueſtituſq; & cenaꝝ imodicos ſumptus latæ ſunt. Hinc cenſorum edictis, Vulūa, Verrina, Abdomina, & Glires æpulis & conuiuiis inhibita. Quod & Lycurgum, factitaſſe nouimus, qui conuiuiorum apparatus & mēſas lautiores uelut cupiditatum inuitamenta ſanctionibus inhibuit. Sæpiuſq; abrogatis legibus nouæ poſtea editæ fuere. Et quāuis Antiocho Rege uicto. P. Licinius Craſſus & Iulius Cæſar Cenſores, nequis unguenta exotica uenderet penis inhibuerint, exemplo Lacedemoniorum qui unguentarios urbe exegere. Et M. Antonius, &. L. Flaccus, qd̃ legem de coercendis æpularum ſumptibus antea latam Duronius Tribunus plebis abrogaſſet. Senatu eūm amouerint Tamen. Q. Helius Tubero prætura delectus fuit, & deſpectui habitus qd̃ in funere Africani Populū Romanum publico æpulo Edinis pellibus, & teſtis Samiis ac lectis ligneis excepiſſet, quod incultam parſimoniam in rebus publicis non exhorruiſſet. Sicut de Cleomene fertur qui Lacedemoniis inuiſus fuit & ſubiratus: quod hoſpites iure nigro & pane igne durato Laconico more ad æpulas admiſiſſet. Licet Cato Senior, qd̃ pellibus edinis in publico æpulo pro ſtragulis uſus eſſet, nō mediocrem laudem tulerit, qd̃ frugales mores & continentiſſimos exemplo iuuaret. Fertur tamen Tiberius Cæſar: cum de coercendo luxu legem ferre uellet, nec coerceri immodicos ſumptus uideret poſſe. Satius duxiſſe omittere quod aſſequi nequiret, q̃ ten

Universidad de Deusto
Biblioteca

tare turpiter quod postea non efficeret. Sisti deinde res non potuit quo minus tacito consensu destitutis moribus/sumptuariæ omnes leges abrogatæ fuerint, cum nullus esset sumptibus modus, luxusq; & ignauia nullis præscriptis finibus, in uoraginem & gurgitez uitiorum ad nefas omne, usq; adeo pcesserint, ut diuina & humana prophanarint, populoq; simul & plebi grauem perniciem attulerint.

Quæ sint puræ & lectæ Hostiæ in deorum sacrificiis, & quæ uictimæ quibus diis dicatæ fuerint. Caput. XII.

IN sacrificiis deoꝝ fuit Pontificalis obseruatio, ut duobus hostiaꝝ generibus, diis sacra fiant. Vno in quo cum litabatur: uoluntas dei per exta exqrebatur. Altero in quo sola aía Deo consecrabatur, quæ hostia aíalis dicta. He frequentes fuere, ouis, sus, capra, bos, gallina, & anser, quas cum imolabãt: nisi puræ essent & lectæ, ad rem diuinam non proficere putabant. Fuitq; opinio potius ex ædis & agnis quia mites sunt, q̃ ex gallinaceis, suibus, & tauris, qm̃ aío abundant deos consuli & futura prænosci. Ideo ouilli pecoris hostiam nõ ab amplitudine, sed quia animi est placidioris pontifices maximam duxerunt, lectæ aũt dicuntur hostiæ maiores & uberius de pastæ quæ claudæ, morbosæ, aut uiciosæ non sunt (quia pernosci, nisi ex sana uictima futura non possunt) quæ ue fixam aurem, uel caudam aculeatã, aut linguam nigram non habent. Nũma Pompilius deos fruge coli, & mola salsa supplicari instituit, quam molam ex farre, sale, & aqua composuit, sine qua nullum sacrificium ratum fieri censuit. Atq; id far nisi tostum esset, ad rem diuinam nõ esse purum statuit. Ideo fornacalia & religiosos dies, ac ferias quibus far in fornacibus torrebant, seruari iussit. Græci uero non far, sed ordei primitias, libumq; & placẽtas ex ordeo diis offerri, ordeumq; sale insperſum in primis aræ infundi, satius duxere, sine quo saluis cerimoniis nullum sacrũ fieri poterat, illiq; qui primitias eiusmodi colligebat crithologo dixere nomẽ. In quibus fornacalibus, qui non fuerant feriati, quiq; in suatribu ut erat cõstitutum sacrum non fecisset, in quirinalibus sacrificio expiare cogebatur. Iccirco quirinalia stultorum ferias dixere. Atq; oíbus fere diis suæ uictimæ, & sua sacra constituta sunt, quæ præterire & transgredi non erat fas. Nãq; aliena hostia dii non placantur. Quippe Ioui Tauro, uerre, & ariete sacra facere non licet, quia soli Neptunno Apollini & Marti taurus imolatur. Tam & si flaminis uxor oíbus nundinis Ioui arietem mactet, & triumphi die Ioui Taurus hostia dicata sit. Et apud Homerum Vlixes imolauit Ioui arietem. Iuppiter uero prodigialis mola salsa & ture placatur. Neptũno pleraq; gens de

nigro tauro Troezeni de fructuum primiciis sacrificãt. Græci de cruribus taurorum. Vlixes ariete apro & tauro litauit. Athenis aũt licet octauo die mẽsis cuiusq; Neptũno sacrum fiat, non tñ de tauro semper. Neq; Apollini semꝑ græci de tauro, sed multiplicis generis uictima sacrificant. Nãq; Homero teste alius tauro, alter ariete aliquis hireo sacrum fecit. Ex bobus uero, uitulis & pecudibus laudatissimæ uitulæ ad deoꝝ placamenta habentur. Ideo Ioui a flamine oĩbus Idibus bos candidus, & ex agro faliſco uel Metuania imolatur. Nanq; illos ad uictimas farciunt, & deoꝝ seruant supplicia. Bos tñ iugo subactus sacrificio nõ est purus. Fœtus uero bouis trigesimo die. Pecoris septimo, suis uero nisi decimo a partu die puri habentur: ideo sacres dicti. Creditũq; est bouem quinquennalem: Insignem Ioui uictimam: & pecudes cũ bimæ sunt, sacrificio maturas fieri, lege aũt Solonis de boue nulli deo sacrificari licet quia cum aíal sit innocuum & agroꝝ cultui deditum in sacris mactari uetuit. Quippe ueteribus tantæ uenerationis erat, ut æque capitale esset bouem q̃ ciuem necasse. Aegyptii boues ruffas Typhoni mactant/Arabes pingues camelos in ara ignoti dei. Sicut nupturæ: uirginibus camelis sacrificant, Heroibus uero, tauro, capro, & ariete litant. Fertur tamen Pythagoras præter a se instituta & pscripta qñq; bouem musis. Ioui aũt gallum albis plumis imolasse: Solita urilia nisi cæsis tribus hostiis, tauro, ariete, & uerre, pura nõ habentur. Sed tñ ut hi oẽs solidi, firmiq; sint. Nam uitulos ad aras humeris hominum allatos: & claudicantes: & cuius cauda ad articulum suffraginis nõ ptingit, nõ litare aiaduersum est. Idq; apud Aegyptios seruari tantis cerimoniis, ut linguam bouis exerendo & caudæ pilos explorando, si uel unum pilum nigrum reperetint, hostiam tanq̃ impuram non admittãt. Græcis aũt tauri an puri sint, farina explorantur: caper ciceribus: capra: frigida aqua. Ruminales quoq; hostias nisi bidentes fiant, nõ esse puras consentiunt oẽs. Ambaruale uero sacrum, nisi de porca fecunda & grauida aut uitula fieri nõ cõsuetuit. Est aũt sacrum ambaruale cum arua & segetes solẽni uictima lustrantur: eam uictimam maturis frugibus ter circumarua ducere cõuenit, omnesq; post eam clamãtes sequi, ex quibus unus querna ornatus fronde cum solẽni psaltatu composito carmine Cereri decantabat laudes: ac postq̃ lacte uino & fauo libassent, anteq̃ fruges meterent poream Cereri imolabant: quæ præcidanea dicta est. Fuitq; memoriæ proditum a Suilli pecoris genere: imolandi initium: Romæ primum factum: eo argumento qđ lus fœderibus & sponsalibus adhibetur, & in initiis Cereri mactatur. Et q̃is in sacris Cereris uinum adhibere nefas sit: in hoc tñ sacro de uino libasse pontificales libri non uetatunt: quã quidem imolati ab eo q mortuo iusta fecisset crimen admitti putabatur. Deorum quoq; matri nullum sacrum nisi de porca fieri permissum. Et lustrari exercitum nisi suetoue: & tauris qui puri essent, non erat fas, qui postq̃ ter circũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

instructas acies ducti erant precedente pompa & gressu composito Martiim molabatur. In sacris deæ phrigiæ, quæ Matuta & mater deum dicta est, cui Galli execti membra secabãt, cimbala pulsantes, porcam tanq̃ impuram hostiam Romani non admisere: apud cuius ædem supplicantes filiis bona exoptare uetantur matres. Nepotibus non utiq; Bellone sacerdotes non animali hostia, nec uictima. sed suo cruore sacrificant, gladios enim districtos utraq; manu tenẽtes: humeros sibi & lacertos tanq̃ fanatici dissecant: hoc sanguine litari & crimina expiari putãtes: ita ut pro uulneribus stipes recipiãt. Aegyptii lunæ tantum & libero suem: reliquis diis boues mares: uitulosq; & anseres immolant. Capram tñ aut hircum nullo modo. Contra uero Britãni quibus leporem gallinam & anserem in cenis apponere: aut diis offerre lege uetabatur. In Mysia Abretani Iouis templum est: in quo suem comesse aut mactasse, scelus erat infandum & piaculare. Idem apud phenices quibus per oẽ tempus: suibus abstinere præcipitur. Fertur uero in Thessalia Castnienſis Veneris fanum fuisse, & aliud in Syda Pamphiliæ & in Aspendo argiuoꝝ, & Argis in festo qđ Hysteria dicitur. In quibus præter instituta, moresq; alioꝝ sues mactare licet, cum in cæteris nullo modo fas sit. Solum apud Tussas in Aegypto ubi Venus cornuta colebatur: uacca Veneri immolabatur, & in Nitriotica præfectura ouis. In Aesculapii sacris nisi capræ & gallinæ immolantur. Hæq; ad rem diuinam lutheo rostro & pedibus: puræ nõ sunt: nigræ uero & imparibus digitis, idoneæ. Astris & stellis uolucres dicatæ fuerunt. Isidian ser, gallus nocti & laribus: nonnunq̃ porcus: sicut equs soli & Marti, Lunæ taurus: Iunoni agna: Veneri columba: & capra Pani, & Mineruæ. Dianæ uero cerua. Quanq̃ libero: uino: melle: & lacte. Interdum capro & hirco sacrũ fieri nouimus. Mineruæ uero nihil caprini generis, sed uaccam: aut boues in iuges: & Iunoni: apud Lacedemonios capram immolari. Græci uero Mineruæ iuuencam sæpe indomitam auratis cornibus mactarunt: quare αἰτοφάγος dicta. Pyrrhus tñ dum Splene laborantibus medetur, albo semper gallo sacrificauit. Soli uero in Apollonia oue, Pani & Syluano porco: nonnunq̃ lacte litabatur. Fauno agna uel edo, Priapo asino. Obseruatumq; a Massagetis est ut reliquis diis posthabitis Soli equm immolent. Sicut a Sauromatis equas diis patriis mactant. C. tñ Caligula eo uesaniæ processit ut sibi tanq̃ numini sacro: Fasianos: phenicopteros & pauones mactari iusserit. Atheniẽses tamẽ annua solẽnia Mineruæ nõ capra: nec boue: sed tauris & agnis exhibere solent. Persicæ uero Dianæ: boue lampadis caratere notata. Tempestati autem agna pulla. Tradunt quoq; in parte Africæ Mineruæ sacrum fieri ut sine uictima puelle inuicem fustibus decernant. Persæ quoq; equm Marti, Carmani Asinum Lusitani hircum. Latini Picum: Lacedemonii equm: frequentius canem: Sabelli taurum immolabant, Romani equm dexteriorem bigæ: Gall

Cisalpini,

Cisalpini uerrem, diuerso quisq; consilio, rituq;. ita ut a Phaselitis quæ in Pãphilia gens est, piscibus sallis Marti & diis immoletur, & a Bœocüs copaide corona: ab aliis Timo. Ad opertanea uero sacra: nigræ gallinæ non uident puræ. Fuere aũt sacra opertanea quæ seorsum ab hoĩum conspectu in operto fiunt. Cereri Apollini & Bacho capris sacrum fieri decere nonnulli putant. Sicut Veioui quem Apollinem dicunt, ritu Romano capra immolatur. Hercu li & Cereri. xii. Kl's Ianuarias, sue, panibus & mulso sacrum fit. Sitñ sus pregnans sit: aliter non habetur pura. Etin fordicidiis nisi pregnante boue Pontifices litare solent, qui etiam dies in fastis ordicalia dicuntur. Lares canũ pellibus ideo ornantur, quia domus fidi custodes sunt & alienis formidolosi, domesticis uero blandi atq; ad nocturnos strepitus solliciti, sicut canes: qui floribus & sertis ture & fruge colunt, quoꝝ ædes in Campo Martio ab Aemilio Regillo prætore dicata fuit. In quoꝝ sacris id custoditur ut libertini sacerdotes sint, qui Augustales dicti, nihilq; de sacrificio extra ædes mittatur foras Sed intra domesticos lares oia absumant. Sicut cum sacrum Vulcano fit qđ proteruiam dixerunt, nisi uictima & quodcunq; supersit igni detur, sacrificium pollui putabant. Domesticis uero laribus reꝝ dabantur primitiæ sæpe etiam porcus, tam & si hostilibus laribus qđ ab his hostes arcerentur sæpe immolauit antiquitas, Gineciæ. Romani pro his qui domi nascuntur canem immolant. Sicut græci proserpinæ & Dianæ Sabei. Est aũt Ginecia, quã Romani bonam deam uocant, quæ ex corruptibilibus generationes facit, cui cum res diuina fit, optant neminem bonum euenire qui domi nascatur. In Lupercalibus canem immolati mense Februario quia lupo canis infensus est, & in expiationibus cane litari legimus, atq; ad placandum caniculæ sidus frugibus, inimicum etiam mactari canes: quas si ruffæ non sunt, puras non putarunt: quod sacrum, canarium augurium nũcupant. Pro frugibus quoq; & pecoribus ut rubigo auertatur lactenti catulo sacrum fieri conuenit. Idq; rubigalibus per quirinalem flaminem sacrum extra Vrbem fieri, in quo supexta canis tus & merum infundere mos erat, quos etiam catulos recẽs editos tam in adicialibus q̃ deoꝝ cenis sæpe adhibuere. Apud Lacedæmonios Marti immolabatur canis. Et Bœociis, cane in duas partes dissecto p medium ire expiatio fuit, idem & caribus ut exta canis diis offerre in usu haberent. Viuas ẽt canes cruci affigi, atq; inter ædes iuuentutis & sũmani singulis annis anſere insidente deferri uulgo proditum est: quæ crux nisi ex sambuco fieret: sacrum rite fieri minime putarunt. Isidi anser propria uictima dictata est: Plutoni taurus: Proserpinæ iuuenca & bos suluus Auerno. Vlixes uero apud Homerum ariete & oue nigra herebo sacrificauit. Sed nec semẽtẽ administrari: nec oues tonderet: nisi catulo prius fieret: ullo modo licuit. Vinum in sacris Cereris adhibere nefas est. Primitias uero frugum Cereri, uinum uero nouum Bacho

Universidad de Deusto
Biblioteca

dare cõuenit, quibus ueſci priusq; ſacerdotes illa libaſſent minime fas erat. In ſacris deæ Rumínæ inferre uinum expiatione dignum fuit. Quippe illi ſacrũ facientes, hoſtiæ lac non uinum inſpargebant. Et in ſacris floræ quam bonã deam nuncupant cum uinum libant lac fuiſſe dicunt. Veſtæ quoq; nõ uino ſed de Numico flumine libatur, quibus diebus menſe Iunio molæ frumentariæ & aſini ſertis & pane coronantur, ad cuius templum iuxta forum niſi nudo pede accedere conuenit. Sicut in edem Dianæ apud Cretenſes quam Britomartem nominant. Proditumq; memoriæ eſt Romulum nunq̃ uino in ſacris, ſed lacte libaſſe. Athenienſes quoq; Mnemoſinæ Auroræ Soli Lunæ & Vraniæ: nõ uino, ſed aqua melle diluta ſacrificant. Vbi uero in ſacris uina libare diis neceſſe erat, ex græca & imputata uite: ſeu fulmine tacta: aut quæ uulneratis pedibus calcata uel imunditiæ polluta fuerat: aut iuxta quã homo laqueo pependerat: quæq; circũciſis uinaceis profluxerat uina libare diis infaſtum erat. Thaſiis uero niſi uino libaneo odore turis diis prolibabatur, & in Aſopo in æde Eumenidum niſi muſſo libare: & pro coronis floribus uti permiſſum. Victimæ maiores dum imolantur auratis cornibus procedunt, minores coronatæ offeruntur. Eſt quoq; obſeruatum ut ſi cum uinum hoſtiæ fundendum foret, potius molam aut fruges in caput ſpargerent: ordine præpoſtero, aut ſi cum hoſtia ad aras ducitur: uehementius fuiſſet reluctata: oſtẽdiſſetq; ſe inuitam altaribus admoueri, uel ab ara aufugiſſet, uel percuſſa mugitum dediſſet, aut in aliam corporis partem q̃ oporteret: cecidiſſet: piaculare ſacrum & triſte auſpicium faceret: quaſi inuitis diis offerri uideretur. In qua re aĩaduertere licet: apud Hermionenſes boues præferoces facili ductu a miniſtra ſacrorũ peruetuſta muliere, ſponte ad ſacrificium duci & imolari. Ionestamen contra inſtituta moreſq; ſacrorũ, tunc maxime hoſtiam litare & diis gratam fieri putabant: cum inter imolandum taurus mugitus daret, funeſtãq; familiam aut hoſtem funere pollutum: nec ædes deorũ dedicare, nec publica ſacra facere poſſe: liquet: niſi in lemuralibus & parentalibus: in quibus infelicis diis dare inferias uſus obtinuit: quo tpe ædes deorũ clauſæ iacent. In lemuralibus fabam noctu iacere uſurpatum eſt. Lemures ſe ex domo eiicere clamãtes, quã nigram eſſe conuenit. Ipſamq; lotis manibus & pede nudo per ora uerſare, & poſt terga reiicere: eriſq; tinnitum facere, utq; Lemures fabis redẽpti domo abirent: nouies orare. Idq; maio menſe tribus noctibus fieri: donec ſolutis religione aĩs manes expiatos ducerent. In parẽtalibus aſſumere fabas uſus obtinuit ſicut in peruigiliis Cicer. Ac ferales cœnas: lenteſq; & offas ad ſepulchra illorũ ferre quibus parẽtare ius erat: quæ etiam feralia a ferẽdis æpulis dicta ſunt: quas in defunctorũ ſepulchris ſuper nudam ſilicem apponebãt. Notatumq; fuit in oĩbus ſacris feminini generis uictimas eſſe potiores. Itaq; ſi p matrem litari nõ poterat: femina ſuccidanea dabatur: nõ econtra. Namſi p feminam

feminam hoſtiam minime perlitatum foret: ſuccidaneam adhiberi nõ licebat. Apud Aegyptios ſecus, quibus feminam hoſtiam imolare eſt habitũ nefas. Barbaris quoq; circa montem caucaſum, & apud Derbices Perſicam gẽtem femininum aĩal uictimam dare, aut eius carnibus ueſci ſub graui documẽto uetabatur. Si tñ primis hoſtiis non litaſſent, aut ſi primum negligentia uel caſu non recte initum: aut curatum ſacrum foret, illas denuo augeri & ſæpius: ad expianda numina pmittitur, donec ritæ perlitatum aĩaduerterent. Illd̃ quoq; non omittendum: conſueuiſſe Romanos pro rebus quas cito expediri cuperent, etate grãdioribus & decreſcentibus hoſtiis, ubi uero rem augeri uellent & produci, iuniori uictima ſacrificare. Vnamq; hoſtiam nunq̃ duobus diis aut incertis: ſed certo numini imolare, ſuperiſq; impares, inferis uero pares. Quotieſq; aliquid iuẽtu raꝝ aut difficile ſacrificio adhiberi oporteret: illd̃ cera uel pane effictum apponere ſatis fuiſſe, ſimulacraq; eiuſmodi ficta & commenticia, ac ſi ipſa res repreſentaretur, eandem uim, uigoremq; habuiſſe, id qd̃ a græcis obſeruatum cõperimus. Cum.n. Ciziceni nigram bouem palladi quotãnis imolarent, & preſſi obſidione/bouem comparare nequirent, ex frumento illam effinxere, eoq; pacto perſoluto uoto numen expiarunt. Athenienſes quoq; in feſtis Iouis militii quæ dialia uocant, extra urbem: ſæpe non ueras uictimas: ſed cõmode effictas obtulere. Vtq; ſi pro infantibus imolandum foret, nõ grandis, ſed minor hoſtia mactetur. Notatumq; & illud eſt. In deorũ manium ſacris, auerſa & triſtia auſpicia aut dira & nefanda, magis fauſta & felicia eſſe, itaq; in his ſacris potius eſt non litare q̃ litare.

Quæ origo cenſorum, quæue poteſtas, & ex quam paruis initiis in q̃tum magnitudinis deuenerit. Caput. XIII.

Cenſorum origo licet a paruis initiis orta, eo tñ creuit: ad tãtumq; faſtigium deuenit, ut moꝝ diſciplínæq; Romanæ, decoris dedecoriſq; diſcrimen, uectigaliaq; & publicorũ locorum priuatorumq; arbitrium ſub illius cura & poteſtate foret. Totiuſq; reipublicæ circa morum diſciplinam ſupremũ ius haberet. Fuere.n. M. Geganio. Macerio iterum, &. T. Quintio Capitolino quintum Conſulibus primi Cenſores ſuffragiis populi creati. Papirius Semproniuſq;. Tam & ſi Seruium Tullium a quo iura militiæ conſtituta ſunt, primum Cenſorem fuiſſe, nõnulli credant: qd̃ populum Romanum primus cenſuiſſet. Qui magiſtratus & ſi a principio quinquẽnalis: poſtea a Mamerco Aemilio Dictatore cautum fuit: ut annua & ſemeſtris cenſura foret. Cuius rei cauſa ipſe Aemilius qd̃ ueterem cenſuræ ſtatum citra præfinitum minuiſſet a proximis Cẽſoribus tribu motus & ærarius

Universidad de Deusto
Biblioteca

factus est. Ad quã licet a principio admitterent patricii solum. Postea. P. Philo Dictatore alter Censor. Deinde. Q. Pompeio, & Metello Coss. uterq; ex plebe Censores creati. Demum eo dignatiõis uenit, ut nisi clari, illustresq; post triumphos & Consulatus illam expeterent. Hi ergo censendi populi: & lustri faciendi cã ab initio creati: eo ꝓesse re: ut maximar, minimarũq; rer ꝓcipue circa mor disciplinã cognitionem aĩaduersionemq; haberent. Nam de iuramẽto cognoscere: & in periuros aĩaduertere: epular sumptus cohibere, Senatores legere & cooptare, sũmotis indignissimis & honestissimis allectis Principem Senatus constituere, ĩmeritosq;, ꝑ turpitudinem sordesq; uitæ. Senatu uel tribu amouere, notisq; & ignominiis afficere, aut in ceritũ tabulas referre etiam Aedilem, Q uæstoremq;. Tum illos qui agrum male colerent, aut incuriosæ haberent, perditosq; & profusos nepotes parumq; honestis moribus uiuentes aut uerbis inciuilibus loquentes ærarios facere. Cẽsoriæ potestatis erat. In quo id fuit seruatum ut motis e Senatu, notas ascriberent, & demerita notarent, qđ lege censoria cauebat cuius uerba ascripsi. Cẽsores populi sobolis: familiasq; censento, pecuniasq;. Vrbis, templa, uias, ærarium, uectigalia tuento. Populiq; partes in tribus distribuunto, & pecunias i ciuitatis ordines partiunto, equitum peditumq; prolem distribuunto, celibes esse prohibento, mores populi regunto, probrum in Senatu ne relinquunto: bini sunto, magistratum quinquẽnium habento, reliqui magistratus annui sunto, eaq; potestas semper esto, & infra. Referebant. n. censores in ceritum tabulas, illos quos ignominiæ causa suffragiis priuabant: qui quidem censores ciues sic notabant, ut qui Senator esset, ob crimen eiiceretur senatu, qui eques: equm publicum uẽderet, qui uero plebeius in ceritum tabulas referretur. Obseruatumq; ut quem Cẽsores Senatu amouerẽt: nota quoq; & ignominia perstringerent, eaq; quæ ad publicam disciplinam pertinerẽt lege ædita statuerent. Deniq; eo dignationis uenere ut oĩum magistratuum principẽ locum tenerent: ad eamq; nisi uiri Consulares & maximis functi honoribus admitterentur nulli. Q uin etiam uitam singulor & mores inquirere. Exceptisq; Coss. præfecto urbis. Rege sacror: & uestalibus uirginibus: circa disciplinam mor in oẽs magistratus censere & aĩaduertere poterant. Q uæ Cẽsura apud Siculos quoq; magni nois fuit. Nam cum oẽs Siculi ex censu tributa conferant: ois potestas estimationis faciundæ censori permittitur. Hanc etiam institutionem Carthaginẽsibus fuisse accepimus: ut illi præfectum morum & uitæ magistrum habeant: quem ferunt in Hamilcarem aĩaduertisse: congressumq; cum Hasdrubale tunc in primo flore ætatis uetuisse, qa multi obloquebantur qđ parum integra fama essent. Apud Argos uero siquis in re quærenda negligens foret & remissus aut si desidiosum & segnem uiderẽt Rationem unde uictum quæreret apud magistratum qui loco censoris erat

reddere

reddere cogebatur/qđ Areopagytæ Athenis sæpe exequti sunt, ut qđ qsq; Atheniẽsium ageret, & quo q̃stu uiueret magna cura ingrerẽt. A Nabatheis seruatũ legimus, ut negligens & remissus qui opes paternas minuisset pena mulctaret, cui uero res esset auctior daretur ꝑmio. Id qđ Draconis lege cauebat, ut qui ocii dãnatus esset capite lueret. Amasis quoq; Aegyptii rex iter cætera cõstituta: ꝑcipua lege cauit, ut uitæ rõnẽ ꝓtor a quocũq; exquirat/ut siqs turpi quæstu uiueret uelut facinorosus noxã lueret, Q uã legem Solon imitatus fertur, ꝑcipue cauẽdo/ut qui malis artibus degeret cuiq; ocio perret dies, pena afficeretur. Cuius rei cã Massilienses, uates sacrificulos qui q̃stus cã sacra circũferebant, suis oppidis exegere, ne religionis ꝓtextu ociũ lectarentur & luxũ. Q uin etiã de paupertate orbitate & celibatu, querere, & contumaces plectere, Censorum munus erat. Furius Camillus cum cẽsuram ageret, ut exhaustæ ciuitati, ꝑ assiduas bellor clades, ciues supperetent, legem de maritandis ordinibus tulit, qua inter cætera penis coercuit, illos qui uiduar nuptias quar uiri bello ceciderant deuitarent. Eos uero qui ad senectutem celibes ꝑuenerant/æra penæ noĩe ad ærarium ferre iussit. Q uã legem. Q. etiã Metellus Numidicus iter in censura promulgauit. Aedes quoq; sacras, uias aquæductus, & loca publica faciẽda locare, aut aquar fluxus dare & ihibere poterãt. Siquidem Cato Censorius, aquã publicã quæ in priuatas domos & hortos deriuabat inhibuit, & porrecta in publicũ ædificia demolitus fuit. Vectigalia quoq; & portoria noua statuere, & uetera exigenda mãdare, illaq; publicanis & cõductoribus locare nõ uetabãtur. Ea tñ ꝓscribere, nisi Romæ & accito populo, eiusq; placito & assensu, ac publico ꝓcone cõsulto, & nisi Kis mareiis quibus uectigalia locant Censori facultas non erat. In quo fuit aĩaduersum post Pauli Aemilii triumphum quem de oi Macedonia habuit Perse deuicto, usq; ad Hirciũ & pãsam Coss. ꝑm Romanũ uectigaliũ collatiõe & tributo uacasse. Is. n. tm̃ auri & argenti ex manubiis in ærarium tulit: ut tributor collationem & onera leuarit. Etiam de ære alieno cognoscere, cẽsoriæ potestatis erat. Animaduersum tñ est, de nulla re censores q̃ de iureiurando seuerius iudicare consuesse, qđq; posteriores priorr decretis plerunq; non stetere. Sæpiusq; illa rescinderunt & antiquarunt. Post aliquot uero ætates Romani nimiam potestatem esse rati, Mucronem cẽsorium multis remediis retuderunt, & ne impune insolescerent/censuræ extenuatis uiribus, gravibus edictis coerciti sunt. Q uare. P. Clodius in Tribunatu plebiscito sanxit, ne quem Censores notarent, nisi antea legittime accusatus, & utriusq; Censoris iudicio damnatus foret. In tantum ut Metello censori qđ minus iuste penam itrogasset, aquæ & igni ĩterdictũ fuerit. Diuus uero Claudius dũ Cẽsurã ageret nullũ nisi sua uoce & sine patrocinio uitæ rõnẽ reddere passus fuit. Clara quoq; censura fertur Appii Claudii, & Claudii Plaucii, qui uiam Appiam e

V

Universidad de Deusto
Biblioteca

Roma Brunduſium ſtrauit,& aquã quæ Appia dicta eſt:iuchendã curauit. Tam & ſi.C.Gracchum in tribunatu uias perpurgaſſe,& itinera ĩperuia muniuiſſe,ſinguliſq; miliaribus lapideas columellas ſtatuiſſe,& Scaurũ Aemiliam uſq; Sabatios.M.q; Lepidum,&.C.Flaminium in cõſulatu Ariminũ uſq;,& deinde in Aquileiam Flaminiã ſtrauiſſe legamus.Iulius quoq; Cæſar cõmiſſa ſibi Appiæ cura,dũ illius refectioni uacat,magnas opes effudiſſe fertʼ quã poſtea collapſam Auguſtus ſibi muniẽdam deſumpſit,reliqs triũphalibus uiris delegatis,quas p̃cipuis opibus ornarũt.M.uero Aemilius Cos.pacatis Liguribus uiã a placẽtia ut flaminiæ cõmitteretur.Ariminũ uſq; ſtrauit: & Flaccus in cẽſura uiã p Formianum mõtem pduxit.Fuit quoq; iter cælebras latina & Valeria,altera uſq; ſinueſſam altera ad Marſos. Nã Salaria & Nomẽtana haud multæ lõgitudinis p Sabinos cõſtratæ ſunt.Indis fuit ĩ uſu ut p cõſiliarios purgentʼ uiæ,q̃bus p dena ſtadia,ſingulos lapides locare,& diuerticula ac diſtãtias adnotare negociũ erat.Athenis uero uiarũ curatores uniuerſæ fere ciuitatis adminiſtratiõem habebãt.Magni quoq; exẽpli Cẽſura fuit Fabii Gurgitis,q licet defamatiſſimus poſtea ætate grauis. Cenſurã Seueriſſimis moribus ægit.Sicut.L.Lentuli qui repetundarũ accuſatus haud multo poſt.Cenſor ſanctiſſimus euaſit.Pre cæteris. M.Catonis cẽſura apud oẽs ordines,plus nimio triſtis & uehemẽs habita eſt,quare p̃cipua flagrauit inuidia qdʼ inuicto aĩo eſſet & inflexibili.Illud quoq; notatum eſt,ſolere cenſores nouos milites,& eos q ſupra ſeptimũ & decimũ annũ equo merere debuiſſent: nec militaſſent ærarios facere. Quare.M.Attilii Reguli,&.P.Curii Philõis p̃clara cenſura numeratʼ,qdʼ Iuuenũ Romanorũ duo millia,q Hãnibale Italiã puaſtante,quatriẽnio militiã detrectaſſent,inter ærarios retulerunt,ſuffragioq; & comiciis priuarũt.Eis quoq; q paũ idoneæ militarent munuſue facerent,equm adimere.Illiuſq; arma & equm uẽdere: alios ætate & uiribus habiles ad militiã cogere,& ſacramẽto adigere,aut equũ publicũ dare,officii Cẽſoris eratʼ:qdʼ a Solone olim cõſtitutũ ferũt q eadẽ pena afficiendum putauit euq; q militare nollet & qui aciẽ deſereret q ue in acie timidus & ignauus eſſet, Etiam equitatũ recẽſere,alios q legitima ſtipẽdia feciſſent,militia miſſos facere,aut numeratis ſtipendiis cum laude miſſionẽ dare,uel equm deferre illis q militaria munera obiuiſſent:nõnunq; ſi crimen expoſceret reum capitis agere poterant. Quippe.M.Fabius Cenſor ſeuerior & durior.Fabium Butheonẽ filium furti inſimulatum capitis reum egit,& ultimo affecit ſupplicio.Et q̃uis qui Conſulatus Dictaturas & alios geſſerant magiſtratus ad Cenſuram admitti ſolerent.Plerunq; tamen ex edilitate qui nec prætor,nec Conſul fuiſſet,gradum ad Cenſuram feciſſe comperimus, præcipue cum ante acta uita plena grauitatis foret.Craſſus Licinius qui nec prætura ante:nec cõſulatum geſſerat,ad cenſuræ honorem ex ædilitate euectus fuit,quam una cum Pon

tificatu geſſit.Ac licet ex duobus Coss. altero defuncto college ſubrogando haberentur comicia,alterq; conſul in defuncti locum cooptaretur,tamen ex duobus cenſoribus altero deſito alium ſubrogari non licebat. Quod.C.Iulio cenſore mortuo.L.Papirius curſor ne abiret magiſtratu. M.Cornelium Maluginenſem collegam ſibi ſubrogarat,religio inuaſit,& piaculare fuit, qa eo luſtro a gallis urbs capta eſt,ne in demortui locum Cenſor ſubrogaretʼ. Itaq; Cenſore uita functo, collegam magiſtratu abire oportebat. Quãuis Appius Claudius Cecus contra mores inſtitutaq; maiorum, collega ſe magiſtratu abdicante ſolus cenſuram gerere non dubitauit.Hoc quoq; adnotaſſe non pigebit,quod licet omnibus magiſtratibus circa morum diſciplinam cenſura præmineat,tamen Tribunatui plebis & ædilitati, illam quandoq; ceſſiſſe conſtat.Ideo.P.Furio,&.M.Attilio cẽſoribus, ab Appio Metello tribunõ plebis,qdʼ quæſtorem eum proximo anno tribu amouerant,& ærarium fecerant diem dictam,ipſoſq; in uincula ducẽdũ eſſe compertum eſt, quod profecto non feciſſet, ſi id ſibi iure ſacroſanctæ poteſtatis facere non liceret. Quãuis poſtea conſenſu Senatus,res diſcuſſa fuerit,ne Tribunicio furori cenſura obnoxia foret. Fertur tamen Domicius Nero, Neronis auus,dum ædilitatem gereret,adeo procax & animi immodicus fuiſſe, ut.L.Plancum Cenſorem uia ſibi cedere coegerit.Illud quoq; non prætericrim,qdʼ inter opera cenſoria in primis cibaria anſerum qui pernigilem curam gerunt in Capitolio,qdʼ olim fuere urbis cuſtodes & imperii,louemq; miniandum. Ex uectigalibus uero lacus lucrinus eruendus boni ominis cauſa locari conſueuerat quibus cenſoribus incumbebat locationis leges dicere.Sicut Athenis Apodectæ,qui collationibus & uectigalibus præerat, quorum iudicio quicquid controuerſiæ erat in publicis collationibus decernebatur. Quodq; cura Horologii inter opera cenſoria nõ in poſtremis erat.Atq; in delectu,cenſionesue primi Valerii Silirini & Statorii priuilegio honoris noĩantur. Quodq; hi qui cenſoria nota antea notati fuere, licet cenſores poſſent creariʼ:& quo minus creentur,cenſoria nota minus officiat,tñ hi qui cenſuram geſſiſſent q̃uis laudabiliter,itaq; cẽſores creari,aut ad munus cenſoriũ admitti:nullo modo poterãt. Idq; exẽplo.C.Getæ,q a.L.Metello & Cn.Domitio Cenſoribus, Senatu motus & ignominia notatus, haud longo poſt interuallo oblita memoria de decoris & permulſis ciuium animis ad cenſuram euectus fuit.Illud quoq; nõ ab re fuerit dixiſſe.Tiberii tempore magnis contentionibus actum in Senatu,ut non modo cenſura, ſed reliqui magiſtratus quinquennales forent, & niſi quinquennio ſingulo comicia magiſtratuum fierent,quæ res primum dilata,mox perpetuo ſilentio oblitterata fuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid sit apud iureconsultos cenaculariam exercere, qd Cathtadomus, qd Sferiterium, & quid Hipocausta. Caput. XLIII.

IN circulo iuris peritorum mutuo sermocinantium præsente me, quæsitum est a notæ facundiæ uiro, quid sit cenaculariam exercere. Siquidem ab Vlpiano titulo de his qui deiecerunt, dictum fuit. Siquis cenaculariam exercens, modicum sibi hospicium retinuerit, residuum uero pluribus locauerit, si ex eo cenaculo deiectum effusumue quid fuerit, omnes teneri, cum ex mediano cenaculo deiectum probaretur, & tam & si nonnulli diuersa sentirent ancipiti contentione distracti. Dixi ego quantum cõminisci potui ex Varronis authoritate. Cenaculum superiora ædium, ad quæ scalis ascenderetur dici/ quæ pars in quilinis & his qui domos conducerent locabatur. Fuitq; moris Prisci, ut pleriq; ex ædibus modicum quid sibi reciperent, superiora uero domus inquilinis locarent. Fuisse enim Romæ edificia frequentia, pluribus cenaculis constructa, ædita in altum, quæ postea ab Augusto certa subtaxata mensura cohibita sunt: multis testimoniis probatur. Cenaculariamq; exercere eum dici, qui eiusmodi negocium ageret, locaretq; inquilinis domorum cenacula consuesset. Græcis uero contra, nam superiora domus & alte penetralia sibi recipiebant, ad inferiora autem uestibula & sub porticu Homero teste hospites, diuertebant. Censuit ergo Vlpianus, Si cenaculariam exercens hoc est curam gerens eiusmodi cenacula locandi, modicũ qd ex hospitio sibi retinuerit, residuumq; pluribus locauerit, si ex cuius cenaculo deiectũ qd esset, in noticiã nõ uenit, oẽs q incolerẽt una actiõe teneri, cõtraq; singulos agere licere, dicitq; cenaculariã a cenaculis, sicut Sagariã a sagis, de qua iurecõsultus sexto & decimo digestoꝝ libro mẽtionẽ fecit. Q ñ. s. saga & id genus uestimenti mercatur quispiam, quo pluris distrahẽdo lucrum faciat. Sic Camelariã dixere camelorꝝ curationem, & Camelarios camelorꝝ curatores, qd munus psonale est, de quibus apud iurecõsultos de muneribus fit mentio frequens, & q uecturis uictũ q̃ritabãt uellaturã facere dixerũt. Rursus quærebat qd signent illa labeonis uerba de actiõibus emptidum inqt, qd si periculosam rem antea facere seruus consuerat, ut si p Cathadromum curreret uel in cloacã se dimitteret, tuq; uendito, a te seruo id impetrasti qd sine periculo exequi nequibat, cẽsuit Paulus teneri uenditorẽ ob necẽ dãnum ue, siquam in pniciem seruus incurrisset. Q uid Catadromus, & qd esset cloaca quærebatur. Respõdi catadromũ decursionẽ dici, spaciũ ue i quo: equi currus ue agitarent, Præcipiti cursu. ἀπὸ τοῦ δρομου, per quem seruus currendo, uel in cloacã se dimittẽdo ni mig uitæ piculũ adibat. Q uippe currus

uel equi impetu, dum incautius subit obteri, uel in Cloacam mergi poterat? Fuisse enim Cloacas Romæ in ingentem altitudinem depressas, receptaculum omnium purgamentorum urbis, a Prisco Tarquinio primum, mox a Superbo & demum interiecto tempore, a. M. Agrippa profusis sumptibus & magna mole cõstructas authores tradunt, per quas septem amnes quasi sub urbe pensi i solida structura raperent omnia & auferrent, ad quas non sine uitæ periculo descensus erat. Neq; dubium quin seruus uix sine noxa per catadromum currere, uel in cloacas descendere poterat. Tertia fuit quæstio quid signent illa Vlpiani uerba titulo mandati, quibus Aurelium hospiti suo medico mandasse dicit, ut in hortis suis Spheriterium & Hypocausta, suæ ualitudinis causa Rauennæ construat. Q uid esset Spheriterium & quid Hipocausta ambigebatur. Cunq; censerent ex interpretis authoritate locum amenum dici Spheriterium. Hipocausta uero subterraneum, & alia imperitissime. Tandem cum certaretur sententiis, ex Plinii & aliorum authoritatibus compertum est. Spheriterium locum fuisse circularem qui plures capiebat circulos & spacia uariis lusibus distincta a Spherica figura dictum demulcendi, laxandiq; corporis & animi remittendi causa, a summis uiris, & magnis honoribus functis intra ædes, nonnunquam in thermis estructum. Erant enim loca deambulationi, quieti, & cursui, tum luctæ, iaculationi, & palestræ accommoda. Sicut Trigon locus triquetro similis ubi pila exercebãtur & ludo, græcis frequens erat. In hoc enim ad ualitudinem, tuendam Diuum Vespasianum remisso a negocijs animo, mẽbra defricare solitum. Suetonius memorat, & Alexandrum Seuerum teste Lampridio, in Spheriterio luctari & cuttere, ac molliter exerceri accepimus. Hipocausta uero cubiculũ dici, undiq; occlusum, in quod aer non admittitur, sed igne accenso feruore atq; estu, uaporat intus, nec foras diffunditur calor, dictum ἀπὸ ὑποκαιστᾶν quod est succendere, quasi uaporarium, quod calçris asseruandi causa fuisse fuitq; Vlpianus tertio de legatis. Q uicquid comburendi causa, siue ad balnei calefactionem, siue ad dietarum hypocausta paratum foret, ligni appellatione contineri. His. n. Hipocaustis propter frigora quibus maxime obnoxii sunt germanos, & eos qui gelidissimam plagam incolunt, ac loca assiduo niuis casu inaccessa, uti frequenter inspicimus. In illisq; uersari duro tempore anni, ibiq; æpulari, ac seria & iocos agere. Hodieq; eiusmodi Hipocausta in nostro orbe germanorum more, in difficultate Hiemis, ac gelida & niuali die a multis incoli uidemus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Solere futuras calamitates, multo ante signis præmonstrati, & miraculum quo uastitas Regni Neapolitani prædicta fuit. Caput. XV.

SOlere deum imortalem, cum aliquid diri uel aduersi imine at, id portentis & prodigiis futuræ ostendere, uenturasq; ca lamitates signis minisq; celestibus præmonstrare: & ipsi no uimus, & a nõ cõtemnẽdis authoribus: relatum accepimus. Quo tpe Tarquinius regno pulsus fuit, satis constat imi nens exitium canem loquutum fuisse, serpentemq; latrasse, quo portento perniciem & exilium sibi mox futurum ostensum est. Creso ly doræ Regi qñ id concidit regnum, natum filium semestrem articulate loqu tum diro & prodigioso euentu, fatalem calamitatem quæ postea sequta est præsignasse dicitur. Gallis etiam senonibus ad urbem properantibus in noua uia ubi alloquutionis postea templum fuit, uocem auditam quæ gallos aduẽ tare diceret, inter exempla relatum est. Sed ne infinitas species & nimis uete ra ab ultima origine percensere uidear. Patrum nostrorũ memoria euidentis simis ostentis, anteq; in ponto Bizantium ab imanissimis Turcis terra, ma riq; oppugnaretur, quo excidio quanta calamitas q̃tumq; uulnus Christia næ reipublicæ illata fuerint, nemo ignorauit, compertum est, apud Comum citerioris galliæ urbem, uergente ad occasum die, ingentem canum multitu dinem per aera ferri. Postq; diuersorũ pecorũ armẽta. Species peditum primo leuis armaturæ, deinde hastatos scutatosq; subsequi, equitesq; in turmas diui sos ingenti instructa acie prosequutos, horis ferme, tribus imaginem aduen tantis exercitus præbuisse. Demum corpore procero imanem & formidabilẽ hostem supra q̃ dici possit, ueluti exercitus ductorem terribili equo insidẽtem processisse, aliaq; ludibria oculorũ per inane apparuisse ingentium malorum prænuncia. Donec nocte appetente uisio ois illa dilapsa est. Quæ ostẽta fu turæ excidium, cædem & calamitatem quæ postea urgẽtibus fatis sequta sũt præsignasse nemo dubitauit. Sed qđ nos recenti exemplo experti uidimus, pfecto haud minus est. Cum florente fortuna Ferdinãdi primi Regis Ara gonii. Vrbs Neapolitana & regnum, nullis adhuc belli calamitatibus ꝓmeretur/ satis constat Cathaldum sanctum uirum qui ab hinc annis mille Pon tifex urbi Tarentinæ præfuit, quẽq; patronum Tarentini ciues uenerantur & colunt, nocte intempesta ministro sacrorũ cuipiam tunc sacris initiato & in casta religione educato: semel atq; iterũ in somnis apparuisse, ac monuisse ut libellum a se conscriptum quem in abdito loco uiuens abdiderat, in quo di uina arcana scripta erant, effodere & protinus ad regem deferri curaret, qui cum parum fidei somnio dedisset, eadem sibi per quietem sæpius obuersata specie, cum primo diluculo solus moraretur in templo. Ipsum Cataldũ qua

lis erat olim dum in uita ageret, pontificia ueste & infula amictũ, eidem mi nistro plane uigilanti apparuisse, & prædixisse, ut postera luce cum primum posset, libellum a se conscriptum in abdito loco quem in somnis prædixerat, conditum effodere & Regi deferre ne cunctaretur, penam nisi fieret grauiter cõminatus. Postera luce solẽni pompa ministrum cum populi comitatu ad latebram in qua longissimo æuo libellus latuerat, procetisse: cumq; plũbeis tabellis obsignatum & clauis obseratum inuenisse satis cõstat. In eo certũ est futuræ regni excidium, miserias, calamitates, & luctuosa tẽpora, atq; instan tia mala quæ postea sequta sunt: regi ꝓdixisse. Id qđ experimento dec ti, ma gna mercede ꝓlolutum uidimus. Siquidem tanta uis diuinæ ꝓdictionis fuit: ut haud multo post: ipsum Ferdinandum: seu deum ira: seu fato insuperabili qđ uitari nõ potuit, in primo belli apparatu: uita cõstet excessisse. Carolũq; galloræ Regem ingenti coacta manu: innumeris copiis Neapolitanum oẽ re gnum inuasisse. Alfonsumq; Ferdinandi primogenitum: post patris obitum uix regno assumptum regno orbatum turpi fuga uelut in exilio diem suum obiisse. Mox ipsius filium Ferdinandum Iuniorem, sũmæ spei adolescẽtem, miri erga oẽs studii & fauoris: cui rursus regnũ debebat: miserõ & fatali bel lo implicitum: in ipso ætatis floræ imatura morte ꝓuentum occubuisse. Po stea gallos & Hispanos cõmunicato imperio & æquato regni iure, fugato Federico altero prioris Ferdinandi filio, qui mox regno successerat: admotis hostiliter legionibus & ampliore exercitu: denuo regnum inuasisse, sacra pro fanaq; occupasse, bonorum direptiones fecisse. Vrbes, uillas, uicosq; oi belli clade peruastatos: multa seda & indigna passos. Oppida queq; & municipia cædibus & rapinis plena: prouinciasq; horribilem in modum conquassatas, & in extremum discrimen adductas: incendiis & stupris ac siquid ultra malorũ est patuisse, eũdemq; Regem nõdum functum fatalibus malis: post euersam domum & tot Vrbium clades, cum coniuge & liberis regno depulsum do mo & fortunis relictis in inimicorum manus supplicem uenisse, ibiq; mor bo & tabe confectum e uita tandem excessisse. Donec ad hæc tempora in q bus formidare non desinimus: & an satis piamenti & penarum adhuc pen sum sit ignoramus: peruentum est.

Qui duum uiri, triumuiri, quatrum uiri, quinq; uiri, septem uiri, decem ui ri, quindecim uiri, & centum uiri fuerint. Caput. XVI.

DVumuiros sacris faciundis qui carminum Sibyllæ & fato rum populi Romani placandæq; & auertendæ deum iræ antistites erant: quiq; quoties prodigia nunciarẽtur: adiri so lebant: a principio binos fuisse accepimus a Tarquinio insti tutos: quoræ alterum. M. Attilium qđ Arcana Sibyllæ pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

mulgare & palam facere ausus fuerat, uelut parricidam insutum culleo proiecit in mare. Lapsis deinde temporibus a Sextio & Licinio Tribunis plebis cautum fuit, ut pro duum uiris sacrorum decem uiri crearentur, quinq; patrum, quinq; plebis, manstq; hic numerus ad Cornelium fere Syllam, quo tempore quindecem uiri qui sacris faciundis, supplicationibus & lectisterniis præessent, quiq; placamenta deum & expiationes ediscerent, officiaq; cerimoniarum exequerentur, librorumq; & carminum Sibyllæ curam agerent primum creati sunt. Q ui quidem libri a Tarquinio superbo ære magno coempti ad Cornelium usq; Syllam, mansere incolumes. Tunc.n. incenso capitolio cum omnia deflagrarent, ipsi pariter absumpti fuere. Siti.n. erant in Capitolini Iouis templo, in arca lapidea loco subterraneo, magna cura, studioq; seruati. Tam & si ad Augusti tempora superfuisse, eosq; sub Palatini Apollinis basi conditos stetisse. Suetonius author sit, ubi una cum marticæ carminibus & bagoes nymphæ, quæ Tuscis artem scripserat fulguritarum seruabantur. Eam uero Sibyllam putant Herithream, cui nomen Heriphile, Alii post Heriphilem Herithream uixisse arbitrati sunt/ quæ mulierum prima cecinit oracula. Fuit.n. Alexandri tempore. Nam Delphicam ante Troiana bella uaticinatam, & pleraq; Homerum operi suo carmina accõmodasse ferunt. Alii Cumanam quæ Amolthea dicta est, dicunt fuisse. Præter quas fuere uaticinio ísignes mulieres. Vna Athenais nomine. Apud Hebreos Sabba. Apud Chaones phaennis. Dodoneis peliæ. Licet Sibyllæ nomen, non assequutæ. Nam Sibyllæ, quatuor præcipue nomen uendicarunt. Erythreæ Samya, Aegyptia. Q uibus postea adiectæ Iudea, Cumeaq;: quæ mente cõcita & numine afflatæ euentoꝝ cõsequentiam carminibus prædixere. Eratq; mos uaticinandi, ut ex primis litteris, cuiusq; uersus uaticinium contexerent: qd Plautum & Ennium in quibusdam uersibus feciſſe memorãt. Q uibus postea libris. Gabinius. M. Otacilius. &. L. Valerius legati ex Consulto Senatus Erythras profecti, mille uersus, eiusdem Erythreæ summa cura conquisitos, in eodem sacrario collocarunt: qui una religiose culti: concelebratiq; sũt Mox Augustus incenso Capitolio: bello sociali: dato sacerdotibus negocio per omnem Samum: Ilium: & Erythras: Africam: Siciliam: & Italiam conquiri oía Sibyllæ carmina & quantum humana ope fieri posset, uera discerni & interpretari iussit. Et demum cum de libro Sibyllæ relatum ad patres fuisset: quem Caninius Gallus recipi inter cæteros eiusdem uatis iusserat: sũma ope Tiberius restitit: & ne reciperetur effecit. Et q̃uis decemuiris sacroꝝ alii superadditi sint, ita ut ad sexaginta excreuisse dicantur. Semper tñ quindecem uiri dicti: noíatiq; sunt. Creabat.n. eos Senatus, uel quõc oportere uidebatur Consul. Q uin etiam ex scito plebis. Duum uiros populum creasse: plerunq; compertum est: qui: nisi patricii essent: in numero eligi nequibãt, & nisi post obitum

post obitum alium mutari aut cooptari non decebat, ab oiq; urbano munere & belli cura ímunes erant. Hi ergo & sacras ædes dedicabant, & obsecrationes, expiationesq; ad placandas, auertendasq; deoꝝ iras procurabant. Tũ si tetra prodigia nũciarentur aut monstra. In dubiis reipublicæ casibus. Iussu Senatus ad libros tanq̃ aditum adibant, illoꝝ ũq; iussu quæ decreta erant aut p̃scripta, uelut ex oraculo monita fiebant. Etiam lectisternia curare, & expræscripto libroꝝ, ludis Apollinaribus, aut secularibus præesse, templa dedicare: ludos celebrare, uota concipere, supplicationibus, sacrificiisq; solẽnibus p̃fici solebant. Præter quos fuere duum uiri, quibus hoc munus incumbebat, ut sacras ædes dicarent authore Senatu aut facerent. Faciendasue locarent, aut reficerent. Hos quoq; ex Scito plebis: nõnunq̃ a Cõsule sæpe a prætore creatos comperimus: eoq; absoluto negocio: ab iniuncti muneris cura quiescebãt Et duumuiri municipiorum & alii nauales quibus Naualium populi Romani quotiesq; instrui classem uel refici oportebat, utq; naualibus sociis implerentur: cõmeatuq; & armamentis instrueretur negocium dabatur. Nec nõ aquæ ductuum deriuandarumq; aquarum, coloniæq; deducẽdæ: qui curam agerent quiq; id muneris exequerentur: sæpe duum uiros fuisse comperimus Et alios Capitales qui perduellionis diem ad populum dicerent: & in facinorosos aíaduerterent: a principio originum creatos. Diem uero perduellionis ad populum dicere: erat aliquem capitis accusare:, uel mortis pena reum agere. Hos quoq; leuiori pena coercere: uel fustibus cedere posse: aut in carcerẽ duci iubere: nulla controuersia est. Præter hos fuere triumuiri etiam capitales. Postq̃ Curius Dentatus de Sãnitibus triumphauit: tunc primum Romæ creati: qui de criminibus pariter cognoscerent: & in facinorosos síquid sceleres & perfidia deliquissent animaduerterent: qui uigilias per urbem disponere: & nequi nocturni cætus fierent: obseruare: neu qui molitores nouaꝝ reꝝ hostilia auderent: prospicere debebant: quæ cura lapsis temporibus ad præfectum uigilum translata est. His quoq; ut carceribus Lathumiaꝝ intẽtior cura aggeretur: carcerisq; custodiam haberent. Vtq; neci destinatis mensa lanionia: Machera: & supplicii instrumenta præsto forent: cura: procuratioq; impendebatt ut cum in reos aíaduerti oporteret: ipsoꝝ interuentu fieret. Q uitam & si facinorosos capitis agere & punire possent: uirgines tñ aut ímaturas puellas licet maximoꝝ criminum reas & penæ capitali obnoxias: triumuirali iudicio afficere non poterant: quoꝝ cura: consilioq; non modo incendia: sed coniurationes clandestinæ & intestina urbis mala sæpe depulsa sunt. Nec me prætexit post Cannensem cladem pp ingruentem æratii & militum inopiam. Trium uiros conquirendæ pecuniæ: monetales seu mensarios creatos fuisse: æris argentiíatq; auri flatores: quoꝝ munus erat: numiſmata probi auri, & argenti: iustiq; ponderis examinare: & alios legendæ iuuẽtutis qui militiæ idoneos

Universidad de Deusto
Biblioteca

per oppida conquisitos ascriberent/qđ quidem ingruente bellorum tumul
tu sæpe fieri animaduertimus. Quo.n.tpe ad Cannas magna clade pugna
tum est, consternata republica, triumuiris datum negocium fuit, ut non inge
nuos modo, sed seruos ære coemptos, & mācipia ad quattuor & uiginti mil
lia sacramento adigerent. Etiam sacris requirendis & ędibus reficiendis: quā
doq; trium uiros præfuisse accepimus. Sicut reipublicæ constituendæ & legē
di senatus, aliosq; recognoscendi turmas equitum cum fide, curaq;, ab Au
gucto institutos, plerunq; assignando agro in coloniis & municipiis, quiq;
uigilias circuirent & incendiis occurrerent, qui nocturni appellati: qđ noctu
per urbem excubias agerent, triumuiros creari animaduertum est. In qua re
proditum memoriæ fuit. M. Militium: Cn. Lollium, &. L. Sextium triumui
ros nocturnos, qđ in sacra uia ad extinguendum incendium præsto nō fu
issent: a Tribunis Pl. increpitos multam exoluisse, qui etiam supplendi Sena
torum numeꝝ, ímeritosq; amouendi plerunq; ius habuere. Et si qñ ius di
cebant non in tribunali sella curuli, sicut Coss. prætoresue: sed in subselliis se
lut tribuni & quæstores iura dabant. Quotiesq; per Senatum populumq;
ager dandus uel diiudicandus aut coloniæ deducendæ forent, triumuiros qui
agrarii dicti sunt, plerūq; pfuisse cōptum est, tam & si agꝝ pontinum quinq;
uiros diuisisse & per uiginti uiros ac decemuiros agrum Capuæ & samnitis di
uisum ac ueteranis premia assignata legamus. Proditum tñ memoriæ est cū
Tribuni pl. ferrent ad populum de decemuiris cum imperio creandis, ut quic
quid agri publici per Italiam, Syriam, uel Asiam esset plebi diuideretur, legē
q; promulgare contenderent. Ciceronem summa ope restitisse & uelut rem
pestiferam rogationem antiquasse, eosq; magnifica oratione sic fregisse ut ui
cti obmutescerent. Quatrum uiros uero creatos accepimus illos quibus de
ducendaꝝ coloniaꝝ, aut siquid nouum nunciatum foret: ut curarēt ne dāno
respublica afficeretur, obq; uaria negocia munus mandatū erat. Præter quos
fuere quinq; uiri agris diuidundis, muris, turribusq; reficiundis, Sæpius ut
plebem funebri pecunia eleuarent. Vtq; es alienum pro his qui soluendo nō
essent de publico soluerent: qui mensarii nuncupati: quæ res quantum ad pa
trum: plebisq; conciliandos animos profuerit, difficile dictu est. Quippe cū
esset plebs obruta fœnore pecuniis in foro positis uim ingentem æris alieni
dissoluerunt. Post quos usu exigente quinq; uiri creati cis Tyberim & ultra
Tyberim qui possent uespertinis horis uices magistratuum gerere, cum ma
gistratus ad id temporis in foro esse non deceret. Deniq; quoties aliqđ mu
nus factu difficile reipublice impendebat in quo præcipua aliquoꝝ opera, si
desq; exquirebatur: ubiq; multum studii, curæq; opus erat: modo duum ui
ros, nunc triumuiros: aut quatrum uiros: quinq; uiros, sex uiros: aut decemui
ros creauere: quoꝝ ope: cōsilioq; iniuncta munera sæpe exequti sunt. Ipsiq; ne
gocio

gotio absoluto pro quo dicti creatiq; erant, ab iniuncto munere quiescebāt.
Fuitq; aīaduersum q; si decemuiros locandis uectigalibus, qđ plerunq; usu
ueniebat Romani præfecissent, his ubiq; uectigalia distrahēdi potestas erat,
cum aliter nisi Romæ a Censoribus uectigalia locarentur. De septem uiris
Epulonum traditum accepimus, qui hi a principio tres uiri fuere asciti inter sa
cerdotes/quibus togæ prætextæ iuś datum ut Pontificibus. Hi fuere. C. Li
cinius Lucullus. T. Romulius, &. P. Portius Lecca qui legem de creādis pri
mum tulere: quos pp sacrorum multitudinem ut ludoꝝ æpulare sacrificium
conficerent: Pontifices sacris præesse uoluere. Qui tpe procedente septē crea
ti fuere. Et quia sacris æpulis præerant, cenarumq; pontificum quæ adiciales
dictæ sunt, curam agerent. Ipsiq; æpulas Ioui principi deorum, cæterisq; diis
indicerent: æpulones appellati: qui si qua iusta & solēnia sacris deessent: ad Pō
tifices referebant: deq; illoꝝ consilio sententiaq; sacra & omissas cerimonias
decernebant. Hoꝝ filiæ ne inuitæ uestæ sacerdotes fiant sicut Auguris & Pō
tificis maximi, aut quindecem uiri sacroꝝ ueteri priuilegio īmunes erant. Præ
ter hos fuere decemuiri: sub titulo æquandaꝝ legum a principio sine prouo
catione creati, mox alii litibus diiudicandis qui loco prætoꝝ in urbe ius dice
bant. Quippe cum belli munia prætoribus deferrentur & ob id, urgente ac
moꝝ tumultu ab urbe auocarentur: ne iudicia Romæ deessent, illis in expe
ditionem profectis: decem uiros qui litibus diiudicandis, & noscendis singu
loꝝ postulatis præsto forent: pfecerunt, prætoꝝ loco: cui magistratui Adria
nus ante imperium præfuisse dicitur. Post quos fuit uiginti uiratus causis di
iudicandis: qđ munus magnæ indolis iuuenibus conferri solebat. Illinc enim
gradum ad reliquos honores auspicabātur uiri exculti ingenio & doctrina:
Ad qđ Tiberius Neronem Germanici filium promoturus: qđ quinquēnio
maturius peteret q̄ per leges liceret: illum Senatui comendauit & ueniā peciit
Et centum uiri amplissimum iudicium qui iura populo aliq̄diu dixere: a qui
bus nulla erat prouocatio: quoꝝ iudicia centum uiralia dicta. Ex singulis. n.
tribubus terni iudices selecti populo ius dicebant. Et q̄uis ex quinq; & trigin
ta tribubus supra centum supererent quinq;: usus optinuit ut ipsi centum ui
ri, eorumq; iudicia centum uiralia dicta sint: qui oēs cum iura daturi erāt ha
sta posita in unum coibant, illorumq; iudicia in duas hastas diuisa erāt. Ideo
centum uiralis hasta sermonibus celebratur: qui de hereditatibus, testamētis
usucapionibus: tutelis: gentilitatibus: agnationibus: alluuionibus: nexis: man
cipiis: & stillicidiis q̄ maxime ius dicebant. Qui cum pp turbulentam confu
sionem in longissimum lites traherent: perraroq; causas deciderent. Diuus Ve
spasianus ex tot iudicibus selegit quosdam: qui breui curriculo: nec longo cir
cuitu causas definirent. Domitianus quoq; centūuiralia decreta & constituta
uelut ambitiose edita rescidisse fertur. Tantiq; exempli fuere, ut Romani ado

Universidad de Deusto
Biblioteca

loscentes primæ indolis experimenta a causis centum uiralibus auspicarent. Et eum antea ne nobilissimis quidem pateret aditus nisi a consulari uiro magno fauore producerentur in foro uiri præclari, magnæq; eruditiõis. Postea deprauato usu obtentum est, ut ad declamandum transirent pueri extremæ sortis nullo discrimine aut delectu in quibus nec facundia esset nec eruditio. Præterq; hastam centumuiralem, mos erat militaris, ut si qua ciuitas ui subacta, hostili incursu diripienda foret, a Duce exercitus ædito in loco hasta poneretur, qua significatione illam non deditione & pacto, sed tanq̃ ui captam diripi licere, & in bona & personas crassari designabant, quæ hasta cruenta nuncupatur. Nam captas nõ deditas urbes diripi ueteres uoluere. Tum si qñ bona proscriptoꝝ hostium ue manubiæ, aut præda uenales forent, uectigalia ue locarentur, usus optinuit ut hasta posita uenirent quæ publica dicta ẽt: sicut bello captiquod coronati, & serui ære comparati qđ ex ædito lapide enũciabantur uenales/sub corona & de lapide empti dicebantur, & qui turmati ueneunt in cathasta. Fuitq; moris uetusti, ut his qui transmare aduectis uenales forent, quo a reliquis mancipiis dinoscerentur alba creta pedes illinirẽt. Obseruatumq; ut de seruis sub pileo uenditis, emptori uenditor nihil præstaret, neq; euictionis iure teneretur tanq̃ insignia forent mancipia & probatissima. Vtq; precones & qui bona proscribũt, bona Regis Porsenæ uenalia fore gulis auctionibus proclament, ex eo deductum qđ discedens ab Vrbe Porsena, castra cõmeatibus referta populo diripienda dedisset. Præter quas fuit hasta salutis ubi in summa inopia ad leuandam famem, hasta posita publice frumentum uenit. Græcis uero ubi uenalia producuntur mãcipia, Cyclii: ubi uero conscendunt ut essent conspicua oĩbus Trapezæ dicta sunt. Ac licet a principio quæstura functi centumuiros aduocare, & ad iudicia cogere cõsuessent. Augustus tñ censuit ut post positis quæstoriis uiris. Decemuiri designarentur, qui illos in unum cogerent, & ius dicere iuberent. Illud ego non præterierim, apud Carthaginenses centum uiros de numero Senatoꝝ fuisse ascitos, qui reꝝ gestaꝝ & bellicæ administrationis rõnem a Ducibus exigerent. Et ab Aegyptiis triginta iudices ex præcipuis ciuitatibus eligi solere, ex quibus optimum eligebant, qui totius collegii caput & princeps foret. Et in Algido in templo Dianæ quindecem uiros, tam diuinis misteriis & sacrificiis solẽnibus q̃ responsis dandis præesse. Et Athenis Arnophagon religiosissimũ & sũmum iudicium haberi. In quo Senatus & Populus una coibãt, quo rpe a triginta tyrãnis pene in extremum discrimen adductæ sunt. Deinde exactis Tyrãnis decemuiri rẽpublicam administrarunt, quorum cuiq; Decaduco nomen erat. Post hos Astynomi præfuere numero decem, quinq; in Pyreo, totidem in urbe, quibus cura psaltriaꝝ iminebat & Tibicinum. Mox neuẽ uiroꝝ magistratum p̃cipuum fecere/qui sortito creabãtur annis singulis quos

Archontes

Archontes nũcupabant: Inter quos primus Archon primarius Archontium & longe princeps erat, a quo Athenienses, sicut Romani a Cõsulibus & Lacedemonii a Tribunis, ãnos & tempora dinumerabant: Eum honorem qui summus erat magistratus, Hadrianus Cæsar dum Athenis ageret gessisse fertur, Secundus a Regia dignatione βασιλευς Tertius a belli ductu, πολεμαρχος. Reliqui a legum latione τεσμοθεται dicti sunt etate & usu decti, qui domi iura dabant. querelas accusationesq; cognoscebant, decq; controuersiis equo examine decernebant. Etholis uero Polemarchus Claudendarũ portarum & urbis curam gerebat Clauesq; noctu detinebat. Interdiu autẽ custodiis portarum assidebat.

Quotíes contra ambitum illorum qui appetunt magistratus pluribus legibus a Romanis obuiam itum sit. Caput XVII

POst Vrbem conditã longo tempore nullam de Ambitu legem fuisse latam, multorum litteris proditũ est: Scilicet qa in dandis magistratibus & cõferendis honoribus, prisci Romani, non largitione & ambitu sed uera uirtute nitebantur, ꝓpterq; res egregie gestas domi militiæq; meritos ciues prætura ædilitate & consulatu amplissimisq; honoribus honestabant: Prima lex contra ambitus illorũ qui magistratus appeterent per Tribunos plebis, lata fuit, quo tempore post decem uiros Tribuni militũ consulari potestate rei publicæ prefuere, qua necui album in uestimentum petitionis causa quenq̃ adire liceret, cauebatur: C. Deide petilius Tribunus pl. legẽ tulit ad populũ qua largitiões illorũ q honores pecunia mercarentur graui dãno & pena mulctauit: fuitq; seueriſſima disciplina & sub graui censura lex seruata qua ambitioni & cupiditati obuiam sæpe itum est: ita ut inter exempla relatũ sit, Q. Coponiũ quod uini amphorã ꝑ cuius suffragio magistratũ petebat dono dederat ambitus condẽnatum penas luisse, Cintius deinde legem tulit muneralẽ, qua grauissimis penis affecit eos qui a quo uis cãdidato, munus suffragii causa donũ ue acciperent, Inde cautum ut in petendis honoribus cãdidati sine toga ad comicia descenderent, ne pecuniis in sinu reconditis, tribuũ suffragia mercarentur: Sed cum quottidie hoc malum serpere uideretur magis & ambitus petentium coherceri oporteret: Paulus Emilius Cos, legem tulit ad populum, qua ne cui suffragii causa munus dare liceret, multiplici pena interdixit: Postea lege calphurnia his qui mercede corruptiaut munere deliniti, Candidatis obuiam issẽt, quiq; precio illos sectarentur, aut si prãdium ad captandos animos aut quid muneris exhibitũ foret, præter penas legibus constitutas, etiã pecuniaria multa dicta fuit, Id quod fabia lege canebat, qua prefini-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur numerus sectatorum, prosequentium in comiciis candidatos pena adicta siquis plures aduocaret: Quam legem Marius etiã. In suo Tribunatu contra illos qui Tribuum suffragia ambirẽt, seuerissime tulit: In tantũq; ambitus horum inhibitus fuit, ut licinia lex & ebucia non modo illi qui de nouo creando magistratu ad populũ ferret: Sed nec ipsius collegæ & affini, curationẽ potestatẽue demandari, graui documẽto sanciuerit: Demũ Marius in consulatu denuo ita ambitum olim habuit ut aduersus Cotam collegã & metellũ Tribunum.pl. Legẽ promulgarit. nequis largitione aut donis magistratũ honorisue assequeretur: Mox pompeius magnus cum unicus esset consul, aliã perculit, qua peruicax illorũ cupido qui magistratus appeterẽt graui cẽsura mulctauit: Mansitq; diu Romæ hec uitæ integritas & obseruãtia disciplinæ, ut pcul ambitione officiũ & uirtus pluris q̃ census estimaretur: Adeo ut post longa tempora Catonẽ ambitus diẽ dixisse, illis qui largitiones fecerant, pro miraculo fuerit: Qui ut obuiã effrenatis cupiditatibus iret, se quibuscunq; q honores mercarentur, pecuniaq; aut pollicitationibus ambirẽt, diem ad populũ dicturũ iure iurãdo firmauit, Postea usq; adeo mores degenerarũt. Itaq; ambitio hominũ mẽtes peruasit, ut sine discrimine nullo pudore aut modestia in assequẽdis honoribus ꝓpalã largitiões fierẽt, neq; præturas Consulatus aut potestates mercari turpe ducerẽt, palãq; cãdidati cũ ad comicia descenderẽt, diuisores haberẽt & magistros curiaꝝ, proq; assequẽdis honoribus, nũmos in tribus ꝓnũciare & pecunias deponere ac p sequestrẽ spargere in turbas nõ formidarẽt. Et nequid turpitudinis deesset manus & operas clientũ, & comitum audacissimoꝝ ad uim & seditionẽ paratas hẽrẽt, ita ut sedicioſissimo cuiq;, temeritatiq; & audaciæ præcipuus locus foret, cũ populus mercede corruptus, atq; alii potẽtia amicoꝝ fulcti, p cædes et dimicationẽ, perq; omnẽ licẽtiã & audaciã. fasces, imperia, Sacerdotia, & triũphos darẽt, & nõ iusto suffragio sed armis lapidibusq; p largitore certarẽt. Tãtaq; exarsit ambitio ut ex hac turbulẽta cõfusiõe octo fere mẽsibus, urbẽ iter populares ꝓcellas patrũ & plebis certamia, dũ sedicionibus uacãt sine lege sine imperio sine honoribus diu caruisse magistratibus legamus, quæ quidẽ res nõ mediocri dãno dedecoriq; fuit, qui morbus Athenas quoq; puasit: Nam cũ antea incorrupti mores fuissent. Primus Anitus Anchemeonis filius largitionibus ĩmodicis pecunias erogasse & suffragia mercatus fuisse dicitur. perniciali exemplo magnæ turpitudinis & decoris inde subsequti. Deinde lycurgus ambicioſæ largitionis maius testimonium fecit, Nam donato singulis magistratibus talento Rex Spartæ creatus fuit: Donec M. Tullius Et Mox Diuus Iulius, Deinde Augustus ne qua occasio fraudis pateret iter cæteras quas tulerũt Leges, seuera correctiõe ambitus illorũ q largitionibus suffragia captabãt inhibuere. Et deinde a Iureone. Tribuno pl. ut qui nũmos in tribus pronũciasset & dedisset. quo ad uiueret ãnua

Sextertia penæ nomine singulis tribubus pendere cogeretur. salutari edicto cautum fuit: Sed cum effrenatæ cupiditati non dum obuiam irent corruptionesq; suffragiorum nichilominus immodicæ fierent. Senatus consulto prouisum est, ut candidati ante inita suffragia nec conuiuentur nec munera mittant neq; pecunias deponant. Quibus edictis legibus & senatus cõsultis, uix tãdem ambitus illoꝝ qui honores peterẽt postq̃ diu ꝓuagati sunt, cõpressẽ.

Idus cuiusq; mensis apud ueteres Romanorum maxime festas & feriatas fuisse & quid apud exteros: Caput XVIII

INter festos celebratosq; dies quos in honore deorum uetus religio sanxit/Idus præcipue sollẽnes sẽper fuisse accepimus. Nã præter q̃ qd̃ oms̃ idus ioui feriatas, & a flamine diali bouẽ imolari singulis idibus spectũ sit. Tamẽ ꝑcipuæ quedã erant feriæ dibus idicatæ quas ueteres coli obseruariq; iusserũt, ut illas ꝑtermictere & isolẽnes relinquer̃ ducerent nefas: Nanq; idibus ianuariis Tibicines festũ diẽ agerẽ multa licentia & lasciuia, multebriq; habitu ꝓurbẽ uadere solebãt. Causa uõ traditur, qd̃ cũ honoribus ãpliſſimis esset honestati, his postea exuti, uno agmine Tybur cõcesserẽ, quibus reuocandis libertus opaꝫ dedit q apparatis epulis quasi rẽ diuinam facturus, illos muliebri ornatu, ita ut cõpti paratiq; erãt, uino & æpulis madidos carpento Romã reportauit, mãsitq; ad posteros festa dies ãnua, ut eo habitu triduo uagãtes ꝓ urbẽ perq; forũ cũ cãtu & Tybia incederent. Qua die, ob Augusti uictoriã quodq; Augusti cognomẽ Octauio delatũ fuit, in templo iouis Opt. Max. ueruex a flamine imolabatur: Idibus februariis in Tyberis ĩsula ubi fauni ædes erat. Romani rẽ diuinã & sacrũ ãnuũ fecerunt, Idus uero Martias Ad ãnam perẽnam quo cõmode annare & perannare liceret, festas Genialesq; obseruarũt, Largioribus poculis indulgentes, Ea enĩ nipha soror Didonis credita, ĩ Aricino seu laurẽte sedẽ habuisse fertur quã a ppetuitate perẽnam nuncuparunt: Quæ idus infaustæ & ominosæ postea fuer̃, placuitq; illas parricidiũ uocari qd̃ illis Diuus Cesar conuratoꝝ manibus cæsus occubuit: Idibus Aprilis uictori ioui. Q. fabius ædẽ quã bello sabino uouerat cũ ꝗbus cruẽto marte & in testinis sæpe cladibus dimicatũ fuerat, dedicauit: Eaq; dies festa ĩposterũ haberi cepta. Hæc enĩ ædes in palatio fuit magno sũptu & mole cõstructa: Maiis uõ Idibus mercatoꝝ festus agebat̃ dies, qd̃ ea Mercurio qui mercimoniis preest natalis foret: Q. d̃q; Appio Claudio, Et P. Servilio Coss. ædes illi dicata fuerat, qui mensis mercimoniis facer ĩposteꝝ sẽper habitus. Quippe eo mense mercatores Maiæ Mercurioq; sacũ facer̃ & suẽ ꝑgnantem ĩmmolare, seq; & merces ex mercurii fonte ad capenam lustrare assuerant ita magnos & uberes questus facere opinati: Hanc edẽ ad circum

Universidad de Deusto
Biblioteca

maximum constructã dicunt fuisse precipuo operĩ & magno impendio: quo etiam die Scirpeas effigies de ponte sub licio uestales in Tyberim deiicere pro duntur/cum prius homines consuessent: Idibus iuniis alter tibicinũ dies ãni uersarius agebatur festus. qua die Tibicines qui sacris precinũt per ut bẽ uadere feriatos, & ad edẽ Mineruæ conueniẽ solemne fuit: ipsaq; minusculas quis quatrus, q̃d diẽ quintũ post idus feriarũ haberent, sicut triatrus sexatrus septẽmatrus & decẽmatrus, quo etiã tpe inuicti iouis ædes dicata fuit. idus aũt iulias equitũ turmæ festa frõde & olea ornate in campo martio instructæ tã q̃ qui congredi acie parant trabeati celebrant/magnis cerimoniis ut fuit a fabio institutũ. Nã prætoriæ cohortes instructe tãquã i hostes tẽderẽt, & eques cõpositus p turmas in armis stabãt: In qua põpa germanici Imagine p̃cedẽte equitũ turmæ sequebãtur instructæ/cũ militaribus donis quibus in testimoniu uirtutis ob fortia facinora donati fuerant/eademq; dies/qd̃ ppls Romanus ducẽs cõtra Latinos mira felicitate potitus fuerat. Cãstori & Polluci sacra fuit & celebris: ferturq; origo ãtiquissima. qd̃ tunc Castoris ædem uotã latino bello. L. æmilio & Cesone Coss. in foro ubi uisi fuerant, Senatus dedicauit: Et ex illo traditum ut sollemni apparatu/pompa a templo Matris dedi extra urbem, ad forum usq; procederet. Inde trabeati. Et olea coronati equites ab ædeHonoris adCapitolium irent/Quem transuetionis morem diu interm ssum Octauius reuocauit/cauitq; nequis in transuehendo (quod antea licuerat) ab accusatore detraheretur: Qui mensis Athenienssibus quoq; festus erat. Quippe Nonis Iulii oscophoria celebrant. in quibus oleæ ramũ/pane ficis/Cotila mellis & fructuum priniciis onustũ per ingenuos pueros / foribus appẽdunt ciuitatis: Et mensis munichionis unde uigesimo die/equester ordo pariter icui sollemni mor̃ prodibat cum pompa. Idus uõ Augusti serui & mãcipia atq; omis famulatus festas obseruarũt. qd̃ Seruius Tullius ãcilla gẽitus i lucẽ tunc editus fuisset. quo tẽpore uxoribus caput lauare felix fausq; putabat. Sicut apud indos cũ Rex capillos abluit. festũ celebrant diẽ. denaq; inuicem mittant/& diuicias ostentant. qua die serui & seruæ æquato iure & nullo discrimine Liber an seruus esset/cũ dominis colludeẽ & festos dies Rome ageẽ solebant. Qui dies etiã pro natali magni Alexandri apud plerosq; cẽlebratur p̃terea religiosus & sacer Dianæ habitus Nam facibus accensis in nemus Aricinum ubi erat Diane tẽplũ ab urbe discurrebãt: Quo etiam mense res celebrata sermonibus proditur/ut matronæ uirilis membri figuram diuinis percolerent honoribus. quam extra portam collinam ad ædem Veneris cum pompa sacrorum deferebant/ægyptiorum more/mox a castissima & spectatæ pudiciciæ matrona. preter matronale decus in sinu Veneris locaretur. Idus quoq; octobres festas fuisse tradunt/quo tempore in martio campo equm qui october diceretur immolari seruatum est: Cuius caput/ut ex eo sãguis

manaret, protinus in Regiam deferre, mox cauda defecta illius cruore, atã spargere, & in Reginoꝝ locus deportare, illudq; panibus redimere asseruãt: de quo inter Suburranos & sacrauienses magnis contentionibus non sine discrimine certabatur. Ab Athenienssibus uero seruatum est, ut mẽse Octobri magnoꝝ mysterioꝝ. xiiii. Kl̃s nouembris solẽnis agatur dies. Et liber pater in Eleusynam ex urbe trãsmittatur. Nouembri uero parua. Iunio aũt rursus magna celebrentur mysteria, quæ Cereri sacra erant, parua Proserpinæ. In quibus maxime cognitum est ut quã quis induit uestem iniciatus eã ne amplius exueret, donec lacera & pertrita foret. In aliis mysteriis traditur mos: ut uestem in qua quispiam iniciatur templis & numinibus dicarent. Quæ quidem mysteria cum alieno tpe intueri nefas esset. Demetrius Rex ut illoꝝ particeps fieret non suo tpe. Ianuarium & Iuniũ menses nouembrem appellauit. Idus uero decembres solẽnes fuisse nõnulli tradunt, qd̃ in cursu equoꝝ uictorem dexterioris bigæ sacrũ Marti immolarent. Nonis Faunalia & Fauni festa peruigili anniuersario colebantur Romæ. Athenis uero decima & octaua ipsius mensis die Esculapii erant sacra & festa. Quod aũt dictũ est Idus Iouis, kl̃s Iunoni sacras esse, scire licet certis authoribus traditum esse. Epicuros singulis mensibus statas dies habere feriatas quas Icadas noiant, hoc est uigesimam cuiusq; mẽsis lunam, qd̃ ea natus Epicurus foret, quem tam sancte habuere, ut illius imaginem non modo anulis, sed poculis ferrent insculptam. Et ab Athenienssibus octauam cuiusq; mẽsis Neptũno festam coli & feriari. A Græcis uero singulis kl̃s deos uenerari. Sequentem post Kl̃s diem Semideis & Heroibus tribuere, qui etiã statas dies mensium certis numinibus cõsecrarunt. Siquidem Neomenia quæ apud nos Kl̃æ sunt, & septima mensis Phœbo. Quarta Mercurio. Octaua Theseo dicatæ fuere. Apud Lacedemonios aũt singulis Kl̃s totius ãni uini quartarius & farinæ Medimnus, ac singula pecora Regibus uelut ministris sacroꝝ Apollini mox immolanda dabanẽ.

Defensio Vlpiani definiẽtis instratum quid esset, & quid differt pulsare a uerberare contra Grãmaticum illum falso accusantem. Caput. XIX.

Esterno die familiaris meus in dicendo promptus & audaculus arguebat Vlpianũ iurecõsultũ ex authoritate doctoris grãmatici, cuius libelli uulgo innotuere/qd̃ male definisset instratum quid esset, cum oẽ uestimentum esse diceret qd̃ iniicitur, qd̃ Vlpianus ex authoritate Labeonis affirmat. Nõ enĩ uestimẽtum esse instratũ dixit ille, neq; stragulã uestẽ p hois uestimẽto. Sed pro lecti operimento tantum apud authores inueniri: & pleraq; in hanc sententiam adduxerat, cuius dicta cum percupide legeremus:

Universidad de Deusto
Biblioteca

mirum in modum authoris incuriam admirati fuimus, qui licet abunde mul
ta differuisset non ineptetin nonnullis tñ perlicentur profatus est. Q uippe
cum stragulam non modo pro lecti operimento accipi, sed pro hois uestimē
to apud authores sæpe legi inspiciamus, Vlpianumq; signate & uere loqutū:
qui instratum omne uestimentum quod iniicitur definiuit. Trāquillus in Ne
rone. Funeratus est inquit Nero impensa ducētorꝫ millium, Stragulis albis
auro intextis quibus usus Klis Ianuariis fuerat. Pompeius festus grāmatico
rum longe eruditissimus qui uerborꝫ proprietates, uiresq; admodum pensita
uit. Vestis inquit generaliter dicitur ut stragula ut pallium tunica, uel penula
T. Liuius tertio de Macedonico bello, & cum tibi uiro liceat, purpura in ue
ste uti stragula. Paulus quoq; iurecōsultus ex pellibus uestes cōfici dicit: cū &
tunicā & stragulā pelliceā nōnulli hēant. Ex qbus stragulā uestē hois desi
gnare, idubitata exēpla sūt. Rursus eūdē Vlpianū taxauit: qd ex authoritate
offilii iurecōsulti cēsuit, pulsare & uerberare eo differre, qa uerberat quis cū do
lore, pulsat uero sine dolore. Propterea Vlpiani definitiōes iuidiose criminat,
tanq possit aliqs cū dolore pulsari/& sine dolore uerberari, additq; uerberare
eē uerbere cedere, qd est instrumētum longum & exile qualis est uirga, & ple
raq; eo pertinentia. Sed cum istius authoris uenia dixerim. Vlpiani mens alio
spectat. Q uippe si mentem ipsius pensitamus, proculdubio intelligemus il
lum uerberari dici proprie, qui aīale corpus uerbere affligit, ipsumq; signate
& apposite loqui, qui hoiem uel pecus uerberatum dixit nō pulsatum. Cum
uero ad rem sensu carentem ictus inferuntur, tunc pulsare dicimur non uer
berare, ut pulso ostium lanam aut uestem uerbero hominem uel pecus. Neq;
illi assentior qui dixit uerberare esse uerbere cedere hoc est fuste lōgo affligere.
Nam & pugnis & lapide uerberatum quēpiam latine dicimus sicut fuste uel
baculo. Idq; Terentii testimonio uel maxime apparere. Leno. n. in adelphi cū
se uerberatum dixisset mox designauit, quo uerbere esset afflictus, usq; adeo
inquit mihi pugnis os fregit. Aul. Gellius noctium Atticarꝫ pro delectamen
to inquit habuit manu sua uerberare. Tam & si uerberari rem anima & sensu
carentem apud authores plerunq; usurpatum legamus. Plinius. xiiii. historiæ
naturalis. Campaniæ uina inquit, exposita in cadis sub diuo uerberari, Sole
Luna, imbre, ac uentis aptissimum, & alibi Carthago in Aphrica exercetur
alitu maris, & uerberatur imbri. Et pulsari rem animatam & sensu participē
qñq; comperimus. Suetonius in Galba ut inter conuentum matronarꝫ cor
recta iurgio inquit, & manu pulsata sit. Q uod non propriæ & signate, sed
quasi per Metaphoram accersitum crediderim. Si tamen certis uerbis & ue
ra finitione signatis eloqui uolumus, pulsatum illud uere dici quod sensu ca
rens crebro ictu percutitur, siue ostium aut pallium siue quid aliud dixeris:
Verberatum uero hominem aut animal quod uerbere afficitur dici cōuenire

prout Vlpianus præclare censuit, apud authores probatissimos certum atq;
confessum est.

Q uibus legibus Romano ciui data īmunitas fuerit ne uapularet & quæ iu
ra competant dñis in seruos & patronis in libertos. Caput. XX.

SEruilius Cos. traditur primus, qui legem tulit, ne quis ciuē
Romanum, uinctum clausumq; teneret, quo minus edēdi
nōis ei potestas foret. Et cū primo in ciues Romanos uer
beribus aīaduerterent, sæpiusq; innocentes ob factionem &
gratiam proprius inuidiæ forent, & pœnas luerēt īmeritas.
Portius Cato pro tergo ciuium ne cui impune insultare lice
ret legem tulisse fertur, qua siquis uerberasset necassetue Romanum ciuem:
graui iudicio mortis, cruciatus, bonorūq; & exilii pœnis mulctari sanxit, quā
legem Sempronius Cos. aliis latis, nouisq; additis pœnis confirmauit, quæ
Portia & Sempronia dictæ, quibus legibus de ciue Romano siquis capitis
anquireretur populi iudicium erat, qd fuerat. xii. tabularꝫ lege sancitum, ut de
capite ciuis nisi centuriatis comiciis decerni nihil posset. Sed nec tolli de ciui
tate uel a solo patrio relegari, aut in exilium agi nisi dicta causa & centuriatis
comiciis poterat, qd quidem triplicis generis erat, authore Martiano, aut. n.
oium locorꝫ interdicebatur accessus præter unum, uel in insulam deportaba
tur, aut sicut Claudius Cæsar quosdam mulctasse dicitur ut ultra tertium la
pidem ab urbe egredi uetaret, qui etiam sanxit, ut hi quibus prouincia in
terdictum esset. Vrbe quoq; summouerentur. Cunq; apud exteras gentes so
lum uertere & in exilium agi, pro supplicio minime dari soleret, quia non pe
na exilium erat, sed supplicii diffugium, ne penas iure debitas luerent. Solis
Romanis pro maleficio exilii pena fuit, quas postea leges Cor. Sylla oppsa
republica quā in dominatiōem uertit abrogauit. Q uippe iter grauia & acer
ba plurima primus Romanorum sine populi iuditio ciues morte mulctauit.
Athenienſibus uero Clisthenes exilii legem tulit primus, qui haud multo
post sua lege dānatus penas luit. Deinde exilio quindecēnali aut decēnali no
uarum rerum molitores, mulctare inualuit mos, quod genus Ostracysmon
dixerunt/ab Ostracho siue testula per quam suffragia ferebant. Q ui mos ta
lis erat, ut in testulis nomen audacis & pernicios ciuis cuius potentiam for
midabant comiciis inscriberent. Et cuius plures erant testæ in urnam cōiectæ
Is de concilii sententia ab atis, focisq; proiectus ut a ciuium arceretur aspectu
quindecim, aut decem annorꝫ exilio solum uertebat. Fuitq; constitutum ut
ita dānati argiuam exulatum irent, ubi bos erat æneus magnitudine uisenda.
quare qui illuc exulabant seruare bouem dicebant. Q uæ comicia nisi supra

Universidad de Deusto
Biblioteca

sex millia ciuium concilio ad iudicii diem conuenirent nulla atq; irrita erant. Ea quidem ostracha, non plebeioꝝ atq; ignobilium causa, sed ad retundendam nobilissimoꝝ potentiam cõmenti fuere, ut exterres lare & patria quasi exilio conseneścerent. Quare Athenienses ægrægios ciues & benemeritos: sepius ob uirtutem, nequis amplius emineret, testula ablegarunt. Sic dem præter Thesēum quem in Scyrum exegerunt. Solon lator legum. Aristides quo nemo iustior, & Themistocles aliiq; ob illoꝝ magnitudinem: in exilii macti sunt. Mylciadem uero mori coegerunt. Id. n. optimo cuiq; Athenis usu ueniebat ut in exilium ob eminentiam uirtutis pellerentur. Syracusanis uero Pethalysmus exilii genus fuit, quo efferentis se ciuis audaciam, uirtutemq; cõprimerent. Hi. n. nõ testula, sed in oleæ frondibus suspecti ciuis nomen inscribebant, & cuius folia plura existerent, illius conspicuam magnitudinem quasi quēnali exilio mulctabant. Fuitq; finis Ostracysmi in hyperbole ignobili, & minimæ sortis uiro, qui ultimus hoc exilii genere exterminatus fuit. Postea C. Gracchus incolumitati ciuium consulens nequid in eos grauius consuleretur, alia sacrata lege sanciuit, ut qui in magistratu & honore positus ciuem absq; populi iudicio necasset, in eum populi aiaduersio foret, quam legem sequti principes sempiterna constitutione sanxerunt, insuper statuerunt ut citra Senatus authoritatem de nece Romani ciuis decernendi nulli facultas foret. In eos uero qui Romani non sunt, ne impune insultare liceret, pluribus legibus, sanctionibusq; obuiam itum est: ut lege iulia de uiis Cornelia de sicariis, & Aquilio plebiscito, penis multifariam constitutis: quibus singulisq; in dēnitatibus salubriter consultum fuit. Super seruis quoq; ne in eos grauius æquo dñi aiaduerterent: penæ sunt constitutæ. Siquidem nequã & cõtumax seruus ut plaustri lignum cui affigitur Temo quæ furca dicta est, in collo serat, & eo quasi iugo subactus manibus post terga reuinctus per ora omniũ circũferatur, a singulisq; furcifer appelletur, uelut uincti pedes & manus iceant, nonnunq; Pausycape: qua ori manus admouere prohibentur ejus faciant, aut candenti lamina uel literis frontem & ora inurantur & uultus inscribatur, utq; neruo & compedibus coerceantur, hac deformi nota uel ut insigni aiadnersione affici solebant: ut ea ignominia affecto maior illi uerecũdia esset, ad facinus. Pistrino quoq; detrudi seruos & dãnari mancipia infida: uel notis barbaricis inuri ut ob improbitatem insignes forent. Tum post uerbera & cruciatus, uinculis nuditate famæ siti & compedibus. Numellisq; Cathenis: neruis, Pedicis, bois, & si crimen exposceret cruce & lamina seruilem imodum affici uetus puulgata pena fuit. Apud Persas uero consuetum erat, ut si seruus ære coemptus aufugisset a domino uinctus compedibus opus faceret Si aũt sponte reuertisset & fateretur admissum flagellis cederetur. Ipsis enĩ nimiam fuisse seruitutem authores pdunt. Quippe cum nulli manumittant apud

apud parthos, nullaq; mancipia demto seruitutis iugo libera fiant: Contra apud indos & Taprobanæ incolas. quibus nulla fuit seruitus. omnesq; una ingenuitate tenentur. Babyloniis facinorosi serui & contumaces per crines trahebantur, ut facinoris admissi penas darent, Germanis uerbere seruum afficeꝝ aut uiclis coercere habetur nefas. apud quos laxior seruitus erat & libertinis pene par. Quippe sibi aquirunt serui & peculium habent, Proditum tamen est, Helothas a Sparthanis bello subactos. cum rebellassent, ab Agyde perpetua seruitute dãnatos. ut dominis illos manumicteret, aut extra Spar thanos fines uenundare non liceret. Dyogenes uero Cynicus Mathen seruũ cum aufugisset non modo uerbeꝝ non affecit / sed liberum ire iussit ac dimisit turpe existimãs Mathen sine Dyogene uiuere posse / non autẽ Dyogenẽ sine Mathe / Contra Lycurgus apud Sparthanos seruorum petulantiã tam seuera cohibuit ut facinorosos seruos dñis interficiẽdi ius daret. Deinde tam diuus pius q̃ sequti principes sñper dominorum potestate in seruos salubriter cõsuluerũt / ne dominis plus æquo seuire liceret ne ue in iusta imperia dominoꝝ noxæ forent / ne ue domini seruos quottidianis uerberibus afficerent sed loris cederent: Quibus constitutionibus cauetur. ut in eum qui suum occidisset seruũ haud secus pena diceretur q̃ qui alienũ necasset / Diuus quoq; Adrianus seruos a domis occidi uetuit, ꝑ si quid deliquisset pretoris iudicio pẽa affici ꝓcepit, ita ut umbrictã matronã qd̃ in ancillas supra modum seuiret. in quiquẽ niũ relegasse ferant / qd̃ magis ex re publica duçerent, permulcendo tractãdoq; seruorum animos profieri q̃ uerbere, Et tam ab his qui mãcipio addicti aut ære coẽpti sunt. q̃ his qui manu emissi libertatẽ meruerunt. debita iura dnis patroniscq; assertoribus constituit. Nã iura patronatus post libertatem impẽsam seruo dominis incolumia esse uoluit / quæ ex certis causis patronus dñs ue amictebat, Siquidẽ si libertum seruum ue optime meritum dũ famis periculum adiret patronus nõ aluit / aut si inuitus liberatem dedit / Lex elicscencia & Diuus pius. ius patronatus patrono. & dominiũ domino ademit / Quod & Claudius Cæsar sanxit. ut egra & effecta mãcipia si exponerentur ab omni famulatu & seruicio immunia forent: Item Si ad ius iurandum Libertũ patronus adegit / ne nubat ne ue uxorem ducat / eum ad ius patronatus Lex pariter nõ admisit: Tã & si lege iulia de maritandis ordinibus. hec iuramẽta postea inducta & remissa fuerint. ferẽ propterea Cato Senior. male audisse tanq̃ asperior & durior / qd̃ egra & affecta mãcipia uelut bruta animalia senio debilitata domo exigeret, & uictum negaret / Contra uõ aduersus male meritos ipuros & flagitiosos libertos. aut si delatoreꝝ sũmisissent uĺ patroni nomẽ detulissẽt seu manifesti crimis rei forent / patrono ius reuocãdæ libertatis &, uniuersa ꝑ merita abrogandi lege donabatur, Quod ab athenien sibus decretis edictisq; cautũ erat / ut contumax ingratusq; libertus sub mãcipio esse & seruire cogere

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, quoniam liber esse nesciisset quod apostasium nũcupari ũr. Seruos uero libertate donatos lacedemonii Aphetas & Adespotas atq; Eritheras dixetunt Maxilienſibus libertus ter doli admiſſi reus aduersus patronũ uelut mancipium seruire cogebatur per singulas uices libertate resciſſa, Siquam uõ offensã quarto admisisset, dño imputabatur. & inultusibat/qđ tories deceptus patronus quarto se ei credidisset: Claudius uõ Cesar, libertinos qui se pro ciuibus agerent publicauit. Illos uõ qui ingrati notarentur renocauit in seruitutem. qui etiã libertum qđ patrono delatorem summiserat ut de statu faceret questionẽ. seruitutiaddixit: Quod Nerone quoq; imperante seruatũ est. & frequẽti Senatu optentum, de manu missis pp ingratitudinem in seruitutẽ reuocandis. Nerua Cæsar. seruos a quibus dominos accusatos repperit, uelut ingratos iussit occidi. Quod in seruo Arterii proscripti, ppls Romanus feciſſe pdicitur, quẽ uelut ingratum in seruitutem reddidit denuo, qđ proscripto domino bona & liberos occupauit: Diuus autem Sæuerus cauit edicto, ne serui delatores dominoꝝ audiantur. Sed pena mulctentur sæueriori: Si uõ leuiter offendisset aut contumeliam conuitiumq; feciſſent uł dicto minus audientes forent, ultra uigesimũ lapidẽ, in terraꝝ, oram ue/ Campaniæ relegandi. dñi arbitrium erat, uel ut ferrũ traderent. tum, ut amplexus hominum uitarent. & a foribus domini arcerentur, fuitq; aliquando in usu ut de seruis in domios nec quæstio haberi nec iudicium dari posſit. quod Tacitus Cæsar cauit edicto ut ne Maiestatis quidem causa contra dominorum capita serui admicterentur, aut per eos inquirerent magistratus: Nec solum seruii in dominos. Sed nec patroni in clientes testimonium ualuit/a Romulo primum ædita lege cautum propterea Tyberius ut contra libonem per seruorum questiones inquireret, fraudẽ legi feciſſe dicitur. qđ illos emãcipari & deinde p tormẽta iquiri iussit Donec post tempoꝝ curricula. C. imperator seruis siquid quererentur de dominis, passim acculandi & contra eos lege agendi facultatem dedit: Est tamẽ obseruatum utsi quem ex seruis dominius de ergastulo aut uinclis relaxaret, cathenas a manibus pedibusq; quibus uinctus fuerat quandoq; incideret, ut uinclorum pars i corpore maneret/quo argumento signabãt seruũ minus iuste uinctum fuisse, neq; iustam seruitutem seruisse, nullumq; ius patroni dño competiisse. illumq; priſtinæ libertati ac si numq̃ uinctus fuisset restitutum: Et tam & si seruos profugos leges suscipi uetarent inuitis dominis. tamen qui capti bello ad imperatorum Regũq; statuas cõfugiſſent. uelut ad Asylũ nexu soluebãtur & imunes erãt, in eos enĩ manus iniectio nõ erat. Namq; ephesii templum Dianæ id iuris habuit ut ad illud confugientes mancipio solueren tur: quod Alexander ad stadium produxit, postea ab augusto sublatum ne p posita impunitatis spes facinoribus causam daret. Primũ enim Cadmũ dum Thebas cõderet, Asyliũ aperuisse fertur, ad quod fugiẽtes sine discrimine ser

seruí aut liberi,

ui aut liberi ab omni pena tuti erant: Non nulli a prognatis Herculis Asylum Athenis primo institutum ferunt, ad quod a patribus oppressis cõfugere fas erat. Post quod in Rheteo littore fuit Aiacis Asylum, & in Sygeo Achillis, quorum exemplo Romulus & Alii Asylum aperuere quo accedentes impunitate donabantur. Apud Molosſos Samothrases, Crothoniatas, & Messenios, ac pleroſq; ad deorum aras confugisse pro Asylo habitũ est, uelut Ithacensibus Iouis seruatoris ara. Delictis enim non uolũtariis refugium esse aras putauere, Athenienſibus Thesei sæpulchrum id iuris habuit. ut serui ad illud confugientes nexu soluerẽtur, Et sparthæ Chalcioecum Mineruæ templum ad quod pausanias fugiens obstruso aditu morte mulctatus fuit, & aliud Calchicon ad quod Agis confugit, Et in Tenaro Neptuni fanũ ad quod Cleonbrotus, & in Calauria insula in egeo, etiam Neptuni tẽplum, ad quod Demosthenes cum aufugisset ab omni uiolenta incursiõe Archie mansit illesus. Atq; in Thracia Dianæ templum inter Clitorium & Cynetham, Et in Aspẽdo Panphilie Tiberii statuæ pro Asylo fuere, Sicut Dianæ Leucophriene oppressis perfugium inuiolabile fuit: Palladis quoq; templum uelut Asylum lacedæmonii uenerantur, in quo nocentes etiam capitis dãnati incolumes fiunt. Et in Aphrodisio & papho. Veneris, Apud Stratonicenses. Iouis & triuiæ templa, Siculis palysci ara. in peloponnesso Hermionæ fanum sacrum Cereri & proserpine, In Epheso Arthemisium. Pergami ædes esculapii, in Grecia Calidoniæ palladis templum, tãtæ dignationis fuere, ut capitalem fraudem ausi, aut pecunia iudicati qui ad illa confugiſſent, noxa pecuniaq; exoluerentur: Apud Scythas qui ad Ripheos confugiſſent, tanq̃ sacrosanctos sui iuris & arbitrii erant: Sicut in ægypto in Osyridis Asylo iuxta Saym, & in Canopo Herculis templo, ad quod serui confugientes si iniciati forent, opprimi aut ui cogi nõ poterant: Traditumq; memorie est. in Lybia oppidum fuisse, ad quod siquis seruus lapidem importasset liber & sui potens erat, & Dulopolim in eadem, id iuris habuisse ut qui seruus ad eã aufugisset omni nexu solueretur: Cinna uero ciuili manente bello cum per preconem edixisset, ut serui ad eum confugientes uelut ad Asylum liberi forent, illosq; ad pileum uocasset, magnas seruorũ & perditissimorum manus coegisse fertur. Sed cũ propter Asilorũ impunitates, multa facinora admitterentur, magna licentia. Tiberius Cæsar ne impunita essent crimina, in munitates Asylorum abrogauit, & exoletum morem antiquauit, qui tamen famiæ Iunoni & esculapii delubro ius ueteris immunitatis ob religionem restituit: Neq; omittendum seruis apud Romanos stasii & Dionisii, nec non stichi & Heræ frequens nomẽ fuisse, sicut Athenis Dauus & Geta, Cum enim, Daci antea Daui dicerentur. Ad Histri fontes bello subacti Athemensibus seruierunt, inde seruile nomen Daui & Gethæ posteris reliquerunt, Apud Syros Dama. In paphlagonia Tybius, Apud phryges

Universidad de Deusto
Biblioteca

Manes & Myda ſeruile nomen fuit. Lacedemonioꝝ ſerui peculiari nomine, Elotæ. Argiuorum Gymneſii, Cretenſium Epharmiotæ, dicuntur, Clarotæ & Mnotæ: Theſſalorum peneſthæ, Syraculanorum Euſtathoni. Mariandinorum ſerui Doriferi, Siciniorū Corinephori appellati ſunt: Pelathæ uero & Thetes liberorum quidē nomina fuere illorū qui coacti inopia ſeruilia preſtabant, ſicuti Cylliricii in Creta & Syracuſanis Arotræ & Cylliri: Pre cæteris autē Iones præcipui inter ſeruos habiti & uelut inſignia mācipia nobilitati ſunt: Quare Callicratidis Lacedemoniorum uerbum fuit, qui interogatus cuiuſmodi ſibi uiderent Iones, facetiſſime reſpōdit frugi ſeruos, Liberos utiq; malos Quid Ageſylaus de Aſiaticis iudicauit, & uulgo de Caligula ꝓditū eſt, nec ſeruum meliorem, nec deteriorem dominū fuiſſe: Athenienſes uero Harmodii & Ariſtogytonis qui Hyppiā interfecerunt, uelut deuota nomina liberati, tātifecerunt, ut lege ſanxerint, ne illa ſeruis indere liceret: Quo exemplo Domicianus. Metium Pompoſianū, quod nomina Magonis & Hannibalis ſeruis indidiſſet, ſupplicio affecit: tanq̄ clariſſimorum uirorum nomina ſeruili contagio polluiſſet, præter quæ conſtans obſeruatio Romanis fuit, nimiū diu ſeruata, ne ciuis Romanus quouis crimine obnoxius relegaretur, Donec haud magno interuallo id ſeruaī deſiere: Primus enim. L. Iamia Romanus Ciuis a Gabinio Cos, relegatus fertur, & poſt eum plures Legum Iudiciorumq; penis affecti: fuitq; animauerſum ciuilibus bellis captos, uelut hoſtes in predam uerti & uenum ire non licuiſſe, Semperq; leuius ſeruitiū apud Romanos deditis q̄ captis fuiſſe, Græcoſq; per raro ſeruitutem ſeruiſſe, quare illorum nullus mercatoribus dabatur locus: Ponticoſq; & Lydios ſeruos aut Phrigios gregatim Romæ uenire Thracibuſq; peculiare eſſe, ſale coempta mancipia habere. Sicut lemniis uino mercati.

Qui ludi apud Romanos freqnētes fuerint qui apud exteros, quæ ue ſint nuces ocellatæ aoud Tranquillum. Caput XXI

LVdus Calculorum uereribus præcipuus fuiſſe traditur, qui & latrones dicti, Hi enim in duas diuiſi turmas erant, colore diuerſi quorum alii milites alii Hoſtes, Horum luſus erat ut turmis inſtructis uelut qui congredi acie parāt, hinc inde ſub hoſtium imagine procederēt. Ac preſcripto fine quo ad quiſq; progredi debeat, ita cauere oportebat, ut dū hoſtē quiſq; inuadere nititur. alterius nō pateat incurſibus, qui etiam ex gemma fuere, uiris & mulieribus frequens, a melioribus & ſummis honoribus uel maxime cultus & celebratus, quam palamedes inueniſſe proditur, ad comprimēdas ociоſi exercitus ſeditiones, Poſt quos fuere tali eburnei ſex angulorum equali latitudine

tudine, Teſſeræ uero quattuor, namq; erant figuræ ex omni latere quadratæ quas græci κυβους uocant, Sed tamen in iactu Teſſeris utebantur tribus, talis uero quattuor, in quibus figuræ effictæ uicem numeri habebant, ſed quinarius numerus non erat in talis ſicut in Teſſeris, Tali autem Aſtragali græce dicti, & Aſtragalizontes talis ludentes, Geminū uero quadratum hoc eſt octo laterū dixere Aſphalum, Taxillorum ludus ex octo puntis uel figuris cōſtabat, Inter quos unus Stheſicorius nomine hoc eſt octonarius precipuus erat, Quīi quidem turricula ſeu quæ dicebatur orcha uel fritillus ſuper patentitat ella puntis diſtincta iactabantur, ne luſoris manus iactum falleret, & nō caſu ſed fraude conſiſterent. Talorū uero canis dānoſus erat, Senio medius & anceps, Siquidem modo lucra non nunq̄ dānum afferebat, is uero quaternarium numerum facit. Chius uero ternarium. Venus autem quæ ſummū continet numerum, multum lucri affert, ſemperq; felici exitu ludum termina uit, Hec enim cani oppoſita Colias dicebatur, tricenariūq; abſoluebat numerum: Euripides, uero quatragenarium, In talis quoq; legimus uulturiū Herculem bal licum que an ſigna fuerint uel numeri dubitatur ad huc, in Theſſeris Mydas fortunatiſſimus erat, in Taxillorum iactu ter ſex ſummam græci afferunt uictoriam, tria uero ſummum dannum. Quia quidem alea portius Cato luſiſſe fertur animi laxandi cauſa, & Auguſtus effuſe. Domicianus & Claudius: quietiam luſorium cōſcripſit opus: Inter reliquos Theodoricus Gothorum Rex, cum in alea uinceret, fertur indulgentiſſimus fuiſſe, eaq; momenta domeſticos promerendis gratiis captare ſolitos ſicut cum Veſpaſianus in balneum tranſiret, Quibus quidem Theſſeris aptiſſima fuiſſe ligula Plinius notauit: Fuit quoq; apud ueteres ludus pilæ & folliculi præcipue commendationis & magni ſtudii, quo & Iulius Cæſar & octauius, & alii clari uiri illuſtreſq; exercendi corporis & animi uegetādi cauſa ſtudioſiſſime luſere: Quo etiam Sceuola iureconſultus remiſſio a negociis animo luſiſſe proditur, non nunq̄ Theſſeris aut Calculis: Quod de Dyonyſio Tyranno traditur ut pila & folliculo aſſidue luderet: Reliqui uero Clariſſimi duces, aut Sapiētie profeſſores non improbandi, animum diuerſis ſtudiis iociſq; remiſere: Quippe Socrates dum animo uacaret, cum pueris minutis & facie liberali, iocari aſſuerat, Et Scipio Africanus conchas maris legendo ſæpe remiſit curas: Et Cato Cenſorius cum uerna & famulatu animum relaxauit, qui etiam qua die tulit repulſam in conuiuio luſit quod de Archia Tarentino proditur ut cum pueris & ſeruiciis luſus agitaret, Heraclitus quoq; Epheſius cum a negociis quieſceret, Aſtragalis luſiſſe fertur, Et Actalus Aſiæ Rex hortum pro deliciis coluit, non nunquam fundendis ſtatuis ocium occupauit: Memoratur Alexander Seuerus Imperator per dies feſtos perdicum & catulorum pugna ſe oblectaſſe. Et Amaſys Egypti Rex poſt ſeria morio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nẽ egisse, Et Magnus ille Ageſylaus cum infante filio arundinem aſcendiſſe Neq; prætereundum quod de Demetrio proditum eſt, poliorchete, qui poſt negocia bellicas machinas, & de Europo Macedoniæ Rege qui in ociolucerõ nas fabricauit: Parthorum quoq; Reges cum ocium ſuperaret cuſpides acuiſſe ferunt: Et Dionyſius iunior cura belli ſolutus, Plauſtella menſas, & ſedes mira arte compinxit: Actalus uero philomator pro oblectamẽto habuit, Helleborum, Aconitum, & Cicutam: uenenoſaſq; herbas plantare ut fructum in de legeret: Sed tamen pila iuuenum luſus erat frequens in marcio campo fieri ſolitus, exq; his altera paganica Trigonalis altera, in qua ſiniſtræ nſus præciꝑuus traditur: Namq; illius impulſu magis q̃ dextræ ludus agebat, cuius erat uſus uel maxime in corporis motu & agilitate, ut ſciret apte pilam iacere atq; excipere modo incurrere modo recurrere. Armis quoq; & equis, tum haſta claua & pila, lucta uenatione & curſu exerceri Romanã iuuentutem uetus cõ ſuetudo fuit, pariter ſudem torquere equm agitare, arma tractare, ſicut iactu diſci, curſu ſaltu iaculatione uel ceſtu quos ludos penthatlum dixere, & ludiones penthatlos ſeu qninquertiones. Eratq; Senatus conſulto cautum ut niſi his ludis pecuniam ludere liceret, Græcis uero octo fuere ludi quibus iuuentus exercebatur impune, Stadium, Dialum, Dolicum. Hoplites, Pygmen, pancratium, palen, & Alma hoc eſt ſaltus: Preter quos fuit Arpaſtum quod uolubili rorunditate in ſolo iactatur, qui ludus polluce authore fiebat, ut Iuuenes ingeminas diuiſi turmas intra lineas ceu metas conſiſterent. Ar paſtoq; poſito in medio quiſq; contenderet ut intra girum alterius lineæ in mitteretur, qđ ſi contingeret uictores erant, & Diſcus, fuit enim inſtar pilæ æneæ quæ brachiorum utribus excepta & in altum miſſa excercebat corpora animoſq; ita ut quãtum quiſq; uiribus preſtaret, maxime eniteret. Namq; is fortior & præciꝑuus robore habebatur, qui illum ultra ſignatum ieciſſet ſcopum, ſicut Alteres erant enim circuli figura non ſpherica ſed dimidia longiore, in quibus digiti inſeri poſſent, quos facilibus brachiis rotabant. Et nunc iactando nunc rotando ludus committebatur, Fuit quoq; petauri ludus admirationis præcipuæ, cũ per circulos quiſpiam ueloci curſu trãſuolat corpore ita librato ut circulum nõ offendat unde petauriſtæ ludiones dicti, follis autem ludus remiſſior & ignauior habitus. eo enim ſeneſq; imbelli ætate ludere ſolebant, Horum authores lydos fuiſſe ferunt, qui ut famem qua premebantur facilius ferrent, in miſeriis hoc ſolacii inuenere ut ludo tempora tranſigerent: Apud Græcos frequens ludus erat Spheræ qua qui uiciſſet Rex dicebatur & imperabat, uictus uero Aſinus, & uictoris mandata exequebatur, cui ſpheromachia nomẽ, quo in gymnaſio iuuentus exerceti conſuerat: Spartanis paleſtra, Athenienſibus præter paleſtram quam primi inuenere, erat equeſter ludus quem dixere Apobatem, quophocionis filius ſæpiſſime luxit & uictor fuit: Proditurq; ger-

manorũ mos peculiaris, ut cum omnia luxiſſẽt nichilq; pecuniarum ſuper eſſet, in lactu extremo de libertate contenderent. Victuſq; in alea ſeruicium pati & addici uictori uelut mãcipium paciebatur, Apud quos frequens ludus erat ut nudi iuuenes iter gladios & infeſtas frameas ſe inuicem iactitent, illaſq; ſaltu tranſiliant illeſi, Græcis quoq; locus erat cui nomen enecteyle quo uicti uincentium genua manibus excipiẽtes ſublimes deferunt, & alius Cyndaliſmus apud plebem frequens, quem clauis excercebant, Nucibus uero & par impar uel coturnicum & gallinaceorum certamine, quo ludo Antonius & octauius luſiſſe, & melioribus ominibus uictor abiſſe fertur, aut turbidine uel micantibus digitis non nunq̃ ocellatis nucibus Romæ ephebi pueri ludere ſolitauere. Nummis quoq; in ſublime iactatis caput uel nauium petere, ut quod tunc fore eueniret & petitis reſponderet id uictoriam daret, aut dormientibus oculos & ora pingere frequens erat puerorꝫ luſus, Quæ quidem nuces loco aleæ fuerunt pueris nondum adultis, quibus in Saturnalibus ludere permiſſum, ſicut iuuenibus alea, reliquo animi tempore uetabatur: parthorum uero pueris ludus erat aurei tali quibus certo ãni tempore indulgere licebat: Sed quod modo eſt de ocellatis nucibus dictum, memini doctos uiros ſuper nucibus ocellatis eiuſmodi quæ eſſent. ancipitem diu cogitationem duxiſſe. uariaq; in opiniõe uerſari, & alios nuces auellanas alios amingdalas putare, neq; ſatis certã ferre ſentẽtiam ſuper Tranquilli uerbis, quibus Auguſtum Alexandri animi causa cum pueris facie liberali ocellatis nucibus luſiſſe dicit, quod uero nos ſentimus & probabilius putamus, id eſt eiuſmodi, ut nuces ocellatas, nucleos quos in perſicis pomis ſitos inſpicimus dicamus eſſe, quibus perſæpe ludere noſtrates pueros hodie uidemus, dictoſq; ocellatos propter ocellos & foramina quibus muniuntur undiq;. Neq; de amingdala & auellanauel ocilla ſicut error habet, Sed de perſicorum oſſibus quibus tunc ludebatur, & nunc frequens puerorum luſus eſt, intelligi conuenire, credimus explorata & non ambiguæ ſententiæ fore.

Que uota olim ſollemnia fuere apud Romanos, & quæ exteris, qui ue uota concipere & quo modo ſoliti ſint. Caput XXII

QVimos uetuſtus in uotis nũcupãdis olim, quæq; ſollẽnitas cõcipiẽdoꝝ fuiſſet, multi, uariæ executi ſunt, in primis obſeruatũ legimus, ut ſimulac Cõſuli aut Imperatori, cui belliſũma cõmiſſa erat, de euẽtu belli incerta ſpe fluctuãti, uotũ uouere collibitũ eſſet, ſi id incõſulto Senatu: aut citra populi authoritatẽ faceret. de manubiis uel hoctiũ ſpoliis aut ſi nõ ſufficerẽt ſua ipẽſa exoluere teneret: Vouebant enim ſæpius tẽpla ædes: deoꝝ. Ludiq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut diis ſtatuæ quibus numina placari, aut expiari crimina putabāt, Mon nū q̄ mulſi pocillum pro magno munere diis uotum inuenimus: In quo fuit ſeruatum, ut uelato capite, & ueſte caput opertus, Imperator prætor aut Conſul uotum effundat, illudq; conceptis uerbis ſuſcipiat. Q uos quidem ludos plerunq; imperatores uouerunt ex anno imperii computatos, ut ſcilicet totidem dierum ludi fierent, quod illi annis imperio prefuiſſēt: Ideo Galienus Ceſar deuictis Syris in Aſia, Decennalia uota celebrauit, Theodoſius Vicennalia & Tricennalia. Sicut Denariæ cerimoniæ & tricenariæ quarum ſacra adituris decem aut triginta diebus obſeruantia præcipitur, Et Centenariæ cenæ a centem nis ſexterciis, & uaſa milliaria, aproſq; milliarios a ponderibus dictos comperimus, Porticus quoq; centenarias & milliarias dicimus a paſſuum longitudine dimēſas: Veſtes etiam coronaſq; ex auro & gemmis plerunq; numinibus uotas & uoto perſoluto dicatas inuenimus: Q uæ quidem uota pro imperii eternitate, non nunq̄ pro ſalute ciuium uerbis ſollemnibus concipi ſolebant, In quo id ſeruatum eſt, ut niſi tertio die poſt kl̄s Ianuarias pro ſalute principis uotum concipiatur, utq; ſollemne iuſiurandum nuncupationibus uotorum preſtetur: Etiam pro itu & reditu, proq; incolumitate principis, iacere ſtipem ad lacum Curcii, aut ludorum celebritas, apud Romanos uotum fuiſſe compertum eſt: Q uotieſq; pro principis incolumitate concipiebatur uotum, Tiberio imperante id ſeruatum eſt, ut in uotorum nūcupatione, Neronem Druſumq; diis cōmendarent: Q ue uero Dictator, Cos, aut pretor uota ſuſcipiebat non aliter niſi uerbis conceptis, præeunte pontifice maximo, nequid preposſtere dicatur: concipi poterant, Ex incerta quoq; pecunia & quæ non extaret, uotum concipi poſſe plerūq; animauerſum eſt, Si tamen ſemel uotū emiſſum foret, illud denuo irritum facere non licebat: Q uod ſi incerta pecunia fuiſſet pro qua uotum conciperetur, eaq; bello uſui non eſſet, illam reponi nec cū alia miſceri oportebat, quod niſi factum eſſet, uotum non rite emiſſum, nec religione uouentem exolui putarunt: Q uod ſi Ver ſacrum in magnis reip. caſibus uotum uouendum foret, illa infixa religio animis fuit, ut niſi ex authoritate collegii pontificum uotum fieret, non uotum, ſed in conſulta pollicitatio cenſeretur. Hoc enim anteq̄ emitteretur, patribus renunciari, & populi iuſſu ac conſulto Senatus arbitratuq; pontificum fieri debebat, aliter rite factū cōceptū ue eſſe minus cenſuere Illudq; a prætore uł cōſule aut pōtifice maximo emitti pperā: In hoc enī uoto, q̄quid ex ſuibus ouibus & agnis inter kl̄s Martias & Idus Maias apud quēq; natū æditū ue fuiſſet, uoto contineri dixerūt pueros quoq; & puellas q̄ inter hæc tēpora editi fuiſſēt haud dubie uoto cōprehēdi, Sed q̄ imolare eos turpe ducerēt, hoc piaculari ſacro expiarunt: ut adultos uelarēt: uelatoſq; extra fines exigerēt, q̄ neruæ dicti ſunt, quopiaculo liberi religiōe putabāt: Cuius ſtatuam Methapōtinos uotū uouiſſe ferūt, Nā uoti com

potes auream eſtatem Apollini deuouerunt, quod eſſe arbitramur, uberrimū et quæſtuoſiſſimū annum deo et nunc ibus cōſecrari, Puitq; aīauerſum uer ſacrum antea uotum et poſt temporū interualla perſolutū, religione uouētem et populum exoluiſſe riteq; exolutum uideri: Præter quæ, ecatombas uouere græcis et Romanis antiqui moris fuit/olim cum peſtilenti contagio et graui morbo laborarent/quod a laconibus primum inuentum fuiſſe dicūt, Cuius uoti obſeruatio talis erat, ut centum aræ uno in loco aggeſto ceſpite fierēt/ in eiſq; centū boues, centū oues, centumq; ſues, uno tempore immolarent, Si uero imperatorū uotū eſſet, centum leones centūq; aquilæ una mactarentur, Fuitq; conſtitutum ut cum ecatombæ uel publica uota ſoluebātur populi luctus & meror delineret. Namq; in luctu uouere eſt mali auſpicii & deteſtabilis: Eſt quoq; memoriæ proditū, non diis tantū ſed & uētis uelut ſancto numini uota perſoluta: Q uippe Auguſtus Circio ne galliam rapide infeſtaret uotum exoluit, & ſacrum fecit cuius tanta plerūq; uis erat ut tecta auferret, Calabri lapygi, Apuli uento Apulo. Arthenæ Scyroni. Pamphilii Cagneo, ne incolas tabe afficerent neue arua depopularentur, Præcipue Turii magno affecti beneficio boreæ uti deo uota perſoluerūt, quod Dyoniſii claſſem quā adeorum excidium parauerat, uehementior cohortus funditus euertiſſet, Sicut xerxe in greciam innumerabiles copias ducente Delphicum reſpondiſſe græcis oraculum ferunt, ut uentos precarentur ſibi auxilio adeſſe. qui ara uētis extructa, illos propitios habuerunt, tota fere hoſtiū claſſe demerſa, in agro quoq; Sicionio uentis extructam aram legimus: cui quot annis noctem unam uota effundunt: ut lenita uis uenti deſineret, cum turbine uentorum, uillæ arbuſta: fruges: paſſim deuaſtarentur: Et apud Methonem palladi Anamotidi templum dicatum eſt, ne uiolentiores perflantes loca deuaſtarent, pontiuero & Perſarum Regum uouendi modus erat, ut in excelſis iugis & ſummo uertice montium pyram conſtruant, alteramq; deſuper breuiorem, Ipſeq; ad pyram ligna rex inferat primus, louiq; militari lac & mel inſpergat, & poſtq̄ uinum mel & odores infuderit, uelut propiciato deo uota enunciet, pulmentoq; preparato quod aſtantibus datur, pyræ ignem inferat, quo incendio eſtuante aere, uix illuc accedere permictitur: Græcis uero frequens uſus erat, ut ſtatuas longo æuo duraturas diis uouerent, Q uippe Micanore egrotante, Ariſtoteles uota fecit pro incolumitate, Satuas ſe Ioui Seruatori unam, alteram Iunoni ſoſpitæ dicaturum. qui loti & pura ueſte amicti in ſuperiore domus thalamo plerunq; uota effundunt, & diis ſupplicant.: Atheniēſes uero, cum in aureis & argenteis uaſibus diis propinaſſent & peana ceciniſſent, tunc demum ſanctiſſimis cerimoniis celum ſuſpicientes uota nuncupabant, Ea autem ex primigeniis agnis, non nunq̄ ex bobus qui iugum non ſubiiſſent frequentia fuere, In quo fuit ſeruatum ut ramus ex ſacra olea alba lana coronatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

in emissione uotorum adhiberetur, Sicut parthorum Reges & Magi, Hic/thegrethon quæ Nicthylopa dicitur herbam coloris igneæ spinæ foliis adhibebant, magnis sæpe laudibus celebratam, qua non adhibita, nullū uotum rite concipi arbitrati sunt: quicum deos euocabant, Mamacidā herbam quæ in desertis petris & saxis preruptissimis nascitur, admiscebāt, Apud egyptios uero, pro pueris morbo affectis uota concipiebant. ut si deus uoto adesset, desectum capillū diis dedicarent, Mysis nisi immolato prius equo & litato, extisq; depastis, uota concipere non licuit: Inter solēnia autem uota fuisse traditur quoties exercitus duces de spoliis hostium uulcano uotū fecissent, id enim solebatur ut fusis fugatisq; hostibus scuta, gladios, & arma, spoliaq;, non nūq; bellorum machinas, currusq; & inutiles naues, uno in loco aggerant, pyraq; extructa, circumstante populo & frequentissimo exercitu uelut dispositia acie, Dux more patrio discinctus. Vulcano Marti & palladi, incendat. Ipseq; Dux. indutus purpuram, primus ardentem facem sumere, ambasq; manus in celū tendere deinde in pyram summittere debeat, toto circum exercitu exultante & percussis armis plaudēte, pyraq; & armis exustis sacra & rem diuinam faciāt, tā & si arma militaria nō exuri, Sed belli more cremari solita legamus: Apud Hermunduros, inter solēnia uota belli Duces sacrare diuersam aciem, illamq; Marti & Mercurio deuouere consueuerunt: quo uoto: equi, uiri, spolia: & machinæ, & cuncta bello quæsita, occidioni dantur: Artaxerxes pro uxoris salute, terræ uotum faciens, se illam actacta humo sollēni prece adoraturum promisit, Et Berenyces, ut deo uota solueret, nudo pede & abraso capillo Hierosolimis ante tribunal supplicauit: Non nunq; frequēs apud ueteres, uotū fuit ut decima predæ & spoliorum quicquid ex hostibus captū fuisset Ioui & diis deuouerēt Q uare Iupiter predator nūcupatus, Sicut Camillus captis Veiis uotum uouisse dicitur: Id enim soluebatur, ut predæ parte diuendita, donū diis & numinibus dicarent. Q uimos Gallorum fuit, ut belli iure quæsita plerūq; uero partem marti deuouerent, in quo id erat constitutū ut diuina ope implorata is plus speri ferret, & propitios facilius haberet deos qui maiorem predæ partem diis deuouisset: Q ua tempestate Crocheniatæ aduersus locrēses, graues testataq; inimicicias habebant, bello dimicaturi, cum decimā predæ Apollini uouissent, locrenses ut uoto uincerent nonam deuouere, Et cū Galli Aristonico duce contra Romanos militarent, deq; hostium preda aureū tor/quē Marti ꝓmisissent, Flaminius ut uoto uinceret, de torquibus gallorum Marti tropheum posuit: Aratus uero Sicionius cum sexcentorium hominū capita, ne ab aduersariis uoto uinceretur se deo immolaturū uouisset, uoti cōpos exoluere uotum thessalico dolo recusauit: Fuitq; uouentium mos ut qui compotes uoti fuissent, quo pottora sumerent, ueteribus persolutis, nouis, se obligarent uotis. Vtq; pater qui solus anthorandi potestatem habet, uotū filiū

nomine cōcipere ipsumq; numinibus obligare possit: Decimā quoq; fructuū Herculi passim uoueri, uotumq; effundi solere Romæ in usu comperimus, quod auspicatissimum duxerunt, & fortunatissimum: Q ua de causa, lucullum peritum Romani moris & iuris, quod Decimam Herculi uouisset, uotūq; persoluisset, maximis auctum opibus fortunisq; estimarunt: Illud utiq; uerum est: Consules designatos ipso die initi magistratus in bellum profecturos concionem ad populum habere. Capitolium adire, ibiq; sacrificio perfecto uota effundere solere, tunc susceptо emissoq; uoto cum se numinibus obligarent rei uoti appellati, cum autem uoti compotes promissa exoluissent dānati uoti dicti sunt: Q uoties grauia & acerba ac mitera & intoleranda quispiam paterer indigne, uoti & imprecationis genus maximum erat, ut positis humi genibus: ambas palmas crebis ictibus solo incuteret: aut torrē ignitum ianue apponeret, illiq; obuianti delibatis sacris: madente lachrymis sinu deos superos atq; inferos: celum noctemq; contestans: necem: exilium, diraq; calamitates furiali carmine imprecetur, & sæua quedam numina aduocans, illum cū omni stirpe & gente: caput: domū: fortunas deuouere & pretereuntem execrari debeat: que imprecatio dici non potest, q̄ mira & efficacis studii sit ad uim diuinitatis cōmouendam: Q uibus diris Acteium Tribunū. pl. execratum ferūt M. Crassum ad bellū parthicū ꝓdeuntē: magno post exitio cōsequto. Cretēsibus uero acerbissima censetur imprecatio: omnibus uotis expetere: ut hi quos deuouemus mala consuetudine delectentur: qua imprecatione nulla est: efficatior ad excidium properādum. Tanq̄ qui in abusum semel lapsus fuisset: amplius emendare facinus & ad frugales mores reuerti nequiret: Ideo Carōdas graues pænas sanxisse fertur. ac omni supplicio dignos putasse illos qui cum malis assuescerent: Apud Sparthanos: inter seuissimas execrationes fuit ἱπποτροφία quā caballationem recentiores uocant, id est equorum enutritio, eo quod magno staret impendio & homines suaui captu: ad prenicie duceret. Nam morbus alendi equos, nō pauperes ut aiunt sed arua frumentifera sectatur: Extatq; in ueteribus monimentis: quod qui Opi deæ quæ terra dicta est, uotum concipiunt: sedentes uotum effundere inq; concipiendo terram tangere debeant: Vtq; pro bouum incolumitate agricolæ. Siluano uota persoluant. farris adorei lardi ac pulpæ, & uini. Pro equis Hipponæ. Castori & polluci nautæ, & q naufragiū timēt, Q ui uero laboribus angūtur Tutano. Fures lauerne: Iuuenes Horæ, Sicut pastores panideo pro pecoribus, & qui uiam prefecturi sunt Herculi supplicant: Siluano quoq; in singula bouum capita. adoreo, lardo, & uini sextario: subtaxata mensura uotum fit: ferunt pastoricios Afros inter uota & primiciarū loco aurem pecudis precidere: illamq; ceruice aduersa supra domū abiicere, pro noctibus uero serta unguenta & coronas Veneri aut cupidini dona ferre. Cumq; diis manibus & Diti concipitur uotum quæ deuotio po

Universidad de Deusto
Biblioteca

tius dicta est, Ouibus tribus atris Telluri Iouiq; sacrum fit, In quorum precatione qui rem diuinam facit, cum tellurem inuocat, manibus terram tangit, cum uero Iouem sublatis in celum manibus præcationem peragit, Cum autem uotum effunditur manus pectori admouere præcipitur, aliter uotum nō rite concipi, sed pollui sacra inexpiabili religione putarunt: Animauersum tamen est, pontificum decreto caueri, ut si ab exercitus duce, diis manibus quispiam deuotus & consecratus foret, neq; is in acie cecidisset: ut diti satisfiat signum septem pedes altum in terram defodi oportere, ubiq; signū effossum fuisset, illic hostias immolari non licere: Et tam & si res deo Deuotas nemo sibi assistere queat, Hominem tamen deo deuotum aut diis consecratū occidere permitti impune, eamq; cædem capitali noxe non haberi, tanq̄ illius anima nō ad nos sed ad deos pertineat, Illud quoq; inter authores conuenit, fuisse apud Gallos inter conscleratas præces & nefaria uota quæ nec more nec iure concipiuntur, frequenti in usu, ut in magnis discriminibus & extremis casibus homines se diis immolaturos, Romanis ferro se digladiaturos, aut pro alterius salute: se & caput suum deuoturos, non nunq̄ in scenā se prodituros & Histrionicam saltaturos, Apud Græcos decimum quēq; Apollini delphico, daturos. locrēsibus uirgines se pstituturos. Apud alios defectū crinem diis oblaturos, & apud persas uiuos homines defossuros uouerent: Quare Ametris xerxis uxor, ut gratiam diis referret quod in uita diu processerat, quattuordecim illustrium persarum liberos, sub terram uiuos defodisse & uotum persoluisse dicitur, tanq̄ his uotis & diris in precationibus dii immortalles & celestia numina placētur, Ipsis enim defodere uiuētes uulgato in usu fuit: Idomeneus uero Cretensium rex Cum Naufragus ex uoto consclerato filium sibi obuiam factum immolare diis uellet, illumq; perditum iret, a Cretensibus pulsus & patria cessectus fuit, Pausanias autem lacedemoniorum dux ad plateas uictor cōtra Mardonium, Cum de manubiis trípodem aureā delphis uotum soluisset, suumq; nomen inscriberet, lacedemonii pertesi insolentiam epigrāma induxerunt, & ciuitatum nomina inscripserunt: Neq; preterierim responsum Hāmonis Athenicnsibus datum, Ioui magis cordi esse, uota lacedemoniorum tenuia & modicas oblationes pias & castas, q̄ immodica & opulentia Atheniēsium atq; opimis hostiis & uictimis illorum foedari aras. Id quod Pythagoras censuit, turre & libis magis gaudere & placatiores esse deos, q̄ echatombis & multo sanguine assidue aras cumulari.

Consueuisse Romanos illorum bona quos maximis criminibus dannarant publicare & quæ porticus Romæ insignes fuerint. Caput XXIII

ADuerti sæpe animum consueuisse Romanos, quos pro criminibus oppido grauibus supplicio affecerāt, illorum bona propter criminis detestandum facinus publicare, illaq; destinare publicis usibus, ita ut domini supplicium bonorum publicatio sequeret: Sic Tarquinio Rege ejecto, ager qui Tarquiniorum quondam fuerat, Marti dicatus, campus Martius dictus est: Sic. C. Cassii domus, cui ob affectati regni crimen dies perduellionis dicta fuit, euersa & demolita area ante telluris edem facta est, Domus preterea M. Mallii Capitolini quæ quondam in arce fuerat, qui suspicione regni penas dedit de saxo deiectus, edes atq; officina monetæ fuit, In qua ædc liberi libri in quibus erant fata Romanorum seruabantur. Nam Sybillinos & Martianos, ad quos decem uiri quoties dii consulendi sunt a dire solent, in Capitolini Iouis & Apollinis templo in palatio seruari certum est, Inde Senatus decreto iussuq; populi, nequis arcē incoleret, neue manliæ gentis homo, Marci prenomen ferret, cautum fuit: ut æterna memoria dedecoris generi & nomini suo inusta foret: Et cum Macellus quidam nequam & criminosus qui in ganeo & lustris uitam egerat, propter latrocinia sordesq; uitæ capitali supplicio penas dedisset: bonis publicatis in ipsius domo ab emilio & fuluio Cēloribus Macellum ubi obsonia uenderentur locum extructum ferunt: Tam & si forum Olitoriū Romæ antiqum Mācellum fuisse tradant: Sp. quoq; Melii domus quod turpiter regnum appetere conatus esset, postq̄ capitis accersitus penas dedit, patrimonio publicato æquimelium dicta est: Meminimus quoq; Vitruuii Vacci cuius in palatio domus ob illius facinoris penam publicata & euersa Vacciprata loco nomen dedit: Nec minus M. flacci turbulēti ciuis qui cum. C. Graccho seditionem molitus fuit: cuius domum. Q. Catulus de manubiis Cymbricis porticum fecit, quæ Catuli appellatur: ut tantorum criminum facinora. nomen denoraret, supplicijq; insignis memoria foret sempiterna: Quibus exemplis Sylla Dictator & mox. C. Cæsar de bonis proscriptorum publicandis pernicioſas leges tulere: que Iulia & Cornelia dicte, unde tot sectiones & omnis generis sectores emerserunt: In quam porticum Ciceronis domus in digno facinore euersa iussu Clodii mutata fertur: Sed meminisse oportet: præter hāc. Q. Catuli plures Romæ porticus in signi nomine fuisse: Nam pompeii porticus ante ipsius curiam fuit, & altera octauiæ iuxta ædem Iunonis. In qua signa militaria olim a Dalmatis Domicio adempta mox ab Augusto restituta diu mansere, Et philippi porticus Herculis imagine & Helena Zeusidis manu celebrata: Porticum quoq; duplicem ad Circum flaminium: ab opere Corinthiam a. Cn. octauo qui de perseo naualem triumphum egit magnifice instructam legimus atq; numitiam & metelli, iuxta edem Statoris Iouis, per quas matronæ uectari & spaciari solebant, Fuit preterea por-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ticus Quirini antiquo opere uisenda, & lucii & Caii, atq; alia liuiæ & octauiæ ab augusto quondam sed alienis nominibus constructæ. In qua ampla præ/toria fuisse memorant, quibus ab augusto demolitis porticus sub nomine li/uiæ non minoris cultus Maiestatisq; suffecta est: Et porticus claudiæ ubiam bulationes subdiales miro ingenio elaboratæ fuerunt, celebratur quoq; porti cus Augusti in palatio cum bibliotheca græca latinaq; Numidico marmore p suam simetriam extructa: In qua Belidum imagines quinquaginta, quæ ma/ritos necauerunt sitæ erant. Et Vipsana & septorum marmore & imaginibus, tum lauretis & magnificis operibus excultæ: Athenis uero porticus poecyle & altera uaria ubi Mercurius æneus etat, celebratissimæ picturæ nartietate, mi/ris laudibus feruntur, ubi pugna marathonia depicta, & alia pysianactia, & poecyle in Elyde, quam æcum uocabant: ferturq; de Olympiæ porticu quã Eptaphonon uocitant diuersa structuræ facie, mirum: ut uox conclamata per septem orbes ruptis spaciis, eandem multiplicato sono referat: Sicut in Cizico turres septem, acceptas uoces numeroso percussu multiplicãt, Inter quas An giportus patricia non in postremis fuit, iuxta ædem Dianæ ad quam iugredi uiros religio non sinit, Extra quoq; portam Trigeminam unam porticum, & alteram ad portam fontinalem iuxta Martis arã ab edilibus curulibus ex mulctaticia pecunia constructas fuisse amultis prodita memoria est, Sed quia de poecyli porticu loquor Sciẽdũ est, ihac stoicos philosophari, sicut pipathe ticos in lycio, quare zeno quod in porticu docebat quæ græce στῳα dcitur: au thor Stoice secte perhibetur: Epicurus uero scholam & conuentus in hortis habuit, ubi philosophabatur.

Quã multiplex annus apud diuersas gentes fuerit, & qui annus Romanis quod ue principium anni sit. Caput XXIIII

DE multiplici ãno apud pleraſq; gentes animauertimus dispa res differentias & multiformes species fuisse, alioſq; alia ob seruatione, ãnum metiri, ita ut suo quenq; ingenio, & pro ut cuiq; commodum fuit, annum dimẽsos inueniamus: Persis non obscura nec incelebri ratione trecentorum sexaginta qui q; dierum annus prefinitur: Ex Græcis plericq; singulis quat/tuor mensibus annum statuere, non nulli ad solis cursum terminarunt, qua re licabas dicebatur. Quidam ex Barbaris trium mensium effecerunt, Ar/chades interdum uno non nunq̃ tribus mensibus ãnũ metitisunt, ita ut qua tripartitis temporibus diuiso solis cursu per singula tempora annum efficerẽt Alii æstate unum alterum Hieme commentifuere, plures a tribus temporibus æstate hieme & uere, quattuor mensium annũ statuere, Egyptii non una facie sed multa-

sed multiplici sorte uariarunt, ut quandoq; trium sæpius quattuor mensium annum efficerent, plerunq; mensis spacio ad cursum lunæ metiebantur: Fue/re qui crederent Cares & Acarnanes, aliquando sex mensium frequentius mẽ struum annum fecisse: Indos quoq; diligenti dimensione plena annorum spa/cia seruasse, Menses uero in quinos denos dies præter alios definisse: Sed post omnes uariatis temporibus Egyptios uerum annum repperisse atq; odserua ta ratione astrorum, ad solis cursum diuisisse satis constat, duodecim mensi/bus ãno assignatis quos tricenum dierum numero singulos terminarũt, quẽ propter motus conuertentes & uicissitudines, anteinuentas litteras ita effinxe re, ut Draco curuus inse flexus suam caudam morderet: quæ descriptio, quod uolubili orbe circum agitur annum designauit. Dixereq; annum lunarem dierum triginta, alii trecentorum quinquaginta quattuor effecere annumq; Ioui menses uero Iunoni dicarunt: Fertur solon ita metitum fuisse annum, ut ad lunæ cursum modo antecedentis solem modo subsequentis dimensio an ni fieret, quod indos facere inuenimus, ut ad lunæ meatus, cum se incornua curuabat, tempora notarent. Solarem uero qui ex duodecim mensibus con/stat trecentorum sexaginta dierum effecere: Thebani uero sacerdotes ex solis cursu annum dimetientes, duodecim tricenorum dierum quinos adiecere, qui uertentem annum efficerent: Sunt qui tradant Thaletem Milesium in trecẽ/tos sexaginta quinq; dies annum diuisisse primumq; ueram dimensionem cõ/mentum fuisse, Omnibus autem Sideribus in suum recurrentibus orbem, ita ut post omnium siderum contorsionem ad eundem locum unde digressa fuerunt regressio fieret cum multa annorũ intercesserint millia, magnum an/num tradiderunt: quem quidem post duodecim millium & nongentoq; qui/quaginta quattuor annorum spacia fieri mathematici uolunt, Idq; Arabes in primis opinati sunt, Non nulli nisi post quindecim annorum millia conuer/sionem maioris anni fieri iudicarunt, Alii ex triginta & sex annorum millibus Plericq; ex singulis tribus millibus multi mille quatricentorum & sexaginta an norum circuitu terminari dixerunt. Cum luna & sol aliaq; sidera, post multa secula & ætates suis locis & originibus restituta forent, quem mundanum an num nuncupant, Galli autem, post trigesimum annum seculum fieri putant: In Italia apud lauinios tredecim mensium spacio hoc est trecentis septuagin/ta quattuor diebus annus claudebatur: Romulus decem mẽsium curriculo definiuit annum. Martiumq; principium fecit: quintumq; ab eo quintilem & reliquos deinceps nuncupauit: Numa uero Pompilius aliquãto morosius ue stigans, primus ad solis cursum post Egyptios in duodecim menses annum dimensus fuit: Ianuario & februario adiectis, Ianuarioq; initium dedit, tunc uere anni principium esse arbitratus cum post hibernium tropycum, sol quo ulterius progrediatur non habẽs perfecto cursu Zodiaci per singulas statiões

Universidad de Deusto
Biblioteca

celeri meatu ad nos reuerti incipit. Quem quia tricenis diebus per singulos menses luna non perficit, ita dispensauit intercalandos dies, ut uigesimo anno ad metam eandem solis unde orsi essent, plenis annorum spaciis dies congruerent, quod erat apud græcos aliter institutum, nam ita intercalabant, ut tertio quoq; anno mensem intercalarem adiicerent, Egyptii uero tricenis diebus quibus ānus claudebatur, quinos dies singulis annis pro intercalari adiicere: sæpiusq; in describendo intercalari uariatum fuit, Donec diuus Augustus intercalario mēse sublato ita annum designauit, ut quarto quoquo anno absoluto non autem incipiente ut Cæsar dr iudicarat, unus intercalaretur dies ut ad solis cursum dimēsio anni cōgrueret, Hebrei ab equinoctio uerno, Græci a solsticio, Egygtii ab autūno initium fecere anni, quibus September erat principium cui Hermen dixere nomen, Ex quibus Alii primum mensem totius anni Their nuncupant: Alii ut Achei & plerīq; circa ortum uergiliarum uelut anni principio magistratus & honores ineunt. Etholi post autūnale equinoctium Comicia faciunt. Druides a sexta quaq; luna augutantur anni initiū. Eratq; annus naturalis qui duodecim spacio mensium claudebatur, & ciuilis uariarum gentium opinione definitus. Nam & trieteris duorum spacio annorum constabat tertio incipiente, Olympias ex quattuor quinto redeunte, Eudoxi annus octo ex nostris continet. Is enim ad ueram anni cognitionem proxime accessit, deinde Hipparcus, postea ptolomeus, Demum Cæsar. Caldaeus duodecim, Methonicus unde uiginti Saturni triginta annorū fuit, Iouis duodecim, Martis duorum, Alii septimum quemq; obseruarunt annum propterea quod ætatis hominis signū imprimeret: Nō nulli per ætates annos distinxere ita ut singulis ætatibus triginta annorum spacium darent, itaq; progentium arbitrio proq; uoluntate, non nunq̄ iudicio imperitæ multitudinis ciuilis ānus terminabatur quem magnum plerīq; dicunt: Sed q̄uis anni principium Ianuarius fecerit, Tamen sequtis temporibus, quo ad comicia & ineundos magistratus diuersa Romanis anni principia fuere: Nam. p. Ebutio &. Q. Seruilio Cos s. klis Sextilibus principiū anni agebatur. in eisdemq;. Cōsules prætores & reliqui magistratus, honores inibant, Quo autem tempore decem uiri reipublice prefuere, non Sextiles klæ sed Id's Maiæ sollēnes, ineundis magistratibus fuere. Donec Tribunis militum consulari potestate creatis cum Veientes diutino & graui bello premerentur, ad Id's decembres anni principium haberi ceptum fuit in quibus magistratus inibant & honores dabant. Mansit hæc descriptio anni ad secundum punicum bellum, quo Romani exitiali bello conflictati sunt ex quo tempore Idus Martias anni principium fecere, Sepiusq; super anni principio Romani uariarūt, ut modo klis quintilibus modo Octobribus Klis, pro ut res tempusq; postalabant, anni principium facerent, Donec ad augusti tempora uentum est, in quibus ruf

sus klis

sus klis Ianuariis suscipiēdis honoribus āni principiū fecere: Fuit tamē memorie ꝑditū Nerone impante censuisse senatū, ut Decēbri mēse quo in lucem ædituserat, anni ꝓncipiū fieret. Sicut Augusto regnāte, officiole i eū urbes quo die ad se primū uenisset, āni initiū fecerūt, Est quoq; illa obseruatio sollēnis nimiū diu seruata q̄ q̄uis principio āni, mēsibus uariato, tñ sicut initio seruari ecꝑtafuit ita ad postremū mānit, Vti aris Vestalibus nouū ignē klis Martiis accēderēt, laureas uirides tā in cōsularibus fascibus q̄ edibus Regis sacroꝝ, flaminū, uestaliū, atq; Curiæ, ueteribus mutarēt, mercedē magistris soluerēt, uectigalia locarēt, matronæ seruis cenas apponerēt, & festū diē agerēt, quare matronalia dicta: muneraq; uiri mulieribus mitterēt, ut in Saturnalibus uiris mulieres, comicia auspicarētur: Sed qđ de martio loqmur, a ꝓmo Vrbis ortu āni principiū fecisse, aīaduertēdū, ptioribus seculis apud uarias gētes miræ observationis fuisse, Siquidē Numa ꝓmus, Mox Albani, Aricini, & Tusculani, Martiū, totius āni tertiū fecerūt, Sabini & peligni quartū, laurētes & phalisci quintū, Hernici sextū, Eqculi decimū locū in āni cōstitutiōe, Martiū habere uoluerūt: Atheniēsibus uero Martius Anasterīō dicit, ab alus Munichio Aprilis Chronius & Antestyriō ab egyptiis pamenothus, Maius Metagetniō q apud Syracusanos Carnius, ab oscis Mesius nuncupatur, Iunius Boedromiū: Panemius Iulius. Augustus Thiatis, Gorpias septēber q ab Egyptiis tot, ab eisdē Choe & Thybis Decēber, possidio & Mechiris Ianuarius q apud Iones Iyneos dicit qđ Bachi tūc festa fierēt, Targellinus aūt Februarius: Eratq; uetus cōstitutū apud Pōtifices ut sua numina mēsibus ꝓficerēt, mēsesq; singulis numinibus dicarēt. Quippe Ianuarius Iunonierat sacer, Neptuno Februarius. Martius Minetuæ, Aprilis Veneri, maius Apollini, Iunius Mercurio, Ioui Iulius. Augustus Cereri. Vulcano September. Marti October, Nouēber Dianæ: & Vestæ Decēber: Ab Atheniēsibus uero ut Ianuarius q erat āni principiū, utq; ꝓma & ultima dies cuiusq; mēsis Demetrii noīe appellaret, aliqñ lege cautū fuit: Cū Demetrio plus nimio indulgerēt & famularent: Cuius exēplo nō nulli ex Cæsaribus, ꝑpetua felicitate insolētes, mēsibus sua noīa indiderūt. fauore imperitæ mltitudinis ducti, Nā Septēber & Iunius Germanici noīe appellati sunt, October Domicianus, Aprilis Neroneus Maius Claudius, Sicut Augusti & Iulii noīa uelut sanctiora Diuo Cesari & Octauio. uulgi opinio & eōsensus cōsecrauit, Tiberius uero Cæsar ne septēber suo noīe neue october linius uocaret, apđ populū interfessit & puicit. Cōmodo aūt Antonino ꝓ Agusto Cōmodū, ꝓ Septēbri Herculē, ꝓ Octobri inuictū ꝓ Nouēbri exuperatorium, ꝓ Decembri Amazoniū, assentatores noīa indiderunt, a Tacito uero Cæsare September Tacitus dictus est.

Qui Topiarii apud Iureconsultos dicti sint, & legato fundo instructo an ueniant Topiarii, & quæ seruorum species apud eosdem. Caput XXV

Z

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVm æstate anni in Vaticano ego & franciscus Helius, & nõ nulli studiis & honestis artibus dediti, sole iam occiduo deãbularemus, & de opere topiario mercio fieret: Quidam doctrina & fama celebri & tunc in numero patronorum allectus, homo maledicus & conuiciator, quæ fuit a me, credo explorandi causa qui essent Topiarii quod ue Topiariũ opus foret: Cunq; ego a Iureconsultis quos profitebatur de opere Topiario & Topiariis multimodam mentionem non ambiguo significatu fieri respondissem potuisseq; uel ab illis didicisse: Ipse uero id pnegabat, & paulo cõmotior, haud usq; de Topiariis apud Iure consultos, mentionem fieri petulanti dicto asserebat, Sed cum libri tunc copia non esset, ne uideret tumultuosius agere, & cõtentionibus magis q̃ iure contendere, in aliud tempus dilatis sermonibus quæ tunc mihi in mentem uenerunt, dixi Topiarios inter prædiorum rusticorum operarios cẽseri, dictosq; a Græcis qui arbusculos, uirgultaq; ductilia facili flexũ in uarias formas figuras q̃, modo humi, modo per ruris spacia uario & solerti ingenio effingerent & concinnarent, Fuisseq; moris prisci, Buxo Myrtó aut alio uirgulto uarias hominum effigies nauiumq; formas aut turrium ædium uel cubiculorum species, in ortis per huiusmodi operis magistros qui Topiarii dicti sunt, effingi & concinnari ἀ'πο τῶν τοπων hoc est a locis quæ uirgultis eiusmodi effinguntur, que quidem ars in ortis colendis frequens fuit, nec fastidiẽda sedulitas. quo opere hortos nostrates, myrto, rosis, edera, aliisq; uirgultis per istiusmodi operarios excultos uidemus, quibus ille cum uix acquieuisset, haud multo post digressus est. Ego queq; cum me domum recepissem leui defunctus opera non modo ab Vlpiano sed aliis queq; iureconsultis de Topiariis & opere Topiario quod ille pernegabat, mentionem multimodam, abunde fieri animaduerti, atq; respondisse Vlpianum inter cæteros fundo instructo legato non modo instrumenta fundi, sed si uiridaria sint etiã Topiarios accedere legato. Verba ex Vlpiani respõsis de instructo fundo hæc sunt, Quibusdam regionibus accedunt, Si uilla cultior est, ueluti Atrienses Scoparii, Si etiam uiridaria Topiarii, si fundus saltus pastionesq; habeat, greges pecorum pastoresq; saltuarii: Sed cum de Scopariis mentio fiat, non omittendum seruorum species a iureconsultis ab opera & ministerio multiplices censeri. inter quos fuere Atriarii focarii qui & mediastini dicti sunt, Arcarii & hercitæ qui uersantur in agris: Capsarios enim paulus notauit: q uestimẽta in balneis seruanda suscipiũt: Vlpianus uero qui libros deferũt Capsarios appellauit: Saccularios aũt q uetitas exercent artes quiq; in sacculos ablata reponũt, Et Apolidas qui nullo iure ciuitatis funguntur, in opusq; publicum deportati seu ad insulas relegati sunt, qui & insularii appellati, Orcinos dici liber-

tos arbitrantur quidam, quos testator post obitum liberos iussit ita ut heres patronatus ius haberet nõ dominus, præter quos numerantur originarii & ad scripticii q ascripti fũdo quẽ colunt ita sunt, ut nisi cũ fundo alienari queant: Originarii uero q ex adscripticiis in ipso solo quẽ incolunt nati educatiq; sunt uicarium seruum Vlpianus censuit qui ordinario subest & illi paret, Et fornicarium qui fornaci calcariæ seu ferrariæ seruit & inuigilat, post quos fuere Amanuenses & Dispensatores. alteri quorum opera uelut scribarum dñs utit. Alteri qui æra dispensant, impendiaq; & expensa rationibus notãt, & inferũt: Recepticius uero dicitur qui ob uicium redibetur.

Trium summorũ uirorum somnia pares exitus habuisse. quiue somnia qualia uiderant uera fuisse experti sunt. Caput XXVI.

QVod olim Diuo Cæsari anteq̃ in Citeriorem galliam mouisset & infesta in Vrbem ferret arma in somnis oblatum est. cum sibi per quietem uisum fuit, matri stuprũ intulisse. quo somnio ad spem amplissimam coniectores illum excitarunt, dominium orbis sibi dari interpretati. Idem somnium Hippiæ pisistratifilio, qui Tyranni successor patriam crudelius oceupauit, dum priuatus ad huc Regium affectat fastigium haud dispari euentu, oblatum fuisse memorant, Siquidem nocturna species matris / cum qua coire uidebatur / sibi per quietem oblata fertur, qua de re, Imperiũ late sibi portendi, coniectores, responderunt. Ipseq; somnio monitus & spei plenus Athenarũ domino haud multo post potitus fuit: Hic est enim ille Hypias. qui Tyranidem non sine in mani scelere agressus, patre impotentior effrenatiorq; cũ exul solum uertisset, impia contra patriam arma molitus fuit, Deniq; cũ Dario conspirans in pugna Marathonia cæsus, penas patriæ & penatibus dedit: Alter uero eiusdem pisistrati filius Hipparcus / qui multorum Tyrãnorum se uiciam anteceſſit, cum patriam & ciues impotenti dominatu opprimeret. coniuratione in caput Tyrannifacta, ab Harmodio & Aristogitone fortissimis Iuuenibus non sine omnium salute cæsus fuit, quorum nomina deuota libertati, nequando seruis indere liceret, Athenenses publica detestatione sanxerunt: Rursus quod Astyagi Assyriorum Regi in somnis oblata species tulit, qui ex naturalibus filiæ uitam enatam cuius palmite omnis Asia obumbraret uidisse uisus erat, Quare cõsulti Arioli, nepotẽ futurũ qui toti, Asiæ ĩperitaret, & Regni sibi respõderũt portẽdi Euersionẽ, Hoc nimirũ Cyro Assyrioq; Regi relatũ isõniũ fuit, Nã maximũ, filioq; Hystaspis q Darius erat, duabus alis altera Asiam, Altera Europã obũbrãte p qtẽ sibi ĩtimũ familiarẽ uidisse insomniũ ferunt, cuius tei imagine nulla fuit cõtrouersia quin post eũ Darius re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gno potitetur, Id quod uerissimo euentu consequtum est, Quippe Cyro uita functo. Darius ex coniuratis unus, interfectis magis qui Regiam occuparant, solus Assyriorum regno potitus fertur: cui miro ingenio præfuit, tantumq; uirtute effecit ut illud maius auctiusq; relinqueret: Cui insomnio compar est xerxis uisio qui cum in greciam duceret, olea cuius ramis omnis terra obumbraretur coronari uisus erat, mox illa cum somnio euanescente, Huic simile accepimus quod mater octauii uterum ferens, sua intestina per omnem terræ ambitum explicari imaginata fuit, uerissimo presagio, quo late ipsius imperium protendi euentus docuit: Rursus quod eidem Diuo Iulio uisio p quietem oblata portendit, cum supra nubem uolitare, & celum uertice contingere uidebatur, parem exitum habuit, cũ somnio cambysis. quo Smerdis fratris, Regio solio sedentis, & cælum uertice contingentis ostendere species uisa est, Quod tamen utriq; exitium tulisse necemq; & cladem portendisse cõstat, Siquidẽ alter a Bruto & Cassio cædis authoribus oppressus fuit, Alter uero cum in suspicionem affectati regni uenisset/occisus, non cogitati forsan facinoris penas dedit/ Quod compar fuit cum insomnio Iulii Cæsaris qui pridie q̃ periret, se iuxta solium Iouis consistere & e cælo precipitatum somniauit, Sed animaduertendum, inter insomnia quæ aliquando uisa dormienti apparent, qualia in somniis animo præuiderant, talia in luce expertos fuisse non nullos memorari, inter quos ne nimiũ multa complectar, Peticius nauis Gubernator memoriæ proditus est exempli memorabilis inter pauca. qui cum in portu ad Laryssam staret: Pompeium ad se squalidũ merentemq; ueste obsoleta & sordida uenire uisus erat. quod insomnium, cum sequenti luce sociis enarraret/haud multo post ipsum pugna pharsalica terribili strage profligatum/qualem in somnis præsagisset, ad se citato gradu properantem conspexit/ex maximo fastigio ad extrema deiectum: Spectator quoq; ludorum quidam stans in subsellio, a mmirmillone qualem adesse uidebat se confici in somnis contemplatus erat, haud minori memoria dignus est, Nam sicut concessoribus somnium uidisse enarrauit/ita ab illo fuscina occisus, euentu miserabili uerum insomnium periculo docuit: Illud utiq; non est ab re dixisse. antiqui moris fuisse oracula & futurorum prescientiã, quibusdam exhibitis sacris per insomnia dari, qui mos talis erat, ut uictimas ederent, mox sacrificio perfecto sub pellibus Cæsarum ouium incubantes somnia captarent/eaq; lymphatica insomnia uerissimos exitus sortiri: Possentq; pleraq; felicitatis/miseriarũq; exempla referri, illorum qui quales species in somnis uiderant, tales postea exitus experti didicere/quæ exequi non oportunũ reor: Hoc utiq; iter coniectores somniorum receptum est, ut quæ post uina & cibos, quæ ue repetito somno eueniunt in somnia. quæ ue fiunt/ cum folia ex arboribus decidunt, ea plerumq; uana estimari. Quotiesq; alicui mente confusa stupentiq; ex abrupto somnus aufugit/uelut dirum in magnam somniantis perniciem recisurum: Illud quoq; haud abnuerim apud coniectores obseruatum fuisse, somnia & noctur nas uisiones contrarios euentus sortiri, flereq; nupulare & iugulari obuersatũ in somnis prosperos euentus facere: Contra uero ridere dulcibus uesci & reuerea frui, damna & langores: Timere, autem a somno/mali morbi & futuræ egritudinis signum est.

Qui Rex Sacrificulus olim apud Romanos foret/quod ue illi nomen, & quæ Sacra obiret. Caput XXVII.

QVm a principio urbis multa & magna sacra Reges obirent ad quos de relligione deq; sacrificiis & cerimoniis deorum sacerdotes sæpe consultum ibant/qui etiam rem diuinam faciẽtibus aderant: Ne bonis auspiciis ceptum confirmatumq; regium nomen/post exterminatos reges aboleretur penitus, neue derelictis sacris regium nomen ex peterẽt lõge antiquissimum rati sacra quæ penes Reges erant. alicui demandare, Regem sacrificulum creariũt: Qui sacrorum Rex dictus sine regio imperio solo nomine rex, sacra quæ penes Reges erant obiret, ac cerimoniis preesset, quem creatum aut in locum decedẽtis suffectum sicut reliquos sacerdotes, inaugurari oportebat: Eratq; non annuũ sed perpetuum sacerdotiũ, inmune ab omni belli tumultu, Neq; enim Rex sacrorum militare/stipendia ue facere aut castris & legionibus preesse poterat/propter suspectum inuisumq; Regium nomẽ/neq; magistratũ gerere aut contionẽ habere, uel cum populo agere: Namq; eius potestas sola relligione & templis tenebatur, Primus enim Manius papirius ex patriciis, Bruto Consule Rex creatus fuit, cui ius sacrificandi, & de sacris decernendi reliquerunt, eumq; Pontifici Maximo subiecerunt, Ideo in sacris æpulis post Maximum Põtificem, supra flaminem Dialem Martialem & Quirinalem accũbebat, Atq; licet a principio a populo crearetur ex patriciis & multis honoribus suntis. Post aliquot etates a minore parte populi & selectis, ea latis Cõmiciis (quibus fiunt sacerdotes) ex plebe creari cæpit, Tunc cum Maximus Curio plebeius homo rex sacrorum fuit, Cuius uxor Regina sacrorum hoc habet proprium ut quoties sacra facit, ex malo punico uirgulam quã marculum dicunt pro mfula deferat. quæ omnibus kl̃is Iunoni sacrum facere, eiq; porcum uel agnum mactare debet in Regia: Ad quem uestales uirgines die constituta annis singulis uentitare, & ne sacra negligerentur quæ suæ fidei tutelæq; credita erant, premonere solebant. Erat ergo Regis sacrorum munus Quinto Id. Ianuarias Iano, arietem immolare dieiq; fastos predicere & nefastos: Sacra procurare, & quæ sacrificio usui essent ministrare. Ideo sacra

Universidad de Deusto
Biblioteca

facturi lanē farra & fruges lauros & uerbenas quæq; sacrificio oportuna sunt, Regem petunt, Ad eumq; tam intra q̄ extra pomerium, populi ciuesq; quicq; in agris agunt imperiti morū ciuilium atq; una agricolæ, de sacris festisq; diebus consultum uadunt & sacra postulant: Ipseq; feriarum causas, & quid quo quo mense faciendum aquibusq; cauendum esset prædicebat premonebatq. cui hoc proprium dicunt fuisse, ut sacrificium in comicio peragat, quo perfecto nulla cunctatione uel mora se ex foro proripiat, quādo uero diuinis rebus perfectis in comicium uenit in fastis notabatur, Vtq; klis Martiis fores Regis sacrorum flaminis & Pontificis Maximi noua exornentur lauro, Sicut palatinæ ædes & Augustæ, quercus uirides non nunq̄ lauros habuere, cuius filiæ ad sacerdotium Vestæ inuitæ eligi nequeunt, Nam priuilegio honoris ab hoc onere imunes erant, uolentes uero non uetantur: Quæ autem eiusmodi sacra fuerint solis Regibus credita, quo ue piaculari sacro expiarentur, Licet priscis monumentis perscriptum fuerit, apud nostros tamē quia nimis antiqua & obsoleta sunt, memoria obscurata nec traditur certum nec nobis interpretari facile est.

Tusci unde duxerint originem quæ ue duodecim urbes fuerint, quarum consilio bella gerebantur. Caput XXVIII.

TVscorum gens olim celebris fuisse traditur prepotens armis uirisq;. Siquidem plurimum illiterra multum mariualuerūt totamq̄ Italiæ longitudinem, ab alpibus ad fretum siculum fama nominis sui impleuerunt, tantum in re militari processere, ut tuscorum armis & multitudine hominum, & quia finitimi urbi erant, nulla apud Italos terribiliora, fuerint: Illorum origo a lydis fluxisse dicitur, Nam cum Mæonia quōdam agrorum sterilitate premeretur, neq; alimētis sufficeret, eaq; uictus caritas foret, ut patrias sedes relinquere cogerentur: Lydorum Rex superante multitudine, dimidiam populi partem sedibus exitam ad nouas sedes quærendas Thyrreno filio tradere coactus fuit, cui prodigium factum est/ut ab ineunte pueritia incanuisse tradatur, Qui nauibus mare ingressi, pulsis umbris, armata Iuuentute loca tenuere ubi nunc Thyrrena dicta est, Eos etiam Tuscos a Tusco Rege qui ex prognatis Herculis fuit, seu a cultu deorum & ritu sacrificio cuius cultores Thyoscos græci uocāt, dictos pleriq; auctumant, Hi ergo profecti domo & maria emensi, ad ea loca nauibus delati, & bonitate agrorum & disciplina militari magna sobole aucti, mirum est q̄ facile coaluerint, Quippe citra apenīnum duodecim magnis Vrbibus Præsidentes, mare inferum Thyrrenūuocitarūt, Quantūq; a Tyberi ad Macrā tractus est, fines propagarūt, Trās Apeninum

Apeninū uero totidem coloniis deductis ab Adria ipsorum colonia Adriatiscum mare dixerunt, atq; in principatus diuisi duodecim lucumones uocabulo gentis dictos, id est magistratus, quí duodecim potentissimis urbibus imperitarent præfecere, Indeq; cōmuni Rege creato, singulas urbes singulos lictores mittere seruatum est: Sicut in conuentu Amphictionum, a singulis urbibus Pylagoras mittebatur, autūni & ueris tempore: Vnde Romani, fasces lictorem, Trabeam, pretextam, curulemq; sellam, togam pictam, & palmatam tunicam, tubas, & socrorum ritus atq; alia imperii ornamenta sumpsere: Cuius exemplo in Pamphilia & lycia, lyciacus conuentus erar ex tribus & uiginti Vrbibus Maximi nominis, quorum suffragiis lycræ præfectus magistratusq; creabantur: quatum maxima tria fert suffragia. media duo reliquiæ singula, idq; erat ratum quod plurium assensu niteretur, Et alter Achaicus ex decē, hæ fuerunt patræ, Dymæ, Pharæ, Tritea, Lenotia, Egyra, Pellenæ, Ceraunia, & carinia. quorum suffragiis quæstor unus, & Dux unus eligebatur, Cui similem accepimus cōuētum, Tretapolim apud Rhodios. Gabyræ, Bubonis, Balbure, & Oenoandri quarum singulæ singulis suffragiis ualent, Gabyra uero duobus: Sed quæ istæ duodecim urbes Tuscorum quæ aliis precellebant, queq; nomina fuerint, haud facile compertum tradiderim, quantum uero coniectari & ex authoꝝ monumentis assequi licuit, Fuere in primis Mātua quæ principatum Etruriæ & præfecturas habuit, Deinde Tarquinii, a Tarconte prefecto urbis & Vetulonia quæ consularia ornamenta urbi dedit: Perusia ubi Iuno. Etruscorum numen colebatur eximie, oppidum armis uirisq; potens & nulli inferius claritate: Coritus & arecium, quæ ferme Etruriæ fuerunt capita: Item Cere quondam Agillina: Veii urbs natura situq; in primis nobilis, Fidenæ & Vulsinum Etruscorum opulentissimum, quas ualidissimas olim ætruriæ Vrbes & īclitæ fertilitatis fuisse, celebris fama est: Clusium, cui carma soli dixere nomen, Item Volaterræ inter Etruriæ Vrbes longe maximæ: Hi ergo conmuniter Rege creato, hostili iminente tumultu, si qua arma suscipienda aut detrectanda forent, unanimi conspiratione & concordi consilio conferebant, quod concilium ad Voltunæ fanum etruscæ deæ in totius etruriæ medio, Habebatur: Fuit enim fanum Voltunæ prope Vulsinium ut uulgo iactitāt, haud procul a Ciminiis iugis. Quippe in agro uulsinienſi quo facilior esset aditus, conuentus toti etruriæ, si quid consulto opus foret indicebatur. quod quidem, nono quoquo die indici solebat, & ob id crebra concilia & nonas multiplices apud etruscos inueniri tradunt: Lydi autem sunt qui quondam Meones dicti, inter phrigiam & Chariam seu lyciam iuxta Meandrum, ubi Hermus & pactolus uisendi fontes qui arenas emittūt auteas, ex Thimoli rupe & monte Iro defluentes ubertrima loca inundant. Fru

Universidad de Deusto
Biblioteca

mienti & pecoris atq; agrorum ubertate florentia, quibus in tota fere Asia nec fortior nec magis strenua gens ulla habita est, in qua urbes insignes, Lepra, Ephesus, Colophon, Clazomene, phoca & Sardis lydorum caput, habitãt q; uicis pluribus: Is uero Hermus Mysiæ initium facit, & ut ferunt ex monte Didimene lapsus, campos uberes perlabitur, In quibus Diane templum Coloene, ubi diebus solemnibus Symiæ psaltare dicuntur, Inde cum pacto lo in phocaicum labitur mare: Flumina autem auriferis harenis celebria traduntur, padus Italiæ, pactolus lydiæ. Tagus in Hiberia. Ganges in India atq; Hebrus in Thracia: Gemmas uero mittunt, Aosis, Mater, & Ganges.

ALEXANDRI. DE : ALEXANDRO : IVRECONSVLTI. NEAPOLITANI.

GENIALIVM. DIERVM. LIBER : QVARTVS :

Locus ex Martiale cum Ioãne Veneto discussus. dum caloris incõmoda sub umbra fraxini propulsarent. Caput I.

IN SVBVRBANVM, suum, prædiolo meo proximũ in agro Vaticano. Ioannes Venetus uir ætate nostra multí nominis, & Græcarum litterarum facundia clarus, nos & compluſculos honestissimos uiros, æstate anni, cum omnes æstiuatum concederent, ad se aduocabat, in quo quidem rure præter mitissimũ cælum quo præcipue nitebat, & amena diuerticula uisu iucunda, frõdosum nemus manu cõsitum, & umbrosa cõualsis per quam aqua, per uarias herbulas leni murmure uagabatur non nihil amenitatis decorisq; addebat, parabatq; nobis interdum ipse cenulam exoluſculis, & a se lectis herbis, facetoq; nos sæpe cõuiuio excipiebat, Nõ nunq̃ ficus biferas & poma persica cum acidis malis & imaturis asperrimi gustus, quibus mirifice oblectabatur, bellaria exhibebat: Interim dum cena apparabatur, sub fraxino patulis ramis unde prospectus ad Vrbem erat, in lectissimo gramine consedebamus, inibiq; remittentes animum, festiuissimis queſtiunculis, luculentoq; & uario sermone, non nunq̃ lectione authoris non inuenusti, caloris incõmoda & flagrantem æstum propulsabamus, uelut fuit una die cũ nos una cũ nonnullis earumdẽ disciplinarum sectatoribus honestis adolescentibus ad umbram ut fit, in salubri aura uniuersi assideremus. Iuuenis quispiam Martialis Epigrammata quæ forte secum detulerat, admodum uenuste lectitabat, Cunq; ipsius authoris, satis festiua carmina pleraq; non sine multo lepore percurrisset, tale inter cætera Epigramma legebatur.

Quod nubis Proculina concubino.
Et mœchum modo nunc facis maritum
Ne lex Iulia te notare possit.
Non nubis proculina sed fateris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quo perlecto conuersus Ioannes ad Corelium uirum doctum & sapientem qui una aderat, & Neapoli Romam recens aduenerat, Quid tu inquit Corelicenses hunc authorem sentire uoluisse, cum hanc mulierem, quæ ueteris cõsuetudinis ptesa, concubinũ legitimũ uirũ duxit, non nubere sed fateri adulteriũ dixit: Neq; enim satis perspicere queo/in quo se adulterã fateatur cum legibus inhibitam consuetudinem / reliquerit, & legitimo potius coniugio copulari uoluerit: Quin immo ubi prius mechando deliquisset, nunc uenia digna foret, quæ exposa pessima uitæ consuetudine, ad legitimum matrimonium conuolauit: Cunq; ille se reputare dixisset, quod ea mulier quæ in crimen suspicionemq; uenit, cum aliquo mœchari / neq; id exploratum satis, aut palam factum est. si eiusmodi suspicione flagrans/concubinum, uirũ duxit/suspicione procul sublata. rem palam aperta professione efficere, & reatum suum confiteri. quippe quæ ortam adulterii suspicionem nuptiis confirmarit: Et hoc poetam intelligere se arbitrari respondisset: Quid si inquit Ioãnes mulier hæc non in suspicionem uenit/ neq; concubinatum diffitetur, Siquidem non dissimulanter/sed perdito pudore / palam mœchata est. Et nunc pertesa ueteris consuetudinis cum concubino coniugali nexu legitime copulatur. quibus de causis ipsam profiteri reatum dicere possimus non equidem uideo. propterea inquit, aut author hic loquetur perperam aut inuenuste. qui hos uersus ad unicum dum taxat modum perstrinxerit, Neq; ego poetam hunc tã inconsiderate loquutum arbitror. ut lepidum hoc Epigramma unica tantum specie, abstruso & recondito significatu concluserit/ ut de ea solum loqui censeatur. quæ adulterii suspicione flagrauit non quæ palam adulterata fuit: cũ presertim author hic habeat hoc proprium ut nulla circũlocutione usus simplicissimis uerbis iocos suos admodum uenuste prosequatur. Et ad me conuersus petiit, ut siquid aliter censerem/ in medium afferrem, Tum ego memini inq̃ nisi fallor lege Iulia de adulteriis cautum fuisse / ut si qua mulier cum aliquo mœcharetur/eumq; postea coniugali copula uirum duxisset, siue ueteris consuetudinis in honestæ / siue criminis pertesa. Non propterea adulterii crimen, aut si quid esset offensum dilui uel extingui, siue palam siue clam mœchata fuisset, imo tanq̃ in confessam, adulterii pena lege exercetur, & hoc ius reconsulti censerunt, legem Iuliam interpretati, Nam cõmissum antea adulterium cum quo se mulier postea matrimonio deuinxit, uelamento matrimonii non extingui dixerunt, idq; poetam nũc sentire me arbitrari respõdi, ut si mulier hæc seueritatem legis Iuliæ uerita ne pæna notaretur, concubinũ nirũ duxisset, hoc modo adulterii crimen eludere posse arbitrata, non dilui pænã poeta inquit, sed plus negocii habere quippe cum crimen illam confiteri certum sit, siquidem Lex Iulia per inde ream afficit & supplicio dignam censet, ac si

reatum suum & se adulteram fateretur, quod uel hoc ipso confiteri uisa est cũ fraudẽ admittere & Penam Legis eludere conata sit: Et enim multa fuisse capita legis Iuliæ apte liquet, Neq; enĩ temeratores solũ nuptiarũ capitis lex Iulia accersiuit, Sed & eos, qui neq; modo neq; iure legibus tradito ab uxore diuertunt, graui pena prosequitur, Quin etiam qui dotale prædium inuita uxore alienat, aut qui turpibus libidinibus uel impudico uicio se ĩmiscet penam legis Iuliæ non euadit: Fuere enim multiplices leges Iuliæ non unis latæ temporibus, ut de maritandis ordinibus, lex Iulia muneralis, qua modus impensarum conuiuiis prefinitur. Iulia peculatus, Iulia ambitus. Repetundarumq; pecuniarum, quas a prouincialibus quispiam nequiter extorsit, quam. L. Piso frugi de pecuniis repetundis primus tulit: In eos qui ærarium uel prouinciarũ pecunias aut dona depeculati sunt, De annona, de Residuis, de ui publica, de ueneficiis ut siquis noxio poculo aut impuris medicaminibus, aliquem fuerit infectatus. & maiestatis, quæ quidem lex in eos, qui contra principem aut rẽ publicam hostile quippiam moliti fuerint, grauiter animaduertit. Lege quoq; Iulia, quid in prouintiam cunti magistratui aut presidi, a sociis tribui dariq; oporteat præfinitur: Nam præter fenum tectum & ligna/aliud gratis nihil deberi putauit: Eademq; lege cui ex Consulibus prius fasces sumẽdi potestas sit/ haud perplexe definitur, præterq; ista hominum uitæ proficientia eadem lege, multa, aeri & perpenso iudicio animaduersa fuere: Sed inter reliqua legis Iuliæ constituta, nulla aut uerum eloquamur, seueriori animaduersione coercita sunt, quam adulterii crimina & Maiestatis, His enim criminibus obnoxios ita lex punit, & prosequitur, ut leui suspicione astrictos tanquam reos deputet & conuincat, Quam quidem post Argiuum Hiectum qui primus in adulteros legem sanxit. Diuus Iulius, Mox Augustus, aliquanto enixius pertulere, grauiq; coertione & multiplici pæna adulteria coercuere, & Tiberius penam grauiorem adulteris sanxit, quod amiciciæ fœdus ab his corrumpi putaret, adeo ut etiam propinquis adulteræ ultra ducentesimum lapidem exilium indixerit. Domicianus quoq; & post illum multi Cæsares, Iuliam legem, nouis æditionibus innouarunt, Ita ut Diuus Seuerus non solum pena teneri, illum qui in nuptam adulterium admisit, ædicto cauerit, Sed qui in sponsam, quia nec qualemcũq; spem matrimonii uiolare fas est: Sicut incestum admittere Lex putauit, illum qui stupra uirginum matronarumq; actentasset, etiã sine stupro, Apud Indos uero, æthiopes, Massagetas, Barbarasq; natiões impunita adulteria fuere, Lacedemonii adulteria non nouerunt, Ideo Lycurgi Lege in adulteros nulla pena fuit: Solon uero ut ab adulteriis cohiberetur iuuentus, coemptas meretriculas Athenis prostituit primus, obuiasq; in Venerem esse uoluit ne matronarum contagio polluerent, Troglodytarũ Lex erat, ut qui Tyranni uxorem corrumperet, oue mulctaretur, Nomades com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

munes habent uxores & filios. Apud Scythas, præter enſem & Ciatum, uxores & liberi in communi ſunt, Thracibus in uſu eſt, non aſſeruare uirgines, Sed cum quibus libitum eſt cõmiſceri licet, in nuptas uero ſiquid eſſet offenſum grauiſſimæ animauerſionis pena conſtituta, in Tenedo lege erat ſancitum, ut adulteri mas & fœmina capite mulctarentur, Apud Athenas mugile plectebantur, uel ſedes expilabatur, cui ſupplicio paratilmos nomen: in Iudea lapidibus obruuntur: In Actide qui alterius uiciaſſet uxorem, raphanis pobſcena afficitur, ut ea ignomia notatus, a contagio alienæ uxoris abſtineret: Cumei in adulterio deprehenſam, omnibus exhibẽt ſubigendam: Apud Germanos adulteram exciſis crinibus, maritus expellit domo & per omnem pagum nudam uerbere afficit: Sicut Leprei qui deprenſos mœchari per triduũ unctos ducunt per compita: Gortinis deprenſus adulter lana coronatur, in reliqum uitæ ignominioſus. Apud Pyſidas inſidens aſino circunducitur, Apud Egyptios naſo plectitur, illi uero qui liberã uiolaſſet uirilia execãtur: Quod a Romanis quoq; uſurpatum legimus, Nam Bibienus Carbonem deprenſum fœdum in modum caſtraſſe dicitur, Et apud Græcos Didymos Tibicẽ teſticulis ſuſpenſus ex nomine mulctam tulit: Zeleucus locrenſis utroq; oculo mulctauit adulterum. Et ſempronius muſca C. Gallum flagellis cecidit & uerbere affecit: Parthi nullum delictum adulterio grauius uindicant, lege autem Solonis deprenſum mechum interimere licebat, quod platonis lege cauebatur, Inter cæteros Opilius Macrinus adulteros tam perniciali odio proſequutus fuit, ut deprenſos ignibus cremaret: Apud Arabes aliaſq; nationes adulteris ſemper capitis pena fuit, quod plericq; philoſophi prodidere qui adulterium periurio grauius crimen cenſuerunt, & ideo ſæueriori pena uindicandũ Neq; enim ſatis conſtans aut probabilis, illorum mihi opinio uiſa eſt, qui in conſtituendo optimo rei publice ſtatu, communes ſtatuere uxores, quæ Platonis Zenonis Criſippi & Diogenis opinio fuit, cum inde inteſtina odia ofenſioneſq; gignantur, Tradunt uero magos nulla lege, ſed nouo cõmento adulteria uindicare, ut furculus per ranæ uiſcera, ad os tranſixus, in meſtruis uxoris defigatur a marito. Tunc enim uxorem faſtidire adulteria & illorum tedio affici pro certo opinati ſunt: Cui haud abſimile eſt quod Ariſtoteles prodidit, in Phaſi flumine arbuſculum naſci cuius ramus excerptus a uiro, & in uxoris talamum immiſſus, efficit, ne uxor alium uirum appetat: Mirumq; prodi, apud hebreos, ut aqua epota in qua ſacra uerba diluta erant, adulterii conſcia Hidropiſi corripiatur, Veteri tamen ſcito apud Romanos cauebat. ut maritus uxorẽ in adulterio deprenſam impune necaret, illa tñ ſi uir adulteraret tu iudicio agere nõ poſſet: Hac ergo de cauſa quãtũ mihi dat cernere inquã, exiſtimo, poetam hanc reã criminis deputare uoluiſſe quæ ut penã legis euaderet, illum cũ quo mechabatur in uirũ duxit, eamq; ueluti reã adulterii, ſicut lege

Iulia diffinitur, coerceri, decere/neq; uelamẽto matrimonii crimen dilui uel extingui: His nos quæſtiunculis & aliis feſtiuis ſermonibus dũ cenulã nobis daret, cum Ioãne ueneto caloris incõmoda, & æſtus iniuriã propulſabamus.

Quæ apud Romanos fuerint militaria ſigna, quæ apud exteros quo ue pacto educi cõſueuerint, & quid Teſſera, quid uexillũ ſit. Caput II.

Signa militaria quæ exercitũ præire conſuerãt, cũ acies educende & manus cum hoſtibus conſerendæ forent, a principio ſeni manipulos fuiſſe accepimus, quos haſtis alligatos ſignifieri deferte & illis præeuntibus decernere ſolebant, unde, & manipulares dicti: Aucto mox imperio ꝓpagatiſq; finibus, quĩq; ſigna ex ærario depromi & militum acies ac legiones preireaſſuerant, Hæc fuerunt, Aquilæ, Lupi, Minotauri/Equi, & Apri/ſimulacra, quibus preeuntibus, legiones educere & ferro decernere mos erat, Inter q̃ Apri effigiem quintum tenuiſſe locum accepimus, Sed tamen cum dimicandum foret ſola aquila quæ ordines præiret, & caſtris educebatur, & ſub eo uexillo pugnabatur: Reliqua uero in caſtris ante pretorium fixa locabãtur: Hoc enim inſigni Iouem aduerſus Titanas uſum ferunt, inde ad Cretenſes, a Cretenſibus ad Troianos/demum in latium ab Enea tranſlatum defluxiſſe, quo poſtea Romani uelut præcipuo uexillo in bellis uſi ſunt. Proprius uero eſt, quod Ioue dimicante contra ſaturnum, aquilæ augurio tanq̃ felici & fortunato, regni uictor euaſit/quo exemplo Romani aquilam uelut auſpicatiſſimum ſignum habuere, quam unam habuiſſe non ſatis fuit: Ideo plures educere inſtitutum erat, ita ut ſingulas legiones aquilæ ante irẽt: Obſeruatumq; ut Romanæ legiones niſi ubi aquilarum/iugum foret in caſtris/ nunq̃ fere hiberna rent, Seueriſſimaq; diſciplina cohortes quarum deſidia ſigna amiſſa forent plectebantur: C. deinde Marius bello cimbrico reliquis depoſitis militaribus ſignis ſolam aquilam tenuiſſe fertur: eamq; argenteam magiſq̃ auream habuiſſe, quod fulgentior ex argento atq; conſpectior foret, quam tanta relligione coluere, ut feſtis illam diebus, unguentis haberent delibutam, mireq; obſeruationis erat, ut Romana ſigna quæ in caſtris ante prætorium figebantur, non ante euellerentur cum acie dimicandum foret, q̃ captatis auſpiciis legiones in prælium prodirent, prælia enim maiores noſtri nunquam gerebant niſi auſpicato, Quæ ſi cum foras educi deberent, facili ductu euellerentur, & leuia tranſlatu forent, proſperrimi augurii & indubitatæ erat uictoriæ ſignum, contra uero, ſi in eximendo magno impulſu opus foret, tunc cladem & exidium futurum haud dubie premonſtrabant: Cumq; in conflictu bellorum manus conferebant, ipſa militaria ſigna in media locabantur acie,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut pro ſignis ante ſignani poſt ſigna alia pugnaret acies, non nunquam in pri
ma fronte multiplici ſubſidio firmata preibant ordines, Perſis quoq; aurea
aquila ſupra oblongam haſtam patentibus alis militare ſignum fuit, Non
nunq̃ ſolis ſimulacrum ſacerq; & eternus ignis, Atheniẽſibus Noctua, The
banis Sphĩgis affigies, Eææ Inſulæ Marina turtur, Cymbris æneus Taurus
Eumeni Ceres & Alexander, Chratero & Neoptolemo Minerua, militiæ ſi
gnũ in bello notabatur: Cyrus aureum gallum affixum lanceæ militi in acie
pro uexillo dedit Fertur oſiris canem geſtaſſe pro inſigni armorum: Et Po
rus indorum Rex. Herculis ſimulacrum, quod deſeruiſſe, militare flagitium
habebatur, Indis autem Regibus ſepius nulla imago aut effigies ſed tintĩna
bula & tympanum præcedunt, Egyptii quoq; animalia quæ colunt. effictis
tabellis pro bellico inſigni habuere, Germani effigies lucis detractas preire iu
bent: Inſubres ſi qñ præcipua bella ſumturi erant, aurea ſigna quæ in mobilia
uocant, e templo Mineruæ efferentes, preferunt phalangi: Cõſueuiſſe etiam
ſingulas turmas, manipulos & cohortes ac legiones, proprium uexillum &
militare ſignum habere, uulgo proditũ eſt, Vt cuius eſſet, legionis quiſq; mi
les, & ſub quo duce militaret, facile dinoſceret, ne ſine ſignis ſine impio inordi
nati & ĩcõpoſiti ducerent, ſed conſpicua oĩbus ſigna forent: In quibus nomen
Imperatoris aut Conſulis, nõ nunq̃ Draconis efficti imago, quare Dracona
rii dicti milites, quod uexillum purpureũ erat, aliaq; inſignia perſcripta erant:
Namq; Diuus Iulius, Vexillo quintæ legionis, quod contra iubam Elephan
torum uictrix fuerat, Elephantum inſcripxit, Alioq; inſigni legionarii milites
alio prætoriani, diſſimiliq; auxiliares utebantur: Poſtea ut Imperatorum ima
gines per imagniferos deferrentur in acie, pro ſignis uulgo ſeruatum eſt: Non
nunq̃ labans quadratum haſtæ appenſum quod labarum dixere pro uexillo
fuit: Signa uero educendi exercitus & certaminis conſerendi, in Romanis le
gionibus, concentus tubarum & cornuum, Et ſi quando ſilentio educendæ fo
rent Teſſeram fuiſſe accepimus: Eam uero tubam, Tyrrhenus Pyſeus inue
nit primus æneam. cum antea ex cornu bubulo fieret, Tamen buccina in præ
toriis caſtris ſemel, in conſularibus uero bis dabatur ſignum, qua tuba pedi
tes, equites uero lytuo ad pugnam aduocari ſepe notatum eſt: Eratq; mos mi
litaris ut quoties mouenda erant ſigna caſtra ue, & ad reliqua belli munia, ſo
li cornicines ſignum darent: Excubias uero ſomniq; & uigiliarum tempora
buccina deſignarent. Si autem legiones ducendæ in hoſtes, & acie decernen
dum foret, aut receptui canendum: & cornua & tubæ, eodem concentu cane
rent. Si conciones aduocarent aut ſilentium indicerent, per tibicinem indice
batur. Perſis uero proficiſcendi hora ſignificatur cornu, Egyptiis ſiſtro Ale
xander Macedo, cum tubæ ſonitus tumultuante exercitu non exaudiretur. iuſ
ſit perticam exqua ſignum eminebat quæ omnibus conſpicua foret. ſupra ta

bernaculum ſigi, quo uiſo, quiſq; miles paratus in hoſtem iret, Q uæ quidẽ
tubæ non in ſingulis modo legionibus Sed cohortibus & turmis, prælii ſig
num dare, nec non diei noctiſq; horas uigiliaſq; diuidere ſolebant: Lacedemo
nii & phriges nõ cornuum tubarumq; ſignis Sed tibiarum miti ſono & mo
dulo leni temperari conſueuere: Lycurgus enim militibus tibiam pro claſſico
dedit: Ea enim Tibia quæ phrigia dicitur, a dextra unum a ſiniſtra duo fora
mina habuit/cuius modulos non unos accepimus, Q uippe pro modulo ſo
norum ita animos mulcere aut accendere ſolebant: Siquidem Eolius modus
ſimplex fuit. Aſius uarius, Lydius querulus, Phrigius religioſus/Dorius bel
licoſus, Gigius autem hilaris & letus, Ionicus floridus, Græci autem in rebus
ſeriis ſæpe dorium adhibuerunt: Apud quos fuit in bello modulus ad Tibiã
Hormius, & Horthius In cõmeſſationibus Paroenius, Lacedemoniis Enua
terius. Athniẽſibus Cyclius, Hunc Horthiũ tã rapide audienciũ animos ac
cẽdere ferunt: ut cum illũ Alexãdro Thimotheus concineret: uelut furens: &
efferatus in rabiem protinus ad arma exſiluerit: Præter quod Caſtorium me
los laconicum ad excitandos militum animos multum ualuiſſe fertur: Q uĩ
etiam in proſequẽdis hoſtibus effuſe fugientibus/aut ſi receptui canendum eſ
ſet, diuerſi traduntʼ moduli, ad militũ excitandos animos aut ſedandos. Q ui
quidem Lacedemonii prælium inituri pluribus concinentibus Tibiis acies in
eunt, ut his modulis capti mature incederẽt, ferociamq; & ĩmodicos animos
cohiberent, neue id quod in concurſu magnorum preliorum uſu uenit hoſtẽ
cupide inſequti, ſæue & atrociter contra uictos inſultarent, ita ut longius effu
ſi acies confunderent & perturbarent: Romanæ uero Tibiæ primo quaternis
foraminibus poſtea tot pertuſis excultæ fuere, ut haud multum abeſſent a tu
ba. Q uarum diuerſa traduntur genera. Nam precentoriæ erant & Veſcæ qui
bus in ſacris precinebant, & Puellatoriæ ſono clariore. ac Gigruitæ & Milui
næ quæ in acutos exeunt ſonos/ſicut a locis lydie Corĩthiæ & ægyptiæ ſonis
diuerſis & nominibus uariis: Cretenſes autem Cythara fidibus & Tibiis utũ
tur in prælĩis, quibus inſtructas acies accendunt: Parthis Cornua, ſæpius in
gens tympanum cum ferreis tintĩnabulis, pugnæ acuebant animos, quod q
dem lance concaua corio undiq; protento & clauis æneis affixum erat, quod
ſimul ac diuerberabant, ignoto & horribili ſonitu tonitrus inſtar intonabat:
Lydi autem cum fiſtula & Fidicine, Indi cũ Cymbalorum & Tympanorũ
pulſu in hoſtes ducunt. Id enim erat tubarum loco. Non enim Tibias habe
bant Indi niſi in Regia cum Rex dormitum uadit: Sicut Reges Siculi ad Ci
tharæ & auium cantus dormiebant: Galathis uero Barbara tuba horribili ſo
no bellicum occinuit/contra apud Buſyritas & lycopolitas in Egypto quibus
tubis canere uetabatur, quod ſonũ Aſininum redderent, ipſi enim Aſinos exi
tiali odio proſequuntur propter Typhonem aſini colorem/preferentem: Cym

Universidad de Deusto
Biblioteca

bri protentas uehiculorum pelles tantis pulsabant ictibus ut ingentem fragorem redderent: Apud pœnos & in castris Hannibalis rubrā uestem tabernaculo ducis ptensam, plerūq; tubæ sonitum. Illyriis lintheum protentū aut rubicundam tunicam sariſſæ appositam, aliis protentam purpuram indicium certaminis fuisse proditum est: quo uiso quisq; miles preuideret præcaueretq; & se ad pugnam accingeret: quod in Romanis castris obseruatum legimus, ut rubra ueste tabernaculo ducis protenta diē prælii presignarent, Dario sup tabernaculū imago solis cristallo inclusa signi loco fulgebat in castris, Apud Sparthanos in usu erat, ut quoties fortiter & magnis utrinq; uiribus decernē dum foret, milites capita comerent, capillum barbamq; depecterent, quo argumento periculum se animæ adire, & hostiles spiritus gerere signabant: erāt enim Sparthani milites comati omnes, Sicut Milesii Thurii & Tarentini, ac cæteri quibus laconica instituta placuerunt, Ideo cum Persarum duces, milites leonidæ comatos & multo pectine comptos uidissent, ferunt illos despectui habuisse/uelut desides & ignauos. Cum uero animi uigorem & fortitudinem fuissent in acie experti animorum prestantiam admiratos obstupuisse: In Nauali autem prælio, uexillo ex prætoria naui in sublimi elato pugnæ signum militi dabatur, Non nunq; concussu ueli aut Clamidis aduentus demōstrabatur, excessu uero discessus, Sicut in nocte lumen & in die fumus insidias aduentusq; hostium & occulta consilia plerūq; indicarunt, Apud Athenienses, puniceo paludamento e naui prætoria/contra Lacedemoniorum classem, pugne signum sæpe datum est: Lysander æreo clipeo, e naui elato irruptionis signum dedit: Bruti uero nauis prætoria quo ab aliis dinosceretur. O. signum habuisse fertur, Tam & si singulæ naues deorum imagines ferrent, sub quorum essent tutela. Namq; aliæ Neptunū, Nō nullæ Pistricis/Centauri Equi uel Draconis insignia habuere, Græcis uero nauibus ex insularū nominibus plerumq; nomina fuere, Q uippe Gnidurgis ex Gnido nauis dicta, Samena qđ ex samo rotūdæ figuræ, Parona qđ ex paro, & Cercyrion ex corcyra. Cercuriā aūt quasi caudatā appellarūt, Sicut Afractā Rhodioꝝ, cōtra tēpestates ibellē Dyerotā Mytileneoꝝ, legimus quoq; in lybia fuisse nauigia quæ hirci & capri tulere nomina. Barbarūq; nauigiū frequens habuisse arctis lateribus quod cameram dixere/lata aluo in modum tecti occlusa pari utrinq; prora, quod sine noxa mutari & uolui ex omni latere posset, Supparum uero Alexādrinæ nauis proprium insigne fuit. Nam solis Alexandrinis suppara uelorum licebat intendere Sicut corbes onerariis nauibus pro signo suspēdebatur. M. uero Antonius successu rerum insolens, purpureū uelum prætoriæ naui apđ Accium pro insigni dedit, quo abiecto uictus fugientem uxorē suā prosequutus. Id quod Alcibiades fecisse dicitur ut prætoriam nauim cum uelo purpureo haberet: Alexander quoq; cum indum nauigaret, uersicolori uelo totius

classis insignia

classis insignia uariauit: Fuitq; obseruatum lumen in prætoria naui quod cætera classis prosequitur, spectatissimum insigne noctu fuisse, Q uare Scipio in Africam transmissurus, uelis in altum datis, singula rostratæ nauī, bina onerariæ, prætoriæ trina luminaria dedit. Et in nauali pugna deponere signū aut uelum/ad alterius prescriptum, se imperata facere & mandatis obsequi significari: Abiectis uero armis plausū facere, aut nauī uelatā ifulis occurrere suppli candi genus esse probatum est: Sed quod modo de Tessera dictum fuit, animaduertimus Tesseram Symbolum fuisse bellicum & signum quo socii milites dignoscebanrur ab hostibus, ut pro quibus & contra quos arma sumerent, facile dinoscerent, Eam fuisse in castris Diui Cæsaris Venerem genitricē: in Pompei magni Herculem muictum, In Pompei iuuenis, pietatem, in Antonii exercitu lar deus fuit, in Syllæ autem Apollo: Neronem uero Optimā matrem militibus Tesseram dediſſe tradunt: Ipseq; Diuus Cæsar quandoq; felicitatem, non nunq̄ uictoriam militibus Tesserā proposuit. Brutus in philippis Apollinem: Cyri autem Tessera fuit, Iupiter belli socius & dux. Diuus uero Antoninus equanimitatis: C. Caligula priapum & Venerem Cassio tāq̄ molli & effeminato signum dedit: Claudius Cæsar grecanico uersu definiuit Tesseram in hæc uerba. Virum ulcisci decet quando quispiam prior iniuriatur siue molestus est: Demetrius Iouem & uictoriam militibus edixit Tesseram: Fertur Antiochus cognomento Sother aduersus Galathas ducturus signum: proposuisse bene ualere, Et Mecenas quoties in castris Ducis fungebatur officio, discinti Tesseram dedisse: Q uam quidam siue quem incolumen reuerti, Sive castra metari, aut corpora curare, & prandere milites. Seu qua uigilia educi legiones conueniret, uel quid aliud silentio agi oporteret, pro militari signo dare soliti sunt: Q ua data satis constabat, non errore sed consilio & imperio Ducis, Ea quæ iubebantur fieri: Fuitq; probatum experimentis, tessera accepta milites ordines seruare frequentes, ea uero sublata aciem dissipari. Alii Tesseram mensuram fuisse, qua frumentum militibus metiebantur, non inepte arbitrati sunt: Erat preterea Vexillum Cerulei ruffiq; coloris, quo educto inq; arce proposito, satis constabat milites, si quid subitum ingrueret in re præcipiti non iusto delectu, sed tumultuaria manu, arma expedire & Iusticio indicto nomina dare, etiam sine uacationis priuilegio/Saga sumi, & inter se cōiurare, legiones conscribi, delectum festinanter haberi, arma apparari oportere, que quidem tumultuaria manus & subitariæ legiones dicebantur, cum ad subitos hostium incursus in præcipiti celeritate, non satis laxamenti iusto delectui Ducibus dabatur, iusti autem fuere dies triginta, intra quos expeditioni milites apparari necesse erat, Illud autem satis constat, concussu & crepitu armorū uictoriam significari, Exortationis, feri, Apud Græcos ἐκ τραίαν. Apđ Afros iniice iniice seditionis signum fuit. Pileumq; in hasta propositum, ad li-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bertatem proclamari. Manus expedire atq; alte illas efferre consentio militaris erat, Manus uero Imperatori protentare milites, initium armorum, & flagrante seditione tumultum suscitari, Ad arma conclamari Hostes adesse significari. Defectionis, Athenionem uocare, Is enim Athenio siculus fuit, qui Drepanetis deficientibus cum capita factionis assumeret, Interempto domino, & ex ergastulis coacta seruorum manu & comitibus uoluntariis regnum sibi assciuit: Fuisse enim factiones partium in Sicilia quemadmodum in græcia satis constat: In omni fere græcia fuerũt partes Doricæ & Ionicæ. inter Dores erãt Lacedemonii. Inter Iones Athenienses: Athenas quoq; in factiones tres diuisas legimus, In Dyachreos, Pedios, & paralios. aliquando in duas Tucididis unam. Periclis alteram: Aut in plebeiorũ, cui Polyporcon, & optimatũ, cui cassander preerant. Non nunq; in plures scilicet, Ephialtis, Myronidis, Thomidæ, Cymonis & leochratis: Tessaliam uero in egesaretos & petreios. Et in Argo Aristippi & Aristei. Et apd' Mylesios una plutis. Altera Cheromacha factio fuit: Sicut apud Carthaginenses Barchina & Hãnonis, Alibi simultas plebeiorum & paucorum. Quippe pericles plebem Cymon optimates fouebat: Gallia uero cum in factiones duas diuisa foret, alterius Hedui, alterius Sequani capita fuere, Licurgus Spartham in duas factiones diuisit, quas philas & obas nũcupauit, etiam peloponessus uariis nitebatur factionibus, Namq; Argini, Helii, Mantinenses, aliiq; finitimi Lacedemoniis diuersarum factionum fuere: In chio autem fuere factiones duæ, & cum alterius princeps Onomadeus, uictoria contra alteram potitus esset, alterius factionis uiros ab urbe minime exigendos curauit, ne inimicorum metu uacuus (quod usu plerũq; uenit) dissidium cum amicis fereret: Consueuisse quoq; Romanos milites: Itaq; militari disciplina traditum ferunt, ut stipendii pecuniam aut aliunde paratam quæ unicuiq; super esset pugnæ tempore, apud signa in sarcinulis deponerent, eamq; Imperatores iuxta signa seruari mandarent, Quod ideo cõstitutum ferunt, ut non modo patriæ & larium, sed fortunarum suarum, milites defensores paratiores propterea; fortiores forẽt, Et licet dimidia pars stipendii apud signa sequestrari prius soleret, Tamen Domicianus, ne ultra mille nũmos deponerentur a singulis, edicto prohibuit: Quod ab Asiaticis Romanos sumpsisse credideri, quibus fuit in more, ut militiam sequti quæ preciosa haberent & magni census, secum in expeditionem ferrent. ut tuendi necessitate quæ illis erant cariſſima. plurima & maxima prælia obirent, promptiusq; dimicarent, persæ uero non pecuniam & gazas sed pellices uelut cariſſima pignora quæ stimulis agerent, apud signa deponebant, ut pro his quæ erant exoptatiſſimæ, & quas maxime diligerent, uelut coniugum & patriæ memores, forti & presenti animo mortem oppetere non dubitarent: Illud quoq; proditum memoriæ est, quoties duo simul Coss. hisdem creati auspiciis, contra

eosdem

eosdem hostes ducerent legiones, tam itineris, q̃ ineundi certaminis signum, ab ãtiquiore & Cõsulari aut pluribus honoribus funto dari cõsuesse, Quod q; si quando patricios & senatum aduocare consules uellent, p preconem singulis nominatis, aut buccina, plebeios uero Tribunus, plebis per ministros non singulos expressis nominibus, sed uniuersos cornu, aduocabat.

Quæ fuerint Romanis comicia centuriata, quæ curiata. quæ tributa & quæ calata. Caput III.

QVod Centuriatis Comiciis Consules. Tribuni militares prætores & reliqui magistratus, qui maiora auspicia habebãt crearentur nemini dubium fuit: Cum enim quattuor essent comiciorum genera. Edilicia. pretoria, Tribunicia, & consularia quibus postea addita Censoria & quæstoria. Centuriata fuere, quæ nisi auspicato fieri poterant: uocatis cẽturiis, partibus distributis, cẽturiatim aut tributim: descriptis ordinibus. Classibus, ætatibus auditis authoribus, & re promulgata & cognita. Vocabantur enim centuriæ in Martium campum, quo conuenire facilius possent, ubi libera erat, suffragandi potestas, ibiq; comiciorum die, ex censu & ætate, illorum qui ex qualibet tribu in centurias selecti erant & in classes (Nam populus in cẽtum turmas diuidebatur) Non autem mixtim ex colluuione omnium, per pontẽ suffragia ferebant, Quæ tamen comicia si quando populus coire nollet, per patres clientesq; patrum fieri poterant, positoq; uexillo in arce, exercitus præsidii causa imperabatur. Idq; propterea cautum, quod intra urbem comicia habere aut legere militem non decebat, Quippe armatis legionibus urbem ingredi fas nõ erat, ne grassatoribus obnoxia foret,: Candidatorum uero mos fuit cum comicia fiunt & in suffragium ciues uadunt. In candida ueste sine toga in campum descendere. cum clientibus gentilibusq;. singulasq; tribus prehensare & circuire: Hominesq; etiam tenuissimos & ignotos quorum suffragiis nituntur regare, atq; illos per se & cõmunes amicos appellare, obsecrare & obtestari; quorum nomina memoriter referenda erant, quod si qui facere nequirent, ad hibito nomenclatore faciebant, Tam & si cautum postea fuerit, ne candidatis nomenclatores adessent, suaq; merita & facinora domi forisq; commemorare/demissisq; & humilibus uerbis supplicare/nihil deniq; fraudis aut lenocinii omittere, preẽdere amicos ambire patronos, domos stationesq; circuire, admonere beneficii perlicere donis Iuuenes, & ingẽtia polliceri/ nihil reliqui facere ut sibi in consequendis honoribus socii & adiutores sint, atq; in petitione suffragentur: In qua re elaborandum erat, ut adolescentes nobiles &

Universidad de Deusto
Biblioteca

summo loco natos studiosos haberent, qui omni studio & comitate, rogandi persuadendiq; erant, ut se amicos suffragatores, duces, arcq; assertores exhiberent, competitoribusq; inuidiam, sibiq; studia hominum, fauoremq; conciliarent: Nam multos potentia & multitudine amicorum fultos, potestates & Imperia peruicisse inuenimus: Cum enim populus tam Romuli q̄ Tullii legibus comiciorum princeps foret, ita ut quos creare magistratus uellet illi potestas esset, his artibus de lini mentisq; singulorū animos captare oportebat, Quod licet esset in usu frequens, non nulli tamen hoc supplicandi genus uelut sordidum & parum libero homīe dignum deuitarunt, siquidem. L. Crassus nunq̄ adduci potuit, ut presente. Q. Sceuola more candidatorum populo supplicaret: phocioni quoq; cū nunq̄ supplicare populo sustinuisset & ideo comiciis interesse noller, absenti & inuito honores delati sunt: Quidam etiam cādidati ut plus authoritatis ferrent, utq; iusta suffragatione digni haberentur cognomenta sepe clarissimarum familiarum desumpserunt, eaq; propria & peculiaris licentia candidatorum fuit, ut bonum nomen ferrent, & ex optimatibus iudicarentur, Nec minore studio his quos rogabant agere gratias, Nam mirum & efficax studium, in agendis gratiis habebatur, Singulos deniq; prensare, obuiasq; manus dare, salutare & omnibus arridere debebant: Quiut conspicui essent, utq; a populo spectarentur, nūdinarum tempore & mercatu frequenti quo opifices & agrestes ad Vrbem cōmeabāt (Cum nona quaq; die fora cōstituerētur) in edito colle spectandos se prebebant, ut popularem gratiam fauoremq; aucuparentur, Idq; post aliquod secula lapsis iam & defluxis moribus fieri seruatum est. Antea enim sine ambitu suffragiorum aut his lenociniis, presente Senatu, summo silentio ipsi per se candidati in comiciis uitam suā belli domiq; decora atq; officia in rem publicam, & quid singulis uniuersisq; prestitissent, tum maiorum fortiter facta, longa & accurata oratiōe explicabant, qua cura, qua diligentia, qua animi magnitudine, honores gessissent, testesq; & laudatores dabant, qui omnes equissimis animis audiebant, Quæ rerum gestarum cōmemoratio non ficta, longe plus poterat q̄ præces & ambita suffragia, quæ postea urbem inuasere, Quibus quidem comiciis, plerūq; Dictator, Cos, aut prætor maioresq; magistratus preerant, Ante cuius curulem Sellam candidati suffragia excipiebant: Scita uero suffragiorum non genti qui ex ordine Iudicum erant, selecti custodiebant, & ne quid fraudis doliue admitti posset, neue quis tesserulas in loculum coniiceret sollicite curabant, Quippe singulis tribubus comiciorum die non solum custodes sed rogatores & distributores præerant, Describebantur nomina tribuum uel cēturiarum, quæ intra cancellos quibus ouilia nomē erat, Vt quæq; uocata fuerat ex urna ut sors ferebat introducta, suffragabatur: Demum tribuum sortiēcione facta

cione facta in cistellam posita/quam situlam dixere, renūciabant preconis uoce, quem quæq; tribus cādidatum elegisset: fuitq; prisci moris, ut Veturia cuius erat prerogatiua suffragiorum, pro suo candidato prius in suffragium iret: Namq; ex centuriis militaribus facto iterum delectu tam ex iunioribus q̄ ueteranis præstantiores in proprias se ligebant centurias/quarum erat prerogatiua suffragiorum per uices, quibus ueturiæ nomen datum: Nō nunq̄ alia seruata est suffragiorum ratio, Siquidem. L. Cassius longinus Tribunus plebis. C. Mario & flacco/Coss, ut populus per tabellas puntis distintas suffragia ferret/legem tulit tabellariam/quæ diu sancta & incorrupta māsit: Ea enī lege, ne qua inuidia oriret, & quo magis animo libero/uota impartirēt, cautū fuit, ut nō uoce, sed pūtis suffragarent: Punto enim in tabella appositio per singulas tribus pro quo candidato suffragia conferrent/dinosci poterat: Quibus tabellis/nihil aliquando melius uisum / cum illis ambitus & contionum licentia, palam adempta fuerit: postea animaduertentes, quia authoritas optimatum & illorum qui honoribus prestant/plus uoce quam punto haud dubie poterat/postpositis tabellis/ad aperta suffragia, & primum ordinem comiciorum redire, non nunquam discoloribus ceris signa suffragiorum & sentētiarum notabantur, quod in iudiciis quoq; fieri animaduertimus. Perfæpe uero uniuersus populus effuso studio & fauore accensus/ aliquem insignem candidatum ob excellentem uirtutem militarem / cuius summa dignitas / maxiq; res gestæ fuere cuntis suffragiis Consulem aut prætorem ædilem aut Censorem declarauit, & comiciis renunciauit, Quibus in suffragium missis. Consul qui præsidebat, eum qui ad honores promotus fuerat, primus uoce renūciabat, mox preconis uoce populo palā fiebat: in quo proditum memoriæ est, Domicianum morte affecisse flauium Sabinum. quod Consularium comiciorum die, preco illum non Consulem, sed per errorem ad populum Imperatorem declarauit. Qui uero Candidatus renunciatus/ designatusq; fuerat/anteq̄ iniret magistratum, sollēne carmen precationis prefatus sicut mos est/celebri oratione/populo uniuerso agere gratias/ eumq; honorificentissimis uerbis alloqui, & de se bonam spem polliceri debebat, quod Paulus æmilius cum aduersus Persen totis comiciis/Cos, foret renunciatus facere recusauit: Nam palam professus est, nullas se gratias populo debiturū, quin si meliorem nacti essent/liberam se eligendi potestatem populo daturum dixit inde e cāpo q designatus declaratusq; fuerat, i Capitoliū, mox ab uniuerso populo in domū suā deducebat. Quod si p̄mis suffragiis minus ualere poterāt parūq; uiriū in p̄mouendo candidato fuisset, Quippe cū binā domo de eisdē cādidatis sepe comicia fierēt, quo facilius in comiciis cōcordia populi firmaret: plerūq; p̄latis comiciis fracto aio squalore & lachrimis demissi & supplices cā

Universidad de Deusto
Biblioteca

dati.singulos etiam de plebe homines/ atq; humillimum quemq; prehensare populoq; uniuerso supplicare solebant/ita ut quod prius assequi nō poterāt pietate motus ppls traderet/id enim in comiciis plerunq; euenicbat/ut dies intermissus/rumoresq; temere disciati/aut fabula ficta uel minima offensiuncula/paruaq; rerum momenta/totam sæpe rationem comiciorum perturbarent/& magnos motus excirent/Fiebat enim sæpe tum miseratione/tum splēdore uitæ, non nunq̄ gratia/aut meritis antea exhibitis/ut magni casus intercederent fieretq; repentina mutatio/ut qui modo erant repudiati/honestissima suffragatione haberentur/digni/presertim a populo/qui uelut mare/sempiterna agitatione mouetur:Non nunq̄ in conferendis honoribus/populum bis censuisse & suffragia dedisse compertum est:Centuriatisq; & decuriatis comiciis diuersa suffragia cōtulisse/quod ideo fit/ut cuiq; libera facultas foret postremis comiciis mutare suffragium/si quem primæ suffragationis peniteret, fertur tamen C.Cæsar/comicia ita cum populo partitus, ut pro parte dimidia candidatorum quos populus uellet/exceptis Consulatus petitoribus, pro altera dimidia/quos ipse dedisset/pronunciaret, persæpe uero/in comiciis Consularibus quia Imperatores deligebantur/ præter populum uniuersum etiam militaris ordo, & equites frequentissimo concilio aduocati intererant:Quippe suffragatiōe militari summi plerūq; duces delecti sunt: Scipioni enim Africano iussus populus iaire suffragium omnis militaris ordo/omnesq; centuriæ & tribus/ad unum Imperium in Hispaniam detulere/Quoties dissimilia suffragia diuersis comiciis darentur, illa preualere certum est/quæ iustis comiciis fierent? Prerogatiua enim suffragiorum semper iustorum comiciorum fuit: Quod autem dempta toga candidatos in campum prodire obseruatum est: propterea constitutum ferunt, ne per occultos sinus pecuniis absconsis/largitione & ambitu suffragia mercarentur/aut saltem ut cicatrices & uulnera quæ pro patria proq; ciuibus pugnando passi sunt conspicua forent, proditumq; memoriæ est/Africani superioris filium/Cum preturæ candidatus in campū descenderet/candidam quam induerat togam/turpitudinis maculis obsoletam ostendisse/magnoq; dedecore/totius populi suffragio repulsam tulisse? Quæ quidem centuriata comicia per cornicinem indici. Curiata uero per lictorem calari solebant: Fuere aūt Curiata Comicia/in quibus non de magistratibus conferendis.sed de exercitu/de legibus, de legatis/deq; ductibus deligendis, & legionibus inter Coss.partiendis/de prouinciis/de genere belli deq; his quæ ad rem pertinent militarem/& an contra hostes arma sumere expediret/decernebat, ut rogationē probaret populus, bellū fieret/si uero antiquaret/cessaret ab armis?in qbus suffragia nō ex cēsu & ætate sicut in Cēturiatis, sed ex generibus oīum ætatū & ordinū ꝓmiscua multitudine ferri affluerant?

Cum enim uiritim Tribules dabant suffragia, & ubi accedebat singulorum totiusq; uulgi opinio & consensus/ ea comicia curiata: Cum uero per singulas Centurias unus ferebatur calculus, Centuriata dicta sunt:Ideo in curiatis omnis potestas suffragiorum & comiciorum euentus/penes populum stetit Nam singulis popularibus, etiā despectissimo cuiq; uiritim suffragādi/proq; suo candidato decertandi potestas erat:in Centuriatis uero cum nō singuli cōferent, Sed per Centurias suffragia ferrent, in quibus copiæ aliquorum plus poterant, pro eo quod ex omni tribu/præcipui opibus & dignitate/in Centurias selecti suffragabantur. Diuitum suffragationem/preualuisse certum est: Interdum uero, Curiatis comiciis, Tribunos.pl. Tribunosq; militares & alios magistratus extra ordinem creatos inuenimus: Tunc maxime/cum hi magistratus primum inuenti constitutiq; sunt: Erat enim consentaneum, in nouis magistratibus creandis, nō aliquorum, sed totius populi suffragia postulari: Quod nisi comiciis curiatis fieri posse nemo dubitauit:fuit quoq; aīaduersum leges quæ ad populum pertinerent, quandoq; Centuriatis comiciis latas, Siquidem.L.Valerius publicola Comiciis centuriatis legem tulit, nequis magistratus ciuem prouocantem uerberaret necaret ue:præter quæ, fuere Calata comicia, quæ curiata & Centuriata continent. Hec enim sunt Pontificis Maximi & sacerdotum, in quibus non omnes sed descripti selectiq; conuenire & suffragia ferre poterant, Nam cum uniuersum populum, sacerdotia mādare uel quenq̄ sacris preficere, propter religionem non diceret. Cn. Domicio Tribuno.pl.legem ferente, cautum est, ut minor pars populi selectiq; uocarētur, & ab ea parte qui dignus collegio foret, in sacerdotium assumptus coptaretur:ideo non plures q̄ decem & septem tribus, in pontificis aut sacerdotū comiciis, unq̄ interfuisse compertum est: Quæ non comicia, sed populi concilium dicebatur, quippe qui non populum uniuersum sed tantum partem cōcilio aduocarent: Cunq; sacerdotium maximæ esset authoritatis propter religionem, Decuit sacerdotes comicia habere propria in quibus ad sacerdotium assumerentur:His quoq; comiciis calatis, quæ arbitris pontificibus fiunt, arrogationes illorum qui cum sui iuris sint, in alterius transeunt potestatem fieri cōpertum est. Hec enim comicia illa sunt calata. quæ pro collegio pontificum, aut Regis sacrorum/auguris ue, aut flaminis inaugurandorum causa fiunt, Siquidem ut hi crearentur, & in collegium admitterentur, sacris ue præficerentur, & inaugurarentur, calatis comiciis decernebatur: Calatis quoq; Comiciis & sacrorum detestationem & testamenta fieri, animaduersum est: Tria enim ueteribus fuere testamentorum genera/Vnū quod calatis comiciis fiebat/Alterum quod per æs & libram, libripende adhibito & emptore familiæ:Tertium quod procintum uocabatur, cum milites ituri in prælium, nulla legum sollemnitate, tribus aut quattuor adhibitis, raptim apud com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

militones testabantur, qui mos talis erat, ut milites cum decernere parant, ante q̃togam circumcingerent aut clypeos arriperent, tribus aut quattuor au dientibus heredem sibi nuncuparent siquid in acie secus eueniret: postremo fu ere comicia tributa, quæ tunc fieri cognitũ est Cum non ex generibus homi num, neq; ex censu & ætate, sed per regiones urbis tributim uocatiq; suffra gabantur, in quibus interesse tribus & suffragari per regiones & compita as sueranr: post aliquot uero sæcula. P. Scipio Africanus &. L. Mũmius Censo res suffragia mutasse feruntur, ut regionatim suffragarẽtur, pro generibus ho minum causisq; & quæstibus, tribus describendo. Q uibus comiciis, ut Tri buni plebis minoresq; magistratus fierent, a Volerone primum, deinde a le ctorio Tribuno plebis rogatione promulgata cauebatur, ne patricii quos uel lent tribunos per clientum suffragia crearent, non populus: Q uibus etiã tri butis comiciis Tribuni militares sæpe creati fuere, qui Comiciati dicti. in quis bus si de essent Senatorii ordinis candidati Augustus Octauius illos ex eque stri ordine suffecit, ita ut finito honore in utro uellent ordine permanerent: Et licet Centuriata Comicia nisi decreto Senatus & auspicato, ac sacrificio per fecto, & litato fieri minime solerent, tamen Tributa comicia quia minimorũ magistratuum sunt, nec Senatus Consulto nec augurato, nullisq; precedẽ tibus sacrificiis facta & eadem die absoluta rata erant: Tam & si lege helia & su fia nequis per eos dies quibus cum populo agitur, nisi de celo prius seruasset agere liceret, cautũ fuerit: Eratq; mos aspicandorum comiciorum, ut cũ presa tione deorum dearumq; bonis faustisq; nominibus ac diis bene iuuãtibus cõ cilia irent: apud Argiuos uero indictis comiciis. Cum prætor in præfationis carmine Iouem Apollinem atq; Herculem præfari soleret ut successus darent prosperos, postea Philippi nomen adiecerũt præfationi, assentationis genus. Illud tñ non præterierim neq; comicialibus diebus more maiorum Senatum haberi, neq; nundinarum tempore, comicia fieri licere, ne a legibus accipien dis quæ trinũdino dabantur, plebem auocari contingeret neue interpellaren tur nundinatores, utq; rusticis qui in urbem ueniunt componẽdi lites, & trã sigendi facultas foret: Q uodq; die, imbribus aut turbine procelloso, aut si fœda tempestas cum grandine, uel si tonitrua aut uenti fierent, uel si in frequẽ ti multitudine quispiam morbo concideret, comiciorum die, & nisi seruatum de celo esset prius quo ad centuriata comicia, cũ populo agi nõ licebat, habita q; in his & ꝓmota, tanq̃ fœda tempestate facta dirimi oportebat, augurũ res ponso qui quid uicii intercessisset, renũciabãt, idq; lege Helia & fusia, in quo id fuit memoriæ proditũ, cũ Appius pulcher ad populũ causam diceret, qđ nauali prælio uictus, per contemptũ religionis classem amisisset. omnesq; tri bus in eius noxam suffragia ferrent, beneficio tempestatis adiutũ penã effu gisse: Nam subito imbri & turbine coorto sublatis comiciis iudicium euasit.

ante uero Comicia habita quid uicii intercessisset. renunciare auguri non lice bat quia diuinare uidebatur. Q uodq; cum feminis comiciorum nulla fuit co munio, ideo mulieres nec comiciis interesse, nec suffragia ferre, neq; foro aut concionibus in misceri, & propterea nec arrogari poterãt, quod erat apud A thenienses constitutum, ut nulla feminarum conciliis publicis aduocetur, uel ferre suffragium aut concionibus uirorum interesse ualeat: fuitq; moris apud eos, quo frequentius comiciis assuesserent, ut singuli suffragatores nũmos ac cipperent, quod a Calistrate primum inuentum ferunt, Nam cum propter as siduas bellorum expeditiones, Athenienses a rebus urbanis distracti uix foro assuescerent, & per infrequentiam comicia cogi nequirẽt: Q uippe cũ ex omni populo, in quo uis arduo negotio, ultra quinq; millia non cõuenirent, ut post habitis negociis ad rem publicam accederent, & de publicis consultarent, ali quo inuitamento cohortandi fuere: Neq; ab his quorum iminutum Imperiũ fuit, apud Romanos comicia haberi, tãq̃ in fausti prodigii & infandi ominis foret, Neq; illorum qui rei agerentur nomina ad petendos honores admicti nisi crimine inducto & absoluto, Neq; absentium rationem habendam licet non nulli legibus soluti, contra comiciorum morem, absentes suffragia pertu lerint. Q uod a locris Anphiseis qui haud procul delphis incolunt factũ me minimus, apud quos nullius absentis habetur ratio, sed cum concio aduoca tur, non solum Pilagoræ & sacratores, sed omnis multitudo illorum qui sa cra faciunt conueniunt, & suffragia ferunt. Q uotiesq; non iustus comiciorũ rogator fuisset, comicia inde habita minus legitima censeri: Et licet eum qui comicia haberet, aut illis preesset, ad honores assumi non deceret, plerũq; ta men qui comiciis præfuere, licet pessimo exẽplo, aliorũ ministerio & opera il los assequi meruere. Estq; memoriæ datum sexagenarios maiores, & homĩes grandeuæ ætatis, quod ciuilibus uacarẽt muneribus, ad comicia suffragii cau sa descendere cogi nequire, quare deiecti de ponte & de pontani senes dicti sunt Namq; iuuenes olim senes de ponte deturbasse dicuntur, cum illis non idem maneret uigor, & animi sensus esset obtusus: Q uodq; comicia magistratuũ non solum per dictatorem Consulem & pretorem, sed per interregem, ædilẽ quæstorem, Tribunum. Pl. præfectum urbis, Tribunumq; celerum, aut Põ tificem Maximum de Senatus sententia plebisq; scito, non nunq̃ per populũ indici compertum est: ipse tñ pretor Cõsularibus comiciis author esse nõ po test, quod maius uersaretur Imperium in Consulibus creandis q̃ ut per pre torem explicaretur, Cumq; Cæsarũ temporibus arbitrio Principis, non nunq̃ tribuũ suffragio comicia fierẽt, Tiberius Cæsar iter cætera cõstituta, e cãpo ad prs illa trãsferri uoluit quoꝝ cõcilio et suffragio etiã sñ pplo cãdidati ad hono res et ipia ꝓuecti fuer, ex duobus tñ cõsulibus ei q minor natu foret comicioꝝ haebdoꝝ munus dari cõsueuit, Sine aut cõsulis, ꝓtoris uel tribuni aut alteriꝰ

Universidad de Deusto
Biblioteca

magistratus decreto, populo & plebi cõuenire, aut clandestinos cætus coicio nes uel conciliabula habere(nequis malo exemplo populum seuocaret, uel se cretas consultationes faceret) non licebat.

Quando primum ædilitas cœperit, & quot fuerint Aediles, & qui Curules & qui plebei. Caput IIII.

QVo tempore exactis regibus, & consulibus creatis plebs cõ tentione maxima, cum patribus certauit, & tandem ut alter ex consulibus, plebeius foret obtinuit, Patres pro cõmunica to plebi consulatu, ædilitatem simul, & præturam, uendica runt: Igitur, curuli ædilitate creata, illam Cn. Quintio Capi tolino, &. P. Cornelio Scipioni ex patribus dederũt, postea alternis ãnis modo ex plebe, nunc ex patribus ediles creari cepti, munusq; pro miscuum fuit. Donec curulis ædilitas ad libertini generis homines delata est. Tunc cum Cn. flauius Appii scriba libertino patre natus, cum. Q. Anitio p nestino, haud multo ante hoste populi Romani Edilis curulis, ius ciuile in penetralibus põtificũ diuulgauit. dieſq; fastos in albo ꝓposuit, ac ædem cõcor diæ cum non mediocri inuidia nobilium dedicauit, Demum dissidente plebe a patribus, ut duo essent plebis ædiles, sicut duo patricii antea fuerãt plebi est apatribus concessum: Lapsis inde temporibus, cum Iulius Cæsar rerum po tiretur, tunc primum sex ædiles creati. duo patricii qui cereales dicti qui curam gererent annonæ forensis copiæq; cibariorum reliqui ex plebe, quorum præ cipuũ munus erat, Vrbis, ædium sacrarum, priuatarumq; curam agere, ad eosq; absentibus uel impeditis Consulibus summa rerum, & maiestas Con sularis Imperii sæpe delata est: Hi præcipue curabant ut ædificia publica priua taq; fierẽt, Vtq; templa, Theatra, Stadia, fora, porticus, Curiæ & Basylicæ. atq; mœnia, magnificis operibus reficerentur & ornarentur. Quod lege ue teri sancitũ erat, in hæc uerba, Sumptoq; ædiles curatores Vrbis. Annonæ, ludorumq; sollẽnium ollisq; ad honoris amplioris gradũ, prius accessus esto, & infra, Quibus sacrarum rerum ptocuratio & totius urbis tutela sæpe cõ missa est. Ad quos etiam Senatus consulta & scita plebis, ut in æde sacra con derentur, deferebantur: Præparando conuehendoq; frumẽto & oleo ne urbs penuria ãnonæ, neue caritate laboraret, utq; cõmeatus quæq; bello usui forẽt in castra deferrentur, ædiliũ muneris erat, Ideo Manius Martius & Trebius ediles plebis, quod in summa Caritate frumẽtum populo in modios assibus dedere, cõmeatusq; inuexere statuas in capitolio & palatio cum titulis honoꝛe meruere: Et. M. Seruilius. T. filius ædilis Curulis, qd' olei denas libras singu lis assibus põstitit, celebri memoria dignus fuit: etiã in eosq; pluſq; lege diffinitũ

erat agri possiderent diem dicere, matronas probri accusare: Foeneratores co ercere: Popinas & ganeata obsonia inhibere, in facta dictaq; in ciuilia atq; im proba animaduertere, atq; in exilium agere, ædiliciæ potestatis erat: Nero ta men dum munere ædilicio fungitur, ne quid cocti in popinis ueniret, præter le gumina & olera interdixisse fertur, Qui etiam nimiam ædilium potestatem cohibuit, statuitq; quantum curules, quantum plebei pignoris caperent, quã tumq; penæ irrogarent: Circa religionem ne qui nisi Romani dii patrio mo re colerẽtur, neue a uetustis cerimoniis decederent ædilibus præcipua cura fu it: quorum edictis cautum est ut Iudeorum Aegyptiorumq; sacra ritus & ceri moniæ ex urbe pellerentur, & exigerentur: Senatus consulta eccipere, super e mendis uendendisq; seruis aut iumentis si ex fide bona uenirent, deq; illarum uicio & morbo cognitionem animaduersionemq; habere. Thermarũ curam agere, illasq; ne essent inmũdæ neue nimis estuarẽt curare, ædiliciæ cognitio nis erat: Demensuris quoq; & uerrendis uiis deq; alea cognoscere desuperq; edicta proponere, quæ ædilicia dicta sunt, mulctamq; non parenti irrogare, aut nota turpitudinis afficere, poterant: Horum exemplo ephori Lacedemo niis fuere. et in Thessalia ædiles qbus uirgas lixæ præferebant, quorũ munus erat ãnonã & forum cupedinis curare, apud Græcos & Etholos Agorano mi quorum edictis uendentium & ementium rabies coercebatur. qui hoc etiã sibi arrogarunt, de uenditarum emptarumq; rerum usu & comertio, deq; cõ uentionibus & pactis cognoscere, in tantumq; honoris culmen ædilitas pro uecta fuit, ut Vrbe peste laborante, maiestatem Consularis Imperii ad ædiles decidisse. T. liuius author sit. Aciam bonis temporibus, ab optimis quibusq; splendor ædilitatis quæsitus fuerit: Nã & duo Ctassi, &. Q. Mutius, & p. lẽ tulus, & Scaurus summis honoribus functi ædilitatem magnificẽtissime ges sere, illamq; magni muneris loco exequti fuere, Paulus quoq; æmilius, cum duodecim magnis cõpetitoribus in petitione ædilitatis ꝑlatus fuerit, pro sum mo honore duxit: Sũt tamen exempla illorum qui repulsam impeticione ædi litatis perpessi mox consulatus præturas & summos honores meruere, inter quos. C. Marius qui in duabus ædilitatis peticionibus Curulis scilicet & ple beiæ, una die bis repulsam tulit, septies deinde. Cos. fieri meruit: Scipio uero æmilianus, cum candidatus ædilitatis in campum descẽderet, ab uniuerso po pulo, fructum uberrimum cepit. Mam pro ædili omniũ suffragatione Cos. factus est: L. lucullus cum ante adultam fratris ætatẽ magistratus petere nol let, tantum gratia & fauore ualuit ut absens una cum fratre, ædilis relatus fue rit, Vespasianus uero cãdidatus ædilitatis quinquies repulsam passus, Demũ ad Imperium fuit euectus: Et quis ædilitas per se proprium munus foret, se petamen magistros equitum & Tribunos plebis simul cũ magisterio & tri bunatu ædilitatem gessisse comperimus: Cn. flauium Appii Ceci scribam, cũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

tribunatu plebis ædilitatem, & T. Sempronium, magisterium equitū una cum ædilitate habuisse constat: Tam & si duos magistratus presertim curules simul gerere, antea interdictum fuerit: Munera etiam magnificentissima, & ludos apparatissimos ad conciliandū populi fauorē, p ædiles plebis aut Curules nūc Romanos nūc plebeios, nō nunq̄ scenicos. publica uel priuata īpē sa aut exmlctaticia pecunia curari & instaurari plerūq; adnotauimus, ī quibus uenationes belluarum, quæq; mira spectatu, & insolita sunt, non nunq̄ gladiatorum paria qui digladiarētur, spectaculis exhibuere: quæ munera cū magnificentissime per ædiles edita fuissent, gradus ad amplissimos honores magistratusq; fecere: illud memoriæ datum est eos qui scriptum facerent ad ædilitatem admicti nequisse, propterea flauius scriba, quia scriptum fecerat, nisi iurasset se scriptum nō facturum, ad ædilitatem admissus non fuisset, Q uod q; ædiles sicut Tribuni plebis sacrosancti aliquando habiti sunt, Q uod licet ueteri constet exemplo, lexq; a ualerio Consule post decem uiros lata, tā Tribunos q̄ædiles, Iudices, atq; decem uiros inuiolatos sanxisset, Tamē quia ædiles Curules neq; prensionem, nec uocationem habere, nec lictore uti, eosq; a priuato ad maius tribunal, prendi duciq; a magistratibus nouimus, ꝓpterea ædilem non esse sacrosanctū opinati sunt: quod Domicianus Cæsar facto declarauit, qui Tribuno pl. author fuit ædilem repetundarum accusandi. Iusq; dicesq; in eum a Senatu petendi. Q ui quidem ædiles non Romæ tantū, sed in oppidis & uicis ignobilibus sæpe fuere magistratus, qui de mēsuris et rebus mimis iura dabāt: Hoc quoq; notatū est. posse ædiles exhausto atq; inopi ærario/nouū uectigal cōstituere, quo rei publicæ oneribus cōsulatur: Q uodq; sicut Tribunos plebis ad Tribunatum, ita ædiles siue curules seu plebeios qui patrem haberent superstitem ad ædilitatem minime admicti posse, exemplis maxime probatum est.

Iudicium ignaui Iudicis super controuerso Iure, perperam iudicantis hausū aquæ per fundum alienum non deberi. Caput V.

SVper controuerso Iure in foro Romano, me presente apud ignauum Iudicem qui presidebat, dum quotidiana patrocinia prestarem, aspera & uehemens quæstio agitari cepta est: Petebatur enim a testatoris filio, cui hausus aquæ in fundo quem alteri legauerat, testamento exceptus fuerat, isq; fons imodicis caloribus postea exaruerat, deinde tribus post ānis denuo emerserat, ex testatoris uoluntate: se ad illius hausum per fundum legatum admicti: Cui contra stabat fundi dominus, & desita aqua seruitutem se nullam debere aiebat: Q uippe cum aqua cuius hausus testamento exceptus fuerat

ptus fuerat fonte arefacto esse desierit, cessare etiam seruitutem, quæ propterea debebatur dicēdum erat, Et ubi hausus aquæ ex nouo fonte, illi forsan deberetur, ius tamen eundi per fundum suum, se inuito illi non esse, pluraq; in hanc sententiam adduxerat, quibus non dissimulanter questioni respōdere uidebatur: Cōtra uero testatoris filius, relicta a patre seruitute & hausu aquæ sibi legato, etiam aditum ad aquam qui nullibi nisi per fundū patere poterat, relictum dicebat, cū nullus aquæ usus foret, nisi haurire liceret, neq; posse hauriri, nisi per fundum aditus esset. Q uod si fieret secus, profecto cum sibi aliun de haurire non daretur. ipse legato præter testatoris uoluntatem, frustratus foret, Q uod est pudendū dicere: Rursus tā & si aqua desita fuisset/seu estu uehementi/seu quouis modo arefacta, ea postea renata ius pristinum sibi debere asserebat, Nā quādiu/aqua e fonte manaret ius hauriendi sibi integrū esse dicendum erat: Cumq; īmodicis iurgiis desuper obstreperent & turpibus uocibus inuicem conflictarentur, Iudex qui assidebat. seuerus & uehemens amborum audito postulatu, pauca interfatus, quesiuit an aqua ex fonte arefacto penitus fluere desiisset, & cum triennio aquam ex fonte manare desisse, quippe cum tenuis non perēnis foret: Illamq; denuo scaturisse/tabulis & testibus planum fecissent, deq; hoc nulla controuersia foret: Hoc asseuerato parumper subdubitare uisus/paulo post, eo inclinauit sententia, ut eundi per fundū alienum, & aquam desitam rursus hauriendi/testatoris filio ius non esse, sibi liq̄re, iniquissimo decreto pronūciaret: Q ua iniuria decreti cum uehementer ille offensus reclamasset, & ꝓpterea me adiuisset/peteretq; ut sibi in causa adesem. utq; suas partes propugnationemq; mea cura patrociniumq; susciperem. Q uæsiui ego a Iudice, ut bona cū uenia diceret mihi. quo iure qua lege, aut exemplo, isti cui seruitus testamento relicta fuerat/ius non esse hauriendi, ex fonte renato declarasset: Siquidem si hausus aquæ testamento legatus erat, iter quoq; ad hausum/ex æquo & bono relictum uideri debet, cum nisi haurire liceret, nihil prestaret commodi legatum nihil opis: Idq; tam Paulum & Marcellum, q̄ Neratiū & Vlpianum de seruitutibus sentire asseueraui. Q uin etiam de sumptibus funerum idem Vlpianus censuit: Si in fundo amendito sæpulchrum mihi excepero, iter quoq; ad sepulcrum/exceptum uideri, cū subsequens antecedens supponat: Neq; repugnat quod arescente fonte desita seruitus uidebatur, quia satis habet rationis explicatæ quod mox fonte renato ius idem mihi deberi qui uis potest intellígere, idq; Iabolenum & Paulum de seruitutibus etiam censuisse. Q uin etiam Actilicinus consultissimus uir, super hac controuersia. Cæsarem Statilio tauro in hanc sententiam rescripsisse dicit, Idq; cum lege & iure affirmare contenderem, peteremq; ut more institutoq; maiorum, siquid iudicando de liquisset. cauetet/ne magno saltem afficeretur incomodo, is qui in meam fidē clientelamq; uenerat: Iudex ad me

Universidad de Deusto
Biblioteca

conuersus, grauiter credo ferens se frequenti auditorio interpellatū, stomachabundus & uultu fere minaci, semel inquit desita aqua, postq̄ fons exaruit, ius illam hauriendi pariter desitum uideri, Q uippe cum aqua nulla sit quę debeatur, seruitutem extinctā amplius non reuocari respondit: Cunq; ego contra dicerem, horum authoritatibus nixus, pluraq; in meam sententiam adducerem, presertim cum nemo tam indoctus ignaruscq; rerum foret, uel qui primis ut autem labris iura degustarit, qui restituta re, in statum priorē, idem ius q̄d antea fuerat, re integra incolume esse negaret: ipse autem egregius nebulo cum in eādem sententiam iret, illamq; nullo argumento nec iudiciali disceptatione ut modesti iudices solent, dilueret uel firmaret, siquid probandum aut refellēdum esset, sed prope ad extremam insaniam uecors excandesceret, Ego qui pbe noram spiritum eius ne insectatione & conuiciis agerem, dicēdi pausam feci, satiusq; duxi clienti salutari concilio prodesse, q̄ rationibus non proficientibus, cum homine illiberali & clamoso ne quicq̄ disceptare, Cliētiq; ut ad maius tribunal prouocaret persuasi, profuitq; preuocasse, Namq; haud multo post discusso negocio, lege & iure, inducto iudicis decreto probabili & recto iudicio pro testatoris filio lis data est: Vrba uero Cæsaris ad Statilium Seuerum ex eius epistola hæc fuere: Succurrendum his putaui, itaq; quod ius habuerunt, tunc cum primum ea aqua peruenire ad eos non potuit, id eis restitui placet.

Q uanta seueritate a Romanis contra licentiam magistratuum, & quoties occursum sit. Caput VI.

QVanta disciplina cauerint Romani, ne qui magistratus gererent nimia licentia abuterentur, illud documento est, quod pluribus legibus, plebiscitis & Senatus consultis prescripti fines magistratuū & potestas coartata fuit, præcipue cauendo ne imperiosa illorum licentia, extra girum rationis excederet: P. Valerius, is qui cū L. Bruto post Reges exactos Cos. factus est, ad terrorem increscentis audaciæ legem promulgauit, qua cauebatur, ut a coquncq; magistratu ad populum prouocandi, cuiuis potestas foret: scilicet existimans maioris Imperii aduocatione nimiam magistratuum licentiam coartari, Tam & si regum temporibus prouocationem a Regibus fuisse ad populum: idq; pontificalibus libris caueri multi contendant: quam legem a Murena Consule, quo tempore Sora & Alba Coloniæ deductæ sunt, rectū latam comperio: postea exacto decem uirorum Imperio, populus Romanus ut licentiæ temeritatiq; obuiam iret, præter auxilium tribunicium, nouā sanciendo legem constituit, ne quis illū magistratum, sublata intercessione crearet, cum qui

ret, eum qui creasset, ius fasq; esset occidi, Q uod mox Duillus, Cos. alia constitutione inouauit, ut qui magistratum sublata prouocatione creasset, tergo & capite lueret, lapsis inde temporibus cum opes plurimorum preualerēt, humiliores q; a ditioribus assidue premerentur, hisq; superbe auareq; imperitaret, Iterum ualeria lex, tanq̄ unicum præsidium libertatis, ante primum punicū bellum lata fuit, qua inter cætera cum qui prouocasset, a quouis magistratu uirgis cedi & securi percuti uetuit, penam tamen si secus fecisset non adiecit, nisi improbe factum uideri: Cunq; ad huc non satis innocentiæ consultum foret, & plebis libertas opprimeretur magis, sæpiusq; hoc malum increbesceret, inita tandem ratio est, qua salubriter tenuioribus consultum foret. Siquidē martius Valerius. Cos. legem de prouocatione ad populum ab eadem familia sæpius latam tanq̄ patronam & uindicem libertatis tertio promulgauit, grauissimisq; penis affecit, eum qui spreto more patrio ad maius tribunal prouocare inhiberet, in tantum ut etiam de ui & maiestate dānatis, ius prouocandi ad populum dederit, Tam & si post decursa secula, Caligula, ne lōgo circuitu duerentur lites, nimias prouocationes inhibuerit: Sed q̄uis tot legibus aduocatio maioris potestatis quæ ab iniuria tenuiores uendicaret, permissa foret, non dū tñ satis petulātiæ & effrenate licentiæ, puisum erat, nisi caueret ne sæpius eadē imperia gerendo nimis aliquos potentia insolesceret? Ideo. Q. Martius Censor legem tulit ad populum ne quis eundem honorem bis ambiret. Et deinde Fabius Maximus aliam recitari iussit, quod etiā plebiscito cauebatur ne intra annos decem eandem potestatem gerere liceret? L. deinde Sylla, aliquem prius prætorem q̄ Q uæstorem fieri aut Cōsulē q̄ prætorem, edita lege uetuit: eundemq; nisi decurso decēnii spacio bis uni magistratui preesse graui pena interdixit, arbitratus frequentes honorum uicissitudines, nimiæ potestatis esse & potentiæ non ferendæ. Q uod haud multo post noua constitutione innouatum fuit, cautūq; ne cui intra uigesimum annum, muneris publici ad ministratio daretur? Et cum licentia præsidum in edendis spectaculis multo prouincialibus dāno, & incomodis foret, quotidieq; nouis collationibus exhauirentur, Nero uetuit ne gladiatorū munus aut ferarum spectaculum præsides in prouinciis ederent: Q uo etiam tempore statutum est, ut qui perperam ad principem uel senatum prouocasset pecuniam penæ nomine in ærarium ferre & mulctam exoluere cogeretur, pluraq; extāt plebiscita quibus ne duos magistratus presertim curules uno anno habere, neue plebeium magistratū patricio gerere liceret, cauebatur? Q uin etiam pro magistratu aliquid gerere inhibitum erat nisi prius sacramento adactus fuisset, quod ideo cautum ferunt, ne spe & cupiditate improba imperia & honores assumerent, iurabant enim apud Consulem uel Senatum sollenne iusiurandum per deos, postea ut in ac

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta principium iuratent Cæsarum temporibus seruatũ est: neq; enim plus quiq; dies nisi qui iurasset in legem Imperium gerere licebat. Si quitamen in magistratu auare superbe & insolenter se gessissent, ipsos ante tẽpus finiti honoris Imperio desistere & de gradu deiici iubebant, Primusq; cui abrogatum Imperiũ fuerit Tarquinius superbus proditus est, q ppter insolentiam regno pulsus fuit. postea exactis Regibus Sergium & uirginium Tribunos Cõsulares quod male ad Veios pugnassent, Et Cn. Malliũ & Seruilium Cepionẽ procõsules quod ipsorum temeritate clades ingens accepta fuisset. Et a Cymbris cæsi & castris exuti essent/ aliosq; ignauiæ insimulatos abrogato Imperio/ante tempus finiti honoris/ Senatus magistratu abire, & insignia Imperii dimittere coegit. Quod &. C. Gracchus alio plebiscito confirmauit/ cauens ut sicut ante tempus propter indignitatem Imperium esset abrogatum/ is alterius ad eundi honoris facultatem nõ haberet, ne ue maxima Imperia diuturna essent quod unum officere libertati cognitum est. Magistratus & honores geri ultra ānũ/ ānaria lege phibet: Iulius uero Cæsar lege sanxit, ne prætoriæ potitie ultra ānum/ neue Consulares plus biennio optinerentur. Tiberius collatos sibi honores non facile ademit. Cum saturos & opulẽtos præsides minus noxios prouincialibus duceret, Neue finito magistratu is qui puinciæ præfuisset impune insultasse gauderet, triginta diebus lege cornelia successorem expectare/ & ex prouincia reuersus rationem administrati muneris lege Iulia reddere cogebatur. Ideo plures Cõsules prætoresq; functos honoribus/ quod mẽte improba auare & crudeliter in prouincia se gessissent/ dãnatos & æratios factos inuenimus. apud Græcos uero lege cauebatur ut qui gesti muneris rationem non redderet Alogii teneretur/ apud Athenienses quisquis ad rem publicam assessisset rationibus ita obnoxius erat/ ut etiam sacerdotes obnoxios lex iuberet, apud quos computator publice eligi consueuit qui redditus ciuitatis pro singulos magistratus populo resignaret, neminẽq; coronari licebat qui rationibus reddendis obnoxius foret. Carthaginensibus ne insolescerent magistratus toto Imperii tempore uinũ interdicebatur, ita abstemios moderatiores fore arbitrati/ Thebanis lex data est. ut ad munera publica nemo accederet/ nisi qui ānis decẽ amercimoniis destitisset, Bythinis. ut minor ānis triginta ad honores admicti nequiret quod tamen Augustus ita prefiniuit ut ab ānis duobus & uiginti admoueri iuuenes ad munera iuberet: Quod si forte finito magistratu quis q̃ prouinciam successori tradere negaret/ uel ultra iustum tempus fasces retineret/ is uelut Maiestatis reus in principem & rem publicam agebatur, Cui simile apud Thebanos accepimus/ nam qui ultra prescriptum honores gesserat/ conspirationis reus capite luebat, fertur tamẽ Epaminũdas Thebanus dum patriæ consultum uult/ preturæ quam gerebat/ ultra prefinitum tempus

tempus prefuisse nec successori exercitum tradidisse quo tempore Lacedemonios graui bello & intestinis cladibus affecit, ne si honore decederet, Thebani tanto progressu rerum frustrarentur, cuius rei causa capitis anquisitus omnium uotis absolutus fuit. Carthaginensibus quoq; tam seuera uiguit disciplina ut siquis Imperator aut dux, prauo consilio licet felici euentu, pugnasset, fœdo supplicio in crucem elatus, morte penas dabat, Romani uero duces qui temeritate uel insciția exercitus amisissent, aut fugæ & pauoris insimulati essent pecunia & exilio sæpe mulctati sunt, lege quoq; a Valerio publicola primum lata cautum fuit, ut qui Imperium magistratum uel a populo non accepisset, capite plecteretur quod, ab Athenienslibus seruatum est quibus nulli erant magistratus nisi sortione publica & suffragiis populi creati, Tanta uidelicet cura tantaq; sollicitudine maiores nostri, contra insolentiam magistratuum præsidia legum inuenere.

Qui ordo in disponẽdis aciebus & quæ norma militiæ apd Romanos olim seruari solita fuerit, & quæ apud exteros. Caput VII.

Militum ordines in Romanis castris plures fuisse, exq; diuersis formis instrui acies consuesse, & firmari subsidiis, sæpe notatum est, Species uero militum a principio ita distinctæ fuere, ut aut inter hastatos: & leuis armaturæ milites, aut in principibus uel inter Triarios essent. Et licet de instruendis disponendisq; aciebus certa lex tradi nequiret. Quia ex monte, flumin, euel locorum situ facili uel impedito aut ex subiecta planicie & natura regionis perlustrata oculis, prouidens diligensq; dux, explorato & prouiso, acies dirigere & copias admouere debet. Et nunc directa, nunc cuneata uel trigona, aut hemicycla, modo late fusa, & protenta acie, nunc quadrato agmine, quod frequens apud Persas & siculos fuit, in hostes uadere aut hostium uim eccipere, Nunc frontem uel cuneum, nunc subsidia Orbem, Globum, Forfices, serras, Turres atq; alas facere, ita ut terrarum situi se accomodet, & qualitati insinuet, Tamen ubi locus tempusq; patitur. Hec acierum forma & turmarum descriptio magnas acies fudit. Nam primi erant hastati, qui hasta tantum gesaq;, & Pilani qui Pilo primos congressus eccipiebant. Fuit autem Pilum ligneo hastili & ferro quadrato oblongo & preacuto, Hi ergo quindecim manipuli erant expediti & delecti pedites. Inter quos iaculatores & leuis armaturæ milites, qui in prima fronte siti, dato signo in hostes incurrere, ac pilis missilibusq; hostem ferire, deinde gla-

Universidad de Deusto
Biblioteca

diis cominus congredi solebant, in quibus Tirones qui nuper militiæ asci-
ti erāt militabant, ab hisq primi erant congressus, & hostes lacessiri assue
rant, Mos ergo Romanus erat, instructo paratoq exercitu cū congredi acie,
parant, deos primum consulere, mox auspicato & litato, ne incertis auspiciis,
& turbatis religionibus acies cōmicterent solem uenerari, & in hostes ducere,
sicut in Syria mos erat. Cumq Classico signo dato pugnam ineunt primo
occursu ad ardorem excitandum, ardentissimo clamore, concurrere & signa
inferre, qui si cōsona uoce æditus, neq impar, uarius uel dissonus foret, haud
dubie satis animorum ad certamen esse & futurā uictoriam spondebant, nam
q is erat index uolūtatis & animi cuiusq. Si uero excitatior crebriorq ab ho
ste sublatus esset, quo euentus prælii caturus foret, indicium haud dubium
prebebant, in qua quidem re ad ardorem animi excitandum non solum acies
sed ipsa quoq signa militaria inferebant. Neq enim parui momenti fuit, illa
prima uis & congressio militaris, cum alacres & fiduciæ pleni ardenti clamore
simul in hostes ibant & signa inferebant, intolerabili clamore animorum uno
impetu consenciēte ac uirtute. quæ res magnarum uictoriarum plerumq cau
sam dedit. Quare. a Iulio Cæsare, Pompeius haud imerito imperitiæ argui-
tur, quod in pugna pharsalica milites certaminis auidos, impetum accipere
non inferre iussit. Quod quidem Cyri consilium fuit, ut si hostes tumultuo
sius irruerent, taciti milites impetum acciperent. Si autem taciturni essent, cla-
more & strepitu acies inuaderent. Galli & Germani quibus inconsulta ira &
furor est, si qñ cū hoste cōgredi parant, dissono & truci cantu quem barritū
uocant, cum ululatu & tripudiis scuta quatientes prælia inibant, ex quo futu
ræ pugnæ fortunam augurabantur, aut patrio more nudis corporibus hor-
rendoq uocis sono. Non nunq ut auspicium pugnæ sumerent, captiuum, cū
suo milite committebant unde belli omen augurati in hostes ibant. Quibus
Germanis hoc etiam in usu erat, non ante acies cōmictere, quam per matres
familias, quas plurimas educebant in castris sicut Dionysius q armatas Thyr
sis mulieres habuit, an decernendum esset, sortibus & uaticinio predictum fo
ret. Ambrones non cursu furioso sed in cessu tardo arma pulsantes Rhithmis
cū gressu & pulsu armorum consonantibus suum nomen exprimentes in ho
stes ducūt. Vbii & Treuiri uirorum cantu & feminarum ululatu, terrorem fa
ciunt, & uoce obtundunt. Ethiopes cum cecinit bellicum clamoribus disso-
nis tumultuantur & sui moris tripudiis exultant. Syri autem in primo con-
gressu solem uenerati imodicis uocibus exultantes cursu quam citatissimo a-
cies subeunt & in hostes irruunt, ita uano metu deturbari & ludificari hostē
opinati. Atheniēses & lacedemonii peana canētes & hymnos Ioui cōgredi so-
lēt, qđ frequēs apđ Græcos fuisse notatū est, fuitq Sparthanoꝝ mos ut ate

hostium congressum amori sacra faciant. Vtq Reges Laconici anteq̄ signa
inferant. musis imolent, clementiæq & amiciciæ non Marti, Satius ducētes,
pactione hostium animos, & pace incruenta conciliare q̄ prelii subite aleam et
multa hostium cæde uictoria potiri. Cyrus autem ne hostium efferis clamo-
ribus milites perculsi trepidarent, hymnū polluci & Castori canere iussit, quo
concentu effecit, ne improuisa formidine caperentur. Post hastatos sequeban-
tur Principes, qui uiribus & ætate fortiores, in quidecim pariter distincti ma
nipulos scuto & insignibus armis sub ipsis signis militabant, qui non conti-
nenter iuncti erant, sed modicis spaciis discreti quasi in subsidiis positi. Vt si ha
stati commisso prælio ab hostibus deturbati retro cederēt, ad Principes et gra
uioris militiæ uiros receptus tutus foret, Hiq cum ad hostium subitos cona-
tus presto essent, obnixi urgentesq integris uiribus fessos adorirentur, & im-
pressionem facerent. Post Principes uero Triarii pluribus uexillis ordines du-
cebant. Erant enim ueterani milites magnæ & expertæ uirtutis, qui stabili ge
nere pugne assueti, Scuta & hastas tenentes humi fixas genu dextro inixi pre
lii euentum & Imperatoris nutum expectabant ad inuadendum, q uimodico
etiam interuallo seiuncti a Principibus considebant, Hisq ordinibus cum pro
cintæ acies starent, si a Principibus haud feliciter pugnatum esset, nec ad arcē
dam uim satis roboris aut uirum foret, ut uicti perculsi & consternati cæde-
rent perditis prope rebus & desperata salute, se ad Triarios per interualla or-
dinum sensim referebant. At tunc exurgentes Triarii, in quibus omnis belli
moles quodq uirium erat, esse putabatur (namq his uicere aut mori de cre
tum erat) conserti pluribus ordinibus firmata acie tanquam uallo minuti stri
ctis mucronibus ita ut uir uiro, armis arma coniuncta forent uias claudebant
ita magno præsidio firmati in hostes ibant, ut dirumpi ea acies non posset,
Neq enim longū certamen & increscens uis diutius durare posset, nisi secūda
acies primæ & integri fessis succederent. Cyrus quoq haud absimili exemplo
ita aciem instruxit, ut qui primi in prælio, quiq primarum centuriarum mili-
tes essent, in secundis pugnarent ultimi, Deinde ultimi succederent ad primos
ita acie instructa, ut seruato ordine progredi ad pugnam & cum opus foret
pedem retro ferre possent. Germani uero per familias & propinquitates cu-
neis acies instruebant, Sarmatæ per turmas quibus insuperabiles erant, pede
stri uero pugna nihil ignauius. Scythe. Thraces. et Macedones, cuneo q me-
diam urgeret aciem, frequenter usi sunt, per sæ & Sciculi quadrato agmine,
Celtiberi tantum cuneo ualebant, ut quacunq parte decurrerent irruptionem
facerent, Galli bifronti acie pugnabant cuius usus talis erat, ut nullam militi-
bus terga dandi spem ostenderet, Lacedemonii cum in cornu incedunt, tur
ma in postremis sequitur, quæ se ad frontem & in latus flectere queat, &
cum opus foret, uerterent se singuli ordines & depugnarent. Agesylaus

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoq; quadrato agmine exercitum sæpe duxit, ita ut dimidium āte dimidium uero post exercitum haberet. Thessali Rombi figuram primi inuenere quod facile circumagitur, cuius ope adiuti hostibus prevaluere. Ferūt Triballos populos omnem aciem in quattuor phalanges & quicquid est copiarum diuidere. Primam ex imbellibus. Secundam ex optimis qui robore prestabant & uiribus. Tertiam ex equitibus, Quartam ex mulieribus, quæ in fugam conuersos conuiciis incessérent. Latini uero populi cum antea Phalanges similes Macedonicis facerent, postea disciplina Romana edocti manipulatim acies instruebant. apud Sparthanos in expeditionibus obeundis Reges erant Primi cum cohortibus suis, in recessu uero postremi. Athenienſibus lege cautū erat, ut Polemarchus, cum acie decernitur dextrum semper latus teneat, indeq; in hostes irruat. Thebani cum ad leuthram sinistro cornu Lacedemonios fugassent, & uictoria potiti essent, omnibus preliis obseruarunt, ut sinistro cornu principatum darent. Eratq; inter lacedemonios et Athenienſes conuentū ut si arma contra eosdem hostes ferrent. Athenienſes sinistrum Lacedemonii dextrum in acie tenerent locum. Tam & si in pugna aduersus Mardonium Athenienſes dextrum cornu contra Persas, Lacedemonii sinistrū cōtra Bœotios & Thessalos tenuere, Cumq; aduersus Mardonium & Medos Atheniēses & Thegeates super instruendis aciebus dissiderent, dextrum cornu usurpantibus Athenienſibus, Aristidis authoritate effectum est, ne intempestiue contenderent, quamcunq; partem in acie dedissent, se uiriliter operam nauaturum professus. Cui non absimile est. Quod cum Themistocles, cū Euribiade Lacedemoniorum duce contra Xerxem classem ducerent, & de ducatu orta contentio esset, facile cessit, asserens intempestiuam contentionē e sua re publica nō esse, sed eum uideri principem qui meliorē operam nauasset. apd Lacedemonios uero milites ex Scyro insula, cum sinistrum sibi locum delegissent, in acie, semper obseruarūt ut deinceps sinistrum cornu tenerēt. Ferturq; Psametychus egypti Rex cum pugnaturus contra assyrios ignominiæ loco Egyptios in sinistra, mercennarios uero & externos in dextra Phalangis locauisset, exercitus alienationem & dissidium passus fuisse. More tamen Romano antiquiori duci, dextrum cornu dari consueuit. Sinistrum uero quia minus curæ & solitudinis habet, Iuniori & minus assueto. Quāuis sinistro nō nūq; summos duces artributos, iueniamus. Tullus enī Hostilius aduersus Fidenates pugnaturus, sinistrum sibi desumpsit cornu, dextrum uero Metio dedit. Darius quoq; ad Arbelam cum sibi sinistrum tuendum sumeret Mazeo dextrum assignauit. Si tñ inter duces de loco nō conueniret, plerūq; de ordine agminis quē tenerēt, inuicē sortiebātur. Cunq; signa militaria in media locarētur acie, ita ut p signis āte signani post signa alia pugnaret acies, quoties hostiū ipetu ante signani uicti cederēt, ne nudarētur pugnatoribus signa collata

statim gradu ex secunda prima fiebat acies. ita ut a suo quisq; manipulo uel cohorte pugnans non recederet, qui omnes ita docti instructiq; erant, ut ad nutum monentis intenti, ad illius Imperium se in turmas colligere, rursus diuidere possent, obsistere, circuire, mutare pugnam, modo a fronte, nunc a cornibus occurrere, sequi signa, ordines seruare, consistere & locum non deserere tam facile scirent, ut signo dato expediti & dicto uelotius mandatis parerent, erant enim ita instructæ acies ut faciles partienti faciles iungenti forēt, talisq; disciplina ut etiam in conflictu belli & dum preliatur miles in sua legione cohorte uel manipulo, maneret, ab eaq; pugnans non recederet. Hoc quoq; proditum est, quod quoties grauis armatura hostem fugasset, ne turmæ equitū cursu & fuga insequendo dissiparentur, signaq; & ordines relinquerēt, leuem armaturam funditores, sagyttariosq; qui hostes longius agerent, & trepidantes opprimerent emittebant. Quod longe secus apud Lacedemonios fuisse tradunt. Quippe in pugna acerrimi existunt, diuq; & fortiter preliantur, dū hostem in fugam uertant, quibus fugatis, effusos insequi nesciunt. Cum enī hostem dare terga coegissent continuo redibant in ordines, Neq; enim uidebatur decorum satis, in fugientem hostem & agmen consternatum inferre signa, & interga dantes ius uictoris exercere. Quotieſq; ad ultimum laboris & periculi uentum erat, ut solutis ordinibus uage dissipati milites forent, in summa desperatione & diffidentia, rem in asperis preliis sæpe temptatam, felici euētu multi magno studio exequti sunt, ut dissipati milites ad suos mox ordines redirent. Deinde coacto agmine, omnes uno impetu impressionem facerent, & ultro, in hostes irruerent, magnoq; ardore animorum pugnam repararēt, id quod apud Germanos frequens fuit, ut cedere loco, & rursus instare pro cōsilio haberent, uel ut equites dimissis equis ad proximos euaderent, immiscentes se peditibus dum fluctuatur acies hosti obuiam irent, ideo ut spe fugæ erepta equato omnium periculo pedestri prælio acrius insisterēt. uel ut in hostes acrius incurrerent, detractis frenis cum effusum cursum temperare nequirēt, equos concitatos agerent, & impressione facta, uiuiam facerēt, sparsosq; & in compositos adoriretur. Nō nunq; ut uexillo signiferis adempto, & in hostiū agmē aut intra uallum iniecto, quo acrius subirent, instando atq; urgendo, ne illo potiretur hostis maiori impressione dimicantes ita irruerēt, ut lapsam plerumq; aciē reparārent. Apud Cymbros in more fuit ne fuga signa & ordines dissiparent, turmas & robora legionum longis cathenis inuicem connectere & per baltheos milites colligare, ut ita nexi firmius propugnarent. In quo traditur operepretiū qd cū Lacedemonii contra Thegeates dimicarent, & de uictoria confisi uincula secū ferrēt qbus illos uinctos ducerent. Postea uicti & fugati a Tegeatibus eisdem uinculis nexi & captiui ducti sunt. Romanis frequens usus erat, cuneū facere & phalangem, ut inuicem scutis ānexis, & supra

Universidad de Deusto
Biblioteca

capita elatis/denſa teſtitudine ſuccederent/unaq; conſpiratione & conſenſu in orbem ſe colligerent & impreſſionem facerent, Illud quoq; ſalutare creditum eſt/tranſfugas detractis armis nequid inſidiarum ſimulata tranſitione moliri poſſint/in poſtremam aciem inducere, nanq; illis credere non facile licet: Profuit quoq; ſalubre conſilium, quod in magna conſternatione abſciſſis rebus & deſperata ſalute a Romanis ſæpe factitatum nouimus, ut diſpoſitis equitũ turmis ante munimenta fugientes temere ex prælio ad caſtra milites pauidos & conſternatos pro hoſte haberent/illoſq; ſtrictis gladiis inuaderent /ut nõ minus a tergo q̃ a fronte infeſtas acies uiderent? Hec enim ultima deſperatio non nunq̃ militum animos ita inceſſit, ut inclinatas, & turpi fuga profligatas acies plerũq; repararint / tantoq; ardore pugnam legamus reſtitutam, ut milites ancipiti coacti metu/victoriam ex hoſtium manibus ſæpe eripuerint? Fuit hoc quoq; notatum dum acies præliãtur & armis decernunt/ petere ut defuncta corpora liceat ſepelire, uel poſt prælium abire/ conceſſum deuictoria uideri: Eos enim qui uicerunt precario aliquid ab hoſte petere nõ decebat: Sicut confeſſio cedentis & detrectãtis certamen ubi hoſtes ad pugnam elici nequeunt, pro uictoria fuit: apud Gallos & Hiſpanos brachia & manus inermes tendere/apud Romanos capita ſcutis ſubdere/& arma tradere deditionis ſignum erat/Quare Pompeiani, in pugna Pharſalica paſſis palmis ſalutem petiere? Armis quoq; dimiſſis ſalutationẽ more militari facere/magno ſæpe præſidio extitit militibus: lũtis uelatiſq; manibus ſupplicare/aut cum infulis & uelamẽtis prodire. apud Græcos manus inermes dare/Indis cum pateris occurrere & uina libare, Aut e ex ſolis ara accenſis facibus obuiam prodire, in fidẽ uenire & poteſtatem ſignum fuit: Neq; enim decebat illos qui paſſis palmis in deditionem ueniſſent mote afficere/ aut in eos uelut hoſtes inſultare? Dextris autem exertis & ſublatis manibus incedere apud Græcos & Perſas pacis ſignum erat/ſicut Aſſyriis & Maſſilienſibus cum infulis/Græcis cum olee ramis aut lauro accedere. et Barbaris florẽtes capiti corollas geſtare? Egyptioq; mos traditur ut ſupplice ueſte ſumpta & prelatis omnibus ſacris pacem deprecentur, Gallorum occurrere magiſtratus cum pueris & feminis, apud Perſas terram & aquam offerre deditionis ſignum erat. Quare Darii legati cũ ab Athenienſibus magnificiis uerbis terram & aquam peterent. ab eiſdem alii in barathrum, non nulli in puteos precipites acti ſunt. apud Lacedemonios ſcutis poſitis manus excutere, in ſingulari pugna uox herbando, ſe uictum fateri ſignificat, ſicut olim bello capti cũ ſalutem peterent in diſcrimine extremo ſaltẽ diſcere ceperũt. Athletarum mos erat ut in certamine uicti, digitum aut manum exerendo pacem petioſtenderent. Fuitq; ſententia Braſyde pelopõnẽſium ducis, cum acies decernere parant, inſtructo exercitu, lancearum frequentem motum & galearum, aqua parte futura ſit fuga demonſtrare. Eſſe quoq; Roma

næ militiæ comperimus, ut equites inprælio duplici utantur equo, ut uni fatigato, alter recens expeditusq; ſuccedat. Quodq; ſicut miles pedeſtris militiæ arma & uallum, & quoties opus foret plus dimidiati menſis cibaria, ita equites præter arma & gladium folliculis frumentum deferebant, in nauali autem prælio, conſtitutum eſt, ut milites non militari ſolum fungantur munere, ſed uelut claſſiarii remigent, & per tabulata nauarum miniſteria exequantur, hoſtiumq; tela excipiant, & ſcutis auertant. Hanc diſciplinam militarem lycurgus non omnibus ſignificandam cenſuit. Ideo lege cauit ne contra eoſdem ſæpius mouerent arma, ne iterum repugnando diutino bello aſſueſcere, & longa militia hoſtes diſciplinis eruditi contingeret. Ideoq; bellicoſiores effrenatiores forẽt. Accuſaturq; Ageſylaus quod cõtinuis bellis quibus Bœociã infeſtauit, Thebanos ocioſos & bellorum rudes ita eruditiuit diſciplina & uſu armorum, ut ſæpe ipſe ab eiſdem, in extremum uite diſcrimen, cum toto exercitu lapſus fuerit.

An ſapienti uxor ducenda ſit, & quæ ad propagandam ſobolem indulcta cõmoda a Romanis fuerint. Cuput VIII.



Etus quæſtio fuit, & a prudentibus in utranq; partem agitata, & ad huc in quæſtione eſt, an ſapienti uxore ducere expediat. Compater amicus meus, Homo placetus multæq; uenuſtatis & multi ſalis, cui in omni ſermone mira fuit urbanitas, ſemperq; uenuſte dicta ſemperq; oportunos iocos habebat. Si quem in noſtra parthenope uxorem ducere audiſſet, cum grauibus conuiciis perinde ac ſi in aliquod crimen prolapſus foret inceſſere ſolebat, quod homo liber & ſui potens in ſeruitutem mancipari, & ſub Imperi uxorio ſeruilem in modum excruciari non curaſſet, habens ſemper illud in ore Thaletis Myleſii. Qui Iuuenis cur uxorem nõ duceret interrogatus, quia in tempeſtiuũ erat reſpondit. Iterum ſenex cum ad coniugium urgeretur, rurſus in tempeſtiuũ dixit, hac ambage uerborum ſapienti nunq̃ uxorẽ ducendam fore demoſtrans: Verum qui hæc perpenſo iudicio explorare uult, profecto in coniugiis multa inueniet cõmoda uſui uitæ neceſſaria, ſine quibus uix homini ſapienti celibem uitam ducere expediet. Siquidem non parua adiumenta ex hac ſocietate homini uel inquieto & fatigato, ad requiem forenſiũ exercitationum, uel in ſecunda fortuna ad ampliorem fructum leticiæ, cũ habeat cum qua congaudeat, parantur: preſertim ſiquis moratam & non quetidani dãni, ac fœdis & pudendis uicijs nequiſſimam feminã nactus fuerit. Nec minus cum ſtudio & labore, foris bona queſituerit, ſupereſſe domi quiea diligentiſſime tueatur, haud mediocre præſidium uitæ putauerũt. Illud quoq; nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

parui refert, habere in miseriis solatium, in periculis adiumentum, sociâq; uitæ etiam in calamitate, quæ te per inde ac se foueat & amplectatur. Adde mutua pignora torigenialis, soboliscq; quam sibi quisq; post futuram, & bonorũ participam cernit: ingenitamq; caritatem in filios, animosq; consociatos. quæ ad ciuitatis & reipu. præsidium, nec minus ad propagationem nominis ualẽt sempiternam. Quibus delinimẽtis aductus Socrates, nec xantippe q̃uis morosa & iurgiosa Nec Pythagoras, Crates & Aristoteles, aliiq; sapiẽtissimi uiri coniugio carere uoluerunt. Quod legibus lycurgis mandasse fertur. Nam siqui in orbitate & solitudine celibes uixissent, ea afficiebantur ignomia ut a ludis arcerentur, per hyemem uero forum nudi circuire cogerẽtur. Sparthæ enim celebi q̃ sero & malo marito legibus indicta pena fuit: quæ iudicia Cacogamia & obsigamia dicta: Cretenses uero felici instituto usurparunt, ut e græge luuenum deligerent forma conspicuos, quos ad uxores ducendas, propagandamq; sobolem ui & lege compellerent. Thuriorũ lex erat ut luuenes primo ætatis flore. ad ducendas uxores muneribus honoribusq; inuitarẽt. qui uero ea defunta alteram superduxisset, is inuisus & execrabilis diis hominibusq; ab omni honoris aditu, & magistratu arcebatur, Platonis uero legibus cauetur, ut qui ad quintum & trigesimum ãnum mansisset celebs, nullo dignus honore & omniũ postremus haberetur. cuius rei causa, Romanos magistratus ad coniugium & prolem excitandam, non solum pœnis coercere repugnãtes. Sed & premiis inuitare luuentutem sæpe numero uidemus. Furius Camillus & postumius cum censuram agerent, his qui ad senectutem celibes peruenissent: aut qui uiduarum nuptias, quarum uiri bello ceciderãt detrectarẽt. mulctam penæ nomine in ærarium ferre iusserunt. Q. Metellus Humidicus Censor, & postea Diuus Iulius deinde Augustus liberorum gignendorũ & Sobolis causa, legem de maritandis ordinibus tulere. Eos ad progeniem propagandam premiis & in munitatibus inuitãtes. Siquidem cui tres erant liberi uacatio muneris cui plures libertas donabatur, quod a Lacedemoniis constitutum ferunt, ut trium liberorum parens, a custodia & excubiis, quattuor uero, ab omni onere ĩmunis foret. Quin etiam præturas quæsturas & consulatus honoresq; & magistratus, Romani ueteres nisi parentibus plurium liberorum comiciis dedere. Quare exemplis palam factum nouimus, plures candidatos cum ad comicia & campum descenderent, fictis adoptionibus liberos sibi pessimo more ementitos fusse. Quod postea Senatus cõsulto sublatum fuit, ne simulata filiorum adoptio ueris parentibus fraudi esset, semperq; maritis & plurium liberorum parentes, in omni negocio, pautiores liberos habẽtibus aut sine uxore degentibus antelati fuere, Persarũ more qui ingentia munera his qui plures genuerant filios proponere soliti sunt. Quorum Reges siquando Persidem adirent, singulis mulieribus ad sobolis inuitamenta singulos aureos

los aureos dare cõsueuere, pregnãtibus uero duplices. Quo Rex Ochus cũ esset sordide auaritiæ ne quid elargiretur adire recusauit. Mulieribusq; quæ trium liberorum matres forent, etiam uiuo patre testari & sine curatore de bonis disponere, negociaq; alia gerere permissum erat, Vircq; decedente sine liberis, omnium bonorum heres lege Romuli uxor erat. Si uero cum liberis, æqualem bonorum partem cum liberis ferebat. Vtq; non seuera & tristis, sed læta atq; hilaris illorum pudicicia foret, uxoribus nec molere nec coquere aut alio seruili munere fungi permisere. Nuptasq; pecuniarum & fortunarum uiri sacrorumq; socias esse, iussere. Illosq; qui in uxorem aut liberos uiolẽtas manus intullissent uelut sanctissima Deorum templa uiolassent, impios consceleratosq; duxerunt. Veteres enim, mulieres propter infirmitatem consilii sub parentum tutela cognatorumq; esse uoluere, donec uiro desponsatæ coniugali copula iungerentur, tunc enim a tutela liberæ in uirorum manu, non in seruitio erant. Ideo & mariti mores pro lege habere atq; his se accomodare conuenit. Contra decet uirum curare ad cultum uictumq; ei ne quid desit. Namq; uxori male tractationis contra uirum actio datur. Cauendumq; ne uxoris imperio maritus agatur. Nam illum famosum despectumq; paulo momẽto precipitem ageret. Quare uerbum Catonis talia exprobantis in Romanos sæpe emanauit. Illos omnibus gẽtibus armis imperitare, ipsis uero uxores. Fuitq; ideo proditum in Assyria lunæ templum apud Carras fuisse, in quo qui lunæ supplicaret uxoris Imperio subigi, qui uero luno deo sacrum faceret uxori dominari ferebatur. Quibus etiam mos a Semyramide traditus per diu mãsit, ut uiris uxores dominentur. Sauromathas etiam ferunt, hoc habere præcipuũ, ut uiri sub Imperio uxorio & famulatu sint. apud Egyptios ut uiro mulier præficiatur lege cauebatur, testantibus uxoribus inter sollẽnia sponsaliorũ in primis uirũ suo arbitrio parere oportere. Sparthanæ mulieres minime mulebris animi uiris imperant, domesticisq; negociis solæ præsunt. curaq; omnis & procuratio ad ipsas pertinet. In quo fertur lepide dictum Gorgonis uxoris leonidæ, quæ cum ab hospite argueretur quod solæ Sparthanæ uiris imperitarent, haud imerito inquit. Nam solæ uiros parturiunt. Semper tamen bonum maritum agere q̃ in re publica magnum uirum esse pluris ueteres censuerunt. Ipsisq; ad coniugii & sobolis inuitamenta, inter muliebria iura, habũdanti auro, mundoq; muliebri aureisq; segmentis & purpura omnibusq; delinimentis uti permisere. Quare in maximis bellis sæpe matronas auro collato inops ærarium subleuasse & magna rei publice adiumenta dedisse perspectum est, legimus secundo punico bello, cum res publica infestis hostibus afflictaretur, scirentq; matronæ ærarium populi Romani bello ex hauriri, ipsas cætibus factis, sponte aurum & ornamenta sua, in ærarium contulisse, cuius rei causa ut festis profestisq; diebus, dum ad sacra & ludos irent, carpento ue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

herentur, a Senatu datum est. Camilli quoq; tempore, cum a gallis populū Romanum redimere oporteret, in angustia ærarii quicquid auri & ornamentorum erat, matronas publice contulisse, eoq; se populum redemisse accepimus. Propterea ut earum sicut uirorum in funere sollēpnis laudatio esset, Senatus consulto cautum fuit. Primaq; popilia a Crasso filio laudata fertur, in funere. Postea Iulius Cæsar defunctā primus laudauit uxorem. Et Nero poppeæ formam & alia fortunæ munera pro rostris magnifice extulit. Aliiq; deinceps defunctorum laudes ad populum sollēni oratione prosequti sunt. Vtq; perpetuum hoc coniugale fœdus & sine bisidio foret, uxori uirum relinquere & cū alio copulari nequaq̄ licebat, Viro autem nisi uxor in adulterio aut ueneficio seu clauium adulteratione deprehensa foret, aut si uinum biberet, leges a Romulo latæ diuertere nulli sinebant. qui aliter dissidium fecisset, bona utri ad uxorem de uolui uoluere, Quare. L. Antonius a Censoribus notatus & Senatu motus fertur. quod nullo consilio aut modo, quam in matrimonium duxerat repudiasset. Et Tiberius Cæsar questorem gradu deiecit. quod quam coniugem duxerat tertia post die dimisit, Tam & si exleuibus causis repudiū interc essisse plerunq; inueniamus, Siquidem. Q. Antistius uxorem quod cum libertina fabulari uiderat repudiauit, Et. C. Sulpitius quod. inuelato capite foras prodisset. Quippe uetita capite deducta matronas incedere, minime fas erat. P. quoq; sempronius quod ludos se inscio spectasset uxori repudium remisit, Taxaturq; Mecenas in constantiæ, quod cum ab uxore semel diuertisset, illam p̄ reconciliata gratia paulo post reduxisset, iterum ac tertio cum ea simultate exorta repudium fecit, & mox in gratiam uenit. Quare millies eum duxisse uxorem ferebatur, cum unam haberet, Paulus uero Aemilius cū argueretur quod post longum tempus uxorem papiriam fecundam & formosam dimisisset, dixisse ferunt, neminem scire, in qua parte calceus licet speciosus foret, suos premeret digitos. Domicianus tamen Augustus equitem Romanum ob reductam uxorem cum qua Maritus ob adulterii crimē dissidium fecerat, Iudicum albo erasit, & nota affecit, Et. M. lepidus quod Apuleiæ uxoris desideriū post diuortium ferre nequiret, morbo ex tabuit. Sicut Antistia repudiata a Pompeio, ipsius mater indignitatem fere non ualens, necem sibi manu conscriuit. Solon uero lege constituit, ut qui uxorem exturbasset dotem illi restitueret, alioqui interusurium sexqui dragmale ob meram soluere cogeretur. Primus enim. P. Caruilius ruga post ānum quingentesimum trigesimū tertium uel unde uigesimum ab Vrbe cōdita cum uxorem duxisset, ex qua uicio corporis liberos suscipere nequisset sterilitatis causa diuortium fecit, quod apud diuersas gentes fiebat conditionibus uariis. Nam Thuriis hac lege permictitur, ut neutri cum iuniore sponsa aut uiro coniugium postea inire liceret ne libidine aut illecebra uoluptatum magis q̄ causa diuertisse uideantur: apud alios his

alios his uerbis concipitut diuortium, ut pari uoto uir & uxor inuicem dicerēt tuas res tibi habeto: in sponsalibus uero dirimendis, hæc fuere uerba, condictione tua non utar. Athenienſibus libello repudii porrecto, a uiro uel uxore, an cōcedi debeat, magistratus decernit, apud Germanos semel cum nupta transigitur, cum qua senescendum erat, neq; a uiro diuertere neq; post obitum alteri nubere permictitur, id tamen memoriæ proditum est, uxori concepto nec dū edito ptu, post diuortiū alteri nubere nō licere. Dānaturq; Augustus Octauius quod Iuliā Drusillam ex altero uiro abduxit grauidam quam probauit unice, Neq; in ius uocanti matronam eius corpus tangere, aut a magistratibus summoueri permictitur, ut a tactu alienæ manus inuiolata maneat, Sed matronæ in semitis uiros de uia decedere iussum est, quod & Senatus consulto cauebatur, Neq; dotale prædium, quod ue dotis causa exibitum esset, uiro inuita uxore alienare, quod lege Iulia uetatur, ne uxor indotata maneat. Expedit enim reipublicæ dotatas esse uxores, licet priscis sæculis dos apud Romanos æsgraue fuerit, mox decem milia æris dotes non excessere, postea corruptis moribus ad quatraginta millia supergressæ sunt, in tantū ut megulia qd̄ quingenta ærium milia dotem dederat, dotatæ nomen tulerit, fuit tamen lege cautum ut si mulier uiro in manum conueniret, omnia quæ mulieris fuissent uiro accederent dotis nomine, Proditumq; est, populum Romanum. C. fabricii & Cn. Scipionis ac Manii Curii filias, quod ob tenuē rem familiarem pro natalibus nubere non possent, de publico dotasse, Sicut Athenienses Aristidis filias ob modicas facultates, ære collato, connubio locarunt. Solon uero & lycurgus salubriter consulentes ne sponsæ, magno coniugia inirent, uiris dotes dare legibus uetuere. Germanorum fuit uetus constitutū. ut uiri uxoribus dotes dare cogantur, qua non exhibita, nihil consociatum aut fœderatum sponsalia haberent, idem Cantabris ut nisi a uiro sponsæ dos fuisset soluta, nullum esset matrimonii fœdus, apud Indos pari bouum sponsas mercari permittitur, qui cum in plures diuidantur ordines unius tribus uiro, alterius sumere non licet, Massilienſibus ultra aureos centum dotem dare nulli permictitur. Cretenſibus dimidia pars bonorū quæ fratri contingit, sorori dotis nomine accedit, Apud Gallos quantam pecuniam uir ab uxore accipit dotis nomine tantam de suo conferre tenetur, ut quod inde redūdaret, cum fructibus superstiti accederet. Egypti uero adeo dotes aversati sunt, ut qui uiri dotes acciperent uelut mancipia uxori addicerentur. Cartaginenſes non dotibus sed nuptiarum impensis quas in modicas faciunt modum statuere, fuitq; constitutum apud Sparthanos ut qui rei querendæ causa locupletum affinitates quærerent, pena mulctarentur. Quare lacedemonii quod lysandro superstite, illius filias se ducturos uxores promiserant, & eo morte sublato ducere recusa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rant, optimo iure. Ephoris Iudicibus penas dedere, quod ſpe premiorum lo-
cupletum affinitatem affectaſſent, Siquid uero ab uxore delictum eſſet, aut ſi
quæ ſimultates offenſiones ue forent, ſiquidem leuia & per ignorantiam ad-
miſſa, clementi animaduerſione & molliſſimis penis emendabant, Siquid ue-
ro grauius, de eo uir nō in Iudicio & foro, ſed remiſſo Iudicioꝝ munere ne liti-
bus obſtreperent, cū ꝓpinquis tanq̄ domeſticis iudicibus cognoſcebant, quic
quid diſſidii foret in ſacello deæ uiriplacæ, illarumq̄ contumaciam penis ſeue-
rioribus aut mollioribus cohibebant. Quod etiam Tiberius Cæſar ſtatuit,
ut propinqui & neceſſarii matronas proſtratæ pudiciciæ quibus accuſator de-
eſſet, comuni ſententia coercerent, Nō nunq̄ uxoris offenſa mariti iudicio per-
miſſa fuit. Nam Pomponia grecina capitis & famæ poſtulata Iudicio mariti
inſons renunciata eſt. Athenis uero erat magiſtratus, qui diſſidentes cum ui-
ris uxores quæ non ſincera fide in gratiam reduiſſent, ſine iurgio & ſine offen-
ſa conciliaret. In quo Crates Dyogenis ſectator fuit, qui litium omniū & iur-
giorum moderator & arbiter inter propinquos precipue habitus eſt. Sicut a-
pud Sparthanos Armoſini, erant magiſtratus qui mulierum petulantiam in
modeſtiamq̄ cohibebant, apud alios fuere conciliatrices quæ uiris uxores &
uxoribus uiros conciliarent. Adeoq̄ more maiorum muliebri pudori ſalubri
tēperamento conſultū fuit, ut ne priuatā quidē rē agere feminas, niſi autho-
re parente fratre uiroq̄ ꝓmiſerint. Illud certe nō eſt ab re dixiſſe, quod q̄ uno
uiro contentæ erant, quæq̄ matronale decus ſeruaſſent incolume, haud ali-
ter q̄ pudicæ corona donabantur. Quæ uero poſt uiri obitum coniugium
miſſet niſi poſt decimum menſem nupſiſſet leuis & in pudica atq̄ infamiæ inu
ſta putabatur. Ideo pregnantem bouē Numæ legibus īmolare, & ita facinus
expiare cogebat. Neq̄ omittendū quondā uxores uiris & matres filiis, tuni-
cas togaſq̄ facere, eaſq̄ acu & licio ac telis intexere cōſueſſe, Summoſq̄ Impe-
ratores & duces a neceſſariis ſæpe ueſtes contextas induiſſe. Quare Alexan-
der Macedo & Auguſtus Octauius, domeſticis tunicis ab uxore, matre, & ſo-
rore aut nepte confectis, uſi ſunt, quas ueteri more in atrio domus cum clien
tibus Romani intexebāt, Græci uero in Oeco & pro œco. Quippe apud ma
tronas quondam lanificium magnæ laudi fuit, lanamq̄ feciſſe muherem pu-
diciciæ & probitatis ſignum erat, quod a phrigibus inſtitutum ad Romanos
fluxiſſe putarim, quibus Actalus Rex primus aurum ueſtibus intexere inſti
tuit. Vnde phrigiones dicti qui pictas ueſtes intexebant. Quo enim tempore
inter Romanos & Sabinos fœdus ictum eſt, cum Romulo & Tacio conue
nit ut Sabinæ ab omni opere preter q̄ lanificio īmunes forent, ſcribitq̄ Varro
lanam cum colo & fuſo Tanaquilis & Sandalia in templo Anci Martii, ad
ſua tempora duraſſe incolumen, factamq̄ ab ea togam regiam uirgulatā, qua

Seruius Tullius

Seruius Tullius uſus fuit. Erat tamen pagana lege ſancitum, ne mulieres in
uia torquerent fuſos aut illos detectos ferrent, quoniam frugum prouentibus
auerſari putabatur. Vtq̄ lanificium ueteribus cordi fuiſſe adnotarent. Spon-
ſam nuptiarum die colum comptam & fuſum cum ſtamine, ad uirum defer-
re iuſſere, quē morem apud multos etiam nunc coli obſeruariq̄ uidemus, pre
cipue hiberos, quibus quicquid texunt mulieres in cōmune conferunt, & ui-
rorum iudicio quæ plurimum texuit, honoribus cumulatur & præcio. Phea
cenſes quoq̄ homero teſte, ſicut rei naualis uiri, ita mulieres penſa trahendi &
acu ueſtes intexendi periti ſunt. Non ſic Egyptiis, nam uiris domi penſa cura-
re, feminis uero in foro uacare uſus erat. apud Perſas autē matronas lanæ ad-
mouere manus aut Calatum & penſa tractare, probro & turpitudini daba-
tur.

Ingens miraculum rerum quæ in Germania & Britannia tam ex uitibus quā fluctu maris proueniunt. Caput IX.

PRofecto rem mirificam & oſtento ſimilem, & quæ dici cre-
diq̄ uix poſſit, amicus meus ſummus nuper enarrauit mihi
quam ego his cōmētaciunculis meis adiicere dubitaſſem ita
uidetur eſſe rara dictu & ſuper omnem impudentiam, pror-
ſuſq̄ ridiculæ uanitatis, niſi hoc pro comperto & explorato,
multorum teſtimonio comprobaſſet, qui ſe non audiſſe uel
legiſſe. Sed oculis uidiſſe & manibus attrectaſſe aſſerebant. In Citeriori Ger-
mania intra danubium loca eſſe, in quibus niſi contra frigora & gelu, ac ferā
ſæuamq̄ hiemem, uites maxima parte anni ſub niuibus humo contectæ ia-
ceant. Cum nulla his, contra inmodica frigora tempeſtateſq̄, firmitas ſit (ut
pote in tractu gelidiſſimo) prorſus algore intereant. Eas demum liquatis ni-
uibus æſtate anni ingruente & calore celi, mirifice germinare & frondes geni-
culatas emittere, Sed uini parum effundere. Interq̄ eas non nullas neſcio qua
celi temperie, ſeu occulta & ceca origine, uites exiſtere, peculiari miraculo & ad
mirationis præcipuæ, quæ clauiculos & plerūq̄ candicantia folia ex puro au-
ro germinēt, & ſimſ coaleſcāt, illoſq̄ uidiſſe & manibus attrectaſſe, Regibuſ
q̄et ſūmis ducibus una cū palmite uitis rimoſo cortice dono datos, ingēti mira
clo fuiſſe, neq̄ id ubiq̄ & paſſim, ſed aliis atq̄ aliis in locis & mō hic mō alibi
fortuito euētu, & ꝓ ut, nature libitū fuit euenire, idq̄ apd incolas pro oſtēto
minīe haberi, Sed qa in locis pluribus id accidēr ſoleat, quaſi inter quotidiana
et frequētia reputari. Cuius rei cauſā q̄rētibus nobis, & plerosq̄ eruditos cōſu
lētibus phiſicæ nō ignaros, q̄ naturaliū rerū momēta & cauſas didicere, nemo

Universidad de Deusto
Biblioteca

eorum quiſquam ſatis exploratam ferre ſententiam, aut quæſtioni ſatiſfacere uiſus fuit. adeo difficiles cauſas explicatuſq; habebat, niſi quod ex contagio terræ & glebæ ubi hæc prouenere, cum ibi auri fodinas eſſe certum ſit, ſubtus in radicibus coaleſcere aurum, & una ingenitum & condenſatum occulta ui & origine, dum germina emictunt, mirabili naturæ conſtituto, aut decreto ſtellarum, aurum ſimul erumpere, & ita germina concipere, frondeſq; aureas emictere crediderunt, Sicut in Scythia authores tradunt, in montibus ubi minium effoditur, ex terræ contagione & cæli moderamine extare rubras niues. Iunius Dentatus parthenopeus, ingenio ornatiſſimo uir a prime nobilis, & eruditus, quo cum, mihi a primo ætatis gradu, uetus & magna amicicia fuit, referre ſolebat, pleraq; ꝓdigioſa & admirabilia, inter quæ, miraculum ingens in penitiſſimis oris Britanniæ & ſinu intimo, ubi æſtus effuſi oceani, ſecundi & reciproci ad lunæ augmenta & dãna, ac frequentes fluxus maris & refluxus haud ſecus quam tẽpeſtas ſtatis uicibus lictora infeſtant, ab authoribus memorati exiſtunt, ſæpe malos & nauium carinas uetuſtate tabeſcẽtes, ad littora expoſitos & diutina aqua madefactos, quoſdam ueluti fungos breui pediculo, iuxta aquas gignere, paulatimq; adoleſcere iter fluctus, lapſiſq; diebus etiam moueri, ſed tamen a trunco minime diuelli. Interiecto deinde tempore, uelut ad iuſtam magnitudinem peruenerint, mirum dictu tradit, quod omnẽ ſuperat fidem, fungos eiuſmodi ita genitos, a trũco ſpõte euelli, mox aliis emiſſis & penniculis enatis euolare, & marinas aues exiſtere ueſciq; piſciculis litto, ralibus, perq; maria paſſim enatare, pariterq; apud incolas mirum non haberi. Sed quia paſſim id euenire ſoleat, quotidiano uſu miraculum eſſe deſinere, Hæc inquam mirifica uiderentur, niſi monſtrifica eſſe ubiq; ſolertis prouidentiſq; naturæ opera experimento uideremus. Ita enim parens natura comparauit & opus fabricata eſt, ut ſub orbe diuerſiſſimo, pleraq; dictu admirabilia, excedentia fidem in explicabili difficultate gignãtur. Nam quis crederet quod Ariſtoleles Cicero & Plinius tradunt, in ponto euxino apud Hypanim fluuium tenues membranas acinorum modo inaſci arboribus, ex quibus mox uolucris quadruplex, quæ ultra diem uitalis non ſit erũpere conſpiciatur. Aut quod idem ſcribit Ariſtoteles περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. In Cipro genus quodam gigni æris, auro non abſimilis, quod in fruſta minutiſſima conciſum agricolæ ſerant, mox ad pluuiam exoriri & coaleſcere & poſtq̃ adoleuerit ad iuſtam maturitatem, colligi & recondi. Vel quod idem compertum in hiberia dicit, Paſtores quandoq; Syluam incẽdiſſe, mox tellure conſciſſa multũ argẽti deliquati effudiſſe, iudicatũq; eſſe, glebã refertã uenulis oricalcũ argẽtũq; educere. Aliaq; q̃ arduæ ſunt explicatiõis & difficultatis imẽſæ. Atq; ut reliqua omictant, nõ ne uſu quotidiano aſſiduoq; expimẽto didicimus, ex mimis paruiſq; ſeminibus leui calore fotis, aĩari uermiculos mirabĩi cõſtituto, q̃ fronde

contecti & æducati, paulo poſt cum adoleuerint, Sery cum unde nobis precioſarum ueſtium uſus eſt, ex ſe emictant, & demum cum adulti fuerint gignant ex ſe cucullos & folliculla, in quibus recõditi imoriantur, indeq; enaſcantur papiliones candiduli, qui inuicem neati pariũt ſemina ex quibus denuo naſci queant. Iſta quidem frequenti apud nos ſpectaculo quali quotidiana uilueſcere, quæ ſi aliis referantur quibus hæc incomperta ſunt, prorſus incredibilia & fide caritura ac fictis ſermonibus ſimilia haud dubie, uiderentur. In qua quidẽ re mirari ſuccurrit, quod procopius Græcus author. litteris & monumentis recentium hiſtoriarum prodidit, Iuſtiniani temporibus cõmentum hoc ſeryci, ſolerti ingenio quæſitum, Primum in Italiam allatum fuiſſe, cum antea incompertum foret & incognitum. Cuius dictolicet coniectari, ſeryceas ueſtes ex uermiculis quales hodie uiſuntur, apud prius ſeculum & ueteres Romanorum non fuiſſe, licet byſſus & purpura ac ueſtes ſerycee, diſſimili uidelicet licio contextæ, omnium ſermonibus celebratæ ſint, quod ex frondium canicie depectunt ſeres. Byſſumq; apud Indos frequentem gigni tradunt ex arbore populo haud diſſimili, foliis uero ſalici, quem in Græcia etiã naſci pauſanias prodit, apud eoſq; lanigeras arbores florem emictere, cum nucleo, quo detracto reliquum ut lana carminetur, Atq; in Perſicis inſulis, arbores inſtar coronei mali cucurbitas emictere, quæ mox ruptæ lanuginis pilas oſtendant ex quibus conficiuntur ueſtes. Et in Atlante arbores naſci, quarum comæ lanugine ueſtiuntur, q̃ ſerycis uelleribus nõ cedant. Quod nobis quoq; ſatis ꝓbabile, nec a fide deuium uideretur, niſi apud Indos & Egyptios bombicem coham intexere uermes qui aranearum more fila deducant multiplici lectione uideremus.

Locus ex Iuuenale declaratur & quotuplex apud ueteres libertatis genus fuerit, qualiterq; ciuitas amictebatur uel dabatur. Caput X.

IN Iuuenalis ſatyra quinta, qua in eos inuehitur, qui potentiorum ſectatores fiunt hos uerſus poſtremos, meminimus legiſſe. Omnia ferre.

Si potes & debes, pulſandum uertice raſo
Prebebis quandoq; caput, nec dura timebis
Flagra pati, his æpulis, & tali dignus amico.

Quos plerique parũ docti grãmatici uerborum inuolucro interpretati itaſtudioſos demorantur, ut non ſit facile eſtimare, quæ tandem authoris mens, et qui uerborũ ſenſus exiſtat, qui tñ ſi explorato iudicio exponãtur, ꝓfecto manifeſti apertiq; fiẽt. Et licet aliud alii autumẽt eruditiores. huic ego opinioni accederem, quæ magis ex conteſtu uerboꝝ redũdat. Quã cũ antea mĩtis crimĩa

Universidad de Deusto
Biblioteca

cionibus illos qui mensas potentiorum sectantur, & aliena quadra student uiuere, poeta fuerit insectatus, post multa quæ sub alieno Imperio digna atq; indigna pati necesse est, ut tandem se in libertatem, uendicent, & iugum quē imperiosi domini ferendo seruicium, sponte subierant, Demum e collo discutiant, suadendo concludat. Quodq; pulsandum caput uertice raso, prebebitratur, Scilicet modum quo liber quispiā a prætore fit, designauit. Fuit enī antiqui moris, ut qui ex seruitute in libertatem uocabatur. raso capite ad prætorem itaret, apud quem bis terq; caput percussus, uel per licторem percuti iussus uirgula quæ uindicta ducta est, aut festuca in eum iacta, cum eum uertisset dominus, prætoris iussu seruitute eximeretur, quiq; libertatē eo modo nactus fuerat, manumissus uindicta dicebatur, quo genere manumissionis, libertatem una & ciuitatem Romanam assequebatur. Scilicet a Vindicio uitellio rum seu Aquiliorum seruo, cuius indicio detecta coniuratione de opprimendis consulibus, authore T. liuio primus libertate & ciuitate donatus est. Cautumq; fuit, ut qui ita libertatem assequti essent, uindicta manumissi dicerentur. Raso enim capite tam illi qui liberi fiebāt, quasi tempestatem effugissent quam q bello capti seruitute exempti fuerant incedere & triumphantis curum prosequi consueuere, obseruatumq; fuit, ut in templo feronie libertorum dea tam serui quam addicti ex compedibus & ergastulo libertorum munia acciperent. Non ergo inscite, debere eos qui potentioribus tam seruiliter famulantur, Caput raso uertice prætori pulsandum prebere seq; in libertatem uendicare, nec dura uitronis flagra patienda esse poeta censuit, Scilicet allusēs ad eos qui ex seruitute a prætoræ manumissi & libertate donati sunt, apd Lacedemonios uero, qui serui mancipio eximuntur fronde coronati incedunt et templa circūeunt, apud quos hi qui a Tyrannis liberati erant, ascripti uocabantur. Sed notādum apud Romanos libertatum triplices fuisse species. Nā plerisq; manumissi liberi simul & ciues Romani erant, quæ maior libertas & ex uindicta appellatur. Alii testamento uel in æde sacra aut ante Consulem ut inquit Caius. Non nulli censu fiebant liberi, quo genere manumissionis, etiā ciuitatem Romanam assequebantur. Cum enim soli ciues censerentur, siquis seruus iubente domino, in censum relatus esset, & liber & ciuis erat, qui tamen census non ius ciuitatis confirmabat, Sed indicabat eum qui census fuisset, pro ciue se gessisse. Quam quidem ciuitatem & libertatem, nisi aut proscriptione solum uertendo, aut si aqua & igni interdictum foret ex decreto Senatus iussuq; populi nemo inuitus amittebat. Neq; enim ciuem Romanum sine authoritate Sanatus ciuem esse desinere fas erat, nisi capti ab hostibus fuissent tunc enim quoad captiui erant, ius ciuium & ciuitatem amittebant qui si in Vrbem postea redirent, Iura ciuitatis & libertatis post liminio recipiunt, Itaq; liberi & ciues Romani fiunt, fuitq; memo

riæ proditum, ut quem pater aut populus uendidisset, uel pater patratus hostibus dedisset, si ab hostibus receptus susceptusq; fuisset cum eo nullum post liminium foret. Quod si is quem pater patratus deuouerat, receptus non sit cum eo post liminium esse consentiunt omnes. Cum nec dedicio nec donacio sine acceptione intelligi possit. Ciuitatemq; Romanam amicti si Romanus ciuis urbis alterius iura asciuerit, multi censuere, cū duarū ciuitatū iure ciuili nemo censeatur ciuis. Animaduersumq; est, eum qui ab imperatore ciuitate donatus esset, nunquam ob crimen populi iudicio fuisse condemnatum. Siqui tamen rei capitis agerentur, & ob id solum uerterent, non prius ciuitatē amisisse censebantur, quam essent recepti in eam quo uertendi soli causa uenerant, Idq; nō ademptione ciuitatis, sed aquæ & ignis interdictione fieri. Hanc uero ciuitatē a principio pcissime populus Ro. dabat. Quippe Crasso & Sceuola. Coss. ne ius ciuitatis, in colluuione, & quasi promiscuum foret. Cautū fuit ne hi qui ciues Romani non essent, pro ciuibus fierent. Quare punico ardēte bello Murrina Syracusanus, ob plurima in rempublicam merita & quod in Sicilia cum equitatu transierat ad nostros ex authoritate Senatus & rogatiōe populi ciuitate donatus fuit, loco magni muneris. Mox lege Gelia & Cornelia, ut nisi quibus. Cn. Pompeius ciuitatem dedisset nemo ciuis fieret decretum est. Quo tempore Theophanem Mytileneum ciuitate donauit, p cōcione. Antea uero lege Apuleia quam Saturninus Consule. C. Mario tulisse dicitur, ut in singulas latinas colonias ternos ciues facere liceret, cautum erat. Deide lege Pompeia quam Pompeius strabo tulit, ueteribus incolis transpadanis idem Iuris quod latinis coloniis tributum est, quos postea ciuitate donauit. C. quoq; Gracchus Italos & Romanos eodem Iure censuit, quo tēpore Italicis populis pluribus ciuitas tributa fuit. Primusq; Fuluius flaccus Cos. Italos ut in ciuitatem assumerentur excitasse dicitur. Deinde Tyrreni Lucani & Sannites Iure ciuitatis donati fuere. Demum Sylla illorum seruos qui ciuili bello ceciderant partium suarum in libertatem uendicauit, & ciues esse uoluit. qui tam & si ius ciuitatis haberēt, nō tn cū ueteribus tribubus suffragia ferebant. Sed ex illis uelut nouis incolis alias effecit tribus, in quibus ultimi suffragabant, ita fiebat ut ad illos perraro suffragii Ius ueniret. Quæ omnia post ciuile bellum cum rerum Sylla potiretur, & summam Imperii teneret, sublata & inducta in melius emendauit. Nam magnæ sibi curæ fuit, non in colluuione omniū neq; apud exteros nomem Romanum passim uulgari. Ideo populi iussu comiciis centuriatis, singulis municipiis ius ciuitatis quod antea acceperant ademit. Quod & licinia lege & mucia cauebat. Quippe cum Italiæ populi magna pars se pro ciuibus gererent, Licinius Crassus, orator & Mutius Sceuola pont. Max. ut in suū quisq; ius rediret legē de regēdis ciuitatibus tulerunt cum summa cupiditate ciuitatis Romanæ Italici populi tenerentur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua lege ita alienati animi sunt, ut principium belli Italici fuerit. Itaq; iūs ciuitatis quod cum infimis antea promiscuum erat, apud paucos redundans optabilius fuit. Diuus postea Cæsar medicinam professos & liberalium artium doctores præcipui muneris loco ciuitate donauit, qui cum Nouocomensibus ius ciuitatis dedisset, Marcellus Cos. id irritum fecit, arreptumq; Decurionē Nouocomensem uirgis in foro pulsauit, præfatus ea dedisse uerbera, ne se Romanum ciuem aliquando censeret, Marius quoq; legem tulit ut nisi ex decreto populi nemini in regione esse liceret, Mox Syllæ exemplo mille homines camertes propter nauatam insigniter operam in bello ciuitate donauit. Eratq; constitutum ut qui in numero ciuium Romanorum asciti, quicq; ciuitatē Romanam populi iussu assequti fuerant (ne quid discriminis cum ueris ciuibus foret) pudendas artes & homine Romano indignas non pertractarent, ac mutatis explosisq; ueteribus nominibus. P. Cornelii Metellorumq; & Claudiorum, aliorumq; nobilium Romanorum prisca nomina tanq; ueri ciues & cultu Romano educati, usurparent. Demū Augustus Cæsar uindex Maiestatis Romanæ, ne unq; tortus aut uinctus ullo libertatis genere ciuitatē nāciscereturedita lege statuit, Ipsamq; parcissime & uelut magnum operepreciū largitius fuit. Quod & Claudius Cæsar prohibuit. Nam peregrinæ conditionis homines, gentilia Romanorum nomina assumere uetuit, ciuitatemq; romanam usurpantes, securi percussit. Sed animaduertendum, non omnes qui in ciuitatem asciti erant protinus suffragii ius in tribus habuisse, uel ad magistratus & honores admissos esse. Quia nisi ius suffragii a populo his imparti retur, atq; in tribus admissi descriptiq; fuissent, ad dandos honores promouēdosq; magistratus ius suffragii non habebant. Siquidem multis dabatur ciuitas sine suffragio, plerisq; ius quiritum, non nullis libertas aliquibus ius municipii & fœderis, pluribus ius latii. Alii tanquā coloni aut stipendiarii & uectigales habiti, non nulli, sponsione in amiciciam recepti fuere. Quam quidem suffragii lationem, sine consulto Senatus solus populus ut beneficium tradebat. Ius uero Quiritium primum Archagato medico cum taberna, in compito Acilio datum fuisse legimus. Municipii uero illis, qui ex alienis ciuitatibus asciti, munerum Romanæ ciuitatis participes erant, nisi quod ad suffragia ferenda & magistratus admicti non poterant. Sicut fundanis formianis. Cumanis, Acerranis, Lauiniis, & Tusculanis, qui haud multo post in ciuitatem admissi fuere. His namq; & campanis equitibus ciuitas sine suffragio data fuit, quibus postea & Arpinatibus ius suffragii quod antea negabatur concessum ferunt. Anagninis quoq; ciuitas sine suffragii latione conlata est, conciliaq; & connubia adempta, magistratibusq; interdictum, preterq; incurādis sacris. Et cum Putheoli Salernum & bussentum, pro eo quod ascripti coloni nomina dedissent se pro ciuibus gererent, Senatus Iudicauit non esse ciues,

Non nunq; qui ex municipiis suo iure & legibus utentes. Muneris tantum cū populo Romano participes erant, nullis necessitatibus aut alia lege uel fœdere astricti municipes dicti sunt, Sicut. M. Cato senex. T. Coruncanus. C. Marius. M. Tullius & alii, Tertio qui ad ciuitatē Romanam ita uenerūt uti municipia essent sue cuiusq; ciuitatis & coloniæ, ut Tiburtes prenestini, pisani, Vrbinates, Nolani, Bobutinēses placentini Nepesini Sutrini, lucēses, furtq; obseruatum ut ita recepti peregrinorum loco non haberentur, sed ciuium. Et tāet si, Ius coloniæ quam municipii semper maius & auctius fuerit, quod coloni iura institutaq; populi Romani nihil sui arbitrii habēt, municipes uero suis utuntur moribus & institutis sine Imperio. P. Romani. tamē in coloniam seemel auspicato deductam, illa incolumi noua colonia deduci nequit, licet illa existente, noui coloni deduci ualeant, differt tamen colonia a municipio, quia ex ciuitate colonia alio traducitur. Municipes uero aliunde in ciuitatem ueniūt in quo animaduertendum, plura fuisse coloniarum genera, Namq; aliæ latinæ aliæ ciuium Romanorum dictæ sunt, aliæ ex utrisq; non nullæ ex peditibus uel equitibus, cum in agrum bello captum stirpis augendæ causa mictebantur, Siquidem Bononia colonia latina fuit, Mutina & Parma ciuiū Romanorum, Placentia equites solos habuit latinos, licet. Cicero placētiam municipium non coloniam dicat esse. Eratq; cōstitutum ut singulæ coloniæ, annuā pensionem populo Romano penderēt, tam & si Liuius Drusus Tri. pl. duodecim colonias sine onere pensionis deduxisse legatur. Fertur tamen populus Romanus Iliensibus ob generis uetustatem, & quia authores Romanæ stirpis fuerant plenissimam imunitatem dedisse, ut tutelæ curæq; excusationem haberent, Tyriis uero libertatem, Sicut Athenien sibus & Thessalonicis, quibus etiam Diuus Seuerus ob egregiam fidem Italicum ius dedit. Cizicenis uero, cum mithridatico bello ob insignem operam libertatem meruissent, postea Tiberius Cæsar quod insolenter in ciues Romanos se gessissent, libertatem ademit & stipendiarios fecit. Nero quoq; uniuersæ Achaiæ libertatem dedit, Græciamq; liberam dimisit, & nationes alpium maritimas in ius latii transtulit. Ex insulis uero. Cephalenia Iacynthus, Egyna liberæ fuere. in Africa Carthago, leptis. Adrumentum, Ruspina, Tapsus. Quæ etiam a Diuo Seuero & Antonino Iuris Italici factæ sunt, Otho lingonibus uniuersis ciuitatem dedit. Ex finitimis Hostia. Antium, Minturnēses, Tarracinæ & aliæ plures, militiæ aliorumq; munerum uacatione fungebantur. In Sicilia, quia prima omniū prouincia facta est. Mamertina ciuitas & Tauromenitana fœderatæ, libere uero & imunes. Centurupina. Alexina, Segestana, Alicien sis, & Parnomitana, inter quas, Centurpini, & Segestani latinitatis iura obtinebant. Eratq; uetus mos, ut qui ius latii haberēt, alios sumere magistratus aut præsides non tenerentur, nisi Romanos ciues. Neumasenses enim cum ius

Universidad de Deusto
Biblioteca

latii obtinerent, ad ædilitatem & quæſturam alioſq; honores nullos niſi Romanos ciues admiſere. Poſtea liberalitate populi Romani ex oi genere, omniq; natione terrarum benemeritos de nomine Romano quorum uirtus eniſtuit. In ciuitatem aſciſſere & fide ac ſocietate iungere, uſus inualuit. Eſtq; inter exempla non ſtipēdiarios modo, Sed hoſtes populi Romani qui ad noſtros Imperatores profugiſſent, aut magno uſui reipublice fuiſſent, quin etiam ſeruos bene de republica meritos, ciuitate donatos eſſe. Itaq; Tuſculanos, equos Volſcos, Hernicos bello uictos, poſt uictoriā, ciuiū numero Ro. ad ſciuere, ſuæq; tutelæ duxere, & ueluti patroni clientes in fidem accepere, cognationeq; & hoſpicio iunxere. Sic Iulios alba Coruncanos Camerio, Portios Tuſculo oriundos in Senatum acciuerunt. Lapſis deinde temporibus latius hoc ius propagatum fuit, ita ut in hiſpania oppida latio antiquitus donata undetriginta numerentur, libertate ſex, fœdere tria, ſtipendiaria centū uiginti. In Citeriori uero, oppida ciuium Romanorum tredecim, latinorum ueterum duo de uiginti fuerint, fœderatum unū. Stipendiaria centum triginta quinq;. Inter quas pacenſes, & Emeracenſes in Luſitania iuris Italici fuere, in Africa ciuiū Romanorum quindecim. Deniq; republica uariis caſibus agitata Veſpaſianus uniuerſæ hiſpaniæ ius latii tribuit. Otho lingonibus uniuerſis ciuitatem dedit. Claudius uero Cæſar, omnes Græcos, Gallos, Hiſpanos, Britannos, Sauramatas, ciuitate donare & togatos uidere ſtatuit. Quin etiam non modo in iura ciuium ſed in Imperium ſæpe externos Romani acciuere. Primus enim Traianus externus & deinceps alii ad Imperium promoti feruntur. Solon uero Athenienſibus, preter eos, qui ſacra & genus, aut ſtirpem antiquiſſimam haberent, ius ciuitatis nulli peregrino dari mandauit, niſi ei qui aut perpetuo exilio patria pulſus eſſet, aut alicuius artis cauſa cum penatibus et domo Athenas commigraſſet. Poſtea pericles legem tulit, ut hi ſoli Athenienſes fierent qui utroq; parente Athenienſi ciue nati forent. In tantum ut Euagoras uix propter multiplicia beneficia ciuitate donati meruerit. Qui etiam author fuit, ut ex non legitimo matrimonio æditi ciuium non cenſerentur numero. Licet contra legem a ſe æditam, illegitimū filium ſibi ſuperſtitem ciuiū loco haberi uoluerit. Deinde inquilini & aduēticii paſſim in ciuitatē adſciti fuere, coacti tributi nomine dracmas duodecim quot annis pendere, feminæ uero ſex. Lacedemonii uero Lycurgi legibus & Thebani nouos incolas & peregrinam ſtirpem non admiſcere. Sed ius ciuitatis & urbis uſum peregrinis interdixere, uictoſq; armis pro alienis arcuere. Finitimos tamen quos Helotas nuncupant, pari iure uixiſſe, & aprocli & Euriſthenis heraclidibus deſcendētes in ciuitatem aſcitos fuiſſe comperimus. Quin etiam peregrinis Sparthā adire, omni tempore non licuit, quod illorum comertia uitarent. quare Diiri ptoxeni quaſi fallentes hoſpitem dicti ſunt. Nec ſolum Sparthæ peregrinos

et conuenas

et conuenas non admiſerunt. Sed ſi quis ciuis Spartha diſcedens apud exteros moraretur capite luebat, quibus nec peregrinari licitum erat, ne uerſucias & dolos a peregrinis haurirent. Neq; aliud lacedemoniis & Athenienſibus fuiſſe ferē exitio (qq̄ multū armis ualerent) niſi quod uictos bello oſos haberēt, nulloq; comercii iure dignos ducerent. Qua de re, photion Athenienſibus ſubiratus fuit quod filium Spartham ad peregrina noſcenda inſtituta dimiſiſſet Tyrteum tamen poetam Lacedemonii ciuitate donarunt contra inſtituta maiorum. quod ideo factum pauſanias ait nequando illis obici poſſet, quod peregrino duce uſi fuiſſent. Athenienſibus quandoq; lege cautū fuit, nequis Athenienſium megaram pedem inferret, mulcta capitis indicta, quod odio eos proſequerentur perniciali, pœnis ſiquis ui tempeſtatis aut hoſtium impetu ad eorum lictora applicuiſſet, intra quintum diem abire cogebatur. Carthaginenſes quoq; adeo peregrinos oſos habebāt, ut qui in Sardiniam aut Herculis colūnas adnauigabāt mari demergerent, quod de Scythis quoq; proditum eſt, qui adeo peregrinos inſectati fuerūt, ut eos omni uitæ cōmertio prohiberent, Anacharſim quod ſacra Græco more faceret occiderint. Idem de Scythotauris qui pro hoſtiis aduenas imolabant proditū eſt. Inter cæteros feruntur Gāphaſantes in intimis Lybiæ oris adeo hominum comertia fugere ut nulli ſe peregrino miſceri ſinant, & Seres, qui cætus & congreſſus fugiunt hominum ita ut rerum precia oculis eſtimantes ſua tradunt, aliena non emāt, Scilicet arbitrati iura ciuium cum peregrinis comunicari non oportere, apud Indos quoq; niſi triduo hoſpitem diuertere licebat, ne ciues lōgo uſu diſſimiles mores imbuerent, & in alienas leges rituſq; tranſirent. In Egypto quoq; apud Buſyrim et Cynoſpolim hoſpites non diuertebant neq; admictebantur alieni. qui oībus fere barbaris mos exoletus erat, ut hoſpites finibus pellerent. Claudius quoq; Cæſar peregrinos ferre gentilicia Romanorum nomina uetuit edicto, proditumq; eſt de Epydauris mirum, quod cum Illyricos mores oſos haberent, nec illorum comertia uitare poſſent, ut ſe acontagione accolarum ſeruarent imunes, ita cauiſſe, ut unum ſeligerent ætate grauem qui ſolus ad illos penetraret, cum quo comertium haberent, quem poletem dixerunt. Contra uero Germanis ius hoſpicii ſanctiſſimum erat, hoſpiciiſq; ita enixe indulgebant, ut quēq; hoſpitum cum quo menſa fuiſſet communis & ſacrificia. arcere tecto aut auerſari nefas ducerent. Idem apud lucanos quibus lege cauebatur, ut ſi quis ſole occaſo diuertentes hoſpites notos ignotoſq; domo exigeret, κακοξενίας, teneretur, mulctamq; eo nomine pēdere cogeretur. Calabri quoq; hoſpites comi hoſpicio benigne inuitant, Pyra illis affatim apponendo, Traditū tamen memoriæ eſt, cum inter Megarenſes & Corynthios de Imperio certaretur, captiuos in bello tam leniter habuiſſe, ut illos uelut hoſpites in uicem tractarent, & ſine precio dimiſſos Dorixenos appellarent. Illis enim Iupiter

Universidad de Deusto
Biblioteca

ξενιος in precipuo cultu erat, id est hospitalis. quare milites cum hostibus extra aciem familiaria iura seruabant, in acie uero pugnabant uehementissime. Græcis quoq; dissimiles & lõge dispares libertatis species fuere, Siquidem nõ pari libertate fruuntur aut uectigali & tributo premuntur oẽs, Quippe Tenedii & Hemii uectigales erãt: Chii Tributorum immunes & liberi nauibus tantummodo prestandis obnoxii: Cytheris laconiæ insula hoc tantum premebatur onere. ut e spartha prefectum quot annis acciperet ad reddendum iura: lacones præter amicorum ministeria aliud nihil tributi nomine pendebãt. Vici quoq; circa Babyloniam ad prebenda cibaria canibus regum cogebantur, reliquis exempti oneribus. Ethiopes uero tertio quoq; anno binos semodios auri rudis Dario Regi pẽdere dicũtur, ducenos fasces hebeni, quinos pueros, & Elephantorum dentes uigenos. Sicut Colchi centenos pueros & totidem uirgines, reliquorum tributorum ĩmunes. Indi autem æquali omnes pẽmuntur onere, nam quartam fructuum partem regibus annis singulis pendere coguntᷣ, Syri ut inqt Vlpianus, a quartodecimo masculi a duodecimo feminæ ad quitũ & sexagesimũ ãnũ tributa cõferũt. Leptis ĩ Africa tm̃ uectigalibus ualuit ut singula in dies talenta Cartaginensibus uectigal penderet, Sicut ex effossione æris in macedonia singula talenta in singulos dies Alexãdro pendebantur. Et Babylon Regi Persarum singulis diebus singulas argento plenas artabas soluebat, apud Romanos uero qui populi liberi erant, tributi nihil conferebant. Stipendiarii autem ad milĩtum opus stipendia pendere cogebãtur. Licet ex Cæsaribus pleriq; uectigalia noua & inaudita proposuerint, ut pro eduliis quæ tota urbe uenirent, pro litibus atq; iudiciis quatragesimam summæ, sicut Caligula exegit, ex gerulis octauam, ex prostitutis quantũ una quæq; uno concubitu mereret. Vespasianus quoq; uectigalia reuocauit noua, & grauia prouinciis auxit. Antiquis enim Romanorũ ex agris & noualibus decima seminum dabatur uectigalis nomine, Namq; Aratores decimam frumenti Po. Ro. pendere cogebantur, Tiberius Cæsar centesimam rerum uenalium in ducẽtesimã relaxasse dicitur. Et Nero in initio sui principatus quo gratiam popularem aucuparetur, quintam & uigesimam uenalium mãcipiorum remisisse, & Traianus Vectigal uigesimarũ substulisse. Proditumq; memoriæ est, cum in dubium ueniret qui liberi essent populi qui ue stipendiarii. a M. Antonio publicos tabularios institutos, ut si in prouincia quispiam causam liberalem diceret, per eos testationes libertatis & alia ĩmunitatis documẽta Romam ferrẽt. Minorem uero libertatem seu mediam, ii assequi dicebantur, qui manu a prætore emissi non Romani ciues, Sed latini nominis tantum ex lege Iunia norbana fiebant. Vel suprema uoluntate domini testamẽto, si eũ hoc expresso manumisisset, aut si inter amicos dextra apprehensum ad se conuertens liberum esse iussisset. Hi enim huis ĩmunitatibus quæ latinis

populis societate

populis societate & fœdere iuntis indulcta erant, fungebantur. Nam & in urbe ut latini censebantur & in castris ut milites ex latinis coloniis, nõ ut externi aut leuium armorum auxiliarii stipendia merebant. Fuitq; obseruatum ut qui ius ciuitatis haberẽt, si latinas colonias incoleret, non ideo solum uertisse, aut ius ciuitatis amisisse putaretur. Et q̃is in Romanis castris, qui militabãt siquid deliquissent, Si externi flagellis & uirgis, si uero Romani ciues forent, uitibus cederentur. Tamen Iuius Drusus, & C. Graccus, Tribuni. pl. ne liceret quempiam latini nominis, uirgis afficere sed uitibus plebiscito sanxerunt, in hac re, latinos populos Romanis coequantes. Tertiam deniq; libertatem quam minimam dixere assequuntur hi qui manumissi nec ciuitatem nec ius latii habentes. dediticiorum numero censentur, qui nullis priuilegiis fulcti, uiuentes liberi erant. Et uelut ingenui munia publica priuataq; obire, magistratusq; & cætera dignitatis ornamenta quæ libero debentur assequi poterant, Morientes autem uitam una & libertatem amictebant, ideo decedentes neq; testari poterant, neq; post obitum de bonis disponere, præter patroni uolũtatem. Adeo ut eorum bonis quasi serui peculio, manumissores potirentur. Quod eriam, cum latinæ libertatis hominibus multi comune Dixerunt. Fuere autem Dediticii qui uicti armis & in fidem recepti, tantum ne seruirent neue sub mancipio essent, ĩmunes facti sunt, cuius etiam generis feruntur serui qui post admissa crimina supplicĩis subditi aut publice pro criminibus cæsi, uel in quorum facie notæ seruitutis impressæ fuere. Diuq; hæc discrimina libertatum & dissimiles species fuere. Donec sequti principes pertesi multiplices uariasq; libertates dari, ueteribus legibus abrogatis, nouisq; ascitis & coptatis exequato omnium iure statuerunt, ut manumissi apud prætorem plenam assequantur ciuitatem & libertatem, unde abusus inualuit postea deprauatis moribus, ut multi serui per rapinas & furta quæsitis pecuniis libertatem a domis emerent, statimq; liberi & ciues Romani fierent.

Qui fuerit modus consulendi Senatus & ubi haberi, & quo pacto suffragia ferri solerent, & quid apud exteros. Caput XI.

SEnatores a Romulo cẽtũ creatos fuisse, q̃ ob honorẽ patres eorumq; progenies patricii dicti sint. quorum consilio respublica niteretur domiforisq; multi prodidere. Deinde cõmunicata urbe cum Sabinis & Tacio, Idem Romulus alios cẽtum legit in patres, explens numerum ducentorum. Postea Tarquinius priscus, in orbitate Senatus legisse centum alios fertur, minorum gentium appellatos. Tam & si a Bruto familias minorũ gẽtium inuentas non nulli credant. Primus enim Valerius publicola post exac-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tos reges patrum numerum a ſuperbo cædibus iminutũ expleuit, & ampliſſimum ordinem auxit, quattuor & ſexaginta ſupra cẽtum ex equeſtri ordine in concilium cooptatis, ita ut trecentorũ numerum faceret qui ad lecti dicti ſunt. Quos enim poſt exterminatos reges ætate graues ſpectatæq; probitatis uiros debant, Senatui tanq; grauiſſimo ſanctiſſimoq; concilio ad ſcribebant, Quibus cum alii in locum decedentium ſuffecti & in Senatum literis adſcripti eſſent, cõſcriptos uocarũt, mõ plures mõ pauciores, ita ut frequens Senatus & qeqd erat patrũ, ex fere trecentis Senatoribus cõſtaret. Et cũ Iulius Cæſar, ſupra mille Senatores belli caſibus iminuto ordini, aſciuiſſet. Auguſtus Octauius ſelectos & per purgatos duabus lectiõibus, remotis indigniſſimis in priſtinum decorem reuocauit. Hiq; ueluti præſides & reipublicæ cuſtodes tantæ authoritatis fuere, ut ſi populus regem aut magiſtratum quẽpiam iuſſiſſet, id ſic ratum foret, ſi Senatus author fieret, leges quoq; a populo latæ, haud aliter ratæ fuerunt, quam ſi patrum conſenſu approbarentur. In reliquis uero ita preſcripta Senatus poteſtas erat, ut Iudicium populi authoritate Senatus reſcindi non poſſet. Athenis uero Senatus fuit quingentorum, qui una cum tribunis & quæſtoribus Seneſq; cum Iunioribus de rebus ſingulis decernebãt. Poſtea Areopagytæ ſanctior Senatus a Solone delectus eſt, quorum conſilio librata moderatione ciuitatis iura ſeruabantur, bella indicebãtur, lites explicabãtur. Non nunq; eumolpidæ & precones publico concilio præfuere, Maximum uero a mille & quadringentis gerebatur cui Arnophoron dixere nomen, in quo una & Senatus & populus aderat, Lacedemoniorũ Senatus ex duo de triginta ſenibus conſtabat, qui niſi ſexageſimum impleſſent annum in Senatum ad ſcribi non poterãt. apud Epydaurios centum octuaginta rẽpublicam adminiſtrabant, ex quibus nobiliſſimos popularium deligebant Senatores, quos Artinos uocabant & Conipodes. Carthaginenſibus pro Senatu præfuere Seniores, non nunq; Iudicum ordo, qui perpetuus erat magiſtratus & nunq; niſi cum uita deſinebat. Cato apud Vticam trecentorum concilium legit. Maſſylienſes ſexcentos quos Thymucos appellarunt, ex quibus quindecim principes, tres præſides erant, authoritate & opibus lõge primi, ne moq; Thymucus fieri poterat, niſi qui iuſtos filios haberet. In Gnydo ſexaginta prefuere ex optimatibus. Amnymones appellati, ad quos de rebus maximis referebant. Qui uero ſententiam rogabat Apheſter dictus eſt. Achei cõmune concilium Arnarion uocarunt. qui de rebus publicis conſulturiin Iouis luco Enario coibant, cui decẽ preſidebant, quos Demyurgos uocatos ferunt. Sicut Bithini & Galathæ concilium trecentorum in locum Dryminetũ aduocabant. apud Argyuos octuaginta uiri, idẽ apud Manthinẽſes. In Elyde autem ſexaginta Senatus uice fungebantur. Cretenſes decem habuere prefectos qui de rebus maximis decernebant. apud Bithinos minorem annis triginta in Senatũ

ginta in Senatũ aſciſſere non licet. Etholorum concilium multiplex fuit quod Apocletum nuncupant. Maximũ uero Crothoniatarum concilium erat, nec facile explicatu & turbulentæ confuſionis, in quo ſiquid conſulto ſtatuendũ erat, mille delectos conſulebant uiros, ubi pre tumultu minus decerni quicq; lege poterat. Sicut apud Seres maximus ordo ex quinq; millibus conſiliariis fiebat, qui in apparatu belli elephantem ſinguli preſtare tenebantur. Q. Hortenſius Tribunus pl. deinde philo dictator legem tulere ut plebiſcita omnes quirites tenerent, utq; leges a populo latæ rite ꝓmulgatæ non eſſent, niſi poſt initum populi ſuffragiũ patres authores fierent. A primo uero urbis ortu poſt exactos reges de nulla re populus diiudicaſſe aut ſuffragia tuliſſe traditur, niſi ex conſulto Senatus. Prius enim iubebat populus deinde confirmabat Senatus, quod æuo ſubſequente fieri deſitum eſt. Nam de his quæ plebs ſciuit, nõ Senatus ut p. ius diiudicabat. Sed deprauato uſu, de his quæ Senatus cognorat, populus iudex erat, quod a Lacedemoniis ſeruari meminimus, ut ſententiã quã Senatores Regeſq; cẽſuerãt, populo decernẽdi corrigẽdiq; facultas foret, iubẽte Lycurgo qui cooptandi Senatus & legendi quos uellet magiſtratus ius populo dedit. Contra Athenienſes iubente Alcibiade, nã omne regimẽ & ſummã imperii a populo ad Senatũ tranſtulere. Sylla quoq; dũ rerũ potiretur trecẽtos legit Senatores, ſanxitq; ut niſi ex conſulto Senatus nihil ad populũ ferretur. Erat igitur Senatoris officiũ tã de promouendis magiſtratibus ꝙuinciſq; adminiſtrandis, q̃ de bellis, triumphis, ſupplicationibuſq; decernẽdis, deq; preſidibus in prouincias & auxiliis ſummittẽdis, de lege, de fœdere, & pactionibus, ac tota gerenda rep. libere ſentire, ac fortẽ conſtantẽq; ſententiã dicere. Neq; enim in adminiſtrãda rep. gerendoq; imperio, quicq; bello uel pace decerni poterat niſi patrũ authotitate & decreto Senatus. Quippe Senatui de rebus omnibus decernẽdi libera facultas erat, niſi in magiſtratibus creãdis & legibus ſanciẽdis, aut ſi in hoſtes arma mouẽda uel a bello recedẽdũ, paceſq; & fœdera ineũda forẽt, tũc enĩ ſine populi iuſſu Senatũ nihil ſentire uel decernere poſſe liquet, prouinciaꝝ tñ decernẽdaꝝ, Imperatoriſq; deligẽdi iudiciũ atq; ærarii diſpenſandi munus ad Senatũ ſine populo ſemper ſpectaſſe nemo dubitauit, Tam & ſi populum Romanum contra Senatus decreta, prouincias nõ nunq; demãdaſſe legamus, pacta quoq; ſpõſioneſq; in iuſſu populi facta, & ſi ꝑ Senatũ poſtulata aut Cõſules, populũ nõ tenere, nulliuſq; roboris eſſe haud dubiũ eſt. Senatores quoq; uel a Dictatore legẽdi Senatus cauſa, uel a Cẽſoribus, ſeu triũ uiris qui ius legẽdi Senatus habebãt, & eos ex gente patricia Romanos primũ ciues ſũma dignitate & amplis honoribus functos legi & cooptari ſolitos inuenimus. Deĩde ex ordine eq̃ſtri, poſtremo plebeios et ultimæ ſortis, ꝑ gr̃am & libidinẽ, cenſus habita ratione nõ moꝝ. Nõ nunq; libertinorũ filios. Appius enim Claudius Cæcus, dũ Cenſurã ageret, filiis

Universidad de Deusto
Biblioteca

libertinorum in Senatum adscitis, ordinem inquinasse dicitur primus. Nec longo post interuallo exteræ gentes & transalpinæ nationes, Senatorum iura in urbe adipisci & in Senatum admicti meruere. Primiq; Hedui qui iura fraternitatis cum Romanis habebant, deinde alii illorum exemplo admissi in Senatum, & ius suffragii habuisse feruntur. Nero uero q̃is preceps & furibundus, libertinorum filios diu in curiam nõ asciuit, admissosq; gradu deiecit. Augustus Octauius tanti Senatores fecit, ut singulos nominatim sedentes in curia salutaret, & discedens, nullo se mouẽte uale diceret, Vespasianus queq; nõ oportere maledici Senatori, remaledici autem ius esse respondit. Alexãder Seuerus Imperator nullum in Senatum admisit, neq; laticlauum ademit, aut pena affici passus fuit, nisi de consilio Senatus. Quod Diuus Nerua & Hadrianus iurauerat, se nunq̃ Senatorem nisi ex consulto Senatus puniturum, qui cum libertum suum inter duos Senatores mediũ ambulantẽ uidisset, misit qui illũ colapho cederet, indignũ arbitratus, preripere illis honorẽ quorũ poterat esse seruus. Tanteq; dignationis habiti sunt, ut Tiberius Cæsar illis quãdoq; assurgeret, & deuia decederet. Claudius quoq; tãti Senatores fecit, ut de maiore negocio acturus in Senatu, medius inter Consulum sellas tribunicio subsellio sederet. Contra Heliogabalus uniuersum Senatum adeo flocci fecit ut Senatores oẽs urbe expulerit, illosq; seruos tegatos esse dixerit. Quitamẽ non statim ut in Senatum lecti erãt, ius suffragii habebant. Siquidẽ qui in postremis scripti fuerant neq; suffragari neq; prime censere aliquid poterant, sed in sentẽtiam quam princeps in Senatu dixisset ire oportebat. Siquitamẽ prætura Censuramq; aut alios magistratus non Senatores gessissent, ius propterea suffragandi, aut in curiam eundi non habebant. Non enim quia prætor aut quæstor fuerat, ideo in Senatum admicti aut publici concilii particeps fieri poterat. Neq; is Senator cui abrogatum Imperium fuisset. Siquidem. L. Cassius Tri. Pl. C. Mario & L. flacco. Coss. legem tulit, ut quem populus damnasset, cui ue honorem abrogasset, is de gradu deiectus, ius in Senatum ueniendi aut suffragandi non haberet, Senatores quoq; q honoribus functi essent, quiq; curules gesserant magistratus curuli sella in Senatum & Curiam uehi, et cũ sceptris, si Duces aut uiri consulares fuissent, qui uero nõ gessissent pedibus ire in curiam, & quod uidebatur ere publica censere, & ideo pedarios nuncupari perspectum est, qui tam & si in Senatu deesse non solerent, cũ de triũphis aut supplicationibus agitur, Tamen si cum Senatus cogẽdus foret, ad Cõsulis edictũ nõ cõuenirent, aut cõtumatius parerẽt, pignoribus & mulcta plectebantur. Siqui tamen Senatores quintum & sexagesimũ ãnũ ætatis excessissent, eos cogi inuitos aut cõtumaces pignore uel pecunia plecti nõ decebat, Senatori eni sexagenario ad eã ætatẽ, in Senatũ nõ uenisse, nulli fraudi fuit, semp tñ in senatũ frequẽtẽ uenisse & fortẽ sniam dixisse, boni Senatoris

est habitum. Fertur uero Cato Iunior tam & si ãnis grauior esset, cum in eo uigeret uis ingenii consiliiq;, nulla re nulloq;, negocio adduci potuisse ut in frequẽtem Senatũ ueniret moraretur. Sicut de Nicia ferebatur qui assiduus semper in Athenien sium Senatu erat. Tam & si Senatores plerumq; in senaculo stationẽ habere, & inde citato gradu nõ expectato ædicto in curiam ire solitos legamus. Sed animaduertendũ non cuicunq; conuocandi Senatus uel Cõsultum faciendi ius potestatemq; fuisse. Quia solis magistratibus qui uocationem prensionemq; habebant, ut dictatori Consuli & prætori, aut Tribuno. Pl, Tribunoq; militari, uel Vrbis prefecto aut interregi, conuocandi Senatus, ius potestasq; fuit, priuatis enim hominibus aduocandi Senatum facultas non dabatur. Neq; in loco profano Senatores conuenire ad consultandum. Sed in loco Augusto & sacro & ubi deorum templa essent. Neq; ante lucem uel post occasum diei factum Senatus consultum ualere, aut ratum esse liquet. Debereq; prius auspicari, & ab ingressu hostias imolari apud aram illius dei in cuius templo cõuenirent, quorum exta Tribunis erariis uenire mos erat, uel sicut Augustus censuit, ture & mero supplicare ut rite Senatus consultum fiat, exemplo Athenien sium qui omnibus publicis conciliis Mantes sacerdotes qui sacra facerent adhibebant, & lacedemoniorum qui senatui semper augurem adesse uoluere. Senatusq; consultum uel per singulorum sentẽtias exquisitas & per calculos coniectos in urnis, cũ de quoquo negocio quid quisq; sentit consulitur, & suo loco rogatus sententiam dicit. Aut cum uerbo assentitur fieri adnotatum est. Et in perrogandis sententiis post relationem Cõsulis, debere a cõsulari gradu incipi, & principẽ in Senatu aut Cõsulẽ designatũ prius, deinde ordine reliquos rogari. Nõ nunq̃ obseruatũ est, ut ex cõsularibus euo maximi rogarẽtur primi. Deinde inferiores, Iuuenes uero uix rogari, quasi pudor esset, Iuuenẽ sene sapientiorẽ uideri. Et si certaret sententiis, nec satis liqueret, tũc uel differri cõsultationẽ, uel si duæ Senatũ distinerẽt sententiæ, cũ aliud alii cẽseant, id qđ Senatus maxima pars decerneret, id ratũ fieri. Aut si nõ probaretur, sententiã diuidi. Hoc erat ut si plures causæ indisquisitionẽ uenirẽt ut de singulis referatur postulare, & quod in parte placeret id sequi. Vel per discessionẽ tũc cũ unius exquisito uoto cæteri qui in suffragiũ ituri erãt in illius sententiã pedibus irent, uel si manũ porrigerẽt, aut cũ de scripto sentẽtiã dicerẽt. In quo id fuit traditũ, ut de diuinis rebus prius. Et de republica infinite, aut singulis rebus finite ad Senatũ referatur, siquid publici priuatiq; negotii foret statuẽdũ. Nõ nũq̃ licuit, senatori priusq̃ ordine sententiæ rogarẽtur postulare ut extra ordinẽ de rep. dicere liceret, apd Athenienses uero frequẽti Senatu p cuiusq; ætate sentẽtiæ rogabãt. Regibus aũt lacedemoniorũ binos calculos ponẽdi cũ sentẽtiã dicũt ĩ Senatu facultas erat, tertium uero si qđ pro se decerni uellẽt, Græcis & pleriscq; gentibus fabis suffragia dabantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Syracusanis nemo sententiam dicit rogatus, sed ut quisq; ætatæ & honore an teit, ita sua sponte quid sui consilii sit, in medium affert, non rogatus, aut si ta cent omnes sorte dicere coguntur, quibus in usu erat, ut in contionem prodi turi per literarum elementa sorte educerentur. Quare Dyonisius proditurus cum. M. sortitus fuisset, futuram sibi monarchiã cauillatus est. Lycurgus ue ro cum essent adolescentes loquatiores & in conciliis obsterperent, cauit edi to ut nemo in foro nec in publico consessu diceret nisi rogatus. apud Heduos fuit constitutum ut qui in Senatu sententiam dicit ex eadam familia rogare ne minem possit, quid esset sentẽtiæ & opinionis suæ, proditumq; memoriæ est. Germanos cõcilio coacto siquid quod minus placeret propositum esset, mur mure & fremitu dissentire & sententiam aspernari. Siquid uero complacitum fuisset, frameas & tela cõcutere, Sonoq; armorũ & tripudiis approbare. Ma cedonum quoq; fuit mos, ut in publica cõsultatione siquid improbarent, ha stis scuta quatientes obstreperent, & auersarentur. Lacedemonii summis cla moribus agunt, nec calculis sententiam dicunt, nec admurmuratione suffra gia ferunt. Aut si cuius partis clamor contentior esset, non facile dinoscerent, in duas partes suffragatores transire iubent, ut quæ pars maior esset animad uerterent. Apud quos usu receptum erat, ut singuli in contionibus baculũ fer rent. Belgis uero contra, nam siquid publico concilio statuendum erat, miro silentio decernunt. Siquis autem fremeret aliquo cõcionante, parte uestis mul ctabatur, Gallis & Germanis ut in publicis consultationibus armati conue niant, & quid facto opus sit decernant in more fuit, & si tumultuarentur silẽ tium sacerdotes indicebant. Apud Tyrios secus, apud quos siquis cum telo cõ tioni interesset capite luebat. Id tamen Atheniẽsibus fato datum erat, ut abu si ingenio siquid publico concilio decernendum foret, in deteriorem partem plerumq; statuant, semperq; quod in discrimen adducit cõcilium sequantur. Quare uerbum Anacharsis fuit. Sapientes in contionibus sententiam dice re apud Græcos, stultos uero di iudicare. Persarũ uero mos fertur, inter æpu las postq̃ uino in caluerant, haud secus quam reliqui in contionibus, conci lium habere, & de rebus maximis decernere. Sed tamen non idem semper or do rogandi Senatus fuit. Siquidem modo primus rogabatur, qui princeps le ctus erat in Senatu, acensoribus. Is autem legi debebat princeps Senatus, q̃ ex Censoriis uiris qui censuram antea gessissent antiquior super uiueret, non nunquam Consules designati, aut uiri consulares æuo maximi summis hono ribus functi. Sæpe aliqui extra ordinem a Consulibus studio & necessitudine ductis rogabãtur primi. Obseruatũq; fuit, ne quẽ citra cõsularẽ locũ extra or dinẽ primũ Cõsul rogaret. Quẽ tñ ordinẽ rogandi sententias. klis Ianuariis seruare ceperat, is toto ãno perpetim seruabatur. Diutũ tamẽ Augustũ sentẽ tias de maiore negocio nõ ordine nec more, sed pro ut libuisset rogasse ferunt.

Germani uero pro ætate & nobilitate in contionibus audiuntur primi siqua consultatio foret. Rogabant ergo sententiã consules quiq; senatui preerant, patres qui concilio aderant, ipsosq; dum de re quapiam cõsultant, dumq; dis serendo altercãdoq; sententiam dicunt, quicquid e fide sua ducerent, stantes ei se oportere. Post uero sententiam assidere, In quo fuit prohibitum ne poplites alternis genibus imponerent. quod eos esse ociosos & non preparatis animis designaret. quod Athenis quoq; seruatũ meminimus ut precone pronunciã te in theatro uel curia, stantes singuli decernant quid suæ opinionis foret. Ius tamen Senatori erat, ut rogatus sententiam perpetua oratione & q̃ uoluit diu dicendo diem absumeret, adeo ut non nullos horis septem, pleroscq; dies to tas, concionem in Senatu habuisse tradant, In foro aũt lege cauebatur ut lex horæ accusatori, reo uero darentur nouem ne paucioribus clepsidris tempo re prescripto precipitarent causas. Ex quibus non nulli ne orationes premedi tatas memoriæ mandarent, nimiumq; in eo tempus absumerent, descriptas contiones e libello lectitarunt. Postea Cn. Pompeius quasi frenos eloquentiæ dedit, ex quo tempore intra pauciss̃imas neq; ultra tres horas, per orare coge bãtur. Nam due horæ accusatori, tres reo dabantur, unaq; die & ab accusato re & reo perorari iussum. quia multi data opera in serum rem trahebant, tem pusq; diffundebant, rebus non definitis. Si tamen aliquorum opinioni assenti ri uellent, poterent etiam sedentes, illi opinioni cui usum erat, studio & uolũ tate accedere, Ius tamen fuit Senatori a sententia quam semel dixerat, si proba bile quid contra afferretur deduci, aut si ambigua foret nec facilis explicatu il lam interpretari. Id tamen notatum est, parum fuisse in Senatu, breuiter cen sere & recte sentire, nisi facunde sententiam tueretur, & argumentis firmaret. Post omnes uero rogari, & nouiss̃imum dicere sententiam ignominæ loco est habitum. In qua re succurrit ãnotare. quod literis proditum est. M. perpennã &. L. uolusium saturninum, omnibus quos in Senatu sententiam rogauerãt superstites fuisse. Cumq; antea Senatus consulta pro uoluntate Consulũ sup primeretur uel enũciarẽtur. Postea a. l. Valerio &. M. Horatio Coss. statutũ fuit, ut ampliss̃imi ordinis decreta ad edem Ceteris ab ædilibus deferentur, de mum ut in ærarium deponerentur. Quod etiam Augustus cauit, ne Sena tus acta publicarentur, neue magistratus deposito honore statim in prouin cias mitterentur. Ex his tamen quedam fuere tacita Senatus cõsulta, quæ pa lam enunciare non licebat, quæ in sanctiore Senatu & concilio arcano, tanq̃ in recessu semoto seruabãtur, quibus decernendis neq; scribe, neq; serui publi ci intererãt, ne cõmunicatio cõsilii foret, cauebaq; nequis enũciaret. apd Car thaginẽses uero trigita Senatoꝝ p̃ncipes sãctiori cõcilio et arcanis negociis p̃ positi erant, q̃ tãq̃ celeste arcanũ, dici nõ põt, q̃ alto silẽtio obtegerent. Qui etiam sanctior Senatus Athenis fuisse proditur, sine cuius concilio aliquid gra

Universidad de Deusto
Biblioteca

uius decerni aut ferri ad populum Solonis lege uetabatur. Syracusani autem sanctiorem Senatum non habebant. Sed siquid arduum & per difficile imi nebat. Solius Thimeleonis summi Ducis uelut sancto arcanoq; concilio Iudicio decernebant. Etholis Apoclethi, sanctissimum & arcanarum rerum fuere concilium. quorum consultatione, si quod instaret periculum, decerni oportebat. Cæsarum uero temporibus decreta Senatus que ad principem pertinerent, non arcano Senatui, sed libris elephātinis mandabātur, qui summa cura in Vlpia bibliotheca ut essent perpetuo monumento seruabātur. Que qui dem arcana patrum concilia quanto silentio obtegerentur, illud argumento est. Quod. Q. Fabius Maximus cum de tertio punico bello quod in arcano concilio decretū erat. Crasso in itinere obnūciasset, a Senatu grauiter increpitus & conuiciis affectus fuit. Alia uero consulta, quæ tacita non erant, post quā mature statuta fuerant, de concilii sententia, in Concione quæ pro uestibulo curiæ obuersabatur, recitari & publice edi poterant. Erant igitur Senatoris insignia, Tunica & purpura. laticlauus, Ius spectandi in orchestra, & æpulandi publice, tam in epulo Iouis, in Capitolio, quam ludorū causa. Qui quidē Laticlauus propria uestis Senatoris erat, qua Senatus dignitas & amplissimus ordo notabatur. Non nunq̄ Senatoribus uti penulis quanq̄ tenuissimo cultu forent, indultum fuit. Quippe Alexander Seuerus Imperator. ut Senatores ingrauescenti ætate frigoris causa penulis uti possent, priuilegio indulxit. sepiusq; aliis insigniis uti licere, datum est. Quippe C. Duilio qui nauali prælio Carthaginēsium classem fudit, præter curulem sellam, ut quoties a cena rediret funale præferretur, & tibicen precineret concessum fuit. Et. M. Valerio Volesi filio, quod Sabinos fudit fugauitq; & castris exuit, locum in circo ad spectandū cū sella curuli sibi posteriq; pmissum nouimus. L. quoq; Metello qui oculis orbam senectutē egit, ut quoties in Senatū iret, curru uehi retur fuit pro munere datum. Non nunq̄ antiquior sententiæ dicēdæ locus. toga pretexta, Sella curulis, ius imaginis in memoriā posteritatis, & in uestē purpurea spectandi, pro magnis officiis in rem publicam, Senatoribus munera data sunt, Tātæq; dignatiōis fuere sequtis temporibus, ut in oppidis per loca & conuentus umbraculis uterentur indultum sit. Mox sequti Cæsares eum ordinem amplissimis honoribus honestarunt, præcipue Alexander Seuerus ut dignitas conspectior fieret, argentatis rhedis carrucisq; Senatori uti pmisit. Vtq; sanctior reuerētiorq; ordo putaretur ex Senatoribus, illos qui pn cipali dignitate insignes forēt, in ordinē patriciatus quæ maior ampliorq; dignitas habetur, multos ascituit & prouexit. Sed hoc post multas ætates nouissimo inuento. Fuitq; lege sancitum, ne mulieres cuiusuis negocii causa Senatum aut curiam adirent, nisi quod Heliogabalus senaculum mulierum in colle quirinali constituit primus. qui præter mores institutaq; maiorum ut in ordine Senatorio mater admicteret a Senatu petuicit. Sicut de Mesa Varia eiusdem Heliogabali auia proditum est. cui tributum ferunt, ut femina in Senatu sederet, patres consuleret, & sententiam diceret, cæteraq; Senatoris munia obiret. Quod de xerxe authores tradunt, qui in arcano cōcilio cum delectos Persarum proceres consuleret. Arthemisiam sepe ad consultandum accersiuit cuius sententiam sequtus fuit. Antea uero. Claudii & Neronis tempore, cum non pro dignitate uideretur. Agrippinam patrum consultationibus admicti. decreuere patres, ut a tergo abditis foribus staret, uelo discreta, quod uisum aceret, aditum admicteret. Lacedemoniis uero mulieres adhibere publicis cōciliis illasq; frequenti curia in exequendis negociis socias assumere, usus erat, apud quos feminarum arbitrio decernūtur multa. Idem apud Germanos, ut ubi plurimum negocii sit, feminarum consiliis regantur, quarum pleraq; ut deas colunt. Neq; omictendum quod de Troglodytis traditur, quibus tanti exempli fuere mulieres, ut in conflictu bellorum matronarum intercursu infestas acies dirimant, adeo ut ipsis intercedentibus preliari dicerēt nefas. Quod etiam apud Germanos frequens fuit, ut illarum feminæ quas plurimas in castris habebant, labentem sæpe aciem restituant, aut in festissimos animos cōcilient. Celtæ uero & Galli non solum mulieres conciliis admictunt. Sed quicquid est contentionis feminarum Iudicio decernunt. Ita ut intestina sepe odia illarum interuentu sedasse ferantur. Proditumq; memoriæ est, in fœdere cum Hānibale & Gallis icto, caueri, ut societas staret eo iure, quod si Carthaginensis aliquod admissum pateretur a Gallis, eius rei iudicium penes Gallicas mulieres foret, Si uero Gallus a Carthaginensi, penes magistratum Carthaginensem cognitio esset. Vtq; pueri pretextati cum parentibus Senatoribus boni exempli causa in Senatum uentitarent. Quod post papirium pretextatū ne quis in Senatu gesta enunciaret, longo exinde tēpore fieri desitum est. Neq; illud pretereundum memoriæ datum fuisse, legatis exterisq; gentibus in Senatum admissis Romanos Coss. nisi latine responsa dare cōsuesse. Quibus admissis more tradito a patribus, potestatem, siquid uellēt Senatus faciebat, Græci uero concilio indicto per precones siquis quid peteret enūciabant. Sicut Atrebates & Bellouaci, tubarum cantu cōcilium aduocabant. Siqui uero proprio sermone loqui uellent, his in Senatum admissis interpretes dabātur. per quos quæ opus erant proponebant, per eosdemq; cōsulta Senatus & responsa accipiebant. Et tam & si Molo Rhetor in Senatu Græce declamasse dicatur primus. Tiberius tamē adeo Græcum sermonem osum habuit, ut in Senatu nescio quid Græce prolaturus ueniam petierit. Et Claudius Cæsar, Greeæ prouintiæ principem quod latine nesciret, albo Iudicum erasit, & peregrinatū misit, Inualuitq; mos, ut mēse Februario usq; ad kals Martias p Coss. designatos Senatus legatorum audiendis postulatis & sociorum quærimo

Universidad de Deusto
Biblioteca

nūis quotidie detur, ne tedio aut longa expectatione & mora frustrarētur quæ quidem decreta Senatus in prouincias quisq; suas cum singulis actis referebant. Illud quoq; satis constat. Censum Senatorium ad nūmos octingenta millium olim fuisse, quem Cæsar Augustus & sequti principes ad duodecies centies sextertium auxerunt, & ne quis eorum inops aut egens foret illos largo uiatico & magnis muneribus prosequti sunt. Tiberius uero preterq̄ quod Censum Senatorium iuuit, & honestam paupertatem innocentium subleuauit, prodigos tamen & egentissimos uel senatu mouit aut loco cedere coegit, fertur tamen Claudius laudasse illos qui ob rei familiaris augustiam Senatorio ordini sponte cessissent. Et Nero Senatoribus qui tenui re familiari essent ānua salaria statuisse. Et M. Antoninus philosophus, ut Senatores peregrini, quartam bonorum & fortunarum saltem in Italia possiderent lege sanxisse. Quotiesq; ambo Consules adessent, Senatum unius iussu conuocari nō licuisse. Qdq; Comicialibus diebus ex lege pupia, aut tetris & nefastis, seu cum tonuisset aut uentorum procellæ tempestates ue fuissent, Senatum haberi nō decebat His tū comicialibus q quirinalia sequnt Senatū non impediri non nulli putant id quod Athenis quoq; & Syracusis præcipue obseruatū fuit. Nam terræ motu facto aut tempestate ingruente concilium differri oportebat. Fuitq; adnotatum post horam decimam, nouam cognitionem causæ in Senatu haberi non licere. Neq; patrum decreta in Erarium ante lucem deferri posse, quod Senatus consulto Tiberio postulante uetabatur. Quo tempore comicia e campo ad patres translata fuere, cum ad eam diem & si arbitrio principis niterentur, plura tamen suffragiis tribuum fierent, Augustus tamē Octauius ut bis in mēse legitimus Senatus haberetur kalis scilicet & Idibus edicto cauit. Ac nisi exacto quarto & uigesimo ætatis anno in Senatum quempiam admicti non licere, præter admodum paucos quibus ob egregiam uirtutis indolem, hoc a Senatu indulctum fuit. Tam & si Augustus quo celerius liberi Senatorum Senatui assuescerent, Iunenibus post uirilem togā protinus laticlauum dedisse & curiæ admisisse feratur. Fuitq; uetus constitutum ut adolescētes Senatorum filii primo floreiætatis, parentes & necessarios in uestibulo curiæ operiant, illosq; Senatu egressos domū reducant & comitentur, Senatoribusq; ad plebem transire & iura patrum amictere & plebeia subire licuisse. Quod præter. M. Mallium qui primus a patribus ad plebem defecit aliis pluribus id datum & permissum fuit.

Quæ origo fuerit sacrorum lupercalium & quo modo celebrari quādoq; coli solerent, & quā uariæ deorum effigies fuerint. Caput XII.

DE origine lupercalium diuersa ab authoribus predita sunt. Quippe a Romulo & Remo postq̄ Numitori auo occiso Amulio regnum restitutum est, ipsiq; condendæ urbis locū in regionibus in quibus geniti educatiq; erant, nacti sunt, sacra eiusmodi instituta ferunt, cum capti æpulis & uino incicti pellibus hostiarum per luxum & lactuiā currerent. Quæ Inuum uocauere. Multi ab Archadibus qui cum euandro in hæc loca uenerant, hoc sollēne ludicrum in honorem lycei panos allatum fuisse auctumāt, Sunt qui putent, Romulum & Remum, cum fauno sacra facerent clamore pastorum excitos quorum oues abactæ erant, in latrones preda onustos incurrisse nudos, predamq; detraxisse, qua postq̄ potiti sunt, sacra instituisse ut nudi Iuuenes incincti pellibus per ludum & lasciuiam currerent. ex quibus alii fauiani non nulli quintiliani dicti. Quod sacrum expiationis causa inuentum, ad inferos pertinere argumento est. quod mense Februario hoc est Xv. kal's Martias quo populus purgatur & inferorum placantur manes, hoc sacrum celebrari tradūt, quodq; Iunoni februatæ tunc sacra fiant, cuius feriæ, lupercalia sunt. in quo licet antea adolescentes passim currerent, postea Augustus Octauius dum pudori consultum uoluit, ne inberbes cursitarent decreto sanciuit. in eo quoq; capræ immolantur candidæ, quæ sollēnis uictima in lupercalibus habetur. Quibus immolatis uiri honesto loco nati, quos lupercos dicunt, duo ibi sisterent, quorum frontes & ora cultro sanguine hostiarum infuso inuicem intingerent, mox lana lacte madida sanguinem detergerēt, quibus de more in risum effusis, dum Cachinnant, tergora in lora inciderent, nudiq; & uncti, amicti caprina pelle in orbem discurrerēt, uultu hilari usq; ad inceptas, obuiamq; turbam eisdem loris in peterent, quare Creppi dicti, observatumq; ut a ficu Ruminali ubi Romulus & Remus expositi fuerant, cursum inceptarent. concitoq; gradu per urbem uaderent, quibus mulieres occurrere & palmas feriendas prebere assuerant, fœcunditatem & partus facilitatē propterea sibi dari arbitratæ. Quod sacrum in palatino monte ubi panos tēplum fuit colebatur, cuius simulacrum Caprina facie, rubro colore, hirtis cornibus, pectore sideribus radiāte, infima sui parte hispida, & caprino pede fuit. altera manu fistulam tenens, altera pedum incurruum. In cuius etiam sacris canem immolari tradunt. Quippe Pan magnum & sanctissimum habebatur numen. Egyptiis enim ex octo diis habetur maximus. qui & Iouis simulacrum arietis facie effinxere, Mendesii pana summis percolunt honoribus, adeo ut hircum pro deo colant, mulieresq; cum hircis coire dicantur, Capratii q; maximo in honore sint, apud Thebanos arietes tanti fuere ut non mactarētur, sed essent sacrosancti, Archades pani & Ioui lyceo stata die, humana uictima sacrificāt, in cuius templo umbras non cadere opinio fuit. Athenienses

Universidad de Deusto
Biblioteca

ānuis hostiis & ardenti candelabro litant. In Parthenio monte Panos delubrū erat, ubi locus nomine Aula omnibus animalibus uelut Asylum quem leones & lupi dum feras insectantur adire non audent, sed protinus sublistūt & feras relinquunt. Sicut in Dianæ Etholiæ luco in Venetis fabulantur, canes dum feras insequntur ubi ad lucum confugerint ab insectatiōe quiescere. Idē in montibus quos Græci Menalos uocant Aristoteles prodit, ad quos ubi feræ a canibus impetuntur tanq̄ in tutissimā arcem se recipiunt. Ipsiq̄ ultra prescriptum progredi non audent. Quod de Bœociis perdicibus memoriæ proditum est, ut prescriptū finem & quasi metas habeāt in aera, ultra quas meare non possunt. Mirumq̄ euenire in pedasia regione Cariæ, ut cum Ioui lyceo stata die sacrificetur capram e pedasso sua sponte ad sacrificii locum uenire & se imolandam prebere dicant. Romanis uero preter alios deos fuit Veiouis simulacrum quem dixere Appollinem, cuius caput ornatur cornibus sagittasq̄ manu tenet, iuxta quem aries iacet. Sicut Imago Apollinis Smyntheipremens murem effingitur. Atq̄ in Egypto in templo Vulcani eius simulacrum cum mure apprehenso conspicitur, propterea quod Arabes cum regionem inuasissent, Vulcanus magnam uim murium effudisse, arcusq̄ & habenas corrodi fecisse atq̄ ita hostes fugasse dicitur. Fauno quoq̄ Capram imolari nouimus quāuis semideo. Cuius ædes una ad forum olitorium. Altera ad Tiberis ripam Iouis & fauni. Veiouis templum inter duos lucos erat. Capitolium & palatium, preter quæ fuit Sospita Iuno lauini, Cuius simulacrum caprina pelle uelatur annis singulis. Sed quia de Imaginibus sermo est, non omittendū id quod a Thiriis obseruatū legimus ut deorum simulacris uincula ānectant ne euocarentur & abirent, cum eos hostili carmine euocatos abituros timerēt Romani quoq̄ Saturni effigiem toto anno uinctam laneo uinclo habuere, festis solum diebus Saturnaliorum, uinclis exoluentes. Egyptii cum Osyrim quem solem & maximum deorum nūcupant effingere contendunt. Sceptrū in cuius summo oculi species inerat, effinxerunt. Serapidi uero, modium apponunt supra caput. Persæ figurant solem leonis rictu cum Tyara utraq̄ manu cornua premente. Indi Griphos iungunt Solis quadrigæ, phenicibus Solis simulacrum lapis est niger qui ab imo rotundus tenuatur in cuneum. apud Peones Discus breuis longo lingno appositus pro sole colebatur. In Actica Apollo uerticosus exurgit in pyramidem, Ilis uero apud Sueuos in modum lyburnæ. Et Iuppiter labradeus cum securi, sicut terræ simulacrum cū claui, Paphia quoq̄ Venus fuit non humana effigie, sed informi, Latiore initio metæ in modum fastigiata. Helei Venerem Hirco insidentem, altero pede testudinē premente effinxere, Et phigalenses Cererem habitu mulieris in petra iacentis, capite & iuba equina, tunica uero demissa. apud Celtas Hercules fuit cognomento ογμιος, imagine decrepiti senis, capite in compto, pelle rugosa, Dextra clauam

tra clauam tenens, sinistra protentum arcum, multos mortales cathenis uinctos ducens, quibus altissima quercus erat Iouis signum, sicut palladis Atticæ & Cereris farræ informe lignum. In Cypro Venus barbata uirili specie & habitu muliebri. Apud Thussas in Egypto cum cornibus bubulis effingebat. Fuitq̄ apud Ascalon Syriæ Dereeta Dea facie hominis, cuius postrema desinebant in piscem. Mercurii imago Græcis fertur quadrato statu capite solum efficto, tali speciæ pluribus figuratis, quos pro immortali gloria magnis sæpe ducibus dicabant, Eratq̄ opinio Pythagoræ nō ex omni ligno exculpi Mercurios decere. Hāmonis uero effigies umbilico similis habet. Et apud Arabes lapis Tetragonus pro deo. Olimpii autem Iouis in Attica os ex ebore auroq̄ constat, reliqum corpus ex luto & gipso, supra cuius caput horæ & parcæ uisuntur, sic Mineruæ Trenalis os erat ligneū, manus & pedes marmoree. Matris deū simulacrū, nec qua sit materia aut specie nec a quo artifice noscebatur. Boni euentus species erat, pauperis habitu dextra pateram sinistra spicam tenēte. Diuiciarum uero deus Sparthe & cæci & iacentis facie colebat, Iusticia apd Egyptios fuit sine capite. Osyris uero canino. Dyonisii forma una barbati altera cornuti tertia adolescentis uisebatur. Mirumq̄ prodi de Memnonis statua ut cum matutino solis radio illustratur, æris tinitum & speciem loquentis prebeat. Sicut de Serapidis simulacro in Aegypto, templo ita estructo, ut exoriens sol, os & labra illustraret. Nec prætereundum quod æthiopibus in usu uenit, ut deorum simulacra, minio illinirent, illa pro maiestate numinum sanctiora & augustiora arbitrati. Et apud Aegyptios & phenices ut singulis diis singulas alas adderent, Saturno uero quattuor, duas protentas duas uero remissas, & oculos quattuor, ut signarent ipsum dormientem uigilare, & uigilantem dormire cōsuesse. Quodq̄ Athenienses siquem Athletarum uictorē designabant, statuam illi obnixo genu cum scuto porrecta hasta, impetum excipere effinxerunt, pro eo quod Chabrias milites Agesylai hoc statu impetū excipere docuit & uictor fuit. Fertur lycinius in Alabandeos facetissime cauillatus, quod statuæ quæ erant in balneis, essent habitu iura dantiū & causas agētiū. Quæ uero in foro, omnes discos tenerent. Illud quoq̄ non in postremis fuerit. Rhodi supra septingēta tria millia signorum nec pauciora Athenis. Delphis atq̄ Olympiæ fuisse, Romæ uero tantum statuarum, ut alter populus lapideus uideretur.

Quæ uicia ex loci natura aut celi climate quibusdam gentibus ita innata sint, ut illa habeant propria & perpetua. Caput XIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VEius Parthenopeus. Deliciæ amor & decus noſtrum, ingenio fuit homo eleganti, ſermoneq; per quam docto & exculto. Vultu llari & feſtiuo, præditus omni urbanitate & omni ſale. Sed cultu corporis inuenuſto, ueſteq; humili & in honeſta, adeoq; omnium rerum hominumq; contẽptor, ut ſummæ nobilitatis uiros ne congreſſu quidem ſuo dignaretur. Et niſi litteratos, quos toto pectore fouebat, reliquos flocci penderet & nihili duceret. Deniq; nulli ob noxius liber & ſuo arbitratu uiuebat. Is dum ueapoli eſſemus, doctis iuuenibus comitatus ad nos uentitabat, congreſſuq; hominis eloquentiſſimi & mihi amiciſſimi fruebamur, totos fere dies. Dumq; ut fit, diuerſarum gentium mores apud nos, ſcite ſuctiliterq; pẽſitaret, memini ipſum dicere ſolere. Quod ſicut quædam regiones ſunt quæ acuta ingenia & ſolertia gignunt, ut quibus eſt aer purus & tenuis, uelut Athenis. Alia quæ retuſa & ebetiora ut quibus craſſus & pinguis, ſicut Thebis, ita ex celi rigore uel clementia, non nunq̃ ex ſiderum ſtatu uel influxu uirtutes uiciaq; gẽtibus in naſci, quæ ingenita adeo loci incolas afficiunt, itaq; corporibus animiſq; inſident ut illa habeant propria & perpetua. Siquidem Campani ſuperbi natura, et bonitate agrorum ex mitiſſimo celo & affluenti copia uoluptatum terreſtriũ maritimarumq; rerum ſemper habiti ſunt. Domicilium enim ſuperbiæ ut Cicero inquit penes campanos fuit. Argyui & Brucii ex more inſito genti, latrones. Illorum namq; ingenia latroniciis leta ſunt, & rapinis gaudent, Rheginipauidi & formidoloſi. Itali nobilitate præſtant & Regali quadam magnificentia lauti & magni ſunt. Galli ſuper inſitam genti uanitatem mobiles & ſtolidi, contẽtionis auidi conſiliiſq; capiendis non ratione ſed impetu feruntur, tamẽ religioni deditos eſſe, haud dubium eſt, Hiſpaniiactabundi duri & parci, abactoreſq; acerrimi ad inediam laboreſq; atq; ad mortem parati. Græci licet ingenio & facundia preſtent, eos tamen nationis uicio unde greca fides in prouerbium uenit, aſſentatores leues atq; infideles eſſe, manifeſtum eſt. Cappadoces Cilices et Cretenſes ſuopte ingenio fraudulenti & mendaces, quippe promiſſi fidem fallunt & periurio ſe aſtringũt, in quorum notã grecum illud eſt. τρια κακιστα. Afri ſubdoli et mendaces. Cum enim multũ claſſe rebuſq; maritimis ualeant, uſu & comertio multarum gentium ad fallendum proni & ſolertes ſunt. Apud eos enim frequenter mercatores uentitant et ſtudio quæſtus quæ uſui ſunt merces important. Numidæ uero leuiſſimæ fidei ingenia. Chii petulantiſſimi. Nam cum tribunal ephororum fœdaſſent, ob petulantiam quæ natura uicio laborant ab ephoris impune tulere. Galatæ minaces, Syri cupidi & auari præter modum rerum appetentes, gẽs inquieta auidaq; in nouas res. Alexandrini deriſores & dicaces. Indi & Perſæ otioſi, neq; enim ab re proditum eſt, ocium fratrem eſſe libertatis. Hi enim cum perpetuo liberi ſint in ocio degunt. Contra

gunt. Contra uero lydos & phriges cum Regibus ſeruiant negociis intentos eſſe & laborioſos. Emporitani imbelles & barbari. Etholi & locrenſes fœdifragi. Druidæ religioſi & malefici ſupra quam dici poteſt. Nã dedita ſuperſtitionibus gens in ſacris hominẽ ĩmolant, & cruore captiuorum adolent aras. Viſcumq; & alia dictu nefanda pro numinibus colunt, fuere enim Druidæ gens Callica in Belgis, apud Gallos pre omnibus ſacri. Sicut enim apud Perſas magi. In Grecia philoſophi, In Babylonia Chaldei. apud Indos Brachmanes, In Aethyopia Gimnoſophiſtæ. apud Scythas agrippei. Abii & Calui In Aegypto Heliopolitani. apud Hyperboreos Arymphei atq; in Hiſpania Turdetani, ſacri habentur. Sic apud Gallos Druidæ magno in precio ſunt, & diuinis prope laudibus celebrati. Emporitani autem in ora minoris Syrtisiuxta Afros Humidaſq; degũt, agri uberis & fertilis ſoli, Germani uero & Cymbri Duri & laborioſi, Latrociniis tamen & rapinis quarum nullam infamiam putant a puericia dediti. Quare Cymbros Germani predones uocant, quorum uires ad impetum ualidæ ſunt, momento temporis dilabuntur. Corſi Diri & ĩmanes horridis ingeniis, quippe qui ipſas belluas crudelitate uincant, truci ore ingenitã ĩmanitatẽ pferẽtes, Scythæ quoq; rapidi & feroces, & dira feritate graſſantes, ſuis tñ rebus contenti, nihil alienum appetẽtes, apud quos nihil eſt, furto grauius. Aſiani, Ionες, Abideni, Medi, Arabes, Tarẽtini et Galathæ molles & effeminati, eneruatis animis, ad inertiam nequiciamq; parati, omnibus imbuti delinimentis, in Gynnaſiis & turpibus amoribus exerciti. Illecebræ enim luxuriæ ad extingendum uigorem animi apud eos ſunt, Addebat etiam ſiculos uafro & monſtrifico ingenio, & aſtos ſupra Bizãtium doloſos maxime. Contra uero Cumanos in Eolia hebetes & in ſulſos. Quippe qui pluuiæ tempore niſi admoneantur uoce preconis, porticus non ſubeãt. Sicut Bœocios & Thebanos qui plus habere uirium quam ingenii feruntur. Et Syraculanos uariæ multiplicilq; naturæ, aut enim excellentiſſimos eſſe et omni uirtutum genere preditos, aut improbiſſimos & omnibus uiciis deprauatos, quod de Athenienſibus quoq; proditur. Atq; Heduos iracundos & temerarios turbulenti & concitati animi. Et ligures duros agreſtes & fallaces ſuapte natura et ex ſterili agro & aſpero quem incolunt, nihil ferendo niſi magno labore partum. Sed cum ligurum quidam firmates non nulli Apuani, pleriq; montani. Alii Hiluaces. Alii fruſinates dicantur, hoc non conuenire niſi tranſmontanis liguribus aſſerebat. His enim cum longe ab hominũ cõmercio & cultu diſtent & in arrido ſolo luctentur, facile euenire ut agreſtes duri & inmanes fiant. Hoc modo lucius noſter apud nos ſermocinatus, peracri iudicio locorum mores examinabat, uiciaq; & uirtutes rimabat. Sed qa mentio locoꝝ & moꝝ diſtinctio facta eſt, hoc dicẽ auſim lõga obſeruatiõe ꝓbatũ eas regiões q̃ celi clemẽtia & affluenti copia gaudent, ſenſu hebetes & obtuſa

Universidad de Deusto
Biblioteca

mente, plerumq; homines gignere, quæ uero difficiles & agreſtes ſunt, ſingulari ingenio uiros educere. Ita enim parens natura, ſiue ille effector mundi deus comparauit, ut ubi rerum ubertas & copia ſit, ibi bonarum arcium ſtudia ſæpe & ingenia deſint. Senſit tamen Ariſtoteles, eos qui Scythiam uerſus loca deſerta incolunt, animo quidem abundare, ingenii non ſatis habere, qui uero mitiorem plagam, ingenio & arte præſtare. Neq; omiſerim quod maximus Tyrius græcus author cum primis prodidit, Crotoniatas paleſtra et gymnico certamine ualere, Lacedemonios pedeſtri. Athenienſes nauali. Venatu Cretenſes, Sybarites luxu, Thebanos uero Tibiis, Iones autem choro & cætu. Q uietiam adnotauit uulgari adagio ferri. Medicam molliciem, Sardana pali luxum. Delicias Ionicas, Siculas menſas, Saltationes Sybariticas. Corynthias meretrices, Artium quoq; diſciplinas Menander dixit, natiua conſuetudine diſtingui nationibus uariis. Namq; Mythilenei Cithara delectantur, Thebani Tibia, Alexandrini Geometria ualent, Athenienſes ſtatuaria & pictura, Crotoniatæ medicina, Agynetæ, Athletharum pugna. Q uod proxime accedit ad id quod Euſtachius memoriæ prodidit forſan mutuatus ab illis, Bœocios circa paleſtram, reliquaſq; artes Gymnicas ualde probari, athenienſes in naualibus, Theſſalos in equeſtri, quippe cum ex equo primum pugnare docuerint, lacedemonios legibus ualere, Cyreneos in Ephetica ſcientia. Q uod autem de Theſſalo equitatu dictum eſt, qui conferto prælio inſuperabilis erant, non pretereundum Philippum macedonem qui totius Greciæ communis hoſtis & predo habitus eſt, ut Theſſalos equites uelut firmiſſimum robur & longe optimos bello ſuæ phalangi adiungeret. Theſſaliam propterea inuaſiſſe, illamq; incendiis & ruinis deformaſſe.

An ſit idem Deprecari quod Recuſare, contra quorundam Gramaticorum opinionem. Caput XIIII.

QVid in mentem uenerit non nullis grammaticis, qui nõ temperantes maledictis, multa nec perpenſo iudicio, nec examinato modo digeſta præcipere non uerentur, non ſatis conuicio. Nuper cum in commentariolos obſeruationum Grãmaticũ cuiuſpiam, quos de latina dicendi norma uiuens ædiderat forte incidiſſem, in quibus grauiter cenſura antiquiſſimum quẽq; authorẽ taxat, ita ipm loquutũ offendimus ut diceret. Aulũ Gellĩũ male locutũ eſſe, qd̃ dep̃cari abhominari uel deteſtari eſſe dixit, cẽſuitq; dep̃cari nihil eſſe, aliud, q̃ dicto uel facto recuſare, quaſi multum diſcriminis foret inter abhoriari & recuſare. Idq; Ouidii authoritate probare nixus fuit de ponto, Sepe præcor mortem, mortem quoq; deprecor idem. Ne mea Sarmaticum contegat oſſa

ſolũ in quibus uerſibus deprecari pro recuſare intelligit, quod uerbis pluribus affirmare contendit quæ conſulto preterimus. Sed libet interrogare, num proprio ſignificatu latine dixerim, Scipio fœdus cum Hãnibale inire deprecatur, quia paciſci cũ Hannibale recuſat. Aut Romani cũ Pyrrho pacẽ deprecãtur, quia pacem abnegarunt. Contraq; hanc uerbi ſignificationem, ſecus ab authoribus dictum, & uerbum deprecari in alio ſenſu accipi uidemus. T. Liuius ſexto ab urbe condita, non preripiam inquit, gratiam publici officii deprecandi. Cicero prima actione in Verrem. Si libere quæ ſentio de re publica dixero primũ deprecor ne iraſcatur. Suetonius in Cæſare, Senatum litteris dep̃catus eſt, & ueterum authoritatibus pluribus, in quibus ſi deprecari recuſare dixeris, profecto abſurde & barbare loqueris. Hic enim Deprecari idem eſt, quod ualde precari. De enim præpoſitio adiecta uerbo plerũq; auget, ut demirari, defraudare, deierare. Rurſus quod ille authoritate Ouidii motus, uoluit deprecari idem eſſe quod recuſare, Idem Liuius exploratius oſtendit tertio de macedonico bello. At Hercule non ius ſed iniuriam deprecantur. Suetonius in Tiberio. Claudium inquit adeo uiolentũ & contumacẽ, ut ne capitis quidẽ reus deprecari ſubſtinuerit, Cicero in legem agrariã. Siquid deliquero nullæ ſunt imagines quæ me a uobis deprecentur, quibus in locis non ſignate nec p prie loquetur, qui deprecari recuſare dixerit. Sed uerus probabiliſq; ſenſus eſt tam in Ouidii q̃ proximis authoritatibus. Id eſſe deprecari quod ſuppliciter petere & precibus expoſcere, ne quid fiat quod tu uitare cupis & cõtendis ne eueniat. Mortem ergo Ouidius deprecatur, non ſimpliciter recuſans mortem, ſed ſuppliciter expoſcens, ne mors contingat inter tot truces imaneſq; homines. Et ille iniuriam uel ſupplicium deprecatur. Videlicet rogat ne inferatur iniuria neue conuicium fiat. Multum longeq; diſtat deprecari a recuſare. Q uippe deprecari eſt precibus rogare, & ſummiſſe obteſtari ne quid fiat, Recuſare uero, iure & manu contendere & quadam mentis uecordia minaciter magis quam præcibus expoſcere, Cæſar cõmentario quinto. Hedui nec deprecari, nec recuſandi cauſa legatos ad Cæſarem mittere uolebant. Cicero Tuſculanarum quæſtionum ſecundo, de Anaxarcho inquit Democritoq; cogitetur, qui cum in manus Cyri nicochreontis incidiſſet, nullum genus ſupplicii deprecatus eſt, neq; recuſauit. Pluribuſq; patet exemplis ſicui illa perſequi libeat. Ex quibus ſine controuerſia liquet. Deprecari id eſſe quod precari, Sed dupliciter, uno modo uehementi ſtudio & enixe precari, ut quid fiat, & tunc de prepoſitio auget ut primis authotitatibus quas ſupra memoraui oſtenſum eſt. Altero præcibus eniti & rogare, ne quid fiat ſeu eueniat tale qd̃ tu nolles euenire, et futurum deteſtaris, ſicut eſt proxime dictũ. Et tunc de prepoſitio non augendi ſed uim potius minuendi habet. De enim adiecta uerbo duplicẽ ſignificatũ licet diuerſum capit ut plerũq; ſolet. Plurimũq; intereſſe in utro accipias ſigni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficatu. Quonam modo & utro magis conueniat sensu, ex ipsa lectione & cõtextu uerborum prout obuia sunt, cuiuis uel mediocriter erudito, facile est dinoscere.

Triplex quæsitum super non nullis uerbis Iurisconsulterum sub oscuris quis sit illorum significatus, quæ ue pecuniæ olim fuerint. Caput XV.

CVm Romæ palatini fori iudicia operiremur, quidam nõ ex plebe homo pollens eruditione & doctrina, ad me adiit, & percontatus est, quid sibi uellet Vlpianus de officio procõsulis estimantis, cum qui prouinciæ præesset, dissimulare nõ debere, siquos causarum cõcinnatores aut litium redemptores deprehendisset. Quis esset litium concinator, & quis redemptor querebatur. Et quia facilis explicatu quæstio erat, leui functus opera respondi cõcinnatorem litium eũ dici qui nouas lites, simulatis capticulis & cauillis improbis in longũ ducere molitur, cũ sibi iure agere nõ liceret. Cõcinnare eñ esse rẽ efficta mẽdaciis oibus lenociniis ppolire, sicut is punguẽtis delibutus madẽti coma & capillo cõposito cõspicitur, quos M. Cato Vitiligatores nũcupat, Græce aũt κρατηρ δικων. quasi sector litiũ, Redẽptorẽq; causarũ eũ dici, qui lites quotidianas pecunia mercari, illasq; pactionibus muneribusq; pellicere conaretur, haud secus q̃ qui de mercede faciumq; faciendum utẽdũ ue præcio conducit, qui etiã quadruplator & interceptor alienæ litis dictus est, quos hodie tãq̃ in ciuiles & malarũ artiũ artifices Iure consulti iure incesserent. Iterũ quæsiuit a me quid esset quod Alphenus legẽ, aquiliã interpretatus inquit. Quod si Tabernarius a pretereunte flagello in quo dolor esset, fuisset cæsus, si illi repugnãdo oculũ eruisset gladio, propter id admissum aquilia nõ teneri, quod diceretur flagellũ in quo dolor esset quærebatur. Cũq; nõ nulli falsa opiniõe persuasi flagellũ quod dolorẽ afferat, ideo dolorẽ in eo esse asserẽt. Dixi ego mẽdum in hac dictiõe fuisse ingenue me arbitrari, neq; iureconsultum tam insscite loquutum, ut in flagello dolorẽ esse dicat pro eo quod flagris inflictis dolorem affert. Cum iureconsulti nõ per metaphoras nec circuitu longo, sed munde admodum & circuncise loquantur. Sed pro eo quod dolor esset scriptum fuit, dolon esset dicendum fuisse, neq; aliter a iureconsulto scriptum ueris patere argumentis. Dolonem enim lignum uel fustem signare in quo ferrum acuta cuspide lateret, quod haud secus quã gladius uulnera ingerat Varronis testimonio probatur. In eo enim latens pugio ita situs erat ut foris minus appareret. Idq; coarguitur facili argumento, quod non erat consentaneũ, ut si a pretereũte leui flagello Tabernarius ictus foret, illi repugnãdo ferro decernere, & oculum eruere liceret, pro ut in quæstione est. Quippe

inculpata tutela non esset, cum non pari sed maiore impetu armorum iniuriam propulsaret, quod est lege uetitum. Dicendũ ergo fuit, aliquid occulti tegi flagello latuisse, quo percussus tabernarius impune prætereuntẽ gladio repercutere, & illi oculum eruere ualuit. Hoc dolone Tiberiũ Gracchum ne oportunus iniurie foret, accintũ processisse in forum authores tradunt, quo honestius & dissimulato telo in curiam iret. Et Claudiũ Cæsarẽ a duobus equestris ordinis cum dolone & uenatorio cultro prestolantibus pene oppressũ, Suetonius refert. Tertio consuluit me, quod esset Iudiciũ Eremocidiũ de quo apud Iustinianum fit mentio frequens, contra quod restitutionem dari leges uoluere. Cunq; aliquorum discreparet sententia, peruici tandẽ Eremocidiũ dici Iudicium cum quid reo absente in disquisitionẽ uenit, superq; Iure cõtrouerso mota lite, solus actor nullo se opponente exercuit, contraq; reum indicta causa lis data fuit. απο της εξημου. hoc est solitudine, eo qđ solus actor nullibi reo cõparente, nec signis collatis ut aiunt, optinuit, contra quod rescissionem plerũq; dari leges uoluere. Demũ cum sermo incidisset quid emptio quid permutatio esset, quæsitum fuit, quo in loco Homerus meminit Achiuos non pecunia nec ære signato Sed rudi massa æris uel ferri uinum mercari & cum mancipiis permutare consuesse. Cuius authoritate Vlpianus de contrahenda emptione, etiam sine pecunia fieri emptionem asseuerat. Dixi id de quo consulebamur mihi impromptu nõ succurrere. Sed tamẽ meminisse me, tam apud exteros quã Romanos eris signati argentiq; & pecuniarũ longo tempore nullũ usum fuisse, mercesq; non pecuniæ interuentu, nec signato ære, sed rebus cũmutare cõsueuisse. Siquidem Armeni, Scythæ, feres & Sarmatæ, nõ intercessu pecuniæ res emere, sed rerũ cõmertio pmutare assuerãt. Deserta enĩ & uacua cultoribus loca hominibusq; ifrequẽtia magĩq̃ urbes icolebãt. Indi quoq; illi penitissimi et Hessenii idẽ factitarũt, Nã fuso ære utebãtur aut auricalcho (quippe cũ uetares Auricalchũ pcios̃ius auro ducerent) peusso uero minime, lusitani grauisarcina æris uel frusto argẽti sæpius nũmi loco usi fuere, Lacedemonii lycurgi legibus omnẽ auri argentiq; usum amouẽtes, ferrũ & rudẽ massam uasti põderis pro pecunia habuere. Sicut Bizantii ferri massam pro nummo appendebant. Messuli uero in Africa populi, pecora & mapalia pecuniæ loco habuisse feruntur, cum quibus merces sæpe mercatores cõmutabant. In Britannia gẽs in hospita iuxta Scyllirã insulã, permutãdo dare necessaria & accipere cõsueuerant. Reliqui ære aut annulis ferreis ad certum pondus delibratis. Quod apud Baleares fuit in more, ut omnem auri aut argẽti materiã execrati nullius generis nũmos ad se afferri sinerent. Idem de Carmanis & Babytacis qui in tygri sunt, memoriæ proditum est, ut omnia metalli genera coementes, illa in profunda terrarum & abditas solitudines suffodiant, ne pecuniæ commertio eneruaretur animi indoles, ingeniiq;. Quod de Indis & Aethiopibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

traditum accepimus, qui auri materiam tam vili estimarunt ut cathenas nexiorum tantũ ex illo conflarent. Omnes denicq; gentes narioneſq; apud prius ſæculum mercibus res inuicem cõmutare, uel coriis bouũ nũmorũ loco, aut bobus pecudibuſq; ac ferreis uirgis uſos comperimus. Homeri teſtimonio q res censu & estimatione dignas non pecunia ſed bouum & pecudum numero taxauit, cum nihil tunc impẽſo precio ueniret: Primi igitur Lydi aureum & argẽteum nũmum cum tunc nullus foret, inueniſſe traduntur, Tã & ſi Aegynæ argentum Primo ſignatum non nulli credant. Alii apud Heleos pondera & ex argento nũmos a phedone inuentos putant. Apud Perſas uero Darius ex auro monetam percuſſit primus, in latio Saturnus æreum nũmum reppeririſſe traditur. Romanis quoq; auri argentiq; ſignati longo tẽpore nullus uſus fuit. Pecudibus enim & lumentis bobuſq; res permutare, ſonteſq; plectere ſolebant, æſtimabaturq; bos centuſſibus, ouis uero decuſſibus. Coriis uero bouum nũmos percuſſos a primis originibus iudicare licet, quod Numa Pompilius Scorteos aſſes congiarium populo dediſſe fertur. Poſt quos Dionyſius ex Stanno conflauit nũmos. Interiecto deinde tempore ære graui Romanos uſos comperimus quo appenſo non numerato debita exoluabant, quo tempore Seruius Tullius Rex primus nota pecudum æs ſignaſſe proditur, unde & pecunia dicta. Cuius rei cauſa inuetuſtiſſimis nũmis bouis pecudis aut ſuis ſignum incuſſum apparet. Sed q̃is a Seruo Tullio pecunia percuſſa, nõ propterea agraui ære precii uomine, quod inter licentem ementemq; cõuenit exoluẽdo delitum eſt. Quippe poſt decemuiros etiam ære graui Romanos uſos fuiſſe, debitaq; exoluiſſe authores tradunt, quod æs graue maſſa æris fuit, nõ percuſſa aut ſignata, appendinõ numerari ſolita, Sequtis mox tẽporibus Seruio Cepione & Cn. Sempronio Coss. poſt Actilium Regulum, argẽteo nũmo primum figurato, Romæ altera parte Ianus bifrons, altera nauis prora incuſſa fuit. Tam & ſi, quinq; annis ante primum punicum bellum argenteũ nũmum Romæ ſignatum, non nulli credant. Demũ poſt ãnos duos & ſexaginta aurei apud Romanos eadem nota incuſſi fuere. Deinde Bigæ & quadrigæ ac uictoria, quare uictoriati Bigati & quadrigati dicti. Fertur tamen Liuius Druſus in Tribunatu tertiam æris partem argento miſcuiſſe & ſigno uictoriæ pariter nũmum percuſſiſſe cui Victoriato nomen. In Triente autem & quadrante Romani, rates ſcuſſere. Perſæ Statheres daricos numiſmatata habere dicuntur, Græci & Athenienſes. Tethrachinam & Cithophoros ac Philippeos nũmos, qui bouis imaginem longo tempore habuere incuſſam, tũc primum a Theſeo inuentos, ut ab armis ad agrorum cultum ciues auocaret. Cuius formæ Heleis numiſma fuit, in quo bouis imago deſignabatur, præter quos fuere Oſcenſes & Statheres darici, Philippei & Alexandrei qui ex auro cudebantur, in quibus mule cum curru uidebantur effictæ. Poſtea Noc

tua cum mineruæ facie Athenis incudi cepta. Vnde illud proditũ eſt Gylippi ſeruum Ephoris detuliſſe, multas ſub tectis cubare noctuas, quod lyſandri pecuniam quam Gylippus fuerat depeculatus ſub tecto condiderat. Troezeni Cum Neptunum præcipuum colant. Tridentem nũmo effictũ habuere. Perſicus uero nummus Sagittarium incuſſum habuit, qui daricus etiã Dictus, Germani Serram qui ſerrati. Dardani duos inſculpſere Gallos. Rhegini leporem & currum. Cephalenes equm. Thaſii Perſen. Argiui Murem, Mytilenei Sapphus imaginẽ. Tarentini nũmi Taras Neptũni filium qui delphino uectabatur. Aſpẽdii paleſtras, loeri aũt Ozolæ Heſperũ ſtellã effinxere, apud Chios ænea moneta fuit cui nomẽ Homerus, Pelopõneſſiorũ numiſma teſtudinis figurã habuit, cui Cheloni dixere nomẽ. Cizizeni altera parte Cybelem altera leonẽ. Tenedii ſecurim & facies duas eadẽ ceruice proeminẽtes. Coryn thiaci qui poli dicebantur Pegaſum, Gergythii aũt qui in phrigia minore ſunt Sybillæ imaginẽ quod inde eſſet oriunda, hoc ſempiternæ laudi fore arbitrati. Poſtea uero nouicio inuento, ut imagines Cæſarũ cum inſcriptione & titulis nũmis aſcriberentur obſeruatũ eſt. Quare Nero Cæſar in habitu Citharedi ſe nũmo inſculpſit. Auguſtus Octauius nota ſideris Capricorni ſub quo in lucẽ æditus erat argenteũ nũmũ percuſſiſſe dicitur. Denicq; cũ apud prius ſeculũ nullus nũmorũ uſus foret, iudicare licet Homeri tẽporibus non pecunia nec ære ſignato, ſed mercibus inuicem achiuos uinũ æs & ferrũ armis & mãcipiis emere conſueſſe. Cum uero hac ad monitione actentior factus ἐν τῇ ·Ν· τῆς ἰλιάδ ος ὁμήρου ῥαψῳδίας uerſarer: eos uerſus haud multo negocio comperi: qui tales ſunt.

παννύχιοι μὲν ἴσθειτα καρηκομοῶντες ἀχαιοὶ·
δαίνυντο τρῶες δὲ κατὰ πτόλιν ἦδ' ἐπίκουροι
παννύχιος δ' ἐσφιν κατὰ μήδετο μητιέτα ζεὺς
σμερδαλέα κτυπέων τοὺς δὲ χλὼρον δέος ἥρει·

Vnde reportabant crinitũ uina pelaſgi
Aeris quidam, alii fulgentis munere ferri.
At ſcutis alii, pars bobus mancipiis ue.
Mutabant paſſim & conuiuia leta parabant.

Quæ portæ Vrbis Romæ præcipuæ fuerint, & unde nomina ſumpſerint, & ex quibus cauſis cognomenta. Caput XVI.

VRbis Romæ ſicut ſepiſſime pomerium prolatũ fuit, ita multiplices portas pro murorũ ambitu extructas fuiſſe facile eſt coniectari. Nam cum a prima origine fundamenta Vrbis in Palatino monte fuerint, cuius radicibus antiquiſſimum pomerium terminabatur, tribus portis tunc Vrbs cõtenta erat. Hæ fuerunt Carmentalis quæ ſcelerata, Pãdana quæ libera

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicta est, & Mugonia quam trigoniam a tribus angulis uocatam ferūt. id autem pomerium quod Romulus posuit a foro Boario procedens ad magnam Herculis aram. Inde per ima montis palatini ad aram consucii, mox ad curias ueteres, & demū ad sacellum lariū, ptotendebatur. Et cum esset tunc Roma quadrata ad forum Romanum procedebat. Varro autem a Sylua quæ erat in area Apollinis in palatio, usq; ad supercilium scalarum Cachi in auētino occidentem uersus. Et ad Tugurium Faustuli ubi casa Romuli fuit. Prima Vrbis fundamenta protendi asseuerat. Adiecto deinde Capitolino colle a T. Tatio quem Archades Saturnium uocarunt, satis constat portam illic excitati ea stelli Saturniā nūcupasse, que pandana eo quod semper pateret dicta est. Cūq; infima Capitolini montis carmentæ habitaculum fuerint, inde carmentali portæ nomen datū, quæ & Scelerata, eo quod crecenti & sex fabii inde proueuntes in fausto prælio ad cremetam omnes a Veientibus oppressi & miserāda nece, cesi fuere, Iuxta quam ædes Matris Matutæ & Bellonæ, & Columna ex qua dabatur belli signum, si quando contra hostes preualentes sumebātur arma. Ad hanc portam, matronas Carmentæ nimphæ quæ mater euandri fuit, ānuas hostias imolare & sacrum facere produnt. Sed cū Tarquinius priscus, quadrato saxo primus, & deinde Seruius Tullius pomerium protulissent, duosq; urbi colles adiecissent, ita ut septem collium urbs fieret, qui ultimus urbis ambitū auxisse fertur, ac reliqui Reges urbem parum mœnibus ualidam aggere & fossis muniuissent, portarum quoq; numerum augeri consentaneum fuit, eoq; magnitudinis urbs processit, sæpius aucto dilatoq; pomerio, ut quattuor & triginta portæ per omnem ambitū Romæ fuisse legamus Ipsumq; pomeriū Aurelianum Cæsarem tandem definisse ut ad milia passuū triginta mœnia protenderet. Tam & si Nero Hostiam tenus mœnia promouere, atq; Inde fossa, mare ueteri urbi statuisset inducere. Exquilinam ergo Viminalem, Quirinalem portas & Celimōtanā, a collibus urbis ubi sitæ erāt, uetusto nomine denoiarunt, quis qd' Quirini sacello foret proxima Quirinalem dictam non nulli ferant, iuxta quam Veneris Erycinæ tēplum. Quæ quidem Viminalis aliquando numentana dicta est, sicut Exquilinam Tauri nam a capite tauri insculpto uocatam ferunt. Capenam uero, constat affluētium aquarum multiplices habuisse decursus. Illinc enim ad Martis ædē semita fuit quadrato saxo, ubi & manalis lapis qui in urbem delatus pluuias excitare dicebatur. Sicut aqua in Lycei Iouis fonte si quādo siccitate laboraretur. Sacerdotis manu querno ramo agitata cogebat nubes, largosq; effundebat imbres. Et Athenis terræ fuisse simulacrum pausanias prodit, suppliciter a Ioue aquam expetentis uero euentu, cuius ara in monte Hymeto uisebatur quam ὄμβριον, quasi pluuium Iouem dixere. Et apud Indos in arce quā magi incolūt. Dolium uidisse Apollinius tradit quo aperto in defectu aquarum nebulæ

emictuntur

emictuntur quæ totam Indiam imbribus humectant. Quod etiam documētum Democriti fuit, ut ad imbres excitandos caput & collum Chamæleontis ligno roboris uri preceperit. Ad eandemq; Capenā aqua Mercurii erat magnis studiis celebrata qua mercatores Idibus Maiis se inspargebant & sua. ubera quæstus propitia facere arbitrati. Et Alemon aquæ riuulus cuius aqua Sacerdotes furore uesano inter se digladiantes Cybelis simulacrum expessinūte aduectum quot annis abluebant. Iuxta quam M. Marcellus secundo punico bello ædem uirtutis antea uotam dedicauit. Mutionis uero a Mutione q illi aliquando præfuit, & Minutia quia Minutii sacello erat proxima, quē pro deo uetustas coluit, Et salutaris ab æde salutis. Et Rhautumena ab Auriga Rhautumeno qui Veis Curiu uicerat, quo e curru effuso equi citatissimi cū palma in capitolium contenderunt, Porte dictæ denominateq; sunt, Catulariam uero dixere quod iuxta eam ad placandum caniculæ sydus frugibus inimicum imolarentur ruffæ canes. Et piaculare propter ostenta & piacula quæ illic fiebant assiduæ, dici Pompeius memorat, Collina quoq; quæ Agonensis dicta est, propter anfractus multiplices quod partim edita partim declivia essent loca, nomen sortita dicitur, extra quam Veneris, Ericinæ & quietis tēpla fuere, & iuxta campus cui scelerati nomen fuit. in quo incesti dānatas uiuas defodere uestales assueuere. Romanulam uero, & Collatinam, Alteram quod ex Sabinis Romam patens uia foret, alteram quod illinc collaciam expeditum iter esset denominatunt. Sicut ferentinam, quod ferentinum ferret, & Gabiusam quod Gabios. Hanc uero Collatinā aliquando Pincianam dictam nō nulli uolunt, quod nomē ad huc manet, a proximo palatio deductum, unde demolita marmora Theodoricus Rex Rauennam deportauit, fuit quoq; Romula porta quam Sabini Romanulā uocauerūt, quod per eā proximus Romam aditus esset, q̄ gradus ad noualia & Voluptæ sacellū habuit. Et Querculana quod quercum proximam haberet, Et Randalsculana quod ære munita foret, Siquidem a ueteribus æs Randus dicebatur. In qua caput Aeneū longo tempore stetisse memorāt, postq̄ Genutius Tipus prætor oraculo monitus ne regno potiretur, illinc ingredi uoluit, accessumq; denegauit. Sicut Ianualis a Iani signo ibidem affixo nomē uendicauit, quæ sub colle uiminali fuisse traditur, per quam uim aquarum ingētem magnis procellis cōtra Sabinos fluxisse, illosq; uiolentissimis tempestatibus oppressisse memorant. Quam Romanulam Ianualē & Mutionis non in pomerio sed intra Vrbis ambitū sitas, non nulli uolunt. Nam de Trigemina & lauernali satis constat, alterā propter trigeminorum pugnam, cum regnāte Tullo inter Romanos & Albanos a trigeminis pugna cōmissa fuit. Alteram quod ad lacum lauernæ faciis inde uia foret, nomina tulisse. Fuit enim lauerna furum dea in cuius luco ut impunita essent furta, predam fures sortiri, & rapacissimum quenq; imolare

Universidad de Deusto
Biblioteca

tradidere unt. Est tamen literis proditum latinos populos ā is singulis ad Tri
geminam Euandro ueluti deo sacrum facere. Sicut matronæ apud Carmen
talem Carmentæ. Sanqualis proxima ædibus Ancii Regis porta fuit nō in
celebris. Et altera libitinensis, per quam fato defuncti efferebantur, & Mugo
nia a bouum mugitu qui illic frequentes erant denominata, iuxta quā Tarqui
nius Priscus habitasse fertur, quæ & Trigillia dicta est, preter quas fuere Ne
uia, Lauicana, Metia, & flumentana iuxta quam fluxisse Tyberim uolūt. Ex
hac enim ad petellinum lucum modica uia erat. Et Triumphalis per quā triū
phi die aurati currus, captiua præda, & Pompa triumphi procedebat, Aurelia
Vaticana & Portuensis quæ septimiana nouicia denominatione. Ac fontani
lis transtiberim, qđ haud ꝓcul inde fontiū sacra fontibus & puteis coronatis
fierent dicte nominateq; sunt, Sed pre cæteris unā legimus fuisse cui fenestræ
dedere nomen, uel quod humilis & angusta foret. Siue quod Tarquinio pris
co regnante, cum a pastoribus oppressus fuisset ex insidiis. Tanaquil inde po
pulum alloquta ipsius interitum tam diu dissimulauit donec Seruium Tullū
regni successorem fecit. Est quoq; illud animaduertere. Quod cum mænia ci
uitatum sancta sint, propterea q; illa transgredi sine piaculo fas non sit, certisq;
prefinitis spaciis Pomerio inaugurato, fuerint consecrata, ita ut quicquid circa
ea soliesset, neq; habitari neq; arari liceret. Portas tamen sanctas haberi mini
me decebat. Quippe cū ingredi & exire, & defunta corpora illinc efferre alias
q; profana facere cui uis permissum fuerit. Apud exteros uero portæ præcipua
denominatiōe istæ ferūtur. Scea apud Troiam, in cuius super liminio laume
dontis cadauer sepulchro conditum erat. Sicut murus & amnis eiusdem no
minis fuere, Alexandriæ Canopica, Athenis Pyraica & sacra & Charonia, ꝑ
quam dānati ferebantur ad supplicium, & Dypylus omnibus patentior, at
q; aliæ Nimphades nomine, Megaris fuit Trialia quæ Diplon dicta, Corin
thi Teneatica, Thebarum porte Homoloide nūcupate sunt, apud Sycionios
quoq; sacra fuit ubi Epopri uisebatur monimentū. In Argo Diampares, apud
Leōtinos Iracea, in Zicicho Thracia, apud Tybur Rarana. Capuæ Iouis ubi
platea Selapsia in qua unguentarii negociantur, Cremonæ Brixiana, Tarenti
Temen tida, Syracusis Menidite, Trogillorū, & Agradiane, extra quas fre
quentia sepulchra uisebantur. Babyloniæ uero licet plures celebrentur, tamē
precipue, Semiramidis, Ninorū, Chaldeorū, Belides, & Cyssiæ.

Quo ritu, quibusq; cerimoniis Hostia apud priscos diis imolabatur, & quo
modo fiebant sacra & quid apud exteros. Caput XVII.

QVimos sacrorum fuerit. quoq; ritu, aut quibus exemplis ho
stia cederetur & res diuina fieret, ueteribus monumentis inter
cise perscriptum est, Et tam & si, singulis fere diis sua sacra in
stituta forent, quæ transgredi aut præterire ducerent nefas,
neq; deos omnes, eisdem sacris semper. Sed alios, aliis ritibus
cerimoniisq; placari deceret. Tamen in omni sacrificio, statas cerimonias, et so
lita sollēnia conuenit obseruari, quas si pretereāt, haud dubie, piaculum fieri et
sacra pollui putabant. Siquidem in omnibus sacris, sacerdos cum diis imolat
& rem diuinam facit, prius corporis ablutione purgatur, & a Venere abstinet
ut lautus purusq; accedat. Quippe Ieiunii & castimoniæ sacra adituris mirā
obseruationē fuisse authores tradunt, legimus Nūmam Pompilium cū pro
frugibus faceret, esu carnium & Venere abstinuisse. Et Iulianum Cæsarē ole
ribus leguminibusq; contentū sæpe ceniasse ob religionem, atq; eos qui Isi
dis sacris iniciandi erant dies decem parcere carnibus & uino, & Egyptios fe
stis quibusdam diebus ieiunia seruare, Aquæ uero aspersione corporis labem
tolli & castimoniam prestari putabant, Præterq; Mysos & Essenos alios q
ob religionē animātibus abstinent, celebemq; uitā agunt, qui Abii & Anym
phi dicti sunt. Constat Sacerdotes matris deum famia testa sibi uitilia ampu
tare. atq; illos qui maxima sacra obibant ut in casta religione manerēt, & pro
cul a mulierum contagio uitam agerent, herbis quibusdam emasculari, & ui
rilitatem amictere. Vtq; nulla nili sacrorum maneret cura, nudiq; & uacui re
ligioni intenderēt, cunctarum rerum dñio se abdicare. Quod iure Pontificio
cauebatur, cuius uerba sunt. Ad diuos adeunto, caste pietatem adhibento, o
pes amouento, qui secus faxit, deus ipse uindex erit. Quam castimoniā apd
exteros quoq; seruari meminimus. Quippe in Thesmophoris matronæ A
thenienses ut Veneris ictus cohiberent, foliis uitilium cubilia substernebant,
non nulli garo ex piscibus qui squamam non habent, quod incendia libidi
num reprimeret & irritos conatus faceret in sacris usi sunt, qđ Agesylaus pu
tabat, deos non minus religiosis operibus quā sacrificiis castis delectari, legi
mus quoq; Hyerophantas Athenienssium postq̄ in Pontificatum euecti erāt
ut castissime sanctissimeq; Sacrū facerent, citutæ sorbitione castrari, & Egy
ptios sacerdotes negotiis omissis, mulieribus nunq̄ idulgere, carnibusq; & ui
no abstinere, atq; Gynnosophistas adeo abstinentiæ studiosos ut pomis so
lum oriza & farina alantur, in Creta quoq; Euripides testatur quos uocāt Io
uis Prophetas non modo carnibus sed ne coctis quidem uesci. Et Indoꝝ Ma
gos qui ad solis Sacerdotium euecti erant, carnibus abstinere, & nunq̄ sub
tecto esse, sed lineis uelari & sub dio uitam agere. Quin etiam obseruatum in
uenimus ut qui rem diuinam facturus erat, ad suam leuandā culpam se in pri
mis reum dicere debeat, & noxæ penitere, ac fateri admissum, uultūq; sum

Universidad de Deusto
Biblioteca

mictere, & ad omnẽ modestiam fingere. Deinde ipse aut publicus preco precedens sacra, hoc ageclamitet, uoceq; excitet populum, ac uirga turbã summoueat quæ cõmentaculum dicta est, Silentiumq; indicat, ne mala uox obstrepet, neue qd triste auribus accipiat, & sacris fauere & intentos esse iubeat. Nãq; in deorum sacrificiis taciturnitate in primis & intentis animis opus erat, qa si opus facientem sacerdos inter sacra uidisset, temerari & pollui sacra putabãtur, religione inexpiabili. Ideo custos dabatur qui sacra inspiceret & alter qui linguis fauere iuberet. Græcis autem, ad sacrificium accessurus hoc prefatur prius. τις τῶνδε hoc est quis hic, qui uero intersunt sacris referunt πολλοὶ καὶ ἀγαθοί. quod est dicere multi & boni. Nam polluti homicidio, aut sanguine infecti humano, hominesq; turpissimarum sordium, sacris arcebantur, neue aras contingerẽt aut sacrificio interessent lege uetabantur. Et quia a quibusdam sacris mulieres innuptas aut seruitio pressos uel ære coemptos abesse oportebat. Ideo in sacrorum apparatu Lictor prefabatur. Hostis uictus, mulier uirgo exesto, In Cheronea uero Sacerdos lorum tenens pro ædibus Matutæ clamitat, non seruum ingredi non seruam, non Etholum non Etholam, cũ his sacrificio adesse non liceret. Apud Magos qui lentigines habẽt tanq; in uisi diis ímortalibus ab aris procul fiunt. Et hi qui elati reuixerũt, quibusq; uiuẽtibus exequiæ factæ sunt, uelut profani a sacris arcebantur, sicut a Sacerdotio bis nupti. Apud Germanos qui scutum amisisset in acie, sacris interesse nõ poterat. Et apud Aegytios subulcis uniuersis tẽpla interdicta fuere. & Hebreis menstruatis & his qui impetiginem habent, Scytis quoq; qui nullũ hostem interfecisset in acie, in sollẽnibus libare non poterat, reliqui iniciati adesse non uetantur, Romanis uero siquæ sacrificio mulieres intersunt capita uelant. Cũq; adorat qui rem diuinã facit uelato capite ne auersus animus a sacris fiat, dextram ad osculum ferre & se in orbem circumagere pro ut Nũma instituit, necessum habet. Quodq; Tibicines et Cytharedi qui lyras septicordes tenderẽt in deorum sacrificiis cum cantu & longis tibiis precinant, & nequid aliud agatur exaudiaturq; moneant. Illiq; ius in æde uescendi habeant, prisca est religio ne seruatum, quæ quidem tibiæ sacrorum ex buffo, que uero ludis precinebãt ex osse asinino aut argento fiebant, quod ille miti sono ad rem diuinã, iste stridenti & acuto ad prelium accenderent. Fuere enim tibiarum, species plurimæ, ad usus uarios. Nam lybies plagiolon uocant quæ ex lotho fiunt. Elimos ex buxo & lauro, Celtæ ex calamis utuntur fistula. Aegytii ex stipula ordeacea. Scythæ & Arimaspi ex aquilarum & uulturum offibus ex qbus aliquæ erãt serrane quæ equales habent cauernas, aut phrygiæ quæ impares & inequales Post aliquot uero tempora ne tibiæ precinerent in sacris fuit lege cautũ. Egyptiis in usu erat, non tibias sed cantus adhibere in sacris, quibus septem uocales deos modulata uoce collaudare tibiarũ & cytharæ loco fuit, Iudei in sacris

non modo

non modo tibia sed tympanis concinunt. Vtq; suæ hostiæ diis dicatæ sint & superis albæ, inferis uero nigræ ímolentur, neq; duobus diis unam hostiam mactari, quia utri deo res diuina fieret, facile non dinoscerent, in omni sacrificio uulgo seruatum est. Namq; aliena hostia uel debili & manca, quæq; reluctatur & se admoueri altaribus non sinit dii non placantur, fugientemq; hostiam quæq; altaria detractaret, ubicunq; nanciscerentur mactari oportebat, ne piaculum fieret. Et sicut suæ hostiæ numinibus dicatæ sunt, ita & aræ fuerunt. Superis enim a terra exaltatis aris, Terrestribus in terra, inferis uero sub effossa terra sacra facere conuenit, quod apud Indos fuit diu seruatum, ut terrestribus diis in cauernis. Soli uero in sublimi sacrum faciant. Non nunq; sine ara in nudo solo & pauimẽto sacra peregisse Græcos compertũ est. Heumeus apud Homerũ super Eschară, uictimã fecit. Arabes arulã super arã cõstituũt in illaq; Soli ímolare & tus adolere solent. Hæ enim ad normã quadratæ fuerunt. Superq; eis sacra facturi cespitem ex gramine seu uerbenas apponunt, istæ enim faustæ in omnibus sacris habitæ, quas ex sacro loco decerpere conuenit. Ipsasq; aras suorum numinum fronde ornare, ut Ioui Esculo, Apollini lauro, Mineruæ olea, Veneri Myrto, Herculi populo, Baccho Edera, Pani uero Pino. Diti autem Cupresso. Quanq; ad aram maximam Herculi sacra facturi sola lauro neq; alia coronentur fronde. Thraces & Iudei pro lege habent in omnibus sacris hedera coronari. Cappadoces ambrosia, apud Egyptios, hedera uitibus præfertur. Druidæ nullum sacrum sine roboris fronde cõficiũt. Ptolemeus Helychrysio coronauit deos. Thraces uero nõ solũ coronati sed scuta & gladios hedera ornati in sollẽnibus libãt. Isiaci absyntii marinirã mũ uirgultis ceteris pferũt. Aegyptii in Iouis põpa, & Magi mirica, Hermiones Hyacitho coronãtur i sacris, parthi ex diuerso gramie coronata agna odores incẽdũt. Ferũt Egyptios Agrosi herba manibus decerpta adorasse et papyri flore coronasse deos. Vespasianus uero coronas ex Cinnamomo interra sili auro, sæpe tẽplis dicauit, apd alios autẽ fagi cortex religiosus fuit. Non sic Thebis & Athenis nãq; in Palladis tẽplo haud facile qsq; hederã inuenit. Ea uero hedera q; fert racemos labruscæ mõ quã Similacẽ nominãt, & arbores q; nec serũtur nec fructũ ferũt, infaustæ oibus habẽt sacris, & dãnatæ religionis, apd Persas nõ mõ qui sacrificat, sed hostia & q sacris intersunt festa ornãtur frõde, Indis cõtra, nãq; ex his coronatus sacrificat nemo, Persæ tñ nec deorũ imagines habẽt, nec tẽpla erigũt. Erãt enĩ ediũ sacrarũ & simulacrorũ euersores, sed in loco mũdo & excelso cũ pcatiõe diis uictimas ímolãt. qd a plerisq; usurpatũ iuenimus. Nã Carmelideus colebat cui nec tẽplũ erat nec simulacrũ sed ara tm & diuinus cultus. Iudei mẽte sola unũ numẽ colũt. Ideo nulla apd eos simlacra nõ mõ tẽplis sed nec urbibus isũt. Germani quoq; nullã humani oris speciẽ diis pre eorũ magnitudine dederũt, nec templa dicarũt. Sed lucos

Universidad de Deusto
Biblioteca

et nemora deorum nominibus appellant, illa uelut sacra templa uenerati. Sacerdos autem & qui uictimā facit, pura in ueste & candida, nam color albus deo gratus in primis, in textili tela nec maioris operæ quā mestrue, non nūq̄ in purpura & auro. Triumphales uiri & qui amplos honores gesserant. in triū phi ornatu, aut ī pretexta, lotis manibus & frōde coronati, sacri & uenerabiles nudis pedibus & tonsa coma ad rē diuinā accedebāt. Idq̄ a Pythagora traditū Lacedemonii obseruarunt qui nudis pedibus adorandum sacrificandumq̄ cē fuerunt. Pura autem & religiosa dicebatur uestis, qua rem diuinam facturi, festa utuntur die, ea quidem erat soluta omni uinclo, nullis maculis nec squalore obsita, nec funesta aut fulgurata. Quod siquis nece aliqua pollutus fuisset, bis septem uicibus inundationibusq̄ uestes abluebat aqua, his piamentis ab īmundicia emaculari arbitrati. Aegyptii uero laneas uestes non inferunt in deorum templa nec cum his eadauera sepeliunt. Hostia si maior erat auratis cornibus, si minor coronata illius dei fronde cui sacra fiunt incedebat. Infulaq̄ lanea et candida uicta circundata ante aras nullo uinclo ligata sistebatur, neq̄ enim in sacris uinctum quid esse poterat. Contra uero apud Senones, nam lucū sacrum uenerantur, quem nisi uinculo ligatus ingredi nemo poterat, qui si forte prolapsus corruisset actolli mīme licebat, sed per humum reptare necessum erat. In Scythia quoq̄ Marti sacrum fit, in quo uictima primis pedibus ligata ad aram sistitur cui laqueum in collo iniiciunt ac baculo circunducto strangulant, sine precatione & uotis. Quam quidem aqua de fonte Iuturnæ qui circa numicum labitur, quæq̄ in omnibus sacris adhibetur in primis insperge bant eam uero aquam super terrā posuisse, piaculum & triste omen erat. Ideo uas lato ore & fundo angusto in quo hauriretur ne stare posset, in sacris adhi bebant, cui cadum alii Scyphum dixere nomen. Illudq̄ manibus tenere opor tebat. Quod quidem flaminicæ uirgines sacrorum ministræ, aut Vestalium famulæ non nunquam pueri flaminum ministri quos camillos appellant patrimi & matrimiomnes coronati tenebant manibus. Ex hac aqua egros curari & bonæ ualitudini restitui putabant. Apud Athenienses uero aqua erat ex Calliroe fōte magnæ religiōis ī maxis sacris & spōsaliciis cerimoniis ī qbus aliā adhibere nefas habebat. Fert ī Delii Apollinis tēplo pcipua aqua fuisse sacrificātiū usui accomoda, quam ad alios usus hausisse magni criminis instar erat, Græci ī sacrificiis et expiatiōibus Eleutherii aquā frequētes adhibēt, Troezeni ex Hippochrene, Persici Reges ex Cohaspide, quā peregre profecturi secum ferūt, Arabū Reges ex Euleo, qui ortus a mediis præcipuo nitore fluit. pre cæteris uero Aegyptii tanti nili aquā fecere, ut cum Hydria ad templum humeris ferebatur omnes procūberent & sublatis manibus diis grās agerent. Feruntq̄ Babylonios Reges ex nilo & histro aquas inter gazas cōdere assuesse, uelut hoc argumentum suæ magnitudinis ostēderēt, cum per tot spacia

non modo tibia sed tympanis concinunt. Vtq̄ suæ hostiæ diis dicatæ sint & superis albæ, inferis uero nigræ īmolentur, neq̄ duobus diis unam hostiam mactari, quia utri deo res diuina fieret, facile non dinoscerent, in omni sacrificio uulgo seruatum est. Namq̄ aliena hostia uel debili & manca, quæq̄ reluctatur & se admoueri altaribus non sinit dii non placantur, fugientemq̄ hostiam quæq̄ altaria detractaret, ubicunq̄ nanciscerentur mactari oportebat, nepiaculum fieret. Et sicut suæ hostiæ numinibus dicatæ sunt, ita & aræ fuerunt. Superis enim a terra exaltatis aris, Terrestribus in terra, inferis uero sub effossa terra sacra facere conuenit, quod apud Indos fuit diu seruatum, ut terrestribus diis in cauernis. Soli uero in sublimi sacrum faciant. Non nunq̄ sine ara in nudo solo & pauimēto sacra peregisse Græcos compertū est. Heumeus apud Homerū super Eschara, uictimā fecit. Arabes arulā super arā cōstituūt in illaq̄ Soli īmolare & tus adolere solent. Hæ enim ad normā quadratæ fuerunt. Superq̄ eis sacra facturi cespitem ex gramine seu uerbenas apponunt, istæ enim faustæ in omnibus sacris habitæ, quas ex sacro loco decerpere conuenit. Ipsasq̄ aras suorum numinum fronde ornare, ut Ioui Esculo, Apollini lauro, Mineruæ olea, Veneri Myrto, Herculi populo, Baccho Edera, Pani uero Pino. Diti autem Cupresso. Quanq̄ ad aram maximam Herculi sacra facturi sola lauro neq̄ alia coronentur fronde. Thraces & Iudei pro lege habent in omnibus sacris hedera coronari. Cappadoces ambrosia, apud Ægyptios, hedera uitibus præfertur. Druidæ nullum sacrum sine roboris fronde cōficiūt. Ptolemeus Helychrysio coronauit deos. Thraces uero nō solū coronati sed scuta & gladios hedera ornati in sollēnibus libāt. Isiaci absyntii marinirā mū uirgultis ceteris pferūt. Aegyptii in Iouis pōpa, & Magi mirica, Hermionēses Hyacitho coronātur ī sacris, parthi ex diuerso gramie coronata agna odores incēdūt. Ferūt Egyptios Agrosi herba manibus decerpta adorasse et papyri flore coronasse deos. Vespasianus uero coronas ex Cinnamomo interra sili auro, sæpe tēplis dicauit, apd alios autē fagi cortex religiosus fuit. Non sic Thebis & Athenis nāq̄ in Palladis tēplo haud facile qsq̄ hederā inuenit. Ea uero hedera q̄ fert racemos labruscæ mō quā Similacē nomināt, & arbores q̄ nec serūtur nec fructū ferūt, infaustæ oībus habēt sacris, & dānatæ religionis, apd Persas nō mō qui sacrificat, sed hostia & q sacris interfunt festa ornātur frōde, Indis cōtra, nāq̄ ex his coronatus sacrificat nemo, Persæ tū nec deorū imagines habēt, nec tēpla erigūt. Erāt enī ediū sacraꝝ & simulacroꝝ euersores, sed in loco mūdo & excelso cū pcatiōe diis uictimas īmolāt. qd a plerisq̄ usurpatū īuenimus. Nā Carmeli deus colebat cui nec tēplū erat nec simulacrū sed ara tm̄ & diuinus cultus. Iudei mēte sola unū numē colūt. Ideo nulla apd eos simlacra nō mō tēplis sed nec urbibus isūt. Germani quoq̄ nullā humani oris speciē diis pre eorū magnitudine dederūt, nec templa dicarūt. Sed lucos

Universidad de Deusto
Biblioteca

et nemora deorum nominibus appellant, illa uelut ſacra templa uenerati. Sacerdos autem & qui uictimā facit, pura in ueſte & candida, nam color albus deo gratus in primis, in textili tela nec maioris operæ quā meſtrue, non nūq̄ in purpura & auro. Triumphales uiri & qui amplos honores geſſerant. in triūphi ornatu, aut ī pretexta, lotis manibus & frōde coronati, ſacri & uenerabiles nudis pedibus & tonſa coma ad rē diuinā accedebāt. Idq̄ a Pythagora traditū Lacedemonii obſeruarunt qui nudis pedibus adorandum ſacrificandumq̄ cē ſuerunt. Pura autem & religioſa dicebatur ueſtis, qua rem diuinam facturi, feſta utuntur die, ea quidem erat ſoluta omni uinclo, nullis maculis nec ſqualore obſita, nec funeſta aut fulgurata. Quod ſiquis nece aliqua pollutus fuiſſet, bis ſeptem uicibus inundationibuſq̄ ueſtes abluebat aqua, his piamentis ab īmundicia emaculari arbitrati. Aegyptii uero laneas ueſtes non inferunt in deorum templa nec cum his cadauera ſepeliunt. Hoſtia ſi maior erat auratis cornibus, ſi minor coronata illius deifronde cui ſacra fiunt incedebat. Infulaq̄ lanea et candida uicta circundata ante aras nullo uinclo ligata ſiſtebatur, neq̄ enim in ſacris uinctum quid eſſe poterat. Contra uero apud Senones, nam lucū ſacrum uenerantur, quem niſi uinculo ligatus ingredi nemo poterat, qui ſi forte prolapſus corruiſſet actolli mīme licebat, ſed per humum reptare neceſſum erat. In Scythia quoq̄ Marti ſacrum fit, in quo uictima primis pedibus ligata ad aram ſiſtitur cui laqueum in collo iniiciunt ac baculo circunducto ſtrangulant, ſine precatione & uotis. Quam quidem aqua de fonte Iuturnæ qui circa numicum labitur, quæq̄ in omnibus ſacris adhibetur in primis inſpergebant eam uero aquam ſuper terrā poſuiſſe, piaculum & triſte omen erat. Ideo uas lato ore & fundo anguſto in quo hauriretur ne ſtare poſſet, in ſacris adhibebant, cui cadum alii Scyphum dixere nomen. Illudq̄ manibus tenere oportebat. Quod quidem flaminicæ uirgines ſacrorum miniſtræ, aut Veſtalium famulæ non nunquam pueri flaminum miniſtri quos camillos appellant patrimi & matrimi omnes coronati tenebant manibus. Ex hac aqua egros curari & bonæ ualitudini reſtitui putabant. Apud Athenienſes uero aqua erat ex Calliroe fōte magnæ religiōis ī maxīs ſacris & ſpōſaliciis ceremoniis ī q̄bus aliā adhibere nefas habebaī. Ferī ī Delii Apollinis tēplo p̄cipua aqua fuiſſe ſacrificātiū uſui accomoda, quam ad alios uſus hauſiſſe magni criminis inſtar erat, Græci ī ſacrificiis et expiatiōibus Eleutherii aquā frequētes adhibēt, Troezeni ex Hippochrene, Perſici Reges ex Cohaſpide, quā peregre profecturiſe cum ferūt, Arabū Reges ex Euleo, qui ortus a mediis præcipuo nitore fluit. pre cæteris uero Aegyptii tanti nili aquā fecere, ut cum Hydria ad templum humeris ferebatur omnes procūberent & ſublatis manibus diis grās agerent. Feruntq̄ Babylonios Reges ex nilo & hiſtro aquas inter gazas cōdere aſſueuiſſe, uelut hoc argumentum ſuæ magnitudinis oſtēderēt, cum per tot ſpacia

ut celum ſpectaret. Si uero inferis ut terram deſpiceret. Quibus quidem miniſtris niſi iuſſi eſſent mactare nō licebat. Ideo ſuccinti nutum Imperiumq̄ expectantes agon, dicebant, Interim ceſa uictima alii uaſa ut cruorem ecciperēt cadenti hoſtiæ ſupponebant, alii decoriabant. Mox haruſpex flamen aut ſacerdos cultro ferreo uiſcera & iecinora rimabatur, in illiſq̄ deos cōſulebat, & an perlitatū foret explorabat actente, apud Galathas uero non haruſpex ſed Philoſophus aderat, ſine quo ſacrum diis nullum exhiberi poterat. Is autem cultер ferreus erat & oblongus manubrio heburno clauis æneis, ære Cyprio, & capulo argento ornatus. Namq̄ manu uiſcera tangere non decebat, ne qua offenſa pollutis ſacris contraheretur, apud Delphos fuit uſurpatum, ut cultro quo diis īmolabant de nocentibus ſupplicium ſumerent. Perſæ & cappadoces nō gladio ſed ſtipite mactabāt hoſtias. Romani etiam malleo, apud Homerum querno trūco. Quibus inſpectis ex omni uiſcere, & membro primitias, parteſq̄ deſectas farina farris inuoluere, & in calatis ſacrificanti offerre debebat. Tunc hoſtia profecta dicebatur, quas ſacerdos aris imponēs foculo accenſo comburebat. Hoc enim in omni ſacrificio ſeruatum eſt, ut de ſingulis oblatis aut deo īmolatis particulas tanq̄ libamina ut holocauſtum fiat in ignem mitterent. Egyptii Sacerdotes īmolata uictima caput abſcindunt. Illudq̄ diris carminibus execrati in flumen deiiciunt, cum precatione ſollēni ut ſiquid aduerſi caſurum foret, in caput illud redundaret, apud Græcos ex ceſa uictima non nunq̄ capite & uentre excepto, cætera dabantur diis, linguæ uero preconibus. Hūc uero ignē ex olea, lauro uel quercu craſſioris corticis, aut cuius caudex cauus fungoſuſq̄ foret accēdere uel numinibus adolere nefas erat. Hæc enī ligna tanq̄ dira maliq̄ ominis deteſtati ſunt, quem ignem ſubdita face accendebant, eumq̄ partim ex fumo, quas uertigines faceret, quantumq̄ ſe actolleret, partim ex flamma ſi lucidior aut obtuſior & qua ſpecie foret, multi obſeruarunt, qui Capnouantes dicti. Si autem mortuo carbone ſacrificetur ſignū neglectæ religionis fore, & p̄nicioſum, nemo dubitauit. Perſis ligna arrida dē pto cortice ſacrificio apponere, deſuperq̄ oleum fundere & aruinam pinguem ignemq̄ appoſitum non flatu ſed uentulo excitare in uſu fuit, Soliq̄ uelut deorum maximo cum uirgultorum faſces apponunt & incendium ſuſcitant, his uerbis proloqui, ede ignis domine, apud Siculos in colle uulcanio iuxta petrē ſū ſtagnum dum ſacrum fit ſarmētoq̄ faſces ſuper aras ſua ſpōte ignē cōcipere et nullo flāte alitu icēdiū fieri fabulātur, ſicut de Seleuco traditq̄ cū Ioui in pelta uictimā faceret ligna aris īpoſita ultro arſerūt. Et de Egnatia lympha in appulis ī cuius ara lignis extructis ignē ſua ſpōte excitari opinio erat. Tradūt Magos apd Perſas dū ſacrū fit carnes ſup myrto & lauro appoſitas ſubtilibus uirgis aduret. Atq̄ heretriēſes mulieres in Cerealibus obſeruat, ut cæſa uictima carnibus nō igne coctis ſed ſole torridis ueſcātur. et apd Scytas ſacrū fieri marti

Universidad de Deusto
Biblioteca

ubi uictimarum carnes ipſarum oſſibus aduruntur, Luſitani uero ignitis lapidibus ſacrificales carnes coquunt. Ioſides licet ex omni ligno incēdant aras ſpinas tamen aſparagi, aut ſtramina in ſacrificiis cremare nefas habent. Mox farta uiſceribus ſpargens probata libataq; exta lancibus impoſita aræ ſuperponebat, uiſceraq; detractis extis, flāmis & foculo mictebat, deſuper tus et coſtū. Ea quidē uiſcera licet nunq; abluta elixa perſe fiebant, uinūq; aris poſtea fundebat, & tūc porrici hoſtia dicebatur, perſæ uero ex imolata uictima nihil diis adolent, ſola anima deos contentos eſſe rati. Luſitani quoq; ex hoſtia imolata nihil concidunt, ſed exta perſpiciunt & diuinant. Thiſetæ in Aſia & Argini oſſa uictimæ tantum in ignē mictunt & deflagrant, ipſi autem ueſcuntur carnibus. Apud Aegyptios inualuit mos ut imolata uictima dum ſacrificium ardet, omnes ſe diuerbereant, & flagris afficiant. Quare uerbum Xenophanis phiſici proditur non inuenuſtum, qui cum Agyptios ſeſe cōuerberantes & lugentes in ſacris uidiſſet, admonuit ut ſi deos eſſe crederent quibus ſacra miniſtrabant, ne lugerent, ſi uero homines ne ſacrificarent. Quod fere a Lacedemoniis uſurpatum fuit, ut in adoleſcētes Ephebos circa aras flagris deſeuiāt. Ex reliquis uero hoſtiæ mēbris, cenā apparabant, quibus qui ſacris interfuere ueſci licebat. Græci uero ſatis habent femora hoſtiæ in duo fruſta conciſa igni ſubicere ut ex his holocauſtum fieret, Viſceribuſq; ſuper prunas aſſis prorſus taculo, mox carnibus uero decoctis diſcumbentes ueſci. Quibus ex legis preſcripto portiunculam ad domeſticos afferre, & amicis partes uictimarum impartire licebat, exttaneos autem ad ſacra, adhibere fas non erat, apud Lacedemonios autem in publica uiſceratione primi Reges erant, quibus duplum q̄ cæteris dabatur, priuilegioq; honoris, præter libamina imolatorū quoq; āliarium coria debebantur, Ordeaceaq; pultes libaq; & farra, ac fructuum primitias nō auro uel argento ſed fictili urna et catino, aut Simpullo, uel ligneo Scifo, qui ne carie abſumeretur pice oblitus erat, aut Gucto fagino ſicut Manius Curius, diis prolibare ſoliti ſunt, uetuſtiſſimā religionem qua in deorum ſacrificiis fictilibus utebātur deſignantes, qui pietate religione & iuſtis precibus non cenſu, deos placari putabant. Quippe tunc maxime dii propicii eſſe creditti ſunt cum fictiles erant. Hoſtiaq; imolata & miſteriis peractis, qui ſacris intererāt uiſco & farre appoſito cum rotundis paniceis quas in honore deorum adhibebant, ſtantes ueſcebantur. Siquidem in ædibus deorum & æpulari ſimul & ſacrum fieri ſeruatum eſt. Nam menſæ in ſacris ædibus ararum uicē prebebant. Quibus quidem extis & carnibus ſacrificalibus niſi rite ſacrificio perfecto ueſci nō licebat. Delphis uero aſſuetum eſt, ut imolantes uictimam, excluſis ceteris ueſcantur, ad quam extraneos admictere nefas erat. Cōtra in ſacris Hecatæ in quibus qui ſacrū fecit, de ſacrificio ueſci nō pmictitur. Quæ quidem exta uero aſſa apponebantur ſemper, cum heroicis temporibus non

ueſcerentur elixis. A rictis tamen non uero coſta ſed elixa in olla apponuntur. Alitet ritu prepoſtero ſacrum fieret. Interq; ueſcendum laudes diis canere aſſuerant, his quibus ſacrum fieret, pedibuſq; circum aras pſallere ad numerū, carminaq; & hymnos canere, ac cymbala pulſantes Choros agitare. Fuitq; obſeruatum ut ſacrificantes aras circumcurrerēt, curſum auſpicatia leua dextrorſum quod religioſius putarunt, mox a dextra leuorſum, Cumq; hymnorum plures ſpecies forent quibus pſallebant diis. Hi tamen fuere in uſu frequētes. Hypingos Dianæ, Apollini Pean, & proſodia, Dyoniſio Dictyrambus, Cereri Iulus, Veneri Eroticus, id eſt amatorius, præter quos fuere proſodias Hyporchema & Staſimon. Quod ideo inuentum eſt, ne qua pars corporis religione uacaret, quaſi penitus ſacro numine afflati quodam furore capti forēr. Memphitæ uero in Oſyridis templo dum ſacrificant præter aliorum morem nec canere tibias nec pſallere ſoliti ſunt. Et Græcorum pleriq; cum nulla numinis afflatione ſacrificia perficiunt, ſed animo remiſſo abſq; tibia uel cantu. Contra apud Indos, quibus nulla fuit numinis cōſalutatio uel ſacrificium niſi adhibita pſaltatio foret. In Delo quoq; abſq; pſaltatione uel muſica ſacrū nullum fiebat. Fertur Antoninus Cæſar cum deo Heliogabalo ſacrum faceret, mulieres pheniſſas quæ in orbem curſitarent. Cymbalaq; & organa muſica circum aras pſallerent adhibuiſſe. Et Cybelis ſacerdos cum tinitu Cymbalorum & ſonitu tympanorum ſacrum facere, apud Curetas quoq; nullum ſit ſacrum ſine ſtrepitu & fragore, tympanis una tubiſq; pulſantibus. Re igitur diuina & cerimoniis concelebratis, Sacerdos tunc. I licet ſueclamabat, qua uoce illos qui inter fuerant miſſos faciebat, apud Græcos uero funtus miſterio ſacerdos ſic renunciat λαὸς ἀφίεται quaſi populum miſſum faceret. Si qua tamen myſteria in ſacris inſtauranda forent iniciati manebant profanos autem foras exigebant. Namq; hoc erat uſu frequens ut omnia myſteria ſecreta ſint, ſummaq; in his ſilentii fides habeatur, ſicut in Samotraciis & Eleuſinis. Illud utiq; in ſacrificiis ſeruatū nequaq̄ pterieri, ut mola ſaſſa & farre nō mō frons uictimæ ſed foci cultriq; aſpergātur una. Quodq; imolata uictima ſi non litaſſent, hoſtias denuo augeri iterum ac ſæpius & maioribus hoſtiis ſacrum inſtaurari iubebant, donec inuenta pace deum & propiciato numine rite perlitatum eſtimarent.

Quæ militibus operam in bello nauātibus militaria dona ab Imperatoribus olim dari ſolita fuerint. Caput XVIII.

PRiſcis temporibus militaria dona quæ militibus fortem operam nauātibus in bello a ducibus dabātur. Heminæ uī quartarii farris fuere, unde Adorea laus bellica dicta, Binaq; iugera aut tantum agri quātum uno die circū araſſent, amplißima dona putauere. Præcia enim militiæ hec habita ſunt ma

Universidad de Deusto
Biblioteca

xima, ut poſt exhauſtos labores, milites emeritis ſtipendiis, ſanguine & ſudore partis agris donarentur. Hos enim letiſſimos fructus, uelut opimam prædam laborum periculorumq; accipiebant. Quippe perniciosum ciuem putabant cui bina aut ſeptem iugera nō eſſent ſatis, Præter quæ ut ad decora militiæ magis intenderent animos, quoq; honoratior teſtatiorq; eorum, uirtus foret mercede propoſita. Obſidionalem, Ciuicam, Muralem, Naualem, Caſtrenſem, & aureas coronas, ampliſſimaq; alia honoris genera inuenere, quibus donabantur, qui urbes, Caſtra aut exercitus obſidione liberaſſent, ciuem ue ſeruaſſent, uel primi obſeſſe urbis muros ſubiiſſent. Primus enim. A. Poſtumius dictator ad lacum regillum caſtris expugnatis, magni muneris loco auream coronam dediſſe fertur. Mox ſequti duces militibus ut eſſent re & fortuna auctiores, alias largiti fuere, quas quidē frequenti prætorio egrægiis laudibus cumulatis cum prefatione uirtutum militibus tradebant, apud Græcos, duces in unum coeuntes in concilio agitant, & ſententiis decernunt, quē primum, quem ſecundum, qui depulſas hoſtiū copias longius egerit, & quo prmio aut honore dignus ſit diiudicant. Idq; apud deorum aras in Iſthmo, in clito Neptuni templo, ſumpto ab ara ſuffragio, & ut erant ſententiæ ſic agro et uacatione donare, ac pro merito premia lagiri ſolebāt, apud Indos uero nullo militari dono aut hoſtili preda donabatur miles niſi qui hoſtis caput retuliſſet in caſtra: Sed pre cæteris corona ciuica maxime fuit ornatus, cui cedunt aureæ, murales, caſtrenſes atq; roſtratæ. Eratq; propriū ius ciuicæ, ut illa donatus perpetuo eam geſtare liceret, & ludos ineunti, a populo & Senatu uniuerſo aſſurgeretur, ius ſpectandi inter Senatores, munerum uacatio ſibi patriq; et auo paterno. Precipua uero obſidionalis, tāq; uirtutis p̄ferēs ſpectatiſſimū inſigne eſtimatiōe imenſa lōge p̄cellere credita eſt. Hæc enim ex illo fiebat gramine ubi ciues obſidione eſſent liberati. qua nulla nobilior publica militari lege diffinitur. Quippe cæteras, Impatores aut Duces ſingulis militibus tradunt. Graminea uero uelut multo maximum decus preferens niſi ab uniuerſo exercitu ſeruatori ſuo concedi minime poterat. Ciuica ex Querna fronde fit. Muralis in pinorum ſimilitudinem, Naualis inſtar nauium roſtris, quæ uero Caſtrenſis uelut efficto uallo figurabatur. Hac obſidionali. Q. Cincinatus a Minucio & toto exercitu quod illius opera obſidione liberati fuerant primus donatus fertur. Et deinde. M. Valerius. Cos. contra Sannites. P. Deciū Tribunum militum quod eius conſilio & miniſterio exercitus ex ſaltu anguſto & arctiſſimis faucibus euaſerat, præter Gramineam qua ab uniuerſo exercitu et ſuo præſidio donatus fuit, etiam aurea corona & centum bobus exiimio q; uno albo opimo auratis cornibus donauit. Eadēq; obſidionalis fabio Maximo Imperatori quod cunctando rem publicam & ciues ſeruaſſet, a toto exercitu, Senatuq; & populo, cōmuni conſpiratione et cōſenſu tributa eſt. Et bel

lo Cymbrico

premia ferrent, quæ illis deberentur. Si tamē Regibus fœderatis aut ſociis mictenda dona forent. Scipio eburneus toga picta & palmata tunica cum Sella curuli, frequentia fuere. Erat autem Ceramicus extra Athenas locus in quo deorum hominūq; excellentium ſimulacra & ſtatuas publico decreto erigere, atq; eos qui pro patria occubuiſſent ſepelire, illiſq; erectis tumulis inſcriptiones et Elogia, decretaq; ac titulos apponere aſſuerant, inter quas Chryſippi imago porrecta manu uiſebatur, aliorūq; philoſophorum diuerſo geſtu et modo. Singulis enim ſæpulchris ſingulæ colūnæ affigebantur, cum inſcriptionibus & titulis quos ob ægregia quiſq; facinora meruiſſet, ibiq; uelut monimentis et tropheis celebrata illorum memoria fuit. Alter uero Ceramicus intra urbē locus erat Athenis diuerſorium ſcortorum, cui nomen Caſaliuo, ſicut Græcis Celoſta, & Romæ Sūmemium ubi proſtrabant meretriculæ, quæ pluribus notatæ nominibus fuere. Nam & Sphyntæ, Caſaluades, Lecaſtriæ, Caſorides, & Caſaritæ dictæ, apud latinos lupæ. Poſtea ſequti Cæſares, Centuriones, legatoſq; legionum pro magnis officiis in rem publicam, cōſularibus ornamentis, aut equo publico, non nunq̄ triumphali ſtatua donauere. Quod a Macedodibus antea fuit uſurpatum. Namq; Alexander Macedo centum uiginti equites qui in campis Adraſteis ceciderāt, ꝓpter multa belli decora equeſtribus ſtatuis donauit, illorumq; filios patrum ſtipendia ferre iuſſit. Illud tamen haud indignum eſt quod annotetur. Quod uiri triumphales qui triūphalia ornamenta meruiſſent, præcipuo honoris priuilegio, eadem ipſi dona aliis fortiter dimicantibus lege militari impartiri poterant. Quodq; uigēte hoſte & niſi debellato dona militaria duces largiri non ſolebant. Et licet milites in caſtris perexiguo ad ueſcendum argento uterentur, militariq; diſciplina horridus miles, non celatus auro & argento, ſed ferro & animis deberet eſſe munitus, tamen eiuſmodi dona, quibus uirtutis gratia miles donabatur, ueluti inuitamenta uirtutum, permulcendis militum animis tāti fuere, itaq; animos ad res magnas acuebant, ut his honoribus aucti & confirmati, quiſq; ſuū decus faceret, deſtinarētq; animis uincere aut mori, mortēq; potiuſ q̄ ignomioſam ſeruitutē preoctarent, uitā deniq; & quecūq; pericula nihili penderent.

Deluſiones demonum malorum a multis expertas fuiſſe, qui diuerſis imaginibus homines deluſere. Caput XIX.

NOn eſt profecto fabuloſum quod apud ſanctos uiros authores memorant, ut cum tetris ſpiritibus quos demones uocāt congreſſum habuerint, illoſq; diuerſis imaginibus ac multiplici ſpecie, prope deluſerint, Siquidem noſtra quoq; memoria id̄ eueniſſe cōptum eſt. Nuper amicus meus ſummus, ingenio & fide ſingulari, rem dictu admirabilē hec prodētibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobis ſibi euenisse enarrauit, quod cum credi uix posset, illam multorũ testimonio comprobauit. Se cum apud coniunctissimũ & sibi familiarem Neapoli diuerteret & noctis silentio clamantis de uia, & opem implorantis uocẽ hominis audisset, cum accenso lumine accurrisset, ut quid rei esset inquireret, ibi demonem & dirũ quoddã numen tetra & horribili specie cõspexisse, qui Iuuenem quempiã clamantem & reluctantẽ in uia infestis manibus inuadere quærebat, quo conspecto, cum miser ille ad ipsum quem prope uidebat accurrisset, & ne apprehenderetur quanto poterat nixu ipsius uestem & manũ apprehendisset, se diuino sepius aduocato numine. Cum multum diuq; frustra fuisset reluctatus, uix tandem demonem abegisse, quo demum abacto. Cum Iuuenem animo consternatum in domum recepisset, nunq; quod se dimicteret aut pallium relaxaret, efficere quisse, tantaq; eum torpedo inuasit, ut mente euicta sui compos non esset, cum sibi prorsus representari & ante oculos obuersari illa species uideretur. Tandem ad se redditus, rem quo pacto se habuerat enarrauit. Constabat enim prauis illum moribus & inciuilibus cũ dei contemptu diu uixisse, in parentesq; tunc iurgatum, contumelias & intoleranda probra dixisse, deuotionibus execrationibusq; diris ab his agitatum abiisse. Sed ne cui hæc uana uel ficta sermonibus uideãtur, Author est Thomas monachus homo minime malus cuius ego fidem probitatẽq; pluribus in rebus expertus didici, qui serio mihi retulit, quod cum in monasterio & sacris ædibus quæ in lucanis montibus sunt, cũ pluribus iurgatus foret, et post imodica conuicia & rixas, animo perturbato inde se proriperet, Cum per nemora iter solus intenderet. Speciem hominis uultu tetro, nigra barba promissis tunicis, uultu aspectuq; deformi & sæuo, obuiam habuisse, quem cum cõpellaret, quid ille solus per deuia errabundus incederet. Dixit equm quo uectabatur amisisse, atq; in proximos campos illum euasisse credere. Cumq; per sinus inuios equm una quæsitum pergerent, ad profluẽtem in cuius alueo gurgites magni & formidabiles redundabant, deuenisse. Et cum monachus ut a qua traiiceret calceos sibi eximere appararet, illum magnopere coegisse, & tãdem peruicisse, ut super spatulas suas ascenderet, potiusq; a se qui corpore maior erat, uectaretur, qui uix acquiescens, cum super illius spatulas ut succollaret monachus ascenderet, illeq; iam aquam ingredi appararet, dũ uada exquirit, illius pedes, non humana sed tetra & deformi specie conspexit, quo animaduerso, horribili terrore pereitus: deum ut sibi presto adesset, acclamauit. Mox demonẽ & diram illam speciem, diuino audito uerbo, stridore querulo & ui maxima quanta dici potest, ita e conspectu abiisse dicit, ut iminentẽ quercũ ingenti impetu collisserit, ac perfractis ramis funditus euerterit. Ipseq; consternatus, atq; exanimis diu iacuerit. Credebat enim quod a uero non aborret nisi preuidisset, illum in rapidissimos uortices, & uoragines fluminis prealtas, se fuisse necaturum.

Sed pre omnibus quæ audiuerim, aut uiderim res est admiratiõe digna, quã recenti memoria, cueniisse comperimus Romæ. Quippe nota res est, cum apud Gabios quidam infimæ sortis & obscuris natalibus adolescens uesanus et furiosus, cuius praui mores & uita facinorosa fuerat, in parẽtem grauibus uirgiis conuiciatus foret, post iurgia imodica cum furiis agitatus aduocato de mõe cui se deuouerat, homo ille improbus & impurus, furore cecus & amẽs discessisset, & Romam petere cepisset eo consilio ut aliquod dirum facinus in patrem moliretur, dum iter faceret, demonem facie hominis truculenta, sordida barba & capillo, uestecq; obsoleta & squalida obuiam habuisse, quo cum simul pergerent, illum interrogasse luuenem, quem animo anxio & sollicito uidebat, quid tam tristis incederet, atq; ille, cum quid sibi iurgii cum patre fuisset, quodq; aliquid sceleſti facinoris patrare cuperet, respondisset, demonem illum se quoq; simili casu percitum fuisse dicere, pro inde pergerent & suas iniurias ulctum irent, Cumq; nocte appetente ad urbem applicuissent, in proximo hospicio diuertisse, atq; in cubiculum quod a Caupone utriq; exhibitũ fuit haud multo post, cubitum iuisse. Cumq; una cubarent, pestem illam in manẽ. Cum illum somno oppressum uideret, infestis manibus iugulum hominis apprehendisse ut elisis faucibus necaret, quem tam oppressisset, ni expergefactus ille, dei opem & auxilium aduocasset. Quo audito furiam illam terrimã stridore & tumultu maximo, tantoq; impetu cubiculum unde euasit dicit collisisse, ut tigna & tectum euerterit, tegulasq; penitus perfregerit. Quo strepitu, cum magister hospicii excitatus surgeret, & quid ruinæ & strepitus esset inclamaret, allato mox lumine, rem sicutierat adolescens ille quem solũ et seminecem inuenerat enarrauit, tectumq; collisum et perfractum, unde demon e conspectu abiit demon strauit. Quo malo perterritus, cum suæ turpitudinis & ante actæ uitæ non solum pigeret sed puderet, diuino afflatus spiritu, perosus scelera, boni exempli & procul a populari tumultu, uitam egit. Multas quoq; malorum demonum illusiones, perspæpe apud sanctos uiros fuisse legimus quas nostra non semel uidit etas. Quibus salutaribus exemplis admonemur ut premuniti aduersus illorum insidias simus, qui nobis inimici infestiq; sunt, & tanquam in specula quotidie in insidiis stant, neue desides & ignaui concepta opinione populari illorum qui ista minime credunt, in aliquod discrimen dilabamur.

Quando dies tam apud Romanos q̃ exteras gentes incipiat, Et qui dies atri qui ue fausti sint. Caput XXI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PEruulgatum fere eſt. Egyptios & Athenienſes, diem a Solis occaſu facere & ad alterum occidentem terminare. Itaut quod ſpacii interduplicem occaſum fuit, integrum diem putarent, Perſæ et Babylonii contra, nam diem ab ortu ſolis incipere, & ad alterum terminari dixerunt. Vmbri & Hetruſci a ſexta hora ad alterius ſextam, Romani a media nocte ad mediam ſequentem, ita quod inter duas dimidiatas noctes temporis fuit, integrum diem facerẽt. Vulgus omne ab oriente luce ad tenebras. Galli & Germani ita ſunt metiti diem, ut temporum ſpacia non dierum numero, ſed per noctium uiciſſitudines computarent, noctesq; diebus ante ferrent. Ipſi enim noctes ante diem fuiſſe arbitrati ſunt. Fertur Solon Atheniẽſibus ſuaſiſſe, ut nõ ad Solis ſed lunæ meatum dies & tempora dinumerarent. Thebei uero contra, nam dies non ad lunæ ſed Solis curſum metiti ſunt. Fuitq; tam Græcoꝝ quã Siculorum mos, in primis curare ut ſui dies mẽſeſq; cum ſolis et lunæ ratione congruerent, & ſiquid diſcreparet tunc unum diem aut biduum ex ſingulo menſe adiicere uel adimere. Dierum uero quidam fauſti & agẽdis rebus felices, quidam atri & triſti omine infames habiti, quibus aliquid moliri, aut nouæ rei inceptare cuẽtus exicialis erat. In his, exercitũ cõſcribere, legiones educere, manus cũ hoſte conſerere, ſponſalia inire, peregre ꝓficiſci, aut quicq̃ publicæ uel priuatæ rei moliri, ĩceptũ fœdũ & exiciale eſtimarũt. Obſeruatumq; fuit ut qui hoſtes bello tẽtare uel acies eo tẽpore cõmictere curarent, rem in nõ mediocre periculũ diſcrimẽq; adducerẽt, magno poſtea exitio conſequto. Fuiſſe autem atros duxere dies, poſt Idus quintiles ad xv. Kls. ſextiles duplici clade inſignes, quo ad Cremeram fabii cæſi, & quo ad Alliam fœde Romani a Gallis fuſi fugatiq; fuere. Quibus grauiter afflicta, & in extremum diſcrimẽ adducta Romana res fuit. Quare Vitellio Põtificatum Maximum adepto. quod diem ad xv. Kls ſextiles cerimoniis publicis ſacram concilio edixiſſet, dirum omen fuit. Qua calamitate doctus populus Romanus illum diem, nullius publicæ uel priuatæ rei inſignem & notabilem fecit. Cuius exemplo etiam poſtridie kls, Nonas, & Idus, menſis cuiuſq; religioſos & ominales, ac infauſtos putauere. Propterea quod maximis cladibus & infandis contumeliis populum Romanum tunc affectum fuiſſe liquet. Dies quoq; manibus ſacros, cum mundus patere dicitur, quibus occulta deorũ maniũ ſacra apparent, plericq; omnes ueluti atros & ominoſos obſeruarunt. Illoſq; uelut fœdi exitus, & ancipitis fortunæ deteſtati ſunt. Hi fuere dies poſtridie uulcanalia, & ante tertio nonas Octobris, & ante ſexto Idus nouembris. Etiam menſe Maio dies quibus Remuria celebrantur, ut occiſi Remi umbra placaretur, & nonis Iulii quæ Caprotinæ dictæ ſunt, qua die Romulus apparere deſiit. Et dum feralia ſeu parentalia diis manibus fiunt, ac impuris diebus

quibus ancylia non dum condita in templo Martis erant, tam nuptiis quam itineri ominoſos exiciales, & euitabiles duxerũt. Et quia ante quarto nonas ſextiles populus Romanus ardẽte punico bello ad cãnas inſignem cladẽ paſſus fuit, etiã ante quarto nonas Kl̃as & Idus cuiuſq; mẽſis, ueluti triſti euentu infelices, pari ſuperſticione, deuitarunt. Feriis quoq; latinis ſatis uel cõmunibus, aut Saturnalibus ac diebus feſtis & ſacris, ludiſq; publicis, licet fauſti feliceſq; forẽt, tamẽ prælium cõmicti, uel rei militaris delectum haberi, aut quoq̃ peregre proficiſci, tanq̃ piaculari die ominoſum erat, dirum atq; peſtiferum. Præter hos fuere dies profeſti, faſti, interciſi & preliares, quia feriis publicis q̃buſdam, hoſtem laceſſere uetabatur. Quippe diuiſa tempora uoluptatis & laborum, remiſſionum & curarũ Romani ueteres habuere. Profeſtis enim diebus, quaſi procul a religione, rem publicam & priuatam gerere licet, quia comiciales comperendinos & preliares continent. Comiciales fuere, quibus cum populo agi licebat, concilio coacto niſi ſi quæ feriæ cõceptæ eſſent, quibus nõ liceret. Comperendini quibus uadimonium dicere et uadare permiſſum, fuitq; animaduerſum in profeſtis etiam faſtos contineri, quibus fari ius erat, Feſti uero dies diis dicati fuere, in quibus forenſibus negociis omiſſis. Sacrificia, feſtas, ludos, æpulaſq; ſolẽnes celebrare, ac inter uota & ſacra, fauſtaq; omnia uerſari, uerbiſq; profanis abſtinere conuenit. Interciſi autẽ dicti, in quibus deorum ſimul atq; hominum res agere licet. Nam mane & ueſpere fari inhibetur, medio tempore inter cæſam hoſtiam & porrectam fari permictitur. Faſti etiam dies in quibus ius fatur id eſt dicitur, nefaſti in quibus non redditur ius nec fari licet. Profeſtos etiam dies, qui erant ante faſtos, non nulli dictos uolunt. Idus quoq; martias quod illis C. Cæſar coniuratorum manibus ceſus occubuit, placuit parricidium uocari, ideo inter atros & ominoſos receptæ. Quotieſq; incurrente anno dies cepit, qui adiectus mũdinis foret, totum annum luctuoſis caſibus & diro euentu infelicem incurrere opinati ſunt. Prodidit tamen memoriæ eſt. Statas dies anni infelices aut fortunatas apud uarias gentes pro multiplici euentu non una ratione obſeruari. Siquidem Caledonii, cuiuſq; menſis uigeſimam primam diem funeſtam & portẽtoſam habuere quod illa Darii præfectus, ipſorum pueros caſtrauit & in perſidem miſit. Parthi diem qua arſaces Seleucum uicit tanq̃ Iniciũ libertatis, fauſtum feliceq; obſeruarunt. Cyrus diem qua Scytas & Sacas clade afflixit, adeo feliceꝫ habuit ut eam Sacham appellarit. Sicut Aſiani feſtam diem mutiam nũcuparũt, qđ Q. Mutius aſiam ſingulariter rexerat. Atheniẽſes quartã Necathomueonis qui mẽſis erat Soliſacer, duplici uictoria inſignẽ uelut fortunatã obſeruandã preceperũt, qua ad leuchras & Geraſtrũ feliciter pugnatum eſt. Idẽ quartãdecimã Boedromonis aut ſecũdũ Boecios ſextã & uigeſimã panemi mẽſis qđ Artabazũ & Perſas e Græcia fugarũt felices habuer̃, qua die

Universidad de Deusto
Biblioteca

liberatori Ioui uictimas cedūt & sacrū faciūt, Persæ uero tertiā & sextam mēsis Vordromionis tanq̄ lugubres & defamatissimas deuitarunt. Quibus diebus in pugna marathonia & ad plateas & ad Michalē, a Grecis conflictati & magnas Clades perpessi sunt. Qui etiā diem qua magi qui regnum occuparāt interempti sunt, tā solemnē habuerūt, ut illā Magaphoniā, hoc est magorum occisionē appellarent, qua die nulli magoꝝ extra limen prodire fas est. Mensis quoq; Targelion plerisq; manifestū ifortuniū fecit. In quo Alexander Macedo apud Granicum Duces regis Targilionis et Dariū clade afflixit. Et Carthaginēses a Thimeleone in Sicilia uicti, fusi fugatiq; fuere. Contra uero sextus Targellionis dies multis auspicatissimus erat. In eo enim Socratis natalis dies proditur fuisse, & Alexandri Macedonis, qui qua die in lucē ædi tus eadem uita funtus fertur. Sicut de magno Pompeio qui altera post natalem suum die, & Actalo qui ipso natali die morte sublati fuere, proditum est. Quam diem Ppilippus Macedo ut letam & fortunatā mirifice obseruauit, quod triplici gaudio delibutus fuit. Nam quadrigas suas ea die olympia uicisse accepit. Et Parmenionem ducem hostes fudisse. Natūq; sibi Alexandrū filium fuisse. Qua nocte deflagrasse templū Dianæ Ephesie authores memorāt, ab Herostrato incensum, ut famā nominis scelere propagaret. Qua etiā die iterum Persæ ad Plateas ingenti clade superati traduntur, atq; Ideo exuoto Milcyadis capras trecentas Athenienses quotānis imolare. Ipsi quoq; Carthaginenses nonum diem mensis Methathgitnionis pluribus calamitatibus inuisum & detestabilē habuere, qua magnis infelicitatibus & infortuniis oppressi sunt. Contra uero Syracusani quartam supra uigesimam mensis Maii quē illi Carniū uocant. Quod Athenienses cum toto exercitu ad Asynaram flumen, memorabili clade profligarant, præcipue felicem habuerunt. In qua re proditum memoriæ est. Thimeleontem Syracusanorum ducem p̄cipuas uictorias semper Syracusanis natali suo dedisse, adeo ut ipsius natalis diē, omnes Siculi uelut multiplicis uictoriæ authorē festū agerēt, sicut de Iulio Cæsare proditur qui Idus Iulii natalē suū fortunatas semp habuit & felices, Xerxes uero diē qua Rex dictus fuit, tanq̄ Imperii natalē, singulis ānis insignē celebrauit, qua dyademate ornatus, gaudio delibutus cenā ꝓceribus dabat, cui Tytā dixere nomē, fuitq; adnotatū diē qua Alcybiades Athenas ab exilio remeauit, certissimū illi p̄signasse exitiū qđ funesta tūc colerētur sacra, qua templi ornamēta deponere. Pauimēta tegere et Iusticio indicto a negociis qescere, mos erat. Sicut quitadecima Iulii mestissima fuit, qua mulieres Athenis ieiuniū seruāt, & cū sacra Adonia celebrāt, & apd Romanos vi. kls Aprilis, quo die cultores matris deū plāgere & lamētari icipiūt. Augustus uero mirū imo dū obseruauit, ne postridie nundinas quoq; ꝓficiscerētur aut nonis quicq̄ rei serie inchoaret, quod illas infortunatas multis fuerat expertus exemplis, apud

Cretenses obseruatum est, ut albis lapillis letos dies, lugubres nigris calculis adnotarent, Idem apud Thraces. Romani quoq; quid quaq; die lucri dāni ue feciſſēt litteris designabāt, quæ Ephemerides dictæ. Nam uetusti moris erat unū quemq; domesticam rationem totius uite suæ, per dies singulos adnotare, Cæsar autem in consulatu diurna acta Senatus & populi publicari mandauit, testātia siue letum quid siue triste cecidisset. Fuitq; ex dignitate populi Romani, res illustres semper annalibus, quottidiana uero diurnis actis mandare litteris. Sed tam & si arebus arduis ominosa dies deterreat, non nullitamen, omnem hanc religionem ludificati sunt. Prosperoq; euentu contra uulgi opinionem minime obseruandam censuerunt. C. Cæsar cum admoneretur ne ante brumam copias in Africam transmicteret, nulla relligionis cura feliciter transmisit. L. etiā lucullus Cū cōtra Tigranem duceret legiones, nulla fuit religiōe motus, quin pridie noñ. Octobris (quæ dies atra forte inciderat) cōtra inumerabiles parthorum copias, prelio decerneret, asserens se ex atro & lugubri felicissimū illum diem facturum, nec euentus defuit, nam prælium ingressus parua manu ingētes hostiū copias incredibili felicitate superauit, militesq; imperiū auspiciūq; sequti suū memorabili uictoria Tigranis regia & regno pariter potiti sunt. Dion quoq; Syracusanus cū contra Dyonisiū moturus luna eclypsim pateretur & tota delitesceret, nullo prodigio aut ostēto moratus fuit, quin iecto tyranno, crudeli dñatu Syracusas liberaret. Quod de Pelopida dū contra Alexādrū phereū ducit & aliis memoriæ proditū est, Romulo quoq; licet felici augurio nato, in ortu tamē & obitu solē de fecisse dicūt. Alexāder uero Macedo cū ducturus cōtra Dariū luna Eclypsim pateret & ob id milites trepidarēt, Aegyptios asciuit uates, causasq; defectiōis expromere iussit. Qui dū contra Persas dimicaturus Iunio mēse exercitū duceret, qđ apud Macedones luctuosum erat, contempta religione feliciter dimicauit, asserens mensem Iunium, secundum Maium appellari iussisse. Sunt tamen exempla Romanis, eandem diem luctuosam & mox felicem intereedentibus ānis euenisse. Nam qua die Crassus magno dedecore profligatus a parthis cesus fuit, eadem licet aliquot decursis annis, Ventidius Pacorum & Parthos singulari uictoria magnis cladibus interfecit. Et die qua a Cymbris profligato exercitu Romani cæsi fuere ingenti clade, eadem postea lucullus cōtra Tygranē & Armenios quos magna cede debellauit & castris exuit gloriā tulit insignē. Augusto quoq; octauio. Idē dies susceptī imperii primus & uitæ supremus fuisse traditur. Quod uero fuluio cōtigit, ut qua die priore anno ex prætura triumpharat, eadē postea de liguribus bello uictis triūphans urbem iniret. Græci quoq; qua die ad plateas cōtra Mardoniū feliciter dimicarūt, eadem, licet intercedentibus ānis ad Mycalē uicerūt. Sed Sciēdū populū Romanū quoties hostiū uim propulsarent, aut illatam iniuriam lacessiti depellerent, quo minus arma

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumerent & hostibus obuiam irent, nulla religione teneri, atroscp & cuitabiles dies nullos censere. Illoscp tantum obseruare, cum inferenda in hostes arma, non propulsanda forent. Feriatis enim diebus, uim cuiq; inferre piaculare est, propulsare non utiq;. Illud etiam succurrit ad viii. Kl̃as Aprilis Romanos lęticiæ diem colore, quem Ilaria nuncupant. Quo tempore Sol Zodiaci peragrato spacio, per omnes signorum stationes ad nos reuertens, lõgiores noctibus efficit dies, quibus festa solẽnia & ludos publicos ac dies ilares concelebrant, quo mense mulieres Veneri sacrum facere, & myrto coronatas lauare tradunt, Athenis, lunæ Ebdomadibus festos agere dies & Iuuenes conuiuari solemne fuit. Apud Indos erat patrius mos, ut cum dies primum augeri incipiũt, Rex cum Regio comitatu ad flumen lauaturus accedat, equoscp & nigros tauros diis immolet, ueluti felices & fortunatos. Ipsi enim nigrũ albo prętulerunt & sanctius duxerunt,. Quodcp Sextilibus Kl̃is ex ueteribus domibus migrare & nouas incolere Romani consuerant. Illaeq ueluti boni euentus & fortunatas obseruarunt. Necp preterierim, diebus atris & infaustis Põtificum iussu, non modo a bellis gerendis & rei publicæ cura, sed a rebus diuinis & sacrificiis deoꝝ supersederi iussum. Quippe diebus inauspicatis & ominosis nullum sacrificium rite fieri Pontifices putarunt, nisi ordæ hoc est p̃gnãtes immolarentur boues, quare ordales dies nũcupati. Romanoscp a primis originibus ad primum punicum bellum ortus tãtum & occasus dierum, postea meridiem accenso pronũciante notare consueuisse, Aeuo postea subsequẽte diẽ in horas, noctemcp in uigilias diuisisse, ita ut maximã diem in duodecim minimã uero in decem horas partirentur. Noctem uero ita metiti sunt, ut modo in horas duodecim, nunc in quattuor uigilias etiam longissimas noctes facili diuisione distinguerẽt. Vesper, conticinium, alis intẽpestatem, Gallicinium & luce ferum, sicut in ternas horas singulas uigilias pensitarent. Diem uero in luciferũ, Mane, ortum, meridiem, & occasum. Tam & si diem simul & noctẽ, non nunq; in horas uiginti quattuor dimẽsas, ueteres obseruasse legamus. Horamcp balnei hieme nonã æstate uero octauã fuisse. Ipsamcp umbris postea Clepsydris notare consuesse, ita ut tribus Clepsydris aut paulo plus hora finiretur. Horarum quoq; duo genera fuere, namcp ex his quædam æquinoctiales. Isomerinæ dictæ, quæ pro qualitate temporũ licet uniformes essent, diẽ a nocte dissimili numero uariarunt. Aliæ tẽporales seu uulgares quæ a Græcis Cercæ, quibus singuli dies estu pariter atcp Hieme, duodenis horis contiñetur. Solaria enim antiqui eo libramento habuere distincta, ut Sexta dei hora meridies, noctis quoq; sexta hora media nox designaretur. Cum enim lege naturæ, radii solares alii hiberni alii æstiui sint, ita umbræ aliæ equinoctiales aliæ æstiuæ, aliæ hibernæ fuere. Erant enim horologia ita figurata, & ea finitione descripta uti æquinoctialis brumalis & solsticialis dies, in partes duode

cim assidue diuisus foret, horascp pro qualitate temporum & dierum, modo maiores nunc minores, non nunq̃ crescentes, aliquãdo breuiores ostenderẽt, quod cõmentum Anaximenes Milesius excogitasse dicitur primus, quas qui dem enũciare Romanis puerorum munus erat. Sed quia de balneis mẽtio facta est, non omictendũ balnea apud maiores nocte aut ante auroram nulli patuisse, utcp sine metu cuicp lauare liceret, a primis tenebris ad auroram sequentem clausa fuisse. Siquidem noctu lauare ueteribus interdictum erat. Hadrianus uero Cæsar ante octauam nisi ualitudine laboraret publicis balneis nemi nem admisit. Tempuscp lauandi a meridie ad uesperam destinauit, quo tempore prostrare meretricibus permissum. Alexander postea Seuerus nequid populo incomodaretur, nocturna concessit balnea oleo pro luminibus prebito, quæ cum antea promiscua essent uiris æque & mulieribus, ipse post Antoninum philosopum lauacra mista summouit, sæpecp cum populo in thermis una lauit, quod de. T. Vespasiano legitur, ut plerũcp in thermis, admissa plebe lauaret. Et licet a primis originibus, cum pauca essent balnea & nullius cultus. Romani raro lauarent, brachiacp & crura labore fatigati tantum abluerent, et toti nisi nundinis lauarent. Tamen post aliquot ætates balnea & thermæ publicis usibus, multimodæ fuerunt, magna mole & sumptu cõstructæ Alexandrino & numidico marmore, latis specularibus, mira celatura & arte. Nam præter Agrippinas, Heronianas: Vespasiani & Titi, celebrantur Domicianæ, Alexandrinæ: Gordianæ: Seuerianæ: Aurelianæ, & Constantinianæ: solidissima structura & sumptu profuso. Constatcp M. Agrippam ut populo placeret, centum septuaginta balnea seu lacus in prouinciarum formam, Romæ gratuita prebuisse, in quibus & si calda prius abluerẽt, postea ut a balneis corpora multa frigida stringerent, constitutum ferunt, nec prius ungi nisi lauissent, cũcp pro singulis olim daretur quadrans. Diuus Antoninus ob populatem gratiam balneum sine mercede exhibuit. Cõmodus uero Impator, tãto studio balnea p̃sequutus fuit, ut septies atcp octies diebus singulis lauaret. Q d̃ de Gordiano et Gallieno p̃ditum est, q æstate quinqes Hyeme uero bis in die lauere. Illud certe satis cõstat, Cartaginẽsibus distincta fuisse balnea patriciorum & plebeiorum, moremcp preualuisse, ut in quibus patricii lauabant ad illa plebei non accederẽt. Græcis uero contra, nulla enim distinctio ordinis fuit, aut personarum. Diuites namcp cum pauperibus lauare & patricios cum plebeis nullo discrimine licebat. In quibus tanta plerũcp hominum cuiuscp ordinis cõcurrebat turba, ut balneatores si uulgi maioribus ingrueret, perteſi frequentiam, ęraꝝ granum quod uertigines facit, carbonibus inũcerent, ut tedio odoris diffugerẽt, Germani uero nõ in balneis sed fluminibus lauabant. Ideo nandi periti et summi urinatores habiti Si quando tamen lauarent balneis, calda abluebantur, lautiq; uescebantur. Dardanis & Illyriis ter solum lauare per

Universidad de Deusto
Biblioteca

mictitur.primo ſcilicet natali die.Secundo in nuptiis.Tertio in obitu cuiuſq;, Luſitanis frigida tantum lauare licet.Sicut Sparthanis quibus,calda corpus abluere uetitum eſt,quos cum Apollonius Thianeus molles & unguẽto delibutos uideret,aduocatis Ephoris balnea interdixit,ſenectam hominũ calida approbans balnea.Cumq; Epheſii balneis prepoſitum lapidibus appeterent quod illa non calefeciſſet,ſummopere reſtitit cum frigida lauare ſatius duceret.Ethiopes Macrobii fonte abluuntur in quo loti, perinde ac oleo, uncti membris agiles fiunt,& uiolam olẽt.Scythæ nullo fonte lauãt.Sed uxoribus aquam fuudentibus,corpora ſcabro lapide conterunt.Cupreſſo Cedro et Thuris ligno confricantes.Aſſyriis licet lauare diebus ſingulis peculiare ſit, tamen a coitu & in morte precipuũ. Apud Celtiberos uero obſeruatum eſt, ut in balneis non aqua ſed locio diu ſeruato lauent, denteſq; & Gyngiuas pumicent,quod & Cantabri factitarunt,hanc optimam curationem,& exhauſtis uiribus mire proficere arbitrati.

Locus Martialis in diſtichis elucidatus,in quo pleriq; interpretes Grammatici lapſi ſunt. Caput XXI.

Nicolaus Perottus Sypontinus præſul homo fuit accurato ingenio & lectiõe multa exercitus, cum Domicius Calderinus uir ut in ea tẽpeſtate doctus,& emulatione doctrinæ & morum diſſimilitudine oſum habebat, iurgüſq; & cõuiciis apud ſuos ſectatores plerũq; inceſſebat. Sepiuſq; apud ſtudioſos in inuidiam illum crimenq; uocabat,& ut ſunt,fere ingenia, in explicandis authoribus ſiquid in controuerſiam ueniret,uterq; potius,quo pacto diuerſus ab altero, diſſentiret, quam quid ueræ lectionis eſſet rimabatur.Cum autem in Scholis Romæ eodem tẽpore Martialis apophoreta publice lectitarent.Cuius hoc diſtichon fuit.

In precio ſcopas teſtatur palma fuiſſe.
Ocia ſed ſcopis nunc Analecta dabunt.

Ita iſtos uerſus uterq; interpretatus eſt, ut poſt multa deblacterata uerba uix aliquem ſenſum illorum dictis elicere queas,cum modo mendum in uerſu poſtremo fuiſſe alter aſſeueret & pro ocia precium poni oportere,modo aſarota non aba,priuatiua ſed intẽtiua dicta eſſe affirmet.Alter ita pleraq; nugalia iurgiis & maledictis plena effundat,ut equidẽ ſingula enarrare & referre pigeat. Qui uerſus ſi penſitati recte fuerint,abſq; multo uerborum uolumine,plani expeditiq; fient. Cum enim Analecta reliquias eſſe ciborum qui e mẽſa cadũt in pauimẽtum nemo dubitet,ipſaq; purgamenta cenæ quæq; euerri ſolent,in pauimentis ueluti ibi relicta eſſent e paruulis minutiſq; teſtulis, per calculos colore diſtinctos

colore diſtinctos opere lytoſtrato ita effingi ut uera uideantur Plinius author ſit,atq; ideo Aſarota quaſi inuerribilia dicta,quippe cum σαῤῥω grece ſcopa dicatur. Non abre,ipſa nunc analecta ſeu purgamenta,ocia ſcopis dare author affirmat.Cum ea in pauimento e paruis teſtulis efficta,talia forent, ut ſcopis euerri nullo modo ualeant, et ideo ocia ſcopis dare neceſſe ſit,cum his euerrendis nullus ſcoparũ uſus foret.Ipſi uero pertinaci odio diffidẽtes,nõ quæ effingi ſolebant purgamenta cenæ cogitarunt.Sed de ueris analectis & reliquiis cenarum diſceptantes quæ cadunt e menſa, in aſſequendo authoris ſenſu multipliciter laborarunt. Depicta ergo qurgamenta cenæ ita ſolo horere dixit, ut ocia ſcopis dare neceſſe foret, quem ſenſum ita expoſitum,aperte liquere,neminem fallit.

Exempla legis Iuliæ & papiæ quibus quæ lege Iulia indulcta erant, lege papia fuere prohibita. Caput XXII.

Quod lege Iulia de maritãdis ordinibus apud ueteres cautum fuit,ut hi quibus uigor Iuuenilis foret, primo flore ætatis ad uxores ducendas, liberoſq; educandos propagãdumq; ſobolem non ſolum premiis inuitati,ſed pena deterriti cogerẽtur. Id lege Papia & Pompeia certo ætatis gradu interdictũ erat. Quippe Sexagenariis & ſupra eam ætatem ducere uxores, fuit, hac lege uetitũ, Turpe enim uiſum eſt,& foediſſima res ſenectuti,ut quibus ad eam ætatem ſors liberos dediſſet, aut celibes uixiſſent,his quaſi emeritis etate effecta,aliunde liberos quærere libido foret.Hanc poſtea legem Claudius Cæſar abrogauit.Nam ſexagenarios & ultra, liberos gignere,& prolis cauſa ad coniugium admicti decere arbitratus eſt. Rurſus quod eadẽ lex Iulia cauit,quod ſi liberta quæ patrono nupſit eo inuito ab eo diuertiſſet, nõ modo poſt diuortium alii uubere inuito patrono prohibetur, Sed patroni coniugium,ita lex tutata eſt & ratum habuit, ut eo etiam uolente alterius coniugii facultatem eripuerit,id etiam lege Papia inhibitum fuit. Siquidem Senatorẽ eiuſq; liberos libertinas duxere uxores perpetua conſtitutione prohibuit,ita ut intra uirum Senatorium & libertam, aut libertini ſtatus mulierem nullũ matrimonium cenſuerit eſſe, Senatorium uidelicet ſanguinem, libertino admiſtũ quaſi contagio pollui arbitrata.Eademq; lege Papia,certa delatoribus premia conſtituta ſunt. Nam cum facinoroſi & perditi homines clandeſtina facinora admicterent quæ ad aliorum perniciem & cõmune tendebant excitium utileq; uideretur plures delatores eſſe,qui offenſas ſpecularentur in principem, neqd impune perditiſſimi homines moliri poſſent, delatoribus certa premia conſtituit,eaq; cũ dimidiũ illatæ mulctæ antea fuiſſent.Nero princeps delator licen

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam uolens comprimere eadem premia ad quartas reuocauit, quare quadruplatores dicti quod quartam partem de proscriptorum bonis quos detulerãt, consequerentur, Tiberius uero Cæsar causa peæcipui quæstus tantum delatoribus tribuit, ut nemini fidem abrogaret, siue quid ueri siue uani referrent. Nã ebriorum sermo excipiebatur, Simplicitas iocantium, & quodcumq; dictum capite & fortunis luebatur, adeo ut capitale esset, circa Augusti simulacrũ seruũ cecidisse, uestem mutasse, effigiemq; impressam nũmo uel anulo latrinæ aut lupanari intulisse, dictũ factumq; eius aliqua estimatione lesisse, ita ut primores Senatus & magna hominum uis, infimas delationes exercerẽt. Cumq; Senatus de premiis accusatorum abrogandis aliquando agendũ putaret: Tiberius dictitans iura subuertisi custodes legum amouerentur, tantum licẽtiæ delatoribus dedit, ut plericq; criminis postulati ante iudicium suppliciũ preuenerint. Vitellius quoq; delatos mathematicos inauditos capite puniuit. Domicianus dum rapinis intendit animũ ita aures delatoribus patefecit ut nihil cuiq; tutum esset, delatorq; delatorem timeret, & causidici causarum actionibus post habitis, ad delationes se conferrent. Quod de Constantino traditur, ut delatores omni tẽpore admicteret, eosq;, ingenti studio foueret. Nõ sic Vespasianus & Titus, qui adeo illos insectati fuerunt, & odio prosequti uelut publico exitio destinatos, ut flagellis cæsos per amphitheatri harenam spectandos traducerent, ut penis coerciti a noxiis deferẽdis abstinerent. Pius uero Antoninus delatores si non probarent, capitali pena affecit, si probarent oblato premio dimisit infames, Idem factum memoratur de opilio Macrino Imperatore ut delatores minime admicteret, sed undiq; conquisitos penis & dãno mulctaret. Fuitq; ueteri sanctione cõstitutum, ut neq; mulieri neq; dãnato criminis, neq; militi aut ueteranis, neq; uiris clarissimis ob dignitatem criminosum deferendi licitum esset, Fertur Dionysius Tyrannus, cum in ciues nullo placatiore animo esset. Sagogidas dispositos habuisse qui singulorũ dicta factaq; referrent. Circa patroni quoq; ad bona liberti admissionẽ & patronatus iura eadem lex satis Cõmode prouidit. Nam si libertus cui centũ millium sextertiorum census fuisset, duos unum ue liberos post obitum reliquisset, ad uirilem bonorũ partẽ patronum admictebat. Si uero tres aut ultra haberet filios superstites, nihil ex bonis liberti hac lege patrono debebatur. Fuere quoq; & alia legis Papiæ salubriter constituta, inter quæ ut uiginti uestales uirgines quæ sacri & æterni ignis peremnem curam agerent, Pontificis Maximi scitu ad sacerdotium eligerentur & cooptarentur. Vtq; nemo ad honores magistratus ue admicteretur nisi ciuis effici aut ciuitate donari ãtea meruisset. Propterea M. Perpennæ probrum, obiectum fuit, falsoq; Cos. fuisse creditus est, quod contra legem Papiam, priusq; admicteretur ad ciuitatẽ. Cos. factus fuit. Procedente mox tempore, cum ius ciuitatis passim & sine delectu

etiam infimæ

etiam infimæ sortis hominibus daretur. Idq; fœdum neq; ex imperii maiestate uisum foret. lege papia cautum est ut peregrini urbe romana uti prohiberẽtur, ad eamq; alienigeni non admicterentur. Sed quamuis lex Iulia libertinarum coniugia priori cõstitutione admiserit, lapsis postea temporibus eadem lex. libertinas, & ludicram aut scenã exercentes Senatorio uiro admiscerigrauí pena interdixit, Videlicet ne Senatorius ordo cõtagio libertinarum polluretur. Verba ex ea lege hæc sunt. Qui Senator est, qui ue filius nepos ue ex filio pro nepos ue ex filia natus cuius eorum est erit ue, nequis eorum spõsam uxorem uesciens dolo malo habeto libertinam, aut eam quæ ipsa cuiusue pater materue, artem ludicram facit, fecerit ue, sponsa nuptaue sciens dolo malo esto. Neue quis eorum dolo malo sciens, sponsam uxorem ue habeto. Hactenus lex Iulia. Post aliquot uero ætates, Aurelianus Cæsar constitutiones legis Papiæ uelut uanissimas induxit & abrogauit. Claudius uero Cæsar adeo liberarum mulierum quæ seruis nubunt coniugium odio prosequtus fuit, ut præter legem ingenuitatis præterq; instituta maiorum, filios inde æditos, non in genuæ cõditionis sed libertinos esse, iuraq; libertorum nancisci & ingenuitatis amictere lege sanciuerit. Ipsaq; si maritus ignorasset serua esset. Si uero cõscius fuisset liberta. Diuus uero Vespasianus statuit edicto, ut libera quæ se alieno seruo iunxisset, ancilla haberetur. Contra uero alia constitutione cauit, ut si serua mulier hac lege ueniret, ne prostitueretur. Si contra legem uenditionis prostituta foret, ut esset libera prostituẽsq; ius patronatus nõ haberet. Aegyptiis autem nullus ex serua genitus habetur seruus aut illegitimus quia solũ patrem ingenuitatem & genus prestare, matrem uero, natalibus nihil cõferre putabant. Pericles autem Athenis author fuit, ut qui ex serua aut non legitimo coniugio nati essent, uel turpi nota affecti forent, ciuium non haberẽtur numero, sed externorum.

Quod ius, quæue potestas Dictatoris Romæ & exteris fuerit, & aqbus dici & quanto tempore debuerit. Caput XXIII.

Qvi de creando Dictatore exploratum ius habuere, hoc quoq; adnotarunt. Dictatorẽ dici qui apud ueteres magister populi uocabatur, idq; libris auguralibus extare, magno argumento, quod ab eo magister equitũ dicitur. In eo enim ius Maiestatis & totius ímperii fuit, cuius ductu & auspicio sæpe res publica & imperiũ stetit, quẽ magistratum ex Albanis deductum auctumant, plericq; a Græcis quos illi ἐξ ὑπάτας. aut a Lacedemoniis quos ἁρμοστὰς Thessali Archos dixere, qui parem regiæ dignitati potestatem habent. Hedui Vergobretum, summũ magistratum qui uitæ necisq

Universidad de Deusto
Biblioteca

imperium tenet. Hiberi Ibem uocant. Peni Sufecem, Aegyptii Diocetem qui poſt regem totius Regie curationem habet, Sicut apud Perſas Megaſtanes et Chiliarchus. Hi uero Eſymnetæ ueluti Tyrāni quādoq; imperitarūt, qualem Mythilenei Pythacum elegere, & Hypatchi apud eoſdem, & Trallianis Aſiarchæ, apud Magnetes Magnetarches, ab Acheis Dyorigius & Demiurgis, a Thebanis Archinus ab Olcis Meddix, ſummi magiſtratus appellati, apud Carthagineſes Dionyſiarchus. Capuæ Mediatuticus, Neapoli Demarchus, Tarenti Democrates, In Cappadocia Satrapes, In Paphlagonia Dynaſtes. Apud longobardos Exarchus. Cretenſibus Coſmi fuere, qui uice regum imperitarunt, quibus in uſu erat ut nunq̄ caput raſitarent, ſed barbā capillumq; ſummiſterent. Sicut Platheenſium princeps ferrum tangere, aut aliam uestem quā candidā induere, perpetua lege uetabatur, Perſis unus Rex ſummæ poteſtatis perpetuo præerat & nunq̄ niſi morte mutabatur. Argis licet unus foret, tamen ānis ſingulis amoueri ſeruatum eſt. Athenienſes cū regali antea regerentur imperio, poſtea Regio dominatu abrogato libertatē tuentes popularem ſtatum delegere. Apud lacedemonios uero qui ſummum gerebat imperium aliquando rex fuit, qui ex Heraclidarum genere eligebatur, ex quo nouiſſimi ſparthe regnarunt, Imperio illibato, aut ex Eurycionitidis & Agydis familia, ſæpius duo ex ſtirpe Procli & Euriſthenis prognatis Hercu lis, ex quarum altera in alteram tranſire non licebat, quitamē nōn ut Reges ſummū ius habebāt, quia iuris omnis publici poteſtas penes Senatum erat. Sic in Papho ex Cinyraſorum gente, & Athenis ex Erethei ſtirpe magiſtratus ad ſacra Cereris fiebant, In Ionia quoq; niſi ex Codri progenie fieri Rex nemo poterat, & Apud Myleſios niſi ex Scamandri Hectoris filii & Aſcanii Eneæ, Idem apud Marcomānos & Quados ex Marobudui & Tudri gene, exemplo Rheginorum quibus princeps ex Meſſeniorum ſtirpe fit. Perſici quoq; Reges ex Achemenidarum familia ſoli fiunt. Et apud Siculos ex Teline prognati, inferorum deorum lōgo tempore ſacrificuli erant qui a duobus queſtoribus regi ſolebant ſumme poteſtatis, uno Lylibitano altero Syracuſano, etiam Corithi Bacchiadum familia annis ducētis imperitauit, quos Cypſelus Tyrānus poſtea exegit, cuius factionis Demarathus & Tarquinius domo electi regnum Romæ tenuerunt. Non nunq̄ Seniores & nobiliſſimi popularium lacedemoniis ampliſſimum geſſere magiſtratum. Parthi quandoq; ex duobus collegiis cognatorum ſcilicet & magorum binos Reges crearunt. In Meroe nemo ſummū gerebat Imperium niſi qui prevalido corpore cæteris anteſtaret, Gordii Regem quā obeſum & prepinguē eſſe uoluere quod ex corporis mole animi indolem diiudicarent. Apud Medos niſi qui uiribus excelleret, precipuoq; robore cæteris emineret, iure gentis nemo Rex eligitur, et in Lybia ſolum qui citiſſimo curſu ualeret pro Rege imperitauit. Sicut apud

Catheos indicā

Catheos indicam gentem qui inſigni corporis forma cæteris anteiret, in quo traditur mirum, ex tot millitibus armatorum quos xerſes in Greciam duxit, neminē ſibi corporis magnitudine aut ſpecie preſtitiſſe. Ethiopes quoq; ſi quādo regiæ ſtirpis uir deeſſet, maximarum uirium quiq; opibus & robore precelleret, Regem eligebant. Sidoniis contra, nam niſi regia ſtirpe ortus foret, neminem dominari ſinunt. Sabeis poſt conſtitutum regem primus ex nobilioribus iure gentis, ad ſucceſſionem aſpirat regni, cui hoc proprium eſt, ut extra ſepta prodire non audeat, quo uenerationis plus ineſſet, quod ſi extra Regiam conſpicitur, lapidibus impetitur. Fuitq; obſeruatum in Taprobane, ut qui liberos haberet in regem aſſumi nō poſſet, ne regnum hereditario iure ſibi uendicaret, & apud Germanos ut ex generis nobilitate rex fieret dux uero ex uirtute, Apud Perſas uero ut Rex fiat nemo niſi qui magorum diſciplinis imbutus eſſet, quibus nefas erat, illegitimum tenere regnum ſi legitimus ſuperuiueret. Vtq; in regem aſſumtus in principio dominatus quodcunq; optaret a populo donum ferat. Proditumq; memoriæ eſt. Sitonū gentibus iuxta ſueuos & Germanos uetuſto more non uirum ſed feminam dominari, Regiumq; nomen, tam Græcis quā Romanis longo tempore inuiſum fuiſſe, a nulliſq; in Græcia uſurpatum niſi a philippi & Alexandri poſteris. Atq; ex Alexandri Ducibus Eumene uiuente, neminem Regium nomen ſibi uendicaſſe. Sed pfectos appellari ſolitos, Donec Eumene defunto Athenienſes Antygono & Demetrio in modice obſequentes, inter plurimos honores regium illis nomen, uelut altius faſtigium detulere, licet Sycioniis primū Aegialeū regnū in Græcia tenuiſſe multi aſſeuerent Romani quoq; ſocium atq; amicum, niſi benemeritos & magnis officiis deuinctos nullos appellarunt. Et tam & ſi Dymochraciam, hoc eſt popularem potentiam aliqui præcipue cōmēdarint, & alii Aryſtochraciam id eſt optimatum regimen, tamen unius Imperium pietate & religione incliti ſub quo non grauis dominatus, ſed iuſtum & legitimum Imperium eſſet, omnium conſenſu prefertur cæteris. Eum ergo Dictatorem primo uel ab uno ex Coss. ex authorita patrum etiam ſine populo, uel ex Senatus conſulto aut ex Scitu plebis a populo, uel a Conſule iuſſu populi, & ſi inter Conſules non conueniret ſortiri eum qui dicat, uel a Tribuno militum conſulari poteſtate, non nunq̄ a prætore dici licebat. Quotieſq; alteri ex Conſulibus dicendi dictatorem poteſtas fuit, ſemper illi qui faſces haberet, & niſi uirum conſularem & in agro Romano, oriente nocte & ſilentio dicere licuit. Tam & ſi Conſulem ſuum collegam dixiſſe, & prætores ante cōſulatum ſæpe dictos fuiſſe compertum ſit. Poteratq; ſecundo, tertio, & deinceps idem dictator dici, Inde quia dictus eſſet non creatus, nec comiciis electus ut reliqui magiſtratus Dictatorem dici uolunt, Qui non Apud

Universidad de Deusto
Biblioteca

Romanos ſolum, Sed Carthaginenſes, ſidenates, Lauinienſes, Albanos, Tuſculanos Samnites, & omne fere latiū multæ erat poteſtatis, & ſummi Imperii. Is aūt Dictator ſimulatq; dictus erat, magiſtrum equitū uelut Imperii ſociū nominabat cui ſumma rei bellicæ dabatur, tā & ſi a Senatu uel populo una plerūq; dictos mueniamus. T. Iargiū bello latino, cū in ancipiti terrore eſſet Senatus, Dictatorem, & una. Sp. Caſſium magiſtrū equitū dixit, qui uelut miniſter conſiliorū Dictatori aderat, atq; ad ipſius preſcriptū parere oportebat, ita ut ſi quando abeſſe cōtingeret eius uices gerere & munia obire poſſet. Et licet ātc. Q. fabium Maximū neminē niſi a Senatu uel Cōſule dictum inueniamus. Tamē ſecundo punico bello, cum acerrimo prælio & maximo Res publica afflictaretur, nouo exemplo populus ſine patribus quod nunq; factum antea, eundem fabium Dictatorem, &. Q. Minutium magiſtrū equitum dixit. Cumq; a principio patricii tantū & conſulares dicerentur, haud longis poſt temporibus plebeios dictos comperimus. Cum enim omne nomen hetruſcum, tarquinienſibus & faliſcis ducibus infeſto exercitu in Romanos copias admouerēt, aduerſus tantā belli molē primus de plebe Dictator dictus C. Martius Rutilius fuit, qui magiſtrū equitum C. plautium de plebe hominem ſibi cooptauit, & ex Inde ius arbitriumq; Dictatoris creādi Senatui populoq; tributū eſt. Donec procedente tempore. Cor. Sylla qui uictam armis rem publicam in dominationem uertit, contra mores inſtituta q; maiorum Dictatorem ſe ipſum dixit, illiuſq; Imperium in annos centum ſibi prorogauit. Q uo exemplo C. Cæſar perpetuæ Dictaturæ munus uendicauit. Erat igitur ſummum Dictatoris Imperium. Nam & capite mulctare & conſulatu deiicere. Honoreſq; aliis abrogare aliis conferre poterat. Q ui tā tæ poteſtatis erat, ut liceret ei ſine Senatus aut populi concilio Romanos ciues in uinclis conicere atq; indēnatos morte afficere. Nam ſalus ciuium uniuerſorū, ius de tergo uitaq;, leges, Iudicia, libertas, aræ, foci & dii penates, inſuper bona coniuges ac liberorum pudor & pudicicia, eius tutelæ poteſtati, fidei q; credebantur, cognitiones quoq; capitaliū rerū habere, in exiliū agere, bonis interdicere, capite mulctare, bellū, paces, fœdera, ſocietateſq; etiam iniuſſu populi facere & dirimere, ſui arbitrii & iuris erat. Nam ſiquid collibuiſſet, ſiue delectum habere, ſiue ad hoſtes ducere, aut aliquos auxilio iuuare, ipſius dicto parere oportebat, cuius erat arbitriū pro numine, nulliq; ꝓuocare licebat. Neq; enī ut in Cōſulibus q pari ſunt poteſtate & iſdē auſpiciis creati alterius auxiliū, ſperare licebat, Deniq; dictatore creato omniū iuridictio ceſſat & cōniuet. Cōſules, Prætores, ædileſq;, & reliq magiſtratus ſub illius Impio cōticeſcūt, p̄ter Tribunos plebis, illiq; nō duodeci faſces ut Cōſuli, ſed quattuor et uigiti lictores cū ſecuribus faſcibuſq; apparebāt, q etiā tātæ maieſtatis erat, ut ſi quādo in Cōſulis prouinciā iret, ut ſupremus ordo notaret, ſine lictoribus aut aliquo inſigni honorum Conſul ueritus Maieſtatem uiri ſolus proceedebat, priuatuſq; ubi dictator erat et ſine magiſtratu cenſebatur. Et quia maximum Dictatoris Imperiū, poteſtaſq; imperioſa erat. Pactiones uel fœdera iniuſſu ſuo inita nullarum uiriū fuiſſe liquet. Illaq; ſuo iuſſu abrogari poterāt & induci. Sed q̄uis eo excellentiæ creuerit dictator ut ſummum teneret Imperium præcipuaq; maieſtate polleret, ipſi tamen equo uehi minime ius erat. Id enim ueteri lege exceptum fuerat. Scilicet ut inhibita nimia poteſtate, tantus honor aliquo ſine preſcriptus populi ſuffragio indigeret. Ideo ſi quando in expeditionem eques ire uellet, ut equm ſibi aſcendere liceret ad populum ferebat, exq; permiſſu populi equo uehi poterat. Q uod tū Cato Iunior licet in ſummo eſſet magiſtratu, minime curauit. Nam maxima itinera et longas uias, pedibus ſemper non nunq; canterio ſarcinis adoperto obiuit expeditus, ſicut de Ageſylao proditur. Cunq; ad ſex menſes dictaturæ munus antea prefinitum foret, multos debellatis et domitis hoſtibus & munere abſoluto, citra mēſem Dictatura exceſſiſſe comperimus, non nullis etiam ultra annum per denos uicenoſq; dies, prorogatam fuiſſe, Alios oblatum Dictaturæ munus renunciaſſe, ſicut de Terentio Varrone qui ad Cānas inſigni ſtrage profligatus fuit, proditum eſt. Alios cum Dictatura ſimul cōſulatū geſſiſſe, quod de Sylla & Cæſare legimus. Q uotieſq; ſe abdicare & munere abſolui uolebat, prius magiſtrum equitum abire magiſtratu neceſſum erat, ne Dictatore deſito equitū magiſter qui proximū gerebat Imperium in ſumno ſolus honore aliquid moliretur. Neq; ante Dictatura abdicare illū ſinebāt, quā iuſſu patrū prius Cōſulibus creatis qui rei publicæ preeſſent Imperium dimicteret, quo dimiſſo poſtq̄ honore abiit pauca & modice loquutus, a populo & primoribus patrū frequenti amicorum officio ſtipatus, cum gratulatione & gaudio domum deducebatur, quod fere omnibus magiſtratibus comune fuit, niſi quod cicero diſceſſurus conſulatu, de rebus aſe geſtis a. Q. Macello prohibitus eſt concionari. Proditum tamen memoriæ eſt, quoſdam depoſita Dictatura ſe Conſules dixiſſe (q̄uis peſſimo exemplo) & cum collega Cōſulatū geſſiſſe. Q uod malum ne ſerperet latius tam conſulto Senatus, quā tacito conſenſu ſublatū fuit. Illud certe conuenit inter omnes, Dictatorem ſine magiſtro equitum creari non licere. Sicut enim a prima antiquitate Tribunus Celerum Regi aderat, cuius ope Rex nitebatur, & legatus Conſuli, ac prætori qræſtor auxilio et adiumento erant, Sic Dictatori magiſter equitum & Imperatori præfectus pretorio. Q uibus abſentibus hi quaſi ſuffecti honori præſidioq; erant, ut ſi quando abeſſe, aut grauiore morbo laborare contigeret. Ipſorum uicem gererent, & munia obirent, ac quedam inter eos ſocietas & coniunctio Imperii, uirtutis & ignauiæ cuiuſq; teſtes forent, Apud Lacedemonios a lycurgo inſtitutum ferunt, ut octo & uiginti ſeniores Regi adeſſent, ac duo

Universidad de Deusto
Biblioteca

propinquiores & cuntubernales quos ipſe elegerat qui phytii appellantur ut ſiquid caſurum foret animaduerterent, ipſiuſq; munia & officium obirent. Non nunquā Ephori in expeditionem profecto Regi cuſtodem & imperii ſocium dedere. Tam & ſi Augur ꝑpetuus regū aſſeſſor foret. In Meroe Rex quatraginta rectores accipit. Getæ Cogeonum qui Regi adeſſet fecere, qui tā tæ dignationis erat, ut diuina mente preditus haberetur, Apud Habatheos q intimus Regi preſto aderat, frater dicebatur, qui prudentia anteibat ceteris. Sed quod eſt de prefecto pretorio dictum, animaduertendum, temporis cur ſu procedente ex longo interuallo, a Celaribus fuiſſe inſtitutum, ut qui Se nator eſſet ad perfecturam pretorii euehi non poſſet. Q ui cum per Senatum antea eligeretur. Auguſtus Cæſar habitu ſuffragiorum ſuſpecto, ſtatuit ut pre fectus pretorio de numero pretorum ſorte eligeretur, cui dum aſſumitur prin ceps gladium precingit pro imperio & poteſtate, In quo fertur egregiū Tra iani uerbum dum prefecto prætorio enſem cingeret, ut ſi iuſte Imperaret, pro ſe, ſin iniuſte contra ſe illum ſumeret admonētis Cūq; antea unus foret. Cō modus Imperator uelut nimiæ potentiæ duos eſſe uoluit, eam poteſtatem ue lut in partes diuiſam tutiorem arbitratus. Donec Seuerus Alexander Impera tor, ne non Senator de Senatore iudicaret, prefectos pretorio Senatores uſ ſit eſſe, ad eos enim Senatorum cognicio & Iudicium, luſq; & animaduerſio ſpectauit.

Q uid Mina quid Drachma, quid Aſſis, Denarius Sextertium & talentum apud Gentes diuerſas ualuerit. Caput XXIIII.

Ἐ αυτοντιμωρουμένῳ, Terētii Comici Chremes Menedemo conſilium dans, ut amanti filio, quā minimo diſpendio con ſulat, ipſum his uerbis affatur. Et te perdere talētum iſto mo do ſatius eſt, quā illo minam, putabant nō nulli ſtudioſi Mi nam modicæ ſummæ monetam fuiſſe, ita ut uix Denarii pō dus equaret, quod fere ex ſenſu uerborum conſtare uideba tur. Sed cum in pleraq; non ignobilium authorum lectione uerſaremur, in uenimus Minarum diuerſa genera qualitateſq; multiplices ita ut nūmorum inexplicabiles ſpecies perſcrutati, in magnis uerſaremur anguſtiis, cū ſumma eſſet diſſentio, nihilq; explorati animaduerti diffinitiq; poſſet. Nā minarum quaſdā ex Drachmis ſeptuagīta qnq; cōſtare legimus, quaſdā Atticas quæ ſexagīta partū talentū efficiūt. Aliquā pōderis maioris quæ ex centū fere & uiginti denariis fit. Aliā apud Athenienſes ſeptuaginta triū drachmæ nume ro taxari. Non nullas Euboicas quarum ſepruaginta babylonium efficiunt talentum. Ex quo iudicare licet, non tam modici ualoris minam apud priſcos

fuiſſe, ea enim μνᾶ dicitur Græce, quæ tum numi tum libræ nomen habet, apud quos ſyclis ſexaginta cōmuni eſtimatione appendebat, qui obolos mil le & ducētos pariūt. Nā uiginti obolos ſiclum efficere haud dubiū eſt. Drach marū quoq; multiplicia fuere genera, ex quibus aliquæ denos efficiūt aſſes, ali quarū duæ et dimidiata integrū ſextertiū. Cōſtititq; Drachmā Attica & argē teū denariū Romanū paris eſtimationis fuiſſe. Numūq; Drachmā & dena riū idem ualuiſſe. Q uāuis alii contra, qui duas Drachmas & dimidiā decem nūmos noſtrates efficere contendunt. Dion uero Drachmas pro aſſibus acci pit. Centumq; drachmas, centū denariis argenteis equari cenſuit, qui libra eſ ficiunt, qd plutarchus & alii teſtati ſunt, Cōmuni tamen eſtimatione Drach ma ſex obolis aut æreis ſignatis appendebat, qui ſinguli quaternis quadran tibus ualebant. Obolus uero ſex ſylicas. Sylicamq; & ſcrupulū idem eſſe opi nati ſunt. Drachmāq; in ponderibus partem unciæ octauam feciſſe, contine re enim ſcrupulos tres. Siliquas uero duodeuiginti. Nam ſingulos ſcrupulos ſex ſiliquas habere conſtitit. Drachma tamen Egynenſiū maior attica decem obolis permutabatur. Denariorū quoq; diuerſa fuere genera. Nam & denos aſſes ſingulos pondo Denarios efficere legimus, quod es graue dicebatur, un de ex decem æreis denarius. Duoſq; Ciſtophoros Denarii pōdus pēdere. Nō nulli Denariū ex ſiliquis quattuor & uiginti confecere, alii ex decem & octo. Drachmāq; & denariū idem eſſe Sexq; millia Denariorum integrum ſolidū efficere & hoc eſſe Talentum Achaicum, arbitrati ſunt. Primo tamen puni co bello, populus Romanus cum ærarium laboraret, aſſes unciales fecit, pla cuitq; æreum Denarium ſexdecim aſſibus permutari, quinariū octonis. Sex tertiū uero quaternis aſſibus ualere, ita ut Sextertius nūmus Drachmas qua ternas faceret. Notaq; Denariorū bigæ & quadrigæ fuere, quare bigati & qua drigati dicti. Poſtea uero lege a papirio lata aſſes ſemiunciales facti. In milita ri uero ſtipendio denarius pro aſſibus decem militibus dabatur. Antea uero libralis aſſis & Dipondius æque appendebat. Q uo autem tempore decem uiri legum ferendarum cauſa imperitarunt. Romani librariis aſſibus uſi fue re, tam & ſi Q. Fabius Maximus aſſes triunciales feciſſe dicatur. Cumq; ſe cundo punico bello librarii eſſes fierent, ut populus ære alieno non magno in cōmodo leuaretur, debitaq; exoluerentur, ex ſingulis aſſibus librariis ſenos percuſſere, ita ut ex librariis ſextarii fierent qui demtis tribus unciis tantun dem ualerent, plerumq; tamen compertum eſt, denos aſſes pondo ſingulas libras efficere, Sed tamen aſſem minorem eſſe monetam & haud multo eſtimari argumento eſt, quod In multa a pretore irroganda, bos centuſ ſibus eſtimabatur, ouis uero decuſſibus. Hos tamen Aſſes Græci obolos, alii ſtipes dixere, quos exigui ualoris fuiſſe haud dubie conſtat, nam ſin guli quaternis aſſibus ualebant & octo calchis, tam & ſi Plinius decem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Calchis obolū eſtimari dixerit. Tres enim obolus frequens cōtinet ſiliquas, nō nunq̄ ſex, ea enim quadrageſimā ſupra centeſimā partē unciæ facit, erat q̄ ſemiobolus, Diobolus, Triobolus, qui etiā quadrātes Dicalcha & tricalcha dicti. Obolicq̄ nomē tulit qđ uetus Atheniēſiū nūmus obeliſcū ſcuſſum habuit. Sextertioꝫ uero quidā maiores alii minores fuere. q ex quaternis aſſibus conſtabāt. Erat enim is Sextertius quarta denarii pars, quo tempore decuſſis ualebat, ex quibus apparet, ex ſexdecim quoq̄ aſſibus denariū conſtare. duaſq̄ Drachmas & dimidiā Sextertiū conflare. Alii ex duobus aſſibus & tertio ſemiſſe ſextertiū efficiūt, quē minimū appellāt, quia nō duos aſſes tantū ſed ſemiſſem quoq̄ tertii aſſis continebat. Fuit enim illius multiplex uaria q̄ natura, eiuſmodi Sextertios fuiſſe opinamur quos Iulius Cæſar nouiſſimo teſtamento ſuo uiritim trecenos populo legauit, cū amplioris ſummæ neq̄ erogari potuiſſent, & ad exhibendū ſingulis tātā pecuniā uix ullius ſufficerent facultates. Maior uero ex centū drachmis achaicis ſeu denariis cōſtabat. Romani uero ex argenti libra aut paulo infra tria efficiūt ſextertia, ita ut cētū ſextertia libris triginta argenti appenderent. Alii Sextertiū ex dipōdio & ſemiſſe conficiunt, qui duas libras & dimidiam facit. Q uare uiginti quattuor ſextertia talentū Atticū effiecre relatū eſt, quod teſte uarrone ſexagita argenti libris taxabatur, quo fit ut eiuſmodi ſextertius nūmus duas libras & dimidiā cōtineat. Sunt qui putēt ex auri libra quatraginta millia æriū ſignari, quod & Plinius arbitratus eſt. Mille quoq̄ ſextertiis unū aureū cōputari, nouiſſimis Cæſarū tēporibus a Iurecōſultis legem Papiā interpretātibus relatum accepimus, is aūt aureus Chriſius dicebatur, quoꝫ ſeptuaginta & quinq̄ in ſingulas expendebāt libras. Præter quos fuere ſtateres aurei qui Mina permutabātur, Alii argētei quoꝫ decē Chriſiū efficiunt. Talentū quoq̄ ueteribus multiplex fuiſſe inuenimus nec unius generis. Sed aliud Atticū ſex milliū denariorū, aliud Alexandrinū duodecim, Neapolitanū ſex, Syracuſanū triū ſummā nō exceſſit. Euboicū uero quattuor milliū Romanæ monetæ, Achaicū etiā ſex milliū fuiſſe aſſerunt, præter quod fuit Ptolemaicū. Syriū & Anthiochenū, et Babyloniū quod duobus minis atticis taxabatur. Erātq̄ Talentoꝫ ſpecies multimodæ, ita ut ſicut libra & pōdo nō equa oibus ita diſſimilia talēta fuerint. Eſt tamē proditū memoriæ ex mille ſextertiis Talēta attica paulo minus quatraginta effici, ex qua adnumeratiōe fit, ex uiginti quinq̄ ſextertiis talentū Atticū cōflari. Cōmuni tū eſtimatione Talentū decuplo maius mina taxabatur. Author autē eſt Priſcianus Talentū paruū minarū ſexaginta. Magnum uero octuaginta triū & unciarū quattuor. Atticū uero magnū Talentū, octuagita libris Romanis pōderibus pēdere. Paruū uero ſexaginta minis atticis taxari. Procedente mox tempore Talentū atticū uiginti & quattuor ſextertiis Romanis eſtimatū fuit, ea ſumma eſt quattuor & uiginti nūmorū

milliū. Siquidē mille nūmi Romanū, quoq̄ Sextertiū efficiūt. Q uin etiam Atticū talentū quandoq̄ ſexdecim ſexterciis taxari uarro ſignificat. Aegyptiū q̄ octuaginta ponderibus pendere. In tributorū uero taxatione exhibitū Romanis talentū haud minus pondo octuaginta Romanis ponderibus pendebat. Cuius generis talenta cū leges pacis Antbioco datæ ſunt, Romanis æq̄ pōderibus exhibita fuere. Idemq̄ in uectigalibus & portoriis ſeruari cōperimus, In qua quidē re, fuit memoriæ proditū, Romanos uictis gentibus nationibuſq̄ tributi nomine argentū nō aurū indixiſſe. Sunt tamē exempla cētū talenta nō nunq̄ duodecim pōdo Romanis pōderibus effeciſſe, pondo autē idem eſſe quod libra omnes cōſentiunt. Q uod quidē talentū plerūq̄ non ex pecunia percuſſa, ſed ex maſſa argenti auri ue, aut eboris ferri quoq̄ & aluminis, aut hebani quod tributi loco ab Ethiopibus & Perſarū Regibus apꝑpendebatur, conſtare uolunt, legimus ſingula millia talentū turis ānua Arabes Regibus Perſarū penitaſſe. Ipſoſq̄ Ethiopes uicenos dentes elephantorū eiſdē pendere conſueſſe, Romanoſq̄ a Corſis centū millia pondo ceræ tributi nomine exegiſſe, & Cappadoces Perſis quingentos equos & mulorum duo millia ānua dediſſe. Plerūq̄ ex pecunia percuſſa, quod frequēs fuit. Nam ex tribus aureis etiā talentū conſtare pollux author eſt, quod aureis tribus aticis ualebat. Aureus autē duabus Drachmis atticis taxabatur. Argēteū uero minis atticis ſexaginta, Babylonicū uero ſæpe duo millia & ſeptingentas minas aticas effeciſſe uoluunt. Ipſum tū Romanū talentū quā ſepiſſime ſeptuaginta librarū fuit. Apud alios uero minimæ ſummæ & paruí eſtimabat, Homero teſte qui in ludis funebribus patrocli cū primus uictor bouē accepiſſet donū, ultimus duo talenta premiū tulit. Hoc quoq̄ ex authoribus conſtat quod a cōdita urbe ad Pyrrhū regem populus Romanus argēto ſignato minime uſus fuit Rudi enim ære appenſo nō numerato utebantur, poſtq̄ peculſam monetā placuit Denariū pro decē libris æris quinarium pro quinq̄, Sextertiū pro dipōdio & ſemiſſe cōputari. Fuiſſeq̄ in ueteri nūmo æreo altera parte Ianum bifrontē, altera prorā nauis exculptam, & in antiqua moneta bouis ouiſq̄ imagines, quæ res Romanos gregibus olim & pecudibus ualuiſſe argumēto fuit, quare pecunia dicta. Iani aūt bifrontis nota & nauis prora ideo inſculpta ferūtur, ut priſcos latinos tūc efferū genus cū paſtoriciā uitā agerēt e fera agreſtiq̄ uita, legibus & omni rerū affluentia que illuc terra mariq̄ importabātur, a Iano qui cultioris uitæ modū inuenit excultos denotaret. Neq̄ omittendū quod Plinius naturalis Hiſtoriæ libro retulit. Seruiliorū familiā trientē ſacrū coluiſſe, illiq̄ ſtatis diebus noua religione ſacrū feciſſe, qui cū uaria ſpecie, & forma diſſimili uideretur, modo acceſſionē & fortunæ incrementa nō nunq̄ dāna familiæ preſignabat. Illud quoq̄ admonitu non inutile dixerim, Lugduni Romanos imperatores argētū aurumq̄ & monetæ omne

Universidad de Deusto
Biblioteca

genus signare consuesse, Siue quod prōpta ibi adcudendū metalli copia foret. Seu quod munitissimus locus & accessu difficilis ad cōfluentes quod ibi Rhodano arar cōmisceatur esse censebatur.

Quæ Theatra Romæ fuerint, & qui circi quorumq; extent uestigia & quæ penitus conciderint. Caput XXV.

IN conuentu eruditorum presente me sermo haberi ceptus est de theatris, quæ multa in urbe fuere, cur paucorū uestigia extent, cum plurima legamus fuisse. Romanosq; bellis confectis adeo spectaculis dedicos'ut illa apparatissime exhibētes, quouis magistratu aut honore dignos ducerent. Cūq; ex his quidam, populum Romanū pedibus stantem sine scena diu spectasse assererent, mox sub tabernaculis ligneis aut harundine fulctis, quod Senatus Consulto intra urbem, propriusue mille passus Theatra habere, aut ludos nisi stantem spectare non liceret. Ideo rata fuisse, illorūq; sub structiones & diruta uestigia nūc extare. Plures tamē fuere, qui plurimorum quæ sequtis temporibus extructa sunt, non species modo, Sed ne ruinas quidem apparere dicant. Licet enim post secundū punicū bellū. P. Cornelius Nasica cū a cēsoribus locatum spectādis ludis theatrū extrueretur, ut lut publicis moribus nociturum demoliri fecerit, populusq; stans aliquandiu spectauerit. Et Augusti tempore tria theatra solum & amphitheatrū Romæ fuerint. Tamen subsequēte æuo quin theatra circi & porticus ingentis operis, plura & celebria Romæ fuerint, nemo dubitauit. Tunc maxime cū urbs Roma eo excellentiæ & felicitatis creuerit, ut edificiorū magnitudine ad summū maiestatis fastigium deuenerit. Constat enim ueterum monumētis. Marcelli theatrū operis sumptuosissimi ad infimum argileti iuxta templum pietatis cōditum fuisse, quod Augustus Marcelli nomine inscripsit. Octauia uero mater Augusti soror, eius memoriæ biblyothecā addidit præcipui sumptus. Hic est enim ille Marcellus cui cum filiā Augustus despōsasset, haud multo post egregius adolescens acerbo funere sublatus fuit. Et theatrū Scauri, quod in ædilitate fecerat, triplici scena trecētarum sexaginta colūnarū, signisq; æneis tribus millibus conspicuū, cuius cauea ut Author Plinius est, supra hominum octuaginta millū capax erat. Aut Curionis, qui post homines natos theatrū uersatile & temporaneum mirabili cōmento construxit, operum longe maximū & conspiciendum. Primus enim. L. Mūmius exacto Achaico triumpho theatrum temporaneū & Scenam lignea compage posuisse fertur. Cumq; a pūd fidenas theatrū memorabili casu cum magna hominū pernicie & ingenti strage corruisset. Senatus consulto cautum fuit ne quis in posterum theatra nisi solidæ

nisi solidæ firmitatis extrueret. Antea enim Pōpeius Magnus perpetuo māsurum solida materia edificauit, primus, in cuius dedicatione ludos dedit in circo & elephantorum pugnā quod illi fuit uicio & crimini datum, cum antea ligneis gradibus scena fieret. Quod a Pompeio magna ex parte ceptū. Caligulam perfecisse. Neronemq; in aduentu Tyridatis armeniorum Regis inauguasse legimus. Iuxta quod Iouis statua uisenda magnitudine, cui arcus marmoreus a claudio Cæsare Tiberio dicatus proximus erat, Cuius exemplo Iulius Cæsar molem amphitheatri ingentem in campo Martio substructionibus maximis erexit, quam postea Augustus Mausolū edificaturus teste trāquillo demolitus fuit. Et Cornelii balbi Theatrum, cui quattuor colūnæ ex ochnite lapide pro miraculo fuere, quorum nulla prorsus uestigia cernimus. Et Pompei Amphitheatrum ampla magnitudine & mole. Quippe tam profusi sumptus fuit ut hominum quatraginta millia cōmode sedibus acciperet. Nec non Amphitheatrum tauri summa impensa extructū, nec minus castrēse quod in exquiliis fuit, & Neronis cuius ne imago quidem extat. Cæsaris uero theatrum iuxta Capitolium cuius tantum semiruta uestigia uidemus tanti splendoris fuit ut urbem atq; Imperium honestaret. Quantæ autem admirationis fuisse amphiteatrum urbe media credimus mirificum opus a Vespasiano fundatum, cum ipsius fere demoliti nunc ruinas solidissima structura demiremur. In quo estruendo omnes Imperatores Regesq; magnificētia ante cessit, quibus monumentis illud decus maiestatis & Imperii quo urbs Romana floruit, facile est coniectari. Quid de Theatro lapideo iuxta quod ædē equestris fortunæ fuisse memorant, cuius ne uestigium quidem relictum est. Circum uero maximum celebratissimū trium stadiorum longitudine a Tarquinio prisco locum spectaculis designatū ubi Iunonis & Dianæ templa erexit, & mox a Cæsare Dictatore mirifico opere instauratum uidemus, Illiusq; ad huc uestigia extare. Vbi Veneris ædes quam Fabius ex mulctaticia pecunia faciendam curauit, libericq; & liberæ. Iuuentutis & Cereris quas Aul, postumius Dictator uouerat, atq; Herculis fanū Solisq; et Mercurii, bellonæ et floræ edes fuere, ibiq; lupercal, & circum flaminiū uidimus aliquando, quorū uix semiruta uestigia licet inspicere. Atq; hic circus flaminius est, quondā prata flaminia, iuxta quem Apollinis ædes inter ipsum et olitorium forum, inqua Senatus haberi consuerat. Ac Iouis Statoris templum, licet alterū in porticu metelli, et Tertium in radice palacii fuisse legamus, quod a Romulo in pugna cum Tatio & Sabinis uotū esse dictitant. Fuit quoq; Neronis circus in Vaticano Et circus floræ iuxta ipsius tēplum, & Intimus quem iuxta urbis muorum fuisse Varro significat, cuius licet intermortua memoria sit, tamen figulos ibi proximos, & Myrtetum a quo sacellum Veneris Myrteæ quæ murtia dicta est, & illius aram sub Auentino antiquissimam legimus. Hoc quoq; nō

Universidad de Deusto
Biblioteca

in poſtremis fuerit, prioribus ſæculis non modo ſpectaculis & ludis publicis ueteres theatra habuiſſe frequentia. Sed cum contiones aut populi concilium haberi, uel toti plebi aliquid exhiberi uellent. Id in theatro ubi concionantem exaudire & quo conuenire frequentius poſſent, ex alto ſuggeſtu ſedentibus & ſilentibus cunctis facere conſueſſe, idq; Græcis precipuo in more fuiſſe, licet Athenis theatrum locus legitimæ contionis non eſſet. Quo malo uetus illa Græcia concidit, in quorum theatris concilio populi indicto ubi rudes & ignaui promiſcue conſedebãt, confuſa populari & militari turba, uariis et diſſonis clamoribus inſanæ contionis, bella ſuſcipiebant, ciues proſcribebant. Prætores eligebãt, premiaq; bene meritis ciuibus, interdum penas, circumductis ur nulis inferebant.

Qui fuerit medius unguis & infamis digitus, q̃buſq; digitis quæ fuerit qualitates & nomina. Caput XXVI.

PErſuaſum habent pleriq; in uerſu Iuuenalis decimæ, dum inquit. Cum fortunæ ipſe minaci. Mandaret laqueum mediũ q; oſtenderet unguẽ. Per hec uerba id notari qđ uulgo omnes contumeliis conciti faciũt, ubi interiecto pollice inter medios proximos digitos, obſcenum in modum probrum obiciunt, quo argumento illum faſtidire & deſpicere oſtendũt, quod tamẽ longe ſecus in ueteri uſu fuiſſe apparet. Quippe infamis digiti obiectu qui medius eſt, ipſum in quem obiicitur infamẽ notari duxerunt. Fuit enim priſci moris, ut ſi quos floccipenderent aut inſigni contumelia, uel deformi conuicio afficerent, id obiectu medii digiti protenti non autem compreſſi denotarent, quod eſt a Græcis uſurpatum ut contractis reliquis digitis, medium ignominiæ cauſa protenderent, quod ὑσκιμαλισαι dixere. σκιμαλιζειν enim pretentare eſt digito an gallinæ oua cõceperint Sicut ατερίξειν, ubi quẽpiã floccifacere oſtendunt. Quare ab Athenienſibus medius Cathapygos quaſi Cinedus & ſcortum adnominatur, quod infamiã incuteret & conuiciũ faceret, Apud Græcos Sycophanta, aut Hodidocos, quaſi obſeſſor uiarũ & latro, uel propudium, conuicium cenſebatur maximũ. Sicut Perſis mulierem uirũ ignauiorẽ appellare, nulla inſignior cõtumelia fuit, apud Aegyptios. Aſini nomen obiectare magnũ eſt ingerere probrũ, quod Typhonis hoſtis Oſiridis colorẽ ferret. Quare cũ Perſarũ Regẽ Ochum ſummi dedecoris loco ægyptii aſinũ appellarẽt, in tantũ exarſit ut diceret, faciã ut hic aſinus ueſtrũ bouẽ depaſcetur, qui haud multo poſt ingenti coacta manu, occupata egypto, apim imolauit. In quo ãnotare ſuccurrit quod tradit Herodotus Quod cum Scytharũ equitatus quo præcipue ualent, in Egyptios irrueret, rugitu aſinorum ex

aſinorũ & mulorũ inſolito (quippe cũ apud Scythas nulli ſint, Egyptiis uero frequentes) adeo equos Scytharũ fuiſſe conſternatos ut protinus fugam fecerint, Egyptiiſq; inſignẽ uictoriã dederit. Id quoq; a Marciale non inſcite oſtenſum eſt. Rideto multũ qui te ſextile cinedum. Dixerit, & digitũ porrigito mediũ, uelut eo argumento uirũ in probiſſimæ nequiciæ deſignaret. Ex quinq; enim digitis quos ſacros Mineruæ religio ſanxit, cuiq; ſuũ, nomen inditũ fuit & qualitas, neq; ab re nominati ſunt. Pollex enim primus quia aliis maior & longe princeps eſt, quodq; reliquis anteſtat & prope dominatur digitus, quippe cuius adiumento reliqui regũtur, itaq; nõ inmerito is apud Græcos ἀντιχειρ, quaſi altera dicebatur manus, cum in una quaq; re ſotius & adiutor ſit. Hunc premere antiqui iubent cũ alicui bene precantur & propicii ſunt, bonũ omen eteefficaces preces futuras interpretati, utrũq; uero pollicẽ, iungere uehemẽtius laudare eſt. Vertere aũt pollicẽ male precari. Cũq; pollex Moncondylus ſit reliqui fuere dycondili id eſt duplicis cõmiſſuræ, ubi uero in digito nõ erat flexus phalanx dicebatur. In pedibus aũt, pollici ſcandenti proximũ a ſaliendo Halluci dixere nomen. Reliqui in pedibus digiti Monocãpi hoc eſt unius flexus fuere. In qua quidẽ re, memoriæ proditũ eſt. Pyrrhi pollicẽ dextri pedis diuinã uim habuiſſe, ut ſplene laborãtibus preſentiſſimo remedio ſuccurreret, qui etiã in pyra cũ reliquo corpore abſumi nequiuit. ſicut de lamiſco proditur qui apud Lucanos regnauit cui tertius digitus pedis lupinus erat. Et de Artoxerxe qui manu altera longior Macrochir, nomẽ tulit. Proximus uero a pollice indicis nomẽ habet, qui etiã ſalutaris uocabatur, quo ori admoto ſilentiũ indicimus. Scilicet nil ſanctius ad ſalutẽ oris ſilentio eſtimãtes. Ideo ſacellũ Angeronæ quæ dea pſul ſilentii obſignato ore effingitur inter antiquiſſimas religiones Romæ colebatur. Hoc digito ſalutari Martiũ Septimũ qui ex fabro ferrario Imperiũ tenuit, tãrũ ualuiſſe dicũt, ut curſus ex aduerſo nitentes repulerit & fortiſſimũ quẽq; colliſerit. Tiberius quoq; digitis atq; articulis ita firmis fuiſſe fertur, ut recẽs malũ ſalutari digito terebraret. Cõtra uero Auguſtus illo perſæpe laborauit, ita ut uix cornei circuli ſupplemẽto ſcripturæ admoueret. Hoc etiã indicamus quare indicis nomẽ tulit, exprobamus & minas inferimus. Tertius qui medius & reliquis maior eſt, famoſus habetur petulans & libidinoſus, cuius obiectu ut modo ſignificaui, probrũ obiectamus alteriuſq; famã ledimus & deteſtamur. Et quia deſes & ignauus i medio ſitus nulli rei adiumẽto eſt. Iccirco deſpectiſſimus habitus. Quietiã Verpus dicebatur. Nãq; Iudeis uſq; eo euiluit, ut Interanea exulcerata & putreſcẽtia uiſcera, illo recõderẽt et fouerẽt. Fuitq; adnotatũ apud ueteres Græcos, ut qui medio digito tanq; per indicẽ aliquẽ oſtẽderẽt, arguerẽtur inſaniæ. Quare uerbũ Diogenis proditur multos per digitũ inſanire, quod medio digito ſe philoſophantẽ peregrinis demõſtrarent. Cũq; reliquos auro gẽmiſq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

insignirent, hunc prisci Romani nudũ & honore destitutũ reliquere, ueluti infami contumelia notaretur. Galli uero & Britãni medio tantum ãnulos adiiciunt, illum precipuo honore excolentes. Proditumq; est, ãnulum e sinistra in longissimum dextræ transferri sæpe singultus & grauedines leuare, a Græcis uero medius non famosi nomen habet, sed medici. Digitis enim apud illos hec indita noia fuere, ἀντιχειρ δεικτικός ἰατρὸς δακτυλιώτης ὠτίτης. ac si dicas, Pollex Index Medicus annularis auricularis, Apud Pollucem hæc fuere nomina. Micros hoc est paruus, deinde paracemos q̃ sequitur, postea Mesos, deinde lycanos. Demũ Antichyr aut megas, Romani uero proximũ minimo ãnularem seu medicũ nũcupãt. Illo enim cum ueniam poscimus adiis, locum Nemeseos quæ dea ultrix malorum fuit fautrix uero bonorũ post aurem dextram obsignamus, ipsa enim Rhãnusia dicta ibi locum uenerationis habet. Rhamnes enim a Marathone haud plus sexagĩta stadiis abest, ubi Nemesis fanum memoratur præcipuũ ab Adrasco edificatum, cuius simulacrũ altera manu fraxineum ramum, altera phialam gestat, quem locum quicam uenerantur actingunt, cum in ipsa aure memoriæ locus foret. Eundemq; minimo proximum in sponsalibus anulo exornamus quia tenuissimã uenã inde ad cordis ima penetrare arbitrãtur, Hunc ægyptii tanq̃ sacrum multis odoribus delibutum habere affluerant. Habuissecq; hoc proprium ferunt, ut complicatus, senarium qui perfectissimus est, numerum designaret. Minimũ uero quia omnibus minor minus officii habet, quodq; eius ope minus indigemus, propterea dici auctumant, cui etiam auriculari nomẽ est, quod illius ope aurium sordes, quæq; in his incõmoda sunt adimimus & leuamus, tarditatq; aurium aut siquid in eis putidi fuerit uel Purulenti succurrimus. Fuitq; literis proditum crebro scabere aurem dextram minimo, furoris signum esse, eiusq; tinitum crebriorẽ morbum corpori adactum premonstrare. Si quem tamen dimicationi uel pugnæ ueteres lacessebant, minimo prouocante inuitabãt. Est quoq; animaduertere quod qui minimo gestatur ãnulus achares dicitur, quo uero Index ornatur Coriamos, latini autem leuis materiæ anulum qui minimo gestatur æstiuũ nũcupant, In auctionibus & locationibus actollere digitum se emptorem & conductorem, in certamine & pugna deditionẽ, manũ uero protendere pacem peti significabant, quibus in usu erat ritu prisco ut qui forensia stipendia auspicabatur brachium extra togam exerere, non auderet.

ALEXANDRI DE ALEXANDRO IVRECONSVLTI NEAPOLITANI. GENIALIVM DIERVM. LIBER. QVINTVS:

Locus ex Martiale, apud Gabrielem Altilium in conuiuio familiari inuicem discussus. Caput I.

a DGABRIELEM. Altilium uirum modestissimũ doctissimumq; cum quo mihi a prima adolescentia, intima familiaritas fuit, quod is tũc ad pontificatum euectus fuerat, nos & aliquot bonarum artium studiosi Iuuenes summo loco nati. Neapoli congratulatum ueneramus, ad quem ut uenimus eccepti ab eo comiter & benigne fuimus. Cumq; complexi hominem in primis ædibus, post mutuam salutationem, lætis precationibus ei gratularemur, eumq; honorẽ sibi a diis fortunari, & quod nobis diu in optatis fuerat, id nunc magnæ uoluptatiesse, ac bene locatum munus in homine morum honestate, & omni doctrina conspicuo, sperareq; illud sibi & urbi nostræ ornamento cessurum, profiteremur. Post mutuos inter nos mira suauitate æditos sermones, ad multam diem, cum iam adueseraseceret & cenæ tempus appeteret. Indeq; nos digredi uolentes uniuersi assurgeremus, impense rogauit, inuitauitq; nos diu recusantes, atq; excepit, ipse admodum placidus & mitis, non grandi conuiuio, sed cenula non iniocunda minimeq; sumptuosa & petulanti, uerum admodum elegãti & frugi. Olerum scilicet ferculo thirsis uiridibus minusculis, cauliculis teneris tunc in florem erumpentibus leuiter igni admotis, & piscículis multo pipere & nuce conditis, cũ precoci uua & primis pomis ex lucano suo, quæ ad se delata, secundas nobis mensas ipse prepararat, Cumq; mitri castoq; internos procedente sermone, uariato lusu, ad finem cenulæ uentum foret, quempiam qui ibi assistebat, raræ indolis puerum, forma & specie liberali, litterulis satis aspersum, ad se aduocauit, ac unum quemq; nostrum per uices dicere iussit, quod quisq; uellet sibi ab illo cani epigrãma. Cũq; non nullis enũciatis uersibus, quos mitis modulis & cõcẽtu ad modũ suaui p̃ q̃ festiuiter ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad lyram ille decantarat, a quodam noſtrate, in eo cætu ſeruata eius uice, hoc epigrãma prolatum fuit.

Quod non argentum quod non tibi miſimus aurum
Hoc facimus cauſa Stella diſerte tua.
Quiſquis magna dedit, uoluit ſibi magna remicti.
Fictilibus noſtris exoneratus eris.

Quos uerſus cum admodum conciniter ſuauiterq; ille fuiſſet modulatus. Quid eſt altilius inquit quod hic author dicit, quod qui multas opes liberaliter largitus eſt, expetat ipſe tantundem ſibi reddi ab eo, quem munere affecit, equidem ignoro, cum ſatis conſtet quod is qui ingenue liberalis eſt, non id appetit, ut beneficium pro beneficio fœneretur. Siquidem munificentia & liberalitas, quæ magni animi eſt, auaritiæ & appetentiæ quæ ſemper puſilli fuit, diſpar longe & diuerſa exiſtit. Qui ergo munificus & liberalis eſt, & ſponte largitur, is profecto ita liberalis eſt, ut quod dedit beneficium non mercetur, et quanto quiſq; magno & erecto animo eſt, ut ingentia largiatur, ita magni putat fuiſſe, multo plura & maiora ſi poſſet largiri, neq; beneficii collati unquam penitere. Alioqui qui opis emolumenti ue cauſa largitur, uirtutis nomen amictit, ingentiaq; eum animi bona fœdare neceſſe eſt. Neq; enim ut Cicero inquit, ſi ob tuam cauſam cuiq; commodes beneficium id putandum eſt, ſed fœneratio. Contra uero auari & cupidi eſt, ſi quod forte munus erogauit, tantundem aut multo plura poſtulare, & uelut datæ mercis precium ferre, quæ ſi ut uidetis repugnantia ſunt, quo nunc modo in unum coeant & in eodem ſubiecto ſint, non ſane intelligo. Cum ergo author hic dicat, quod qui magna dedit, quod officium magni & liberalis eſt, magna ſibi poſtulet remicti, quod eſſe cupidi & auari ſatis conſtat. Equidem eundem liberalis dantis et auari repoſcentis animum in unum ponere uidetur, quod eſſe minime poteſt nec decet. Cumq; uir quiſpiam, haud ſane ineruditus, qui ſermoni aderat, ſe maxime, putare diceret, poetam non ingenui & liberalis ſed cupidi & turpis animi uim naturamq; hoc Epigrammate deſignaſſe, quod uſu compertum eſſet, alieni appetentem eius ingenii eſſe, ut ſiquid benigna manu dedit, præpoſtero more & turbato gentium iure, maiora ſibi reddi poſtulet, & ideo contra officium facit, qui ita beneficium dando fœneratur. Iſtumq; quicunq; eſt, qui tam ſtolide largitur, auari potiuſq; liberalis officiũ ferre. Nunquam inquit Altilius tam ruſtica muſa Martialem fuiſſe certe ſcio ut cum liberalem exprimere oſtendat, cupidũ potius et appetentẽ deſignaſſe credatur, cũ preſertim indefinito utatur uerbo, abſonũq; & ab omni prorſus candore alienum uideri poterat, turpis animi potiuſq; uere ingenui ui exprimere uoluiſſe. Et ad me cõuerſus quid Cenſerem in hac re potiſſime interrogauit. Tum ego me arbitrari dixi, quod is qui munificus & liberalis eſt, licet ingenue largiatur & libenter

officium faciat, tamen natura ita eſſe comparatum ut qui beneficium accipit eo conſilio & animo ſit, ut illi aquo accepit, ad tantundem ſponte obligatus maneat, cumq; pari obſequio deuinciat ut ſimilem ſi occaſio detur, gratiam referat, qui de ſe benemeritus fuit, idq; ſit non animi appetentia aut lucri ſpe ſuadẽte. Sed quod ita homini natura pſcripſit, ut ampla precia beneficiis demus. Siquidem ad promerendum nulla efficatior uis, q̃ officium manet. Atq; ita hoc perſpicuum eſt, fixum homini ingenitumq; fuiſſe, ut ſicut ſe a ui & iniuria tutari & illatam contumeliam ulciſci ac talionem reddere, iubente natura impellimur, ita collatum nobis officium alio officio penſare & conferre cogamur. Nec tantum eadem menſura ſed multo maiore ſi poteſt, beneficium remunerati, & bene cumulatam gratiam referre decet, nec uocare ad calculos, expenſorum & acceptorum. Ideo non ĩmerito Gratias unam auerſam duasq; nos aſpicientes ueteres effinxere quia geminata gratia & cumulatior ad nos redire debet. Quarum nomina paſithea. Aglæa, & Euphroſine, Apud lacedemonios traduntur duæ, ab Homero una uxor Vulcani. Illarũq; ædes in foro medio ueteres poſuere, ut gratia meriti cui uis in promtu foret, atq; ad promerendum, quiſq; eſſet facilis & expeditus. Quod quidẽ ius naturæ eſt, nullo iure ciuili aut plebiſcito. Itaq; ſiquis eum qui de ſe benemeritus fuit, illiberali animo, alio officio non demeretur, neq; illud grate acceptũ fert. Quippe qui nihil adiumenti nihil opis confert, is profecto tanquam uiolator humani iuris ita de officio decedit, ut omni humana ope indignus, ingrati criminoſi & mali hominis ſuſpicionem non euadat, ſimulq; famæ iacturam facere certũ ſit. Quod apud Athenienſes & macedones lege cauebatur, ut haud ſecus ad uerſus male meritos ingrati actio detur, ius iudiciumq; dicatur, ac ſi ere alieno aut graui crimine nexi forent. Nam beneficii memoriam authore Demoſthene, qui recipit habere debet, qui uero dedit, ſtatim obliuiſci. Perſæ quoq; illũ qui accepto beneficio, gratiam cum poſſit non refert, graui pena proſequũtur in eumq; lege agere licet, tanquam magno eſſet ſcelere pollutus. Germani cõtra, nam collati beneficii merito nihil ſibi dederi putant neq; acceptis obligantur. Cum ergo author hic dicat eum qui magna dedit, magna ſibi uelle remeti, non cupidi animum penſare uoluiſſe putandum eſt, ſed liberalis potius & ingenui, quodq; natura iubente cogimur, ut eum qui beneficia in nos contulit alio officio deuincamus, certa ſtabiliq; ſententia multo maiora & quã maxima largiri, quæ obligatio ad ἀντιδοσιν dicta eſt, beneficium enim cui collatum eſt ad promerendum naturæ lex obligat & deuincit. Eſt inquit Altilius ita ut dicis, poſſetq; ueritas carminis & mens authoris ex tuo ſenſu facile iudicari, promptaq; & expedita defenſio foret, niſi aliud ex contextu uerborum liqueret. Sed in hoc ego anceps ad huc & dubius ſum, quod poeta iſtud non naturæ tribuit ſicut tu aſſeueras ut ea cogẽte qui beneficiũ accepit, alio officio

Universidad de Deusto
Biblioteca

obstrictus maneat, sed hoc tribuit uoluntati dantis, illo scilicet qui sponte largitur, quicq beneficiū contulit id postulante. Namq his utitur uerbis Si quis magna dedit, uoluit sibi magna remicti, qđ uerbū cupidi & expetētis est, & ꝓpterea auari. Conuincimur ergo authorem potius benemerētis uoluntatem, quā uim naturæ pensitare uoluisse. Et cum is qui largitur eo animo sit, ut ob gratiam meriti tantūdem repetat, profecto appetentem & turpem animū nō autem ingenuū & liberalem, preferre uidetur. Ergo auari potius non autem prompte liberalis animum poeta expēdere uolut. Tum ego, est inquā quod dubitetur. Sed tamen si uera & salubri ratione rem pensare uolumus. qui mihi naturæ Imperio ad dandum faciendum ue deuinctus manet, eundem mihi uelle obnoxium manere qui a me officium accipit profecto non negauerim ut dare facereq teneatur quod natura Imperat, quodq iura diuina & humana uolunt, ne subeat ingrati culpam, licet ego libenter dem & ingenue liberalis sim. Neq propterea animū uideor deturpare, quod in quem beneficium contuli, eūdem obnoxium mihi esse uolo. Igitur cum lege naturæ qui officiū accipit debitor maneat, proculdubio me uelle, quod mihi naturæ Imperio debetur non negauerim, neq propterea liberalis officium iminuo aut deturpo. Nam Graciæ debicio ita homini ingenita est, ut diuelli nullo modo q̄at, quā dantem appetere uelut promeritum, non est contra officium, nisi sit fortasse quod tu secus arbitrere, Tum Altilius mitiut erat ingenio, aut hoc inquit uerum est, quod modo dixti, aut profecto sua tempora in quibus qui multa dabant, multa repetere uolebant, festiuiter ut solet, poeta hic criminatur.

Quot plebis Tribuni a primordio Vrbis fuerint, quæ ue potestas, & qui cōsulari potestate, & qui Tribuni Erarii. Caput II.

TRibuni plebis qui post secessionem ad sacrum montem, ut essent præsidio aduersus potentiam magistratuū creati sunt, bini a principio fuere. C. Scilicet licinius. et P. Albinus e, plebe homines comiciis curiatis creati, qui tres collegas sibi desumpsere, ita ut quinq essent qui plebis tribunatum gererent, singuli ex singulis classibus, cautumq fuit, ne cui patricio eum gerere honorem liceret. Cūq propter crebras patrum & plebis cōtentiones sedicio gliscceret magis in dies Tribunorūq numerū augeri oporteret, q munimētū essent libertatis. a. L. Trebonio rogatione ꝓmulgata trigesimo post exacto āno cautū fuit, ut decē numero potestas finiret, biniq ex singulis classibus fierent, q̄ iterū ac tertio refici, & insequētes annos a seipsis creari poterāt. Tā & si, ne eosdē Tribunos populus uideret, neue collegā coopta re ius foret, præcipua lege exceptū fuerit, qua lege cauebaꝯ ut essent sacrosancti in hæc uerba. Plebs quos pro se contra uim, auxilii ergo decem creauerit, tribuni eius sunto, quodq hi prohibuissent, quodq hi plebem regassent ratum esto sanctiq sunto, neue plebem orbā tribunis relinquunto & infra. Q ui etiam eo potestatis uenere, ut comicia Cōsulum prætorum ue, & aliorum magistratuum habere, & ne quid fieret in hibere. Senatum dissoluere, reliquis tribunis & quibuscunq magistratibus diem dicere. Aerarii curam gerere, patricios cogere, mulctam irrogare, atq Senatus decreta approbare & improbare poterant, eoq quod Tribuni plebis sanxissent lege ab Hortensio lata cautum fuit, ut omnes tenerentur. Hinc quæ a tribunis plebis ædita sunt, plebiscita dicuntur. Fuitq præcipuo quodam iure excelsa & insolens tribunicia potestas. Adeo ut M. Veccium in capitis dimicationem uenisse & ultimo affectum supplicio fuisse, quod transeunti Tribuno non decederet de uia, scriptū inueniamus. Donec Sylla rerum potens cum rei publicæ imperitaret, tribunicia potestatem ita fregit & cōminuit, ut legem ferret, ne cui qui tribunatum gessisset ad alios honores pateret aditus, uelut indignus honore publico semper futurus. Intercessionem tamen liberam tribuno nichilominus reliquit, quam postea Tiberius Gracchus in tribunatu collegis abrogauit. Q ue quidem intercessio etiam pretoribus cōpetebat. Q uippe intercedere etiā pretor ꝓtori poterat. Q ui licet tantæ potestatis forent, ut etiā Consulem in carcerē ducere. Dictatoriq comminari & mulctam irrogare possent, siquid tamen scelesto consilio contra commoda plebis gessisset. aut exorta offensione apud collegas minus iuste intercessisset. poterat ei a reliquis tribunis dies ad populum dici, Iussuq populi aut Tribunorum in carcerē duci, eiq tribunatus abrogari & in exilium agi & Senatu amoueri. Cn. enim Tremelio tribuno. Pl. in crimen adducto. quod M. Emilio lepido Pontifici Maximo conuicium feciſſet, contumeliaq & probis affeciſſet, a populo mulcta dicta fuit. Et L. Cotam Tribunum plebis, cum es alienum abnegaret, eo quod in ius uocari & magistratus Imperio cogi non posset, collegæ illum coegere comminatiq sunt, ni si es solueret alienum, se creditoribus illum dedituros si postulassent, aliiq tribuni suffragio populi sæpe coerciti fuere, penes quem coertio tribunorum fuit. Sed tam & si Tribunatus, plebis foret magistratus, sequtis inde temporibus, a plebe ad Senatum trāslatus fert, ita ut Senatores & patricii tribunatū gerere amplissimū munus putarent, quod post Syllæ tempora obseruatum inuenimus, in tantū ut extra urbem tribuno prouincias demandari illisq cū Imperio p̄fuisse, exercitus ductasse, fasceſq & lictores habuisse legamus. Primusq. C. Cocta legem tulit, ut tribunus gerere honores & prouinciis preesse ac magistratus extra urbem sortiri posset, a principio enim extra urbem ultra mille passus tribuno nulla erat potestas aut Imperiū. Demū Cæsares tribuniciam potestatē tam cupide appetiuerunt ut magni muneris loco, proq

Universidad de Deusto
Biblioteca

Regali potestate illis delata sit. Quippe Augustus ne Regis aut Dictatoris nomen assumeret. Tribuniciam potestatē uelut sublime fastigiū, & summa potentia subnixus foret, per septem & triginta ānos perpetuam gessit. Quā etiam Tiberius in quinquēnium accepit. Ipsamq; Druso conferri apopulo pro summo decore habuit. Et deinceps Otho & sequti Cæsares Amplissimi Imperii loco appetiuere, licet sero Vespasianus illam fuerit assequtus. Adeoq; processit tribunicia potestas ut actum aliquando fuerit in Senatu, ut nō a Coss. sed ab his qui tribuniciam gererēt potestatē ānos & tempora dinumerarent. Postea uero a Nerone illi ordini infenso tribunorum facultas maximis edictis coercita fuit, cautumq; seuere, ne Tribunius pretorum aut Coss. preriperēt, neue quēpiam ex iralia euocarent, cum quo lege agi posset, ne ue quid intra domū pro potestate agerent, neue illatam multā a tribunis, questores erarii infra menses quattuor in publicas tabulas referrent. Sed præter hos plebis tribunos, fuere alii Consulari potestate, anno trecentesimo tertio decimo ab urbe condita iisdem auspiciis quibus Cōsules creati, tam ex plebe quā patribus. Nam cum Canuleius legem ad populum ferre contenderet, ut ex plebe consules facere liceret, Patresq; ne Consulatus cum plebe promiscuus foret, uehementer obsisterent, eo res deducta est, ut Tribuni militum Consulari potestate fierent, tam ex plebe quā patribus, idemq; iuris quod Consules haberent. Nam & Sella curuli & Consulari pretexta, lictoribus & fascibus Consularibus insignes erant, ac primo tres patricii creati. Mox cum defectiones populorum & tot simul orientia bella tres obire non ualerent, illorum numerus auctus fertur, ut modo quattuor, modo quinq; interdum sex nō nūq; octo crearentur, tunc cum a Romanis Veii diutino & graui bello premebātur, ad tā tā enim belli molem tribunorū auxerunt numerū quot nunq; antea facti, p quod tempus tribus ānis sine Consulibus Romana res fuit, sicut decem uiris legum ferendarum causa creatis biennio defuere. Donec desito tribuorum militū magistratu, & per ingentia certamina uicto Senatu, ut Coss. etiam de plebe fierent egre nobilitas passa est. In qua re admirari succurrit. Quod Pōponius iureconsultus de origine uiris litteris prodidit. Tribunos militares consulari potestate ad uiginti numerum auctos Romæ fuisse, quod nunq; fando auditum, & apud authores tacitū & pretermissum est, cum tot tribunorū Imperia ambiguis decretis, certissimo exitio rei publicæ fuissent. Præter hos fuere, ærarii tribuni ex tertio Iudicum genere, quorum cognitio in pecuniariis & minoribus caulis plerūq; fuit. Quippe cum soliantea Senatores iudicarent, ob eamq; rem inuisi plebi fierent. C. Gracchus rogatione promulgata trecētos ex equestri ordine adiecit iudices, parem Senatoribus numerū, ut metu cōmunicati Imperii, iudicia æqua lance pensitarent, Iudicaruntq; aliq̄diu, iudicia integre & incorrupte. Victor deinde Sylla sublaris equestris ordinis iudiciis, solos Senatores, iuris cognitionē habere, & Iudicia ferre iussit, q ānis decē licenter iudicia exercuere per turpitudinem & sordes. Donec ab Aurelio pretore, alia rogatione iterum comunicata iudicia fuere. Senatui equitibus & tribunis ærariis que lex Iudiciaria dicta est, quo tempore uerres peculatus criminis causam dixit, quibus uetitū lege Gabinia fuit ne ex Singrapha ius dicere liceret. Quos postea Diuus Iulius, noua constitutione abrogauit,. Nā Iudicia ad duo tantū genera redegit, equestris scilicet ordinis & Senatorii. Tribunos uero ærarios quod erat tertium substulit. Quos deinde restitutos & iura sicut prius dixisse facile crediderim. Siquidē Augustus Cæsar ad has Iudicum decurias, quartam adiecit que Ducenariorū dicta est, quæ de minimis iudicaret. M. deinde Plautius, nobilitate suffragante tulisse ad populum dicitur & peruicisse ut singulæ tribus quindenos crearēt iudices, qui numerus sex cētos quinq; & uiginti expleuit, inter quos erant. Senatores & plebei tribuni erarii dicti. Quod cōpar fuit cū eo quod Athenis statutū comperimus, ut a mille quadringētis, furti aut ambitus & Iniuriarū qñq; iudicatū sit, post quos C. Caligula quintam adiecit decuriam Galba sextā adiicere recusauit, quæ qui dē diuersis erant discretæ nominibus. Nāq; alii tribuni æris. alii Selecti, nō nulli Iudices, plericq; nōgēti, nūcupati, quoꝝ sortitio fiebat, quoties iura dicturi erāt, ne qd doli astusue admicteret, neue Iudicātis suspicio, Iudicii fidē eleuaret, Illoꝝ enī noīa insculta tabellis & in urnā cōiecta sorte educebantur. Māsitq; cōstitutū neqs ex nouis ciuibus collegio adnumeratus inter decurias iudicaret. Vtq; in portia basylica quā Cato erexit, nō e tribunali ius dicerēt sicut pretores sed e subselliis, qd nō summi honoris sed minores essent magistratus, qbus etiā hoc curæ fuit, ut publicā pecuniā signarēt, illiusq; curā agerēt. Sōtiūq; uincula seruarēt, Verba legis fuere, Tribuni sunto. Domi pecuniā publicā custodiūto Vincula sontiū seruāto, æs argētūaurū publice signanto. Hoc quoq; meminisse nō pigebit, qd tā & si aduersus reliquos magistratus iure sacrosanctæ potestatis, tribunis plebis intercedere liceat, ita ut uno intercedente nihil reliq decernere ualeāt, Tñ aduersus dictatoriā uim, aut Vestales uirgines quæ uelut sacrosancte ab hominis tactu illesæ manent, nulli tribunorum intercedere, uetare aut prohibere facultas est.

Quo nam modo per feciales initentur fœdera aut bella indicerent, & quid ab exteris seruatum sit. Caput III.

Feciales quos fœderibus santiendis & rebus repetēdis, ac bellis indicendis Romanos habuisse constat, a Tullo Hostilio seu Anco Martio, ut uero alii a Numa Pompilio creatos fuisse liquet, qui ab antiqua gente, Equiculis iura & uerba solemnia quibus res repetuntur, & bella indicuntur accepere. Horum collegium a principio uiginti fuere, quibus & patri

Universidad de Deusto
Biblioteca

patrato ut nunq̃ lineo amictu uterentur proprium fuit, qui tam & si fœderibus sanctiendis & bellis indicendis, aut rebus repetendis quæ preterius, preterq; fas ademptæ sunt, adhiberentur. Tamen siqui legati populi Romani q iure gentium sancti sunt, a quo uis populo aut natione uiolati forent, ut hi dederentur qui iura gentium temere uiolassent, per feciales cauebatur. Erat enim ueteribus ius legatorum sanctum & inuiolabile, cum hominũ præsidio munitum tũ diuino iure defensum. quod etiam inter bella & hostium tela incolume seruabatur. Fuit ergo proprium collegii fecialium, tam de bellis iustisq; fœderibus, pactionibusq; & conditionibus populorum Regum terrarũ & nationum, quã de illatis iniuriis, sociis fœderatisq; gẽtibus, cognoscere, raptaq; & hostili modo deuastata belli iure repetere, Tum si hostes æqua postulent, aut si præter legem fœderis, se aliquid perpessos querantur. Si sua sponte aut lesi & lacessiti arma sumpserint. Si infida pax seruanda, Si induciæ aut bella, iuste indicta & pacta sint, Si petita ex fœdere danda, Si authores defectionis deposcendi, Si contra fidem cõuentionis & ius gentium uenire liceat, animad uertere, belli paciscq; iura exequi, & perpenso iudicio estimare. Q ue uerba iuris fecialis sic habent, Belli pacis, fœderum, inducíarum, oratorum, feciales iudices sunto & infra. Sed tamen ea fœdera pactionesq; quæ cum sociis inire deceret, feciales sancire aut pacta concipere haud aliter poterant, quã si Cõsulis aut prætoris authoritate, intercedente Senatus consulto iussuq; populi pmissum foret, In iussu enim populi, aut citra Senatus authoritatem, nihil sanciri posse quod populum teneat, haud dubiũ est. Fiebat enim Senatus Consultum in hæc uerba, ut priuas uerbenas priuosq; lapides pretorem poscerent, qui uerbenam ex arce & Sagmina (herbæ enim genus est) ac lapidem silicẽ ex tẽplo Iouis feretrii daret, fecialesq; ea secum ferrent. Ac porca adhibita uetere precatione, priscis carminibus, ad prestitutam diem, in foro seu ubi cõuenerat enũciatis, fecialis sceptrũ manu tenẽs, pro Iouis simulacro tanq̃ is fœderi adhiberetur, filo lanæ capite uelatus & uerbena coronatus. Iouẽ, Martẽ, cæteroscq; obtestari deos, & dira obsecratione precari debebat, ut siquis eorũ fœdera uiolasset, aut illa sciens falleret, ita illum Iupiter feriret, quẽadmodum ipse porcã percuteret. Q uibus obtestationibus quã sanctissime prolatis, secũdum rem diuinam precationemq;, lapide silice porcam percutiebat, mox aqua & igne in sacris adhibitis illam ímolabant, qua cæsa iura pacis & fœdera conuenta icta esse rite putauere, hanc fidem socialem & sanctissimũ fœdus esse arbitrati quo nihil sanctius firmiusq; fuit. Idq; ante meridiem & primo diluculo. Nam post meridiem eas precationes facere, aut fœdus percutere non licebat. A principio tamen conditæ urbis, in fœderibus pacis, pactionibusq;, pro uerbena myrtus sumebatur, Apud Græcos nisi preconibus adhibitis, legatos minime hostiũ fines ingredi decebat, neq; legationis munere fungi quenq̃, ni prius infusa aqua ab eisdẽ

qua ab eisdem, manus abluissent. Iouiq; coronatis poculis propinassent. Hi tamen legati qui cum patriis sacris Olympum aut pithiam missi erant, sacri, qui uero fœdera percutiebant quasi pacis arbriti & interpretes σπονδοφόροι, dicti. Q uæ fœdera pactionesq; postq̃ cum exteris & ultimis gentibus inita erant, Romani in templo Capitolini Iouis colũna aut æneis tabulis insculpta ut perpetua monimenta extarent, nõ nunq̃ in fastos & annales referebãt, aut in æde Iouis piscii in Clipeo ligneo, corio bouis ímolati inscripta. Græci In Iouis Olympii templo, & in arce Athenis, tanq̃ in abdito quodam, plerunq; tabulis ex antiquo eræ ut essent testata monumẽtis, sancta & sacrata habuere, non nunq̃ in Isthmo aut ludis pythiis, fœdera icta & leges dictas, pactionesq; erectis titulis perpetuo tẽpore duraturis publicabant. Athenienses pleruq; intra urbem, Lacedemonii in Amycleo societatum & fœderum tabulas fideli custodia seruabant. Eratq; Romanis constitutum, ut nunq̃ cum hoste armato cõditionem fœderis acciperent, neq; citra Senatus aut populi iussum societates & fœdera inirent, neq; cum aliquibus pacato imperio uti, ni prius omnia diuina & humana tradidissent, & præsidiũ accepissent, aut denig; societate & fœdere astricti essent. Feruntq; Athenienses nunq̃ nisi inueste pulla & malis uictos, pacem & fœdera iniisse. Q ua re significabant, suorum clade admonitos & ultima ductos necessitate, post ínumeras cedes uiribus ex tenuatis pacem petere. Carthaginenses & Siculi fœdera & inducias nõ per feciales sed per tubicinem sepe iniuerunt. Apud Græcos uero exteraq; nationes fœderum percuciendorũ multimodæ species erant. Nam porco ariete & tauro ímolatis pacis fœdus inire & res repetere solebant, qui belli tempore caduceatores dicti in pace uero legati. Ex quibus feriebant plerig; fœdera, uel pane precíso & inuicem guctato, aut uini poculo epoto. Non nulli agnũ marẽ candidiuelleris agnam uero pullam adhibebant, utq; ex utriusq; uertice pilis dissectis, & uicissim distributis manibusq; aqua infusa & uino pateris, mox soli et telluri illis ímolatís, leges pacis & fœdera inibãt, quibus qui contra iret, tur pissimo facinore & in expiabili scelere tenebatur. Fertur Aristides, ut ictum fœdus cum omni Græcia firmaret, post diras execrationes, accensos ferreos ordes, in mare deiecisse, adiurãs ut ita extinguerentur, cũ omni stirpe & gente, q cõtra fœdus irent, uelut ignitum illud ferrum, aqua. Vel brachia circa humeros gladio feriendo, & per uices elicitum cruorẽ lingendo quod Medis lydisq; sanctissimũ fœderis uinculũ, & iusiurandũ esse putabatur, quasi mutuo cruore sacratum, Id quod Carmani frequentes factitarunt, ut in epulis percussa faciei uena, profluentẽ cruorem uino miscerent, inuicemq; propinarẽt, summũ fœdus amiciciæ mutuũ sanguinẽ gustasse rati. Nasamonibus fidei dãdæ hæc lex erat, ut porrectum uini poculum de manu alterius alter sumat, inuicemq; hauriat, aut si poculum deesset terræ cinerem lingerent, Indis societas erat ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

xima de Tantali aqua potare, de qua ſiqui una bibiſſent, ea obteſtatione te nebantur, ut eiuſdem fati & fortunæ foedus iniſſe cenſerentur. Apud Arabes aſſuetum erat, ut acuta ſilice, digitos manus expungerent. Veſtiſq; utriuſq; la neos floccos ſanguine qui ide fluxerat delibutos, ſeptem lapidibus delinirẽt, diroq; carmine in execrationem capitis, illius qui contra iret ædito, paribus uo tis, fœdera percuterent. Scythis grandem calicem mero plenum, mutui ſan guinis fuſo cruore miſcere, & poſtq̃ gladium & ſagytas eo perfuderant illud inuicem epotare maximũ erat concordiæ uinculum, quo epoto, diuini huma niq; iuris fœdus æquis legibus ictum erat. Galli cum quibus fide & iureiuran do iunguntur omnes collatis militaribus ſignis adeſſe iubent. Britãni Indictis ceribus & ſacrificiis, conſpirationem fidemq; ſantiebant, atq; ita cõmuni conſilio & una mente, pia & eterna pax inita cenſebatur. Neq; omiſerim Perſas, apud quos inter unum & æpulas frequenti conuiuio, in quo uxores & filios ceteroſq; quos caros habent, tanq̃ fidei pignora adhibebant, ibiq; inter ſacra menſæ, uelut apud hoſpitales deos fœdera & pacta inibant, eam fidem ſocia lem rati & manſuræ pacis pignus inuiolabile. Q ui etiam mos Germanorũ fuit, ut de pace & bello deq; fœderibus, ſocietatibus, amiciciis, Sponſaliis & pactis, in conuiuiis inter pocula decernant. Macroni quæ gens Perſica eſt, cũ haſtam more ipſorum barbaricam tradunt, aliamq; more gentis cum qua fœdere iunguntur accipiunt, ſe maxima & firmiſſima pactione teneri & pari uinculo aſtringi putabant. Ferunt non nulli Clearcum lacedemoniorum du cem, cum barbaris quibuſdam fœdus ſanxiſſe, ut cæſo Ioui tauro, lupo, apro et ariete, Greci gladios, barbari lanceas in ſanguine uictimarum intingerent. Thraces quoq; & Aegyptii e cornibus bouum uina libare alterna uice, conci liati amoris, & manſuræ fidei certiſſima pignora cenſuere. Q uippe ueteribus cornua bouũ poculorum preſtabant uicem. Apud Armenios & Hiberos pre ualuit mos, ut pollices manus, inuicem cõiurantes necterent, mox arctiſſimo nodo perſtrictis collectum ſanguinem leui ictu percuterent, manãtemq; inde cruorem lamberent. In qua quidem re, proditur Rhadamiſtus Regis hibe riæ filius dum ſimulat, cum Mithridate armeniæ Rege fœdus inire, & ob id colligandi pollices forent, lorum ad terrã callido aſtu, decidere ſimulaſſe, quo Mithridatis pedes uinculo iuaſit, ipſumq; cum uxore et liberis captiuos duxit et nece affecit. Etholi quia feroces & ĩmanes, Parthi quia libertatem tuentes nemini ſeruire paciebantur, aut uinculo fidei aſtringi, nullam fœderis legẽ pa ciſci aſſuerant. Siquid tamẽ uellent confœderatũ, licet egre et difficulter, apd altaria complexi dextras, tanq̃ diis teſtibus & arbitris, poſt q̃ ſacra libaſſent, pacta polliceri ſolebant, ita ſe equiſſimo iure conſociatos & arcanũ fœdus inire putantes. Idem ab hircanis mediſq; factitatum, ut dextras dextræ iungentes, conuentiones & pacta ſancirent. Fuitq; literis proditum, ut ſiqui ſceleſti facino

ris conſcii

ris conſcii magni criminis admiſtendi coniurationem inirent, quo magis cõ ſociato facinori nexi forent, poſt diras ĩprecationes execrationeſq;. ii qui clan deſtino ſcelere obſtringebantur, poculum humani ſanguinis admixto mero circunferrent, omneſq; ad facinus adiurati de poculo libarent, aut iugulato ho mine poſt ex hauſtum ſanguinẽ diris imprecrationibus & furiali carmine ex ta tangerent. Q uod quidem maximũ uinculũ cõmuni ſcelere pollutis & di ra execratio habebatur. Manetq; conſtitutũ apud Scythas, ut qui opis ege ret inſigni calamitate preſſus, ĩmolato boue & carnibus decoctis ſupra tergus uictime ſtratus humi expectet, donec quiſpiã opẽ laturus adueniat carne de libata, dextro pede tergori appoſito, quo prodeunte, eo abſtringebatur fœde re, quo nihil ſanctius dici aut eſtimari poterat. Q uod ſi cui bellum indicendũ foret, aut pia & iuſta arma mouenda, mos Romanus erat, prius res repeti, mox bellum denunciari. Q uippe cum nullum putarent iuſtum bellum niſi quod rebus petitis geratur, aut antea denũciatum foret & ſolẽni more indi ctum. Fecialibus enim prohibentibus aut non probantibus, neq; Conſuli, neq; Senatui aut populo arma in hoſtes ſumere licebat. Sed tamen cum res repetuntur, obſeruatum eſt, ut populi iuſſu ad fines illorum, quattuor fecia les quos oratores nuncupant uerbena coronati, res petitum irent, ac deos fœ deq; ulctores teſtes facerent. Ex qbus Verbenarius gramẽ cũ terra euulſum ferebat ex arce, legatuſq; filo lanæ capite uelato, res ſibi dati clara uoce poſce ret, quæ Clarigatio dicta, his uerbis. Iouem ego teſtem facio. Si ego impie in iuſteq; illas res dedier populo. Ro. mihiq; ex poſco, tum patriæ compotẽ nũ q̃ ſinas eſſe, quæ ſi preſtituta die nõ darẽtur, poſt dies tres & triginta, eot enĩ ſolẽnes fuere. Pater patratus qui fecialiũ princeps erat, pariter coronatus bel lum indiceret, non enim cuicũq; ex fecialibus ſed ſoli patri patrato indicendi belli facultas erat. Q uem fecialis uerbena caput & frontem cingens, indicen di belli aut percutiendi fœderis principem faciebat. Ibat enim pater patratus ad hoſtium fines, & uerba ſolẽnia prefatus bellum a populo Romano con tra preſcriptos hoſtes, ob legitimas quas cenſuerat cauſas clara uoce indice bat, poſt quam clarigationem mos erat, ut de Senatus concilio & populi iuſ ſu, fecialis haſtam ferratam aut ſanguineã preuſtam ad fines illorum iaceret, et non minus tribus puberibus, preſentibus bellum indiceret, & ita denun ciari & indici iuſtum piumq; bellum, putauere. Poſt quæ quaſi claſſico per ſonato ſublatis comerciis, militi arma capere & copias cogere licebat, ad ho ſtes ducere, excurſiones facere, pdas agere, fines populari, eoſq; ferro igniq; ua ſtare, frumenta ſuccidere, edificia incendere, atq; omnia hoſtiliter agere. Apud Carthaginenſes haſtam mictere uel caduceum belli paciſq; ſignum fuit. Gallo rum mos habuit, ut druidis iubentibus cum bellum indicendum foret, arma tum concilium indicerent: penes quos arbitrium bellorũ & pacis erat: & qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

nouiſſimus accederet, nouis exemplorũ modis afficeretur, tunc enim princi-
pium bellorũ eſſe, & arma legitime indicta putarunt. Græcis uero in uſu fuit,
ut fecialis poſt res repetitas ſi ad conſtitutã diem non darentur, arietem in ho
ſtium agros ſtatim inmicteret, eo modo bellum indictum & armis uti licere
arbitrati. Corinthiis & pleriſq; gentibus per caduceatorem bellum indicebа-
tur, qui in pacis argumentũ Caduceum circũdata effigie anguiũ inuicẽ con-
nexorum deferebat, quem tamẽ non admiſiſſe aut finibus excedere iuſſiſſe nul
li fraudi fuit. Indis uero Anchora erat pro caduceo, Carthaginenſibus theſſe-
ra, Apud Syros ſignum dextræ, quod apud lingones erat hoſpicii ſymbolũ,
Perſæ latacem herbam uelut caducеũ & pacis ſymbolum ferebant. Athenie-
ſes Ereſionem cum indumento pro caduceo habebant, a Lacedemoniis per p̃
eones ſæpe bellum indictum eſt, apud quos, mictere legatos cum lana, cõ-
minatio cenſebatur, niſi paritum fuiſſet, ſe mandata exequuturos. Preualuitq;
Græcorum mos ut quoties procintæ acies congredi parant, ante prima ſigna
ſtaret uates laureos ferens ramos & corollas, cui Pyroforo dixere nomẽ, quo
niam lampada preferret, quem uiolare ſummũ habebaeur nefas, quod legati
munere fungeretur, utq; in fœdere percutiendo Hycetheria hoc eſt oleæ ra-
mũ cum uicta lanea legati ferant, quo pretenſo ab omni ſeuicia hoſtili & uiolẽ
ta incurſione tuti erant. De ſagminibus uero etiam apud Martianũ iureconſul
tum de diuiſione rerum teſtatum inuenimus cuius uerba ſunt. Sagmina ſunt
herbæ quas legati populi Romani ferre ſolent, ne quis eos uiolaret, ſicut lega
ti Græcorum ferunt quæ uocantur Hycetheria, tam & ſi Ceryceium dici opor
tere non nulli putent, κηρυκειὸν enim legatorum ornatus erat, ἱκετεύειν ſuppli-
care dicitur. In qua quidem re, ſcitu dignum eſt, olim Dario cõtra Scythas
pugnaturo, ab illis caduceatorem miſſum, cum aue, mure & rana ac ſagyte
tis quinq;, tacitis ambagibus nullas opes contra Scythas preualere ſignifica-
tes. Illud quoq; in iure fecialium queſitum eſt, utrum Regibus contra quos ſu
mũtur arma, an uero i regni finibus aut aliquo eius prælidio bellũ indici opor
teret. Et an ſi contra ſocios fœderatoſq; arma ſumenda eſſent, amiciciæ prius
renũciari neceſſe foret. Et placuit, ſiue coram ſiue in præſidio, ſiue ſodalitati &
fœderibus renũciatum fuiſſet, ſiue non, quodcũq; eorum factum eſſet, rite id
factum uideri. Eſt tamen obſeruatum, ut ſiqua contentio inter amicos intercе-
deret, ſodalitati prius & hoſpicio renũciari. Nam & Germanicus Piſoni prius
amiciciam, & Criſpinus Badio hoſpicium remiſit. Amaſis quoq; animo pre-
ſumens Polycratis ruinam ex ſucceſſu continuæ felicitatis, ut minus doleret
miſit qui ſolidati & amiciciæ renũciaret. Eratq; moris priſci quoties dirimerẽt
amicicias aut ſodalitates, etiam domo interdicere, iſq; finis gratiæ foret. Neq;
omiſerim Tybarenos adeo iuſtos ut non prius cum hoſte cõgrediantur quã
diem locum & decertãdi horam ex fide per feciales hoſti renũciarẽt. Quodq;
non nulli

nonnulli prodiderunt, id quod mihi nõ probatur, & pro certo affirmare nõ
auſim. Legatum populi Romani ſi mandata minus uera actuliſſet, aut pa-
rum integra fide fœdus percuſſiſſet, uelut ſi populus mandata dediſſet per in
de teneri & fœdere coerceri.

Pleraq; ueterum prenomina unde deducta fuerint & denominata & de no-
nis Caprotinis, quæ tradantur. Caput IIII.

QVeri a pluribus audio unde ueterũ illa prenomina. Sp. Sex
C. Cn. T. et pleraq; a ueteribus uſurpata, deducta fuerint
quæq; uis prenominum foret. Et dum priſcos ritus, ueterũ
q; exempla cura cogitationeq; admicto, dumq; antiquitatis
monimẽta colligo. Inuenimus Romanos antiquiſſima pre
nomina uelut notiſſima non integris dictionibus ſed ſuc-
tiis & ſimplicibus litteris notare, ut. T. pro Tito. L. pro lucio. Q. p quin
to. Modo duplici ut. Cn. Sp. pro Cneo Spurio, hon nunq̃ triplici ut Sex
pro Sexto. Et Cneos quidẽ a generando. Titos atuendo denominari. Alte-
ros tanq̃ ſobolis procreande auſpicia ſortiti. Alteros quaſi tuẽdæ patriæ emẽ
aſſequti forent, unde & titulos quod patriam tuerẽtur, uel qđ inſignia capi-
tis ea ornamẽta ferrẽt quibus titulos dixere nomẽ, dictos autumãt, ſicut Spu
rios ſine patre genitos denomiari. Fuit enĩ priſci moris, ut cũ ſine pr̃e certo,
aliquẽ notarẽt illũ nõ exarata dictiõe ſed per ſimplices diuiſaſq; literas ſcilicet p
S. et P. ſine patre ſignificarẽt, Lucios quoq; & manios ferut. Alteros qua-
ſi oriẽte luce. Alteros quaſi mane æditos, & poſtumos qđ poſt patris obitũ
editi eſſent nũcupari. Sextiuero quinti & decimi, tũ Nonii Septimii & Octa
cilii a numero genituræ indita nomina fuere. Plerisq; a Tullo hoſtilio Quin-
tios ſicut Seruilios, Tullios, Geganios, Curiatios, & Cloelios ex albanis Ro
mã aduocatos ferũt. Eratq; propriũ Quintiq; familiæ ut uiri æque ac femi
næ, nullo tẽpore utãtur auro. Mamercos qđ nomen Oſcũ eſt, a Marte geni
tos dicũt, Sicut Martios, qđ Emilioq; prenomẽ fuit propriũ. Caius uero &
Caia æque uiris ac feminis prenomia frequẽtia fuere, maxime in ſolẽnibus nu
ptiarũ uſurpata, uidelicet Caiæ Ceciliæ quæ Tanaquil dicta eſt, felix fauſtũq;
cõiugiũ fortunaſq; augurati. Quod etiã frequẽs prenomẽ Tarẽtinis ferunt
quo brutũ terrenũ & colonũ hominẽ deſignabãt. Siquidẽ γῆ terra eſt, un-
de γήϊος et γαῖος, deductos uolũt. Et tameth in ueteribus monimẽtis. C. lit
tera Caiũ denotaret, ea tñ inuerſa hac figura. Ↄ. Caiã deſignauit. Illud tamen
admonitu non inutile duxerim, neminem Romanorum ſine prenomine ap
pellari. Idq; ex eo inſtitutum quod cum inter Romulũ & Tatiũ ſocietas &
cõmunicatio imperii inita eſſet, ut una conſentio unus populus una mẽs atq;
idem corpus ſublato diſcrimine notaretur, ut Romani Sabinorum, Sabini

Universidad de Deusto
Biblioteca

Romanorū nola ſuis nomibus preponerēt equato regni iure, &'cōſociato im perio cautū fuit. Quare prenomina uetere fuiſſe ex ſabinis noſtris deducta multos opinio fuit. Quin etiā excellētes uiros et principali dignitate inſignes ſolis ꝓnominibus nominaſſe magnificētius honeſtiuſq duxere, tanq ob illo rū amplitudinē uulgo noti & cōſpicui forēt. Cūq mācipiis & Seruis, nullū cognomētū aut prenomē ueteres imptirēt, ſoloq appellarēt nomīe. Si quā do tamē manu emiſſi libertatē meruiſſent, ut inter ſeruilē perſonā & liberā diſcrimē nomis foret, cū illis ordo Honos & locus acceſſerit, ꝓnomia patro nos, ac ſi diſciplina, & cultu Romano eſſēt educati ſepiſſime ſibi arrogarūt, quare Marcipores Lucipores, Publipores, a Marco lucio & publio, multi ſer uitute exēpti nūcupati ſunt. Nec modo libertos hoc fuit ꝓpriū, ſed adoptiui filii & arrogati, adoptātiū ſæpe nomina & prenoſa atq cognomēta deſumſe re. Inter quos erant addicti. Qui tā & ſi nomē prenomē ac tribū in preſenti habeāt. Illos tū ſeruiſſe & ſub alterius mācipio fuiſſe liquet. Fuere aūt addicti qui cū nō eſſent ſoluēdo, creditoribus addicebantur, mox precio ꝓſoluto, ſeu qua uis cauſa, etiā citra dñi uolūtatē ſeruitute exēpti, & libertate donati ſunt. Preter hos erāt abſciſſi & lenones æqua fere cōditione ac ſerui, nullo cogno mēto aut ordīe infames. Namq Senatus conſulto prohibitū erat ne abſciſſi quibuſq uirilia execta forēt, ut pote ſemiuiri, aut Lenones querēdi iuris aut poſtulādi cauſa tribunalia adirēt. Ideo Vectilius leno in cauſa teſtamētaria a Q. Metello deiectus fuit, & a ſubſellio prohibitus quia leno erat, quē ꝓ libe ro propterea habendū nō cēſuere. Eſt tū literis proditū, ut niſi inter ingenuos aut ex ingenuis ortūdos nullū gētilitatis cognomē foret' nā ſeruos libertos rūq nulla cognatio nec gētilitas erat, apud Athenīēſes uero conſtitutū eſt ut nemo ex femina genitus maternū ſibi nomē aſciſſeret. Nā feminis indere fa miliæ cognomēta lege uetabatur. Id quod æquæ a Romanis factitatū cōpe rimus. Tū nequis illas Athenias uocaret edicto cautū fuit, e diuerſo apud ly cios nam ex matribus non patribus gentilicia fuere nomina, filiaſq non fi lios ſuos habuere heredes, pluſq honoris feminis quam uiris tributum eſt. Neq omictendum, nonis Iulii, quibus e uita conceſſit Romulus, quas Ca protinas & uulgi fugam appellant. Romanos urbe excedentes, ad capreæ paludem ſacra facere. Dumq ad rem diuinam uadunt ueterum prenomina, ut Caium, Lucium, Martium aliaq priſca nomina inclamare. Sicut in Oſco phoriis Atheniēſes ob Egei mortē dolentiū uoces imictātur. Ancillaſq cul tu decoras in matronali habitu cū occurrētibus prelii imaginē effingere, qđ olim cū latinis Romani geſſere, unde celebritatis cauſa & origo eſt. Tectaſq umbra caprifici, æpulas & alia letitiæ inuitamēta celebrare. In quibus ſacris hoc ſeruari meminimus ut inter ſolēnia de caprifici lacte apponatur. Illud pre terea notatū eſt. Romanas mulieres ſine cognomēto ſolis prenominibus ad

iecto nomine denominari. Quodq Marci prenomē uelut pniciosum & in fame plericq magnopere deuitarunt. Poſtq. M. Mallio crimine affectati re gni, turpi iudicio cōuicto, ne cui gētili, nomē. M. Mallio foret. Senatus con ſulto cautū fuit, quod generi & nomini ſuo, inuſtā dedecoris notā attuliſſet, Sicut Claudia gens ꝓptet gentiliū flagitia, cū luciorū alter cædis, alter latro cinii dānatus foret, ad diluendā memoriā dedecoris, lucii prenomē deuitauit. Quodq Domicia gēs cæteris pretermiſſis. Cn. et lucii prenomē, peculiare ſibi deſumpſit. Siquidem ex enobarbis authore tranquillo continua ſerie tres lucii Reliqui uero Cnei prenomina eadem ſerie uendicarunt.

Quid ſit apud Iureconſultos Heliocaminus, quid zeta & unde deductum nomen & denominatum. Caput V.

IN Circo flaminio dū poſt īmodicos calores ſole occiduo deambularemus, adit ad nos cōtubernalis meus quiſpiam ꝓficiēs in iure ciuili ſed nimis inepte gloſus, & ꝓcontatus eſt, quid eſſet qđ Vlpianus de Seruitutibus urbanorū dixit, qđ ſi arbor ate cōpacta Heliocamino meo ſolē adimeret, eo qđ umbrā facit in loco Heliocamini id cōtra ſeruitutē tibi face re nō licere. Quid eſſet Heliocaminus percūctabatur. Cumq de uerbi ſigni ficatu ambigeretur. Dixi Heliocaminū uaporariū quodā ſolare & apricū lo cū dici ad quē Sol hybernus accedēs ipſum euaporat & calefacit, deductū no mē. ἀπὸ τοῦ ἡλίου καὶ καμίνου. id eſt ſolis uaporario ſeu eſtuario. Fuiſſeq mo ris priſci, ut iuxta zetā Heliocaminus cōſtruatur. Zeta enim locus erat unius cubiculi capax ſolē hibernū ꝓſpectās ita cōſtructa ut per Heliocaminū uapo rē acciperet, erat enī cubiculū hibernū frigori accōmodatū, qđ nūc ſole, nūc igne eſtuaret. Quare Heliogabalū Indicos odores ad uaporādas zetas acē dere cōſueuiſſe authores tradūt. Fuit ergo opinio Vlpiani qđ ſi Heliocamino meo & uaporario eiuſmodi, ad quē ſol admicti debet, arbor ꝓte cōpacta of ficiat, ita qđ ad eū admicti nequeat, id uelut cōtra ſeruitutē factū, nō rite fa ctum uideri.

Quādo primū interregnū ceptum fuerit, & quibus de cauſis interreges Ro mæ creari conſueuerint. Caput VI.

QVo tēpore Romulus ad Capreæ paludē Humanitatē exu iſſe fertur, ſatis cōſtat patres cōſcriptos de Regni ſucceſſore ſollicitos, decē decuriis factis, ſinguliſq in ſingulas decurias creatis, ut decem imperitarent, unuſq cum inſignīis imperii & lictoribus eſſet interreges creauiſſe, quod imperium per orbem ire & quinq dierum ſpacio terminari iuſſerunt. Alii per ternos quaternoſq dies, interregni ſpacium per ſingulos iuſſe, atq anno uno Senatores qui centum numero erant, Imperium tenuiſſe fer unt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Plericq; asserũt cũ ducẽti Senatores essent, a patribus fuisse constitutũ, ut per quinos dies singuli qui fasces & Imperii insignia habebant, imperitarẽt, functusq; Impio primus secũdo, & reliqs deinceps, regni curã munusq; traderet: Nõnulli putãt, qd cũ centũ & quinquagita patres essent, singuli cũ fascibus prodeũtes, sex noctis horas & sex diei quirino ꝑeritatũt & sacrũ fecerũt, tandẽ Tatio q regni cõsors erat, ãnuũq; interuallũ fuisse, donec Numa Põpilio rege creato, Romulo regni successor datus est. Mãsitq; mos post exactos Reges ut siqua fortuna aut casu Coss. creari nequirẽt, uel uicio creati forent, aut siqua turbulẽta cõfusio & necessitas ꝑmeret, donec de Cõsulatu decerneret aut Dictator reip. daretur, interreges ꝑessent, q populo uice cõsulũ iura darẽt. Quin etiã si cõtentio inter patres & plebẽ foret de magistratibus creãdis, aut absentibus Cõsulibus cõmicia haberi nõ possent, uel uicio creatis magistratibus auspicia renouari oporteret. Vel Cõsulibus morte sublatis, de comiciis & creãdis Cõsulibus cõtentio esset, interreges creari, cõpertũ est ut essent q cõmicia haberent, magistratuũq; munia obirẽt. Qui quidẽ interreges sine populi suffragio ad cõciliũ plebe nõ admissa a patribus tantũ auspicato creabãtur. Quotiesq; per interregẽ cõmicia fiebãt, in patrũ potestate euentũ cõmiciorũ fuisse, liquet. Quippe nemo interrex qui author cõmiciorũ foret, nisi ex patribus erat. Dicebat uero Cõsulẽ plerũq; interrex ex patrum decreto quem ipsi uoluissent, quod officium prodendi interregem oratoris fuisse autumant, Poteratq; non modo pretor. Sed Cos. aut Dictator interrex fieri. Et si qñ proditus interrex munus pro quo dicebatur exequi nequiret, exacto dierum quinq; spacio, alius succedebat qui uices susciperet, donec per singulos in orbem irent, ut modo tertius, nunc quintus aut quartus, non nunq̃ quartus decimus, plerumq; uigesimus proditus interrex Coss. magistratus ue faceret, aut cõmicia haberet. Quos quidem interreges dum honori preerant. Consulum uicem gerere, idemq; iuris & potestatis habere haud dubium est. Donec absoluto rei publicæ munere, interregum potestas finiretur. In quo id plerũq; euenisse comperimus ut proditus interrex, cõmiciis quæ ipse habuisset. Consul crearetur. Sicut de. L. Postumio Metello traditur, qui his cõmiciis quibus interrex preerat, cum Iunio bubulco. Cos. factus est. Qui etiã tantæ potestatis erant, ut legem ferre possent, Senatũ cõsulere, & Cõsulis munia obire. Hoc quoq; dicere haud piget, sine causa interregẽ dicere haud licere, Sed cũ turbulẽtæ cũfusiões aut tumultus cõmicia ipeditẽt, et nisi ad quattuor kls Februarias creari licuisse. Et si qñ cõmiciorũ causa interrex ꝑditus eẽt, qđ plerũq; usu ueniebat, nũq̃ ab eo q primus ꝑderet, sed q secũdo aut tertio ac deiceps in orbẽ iissent, uel cõmicia hẽri uel dictatorẽ dici, aut Cõsulẽ uel tribunũ creari. Fertur uero Sylla cũ summæ esset potẽtiæ. Cõsulibus morbo sublatis, per Senatũ interregẽ creari mãdasse. Scilicet qui nõ Consulũ cõmicia exẽ

plo ueteri indiceret. Sed ut se dictatorem ad imaginem antiquitatis indictis cõmiciis crearet. Neq; negauerim Cesarum temporibus nullum interregnũ fuisse, cum unius Imperio occupata re publica Senatus esset negligens & remissus, & uix ulla foret libertatis imago nisi post Aurelianũ cum de principe deligendo, Senatus opinione uaga duceretur, & cum militibus tumultuantibus non consentiret, per sex menses deligendo principi interregnum fuisse. Donec Tacitus in Imperio assumptus fuit, qui summi principis spem ostendit. Tam et si morte sublatis Cesaribus quoties de principe deligendo ambigebatur, ad Senatũ, Romanã rẽ ꝑtinuisse, mltiplici exẽplo ꝓbatũ sit, qđ Traianus facere destinarat ut siqd ei cueniisset hũanitus, principẽ reipublice Senatus daret.

Sacrificium latinarum quomodo in albano fiebat, & quæ erant feriæ qui uel populi ad sacrum conuenirent. Caput VII.

ROmanos Coss. cõmiciis creatos, sortitis prouinciis aut extra sortem datis, latinas ferias indicere consueuisse plane perspicuum est, louiq; latiali in monte Albano sacrũ facere qđ latiar dixere, ubi carnem latinis populis dare mos erat, quæ uisceratio dicta. Est enim mons albanus inter albam & urbem Romã tractu fere pari disiunctus, ubi templũ a Tarquinio superbo Ioui latiali constructũ ferũt, sacrũq; institutũ ad quod latini populi numero septẽ & quatragita, stato tẽpore, nõ nunq̃ noctu ad lumia frequẽtes cõuenirẽt, ibiq; nũdinas haberẽt. Vtq; alii agnos, alii caseos, nonnulli lac, plericq; molã ad cõmune æpulũ afferrẽt, & una taurũ imolarent cõcordi suffragio statutũ erat, tauroq; imolato & cæsa uictima, riteq; sacrificio ꝑfecto ut quisq; populus qui ad sacrum accesserat, & quæq; ciuitas carnem posceret de tauroq; partem acciperet prisci moris erat. Principatus uero sacri & publici concilii caput, haud dubie penes Romanos fuit, quas quidem ferias conceptiuas non statiuas esse, multi putauerunt. Cum enim feriæ quattuor essent genera. Statiuæ, conceptiuæ, impetratiue, aut nundinæ. Statiuæ fuerũt quæ statis diebus ac mensibus seruãtur ut Saturnalia, Lupercalia, Agonalia, Conceptiuæ quæ in diem certã a Pontifice uel magistratu concipiũtur, ut Latinæ Sementinæ, Pagonalia, uel compitalia, Impetratiuæ quas Consul pretor ue, aut Pontifex Maximus pro arbitrio indixit. Nũdinæ uero semper Paganorum habitæ sunt feriæ, quas Hortẽsius nefastas esse sanxit, ut rusticis qui nũdinandi causa in urbem uenerant, lites componere & leges accipere facultas foret. Quod quidem sacrum uelut ãniuersarium sine piaculo nec prætermicti nec supprimi poterat. Ideo si dilatum aut omissum foret, piaculum admicti putabatur. Namq; illud iterari aut intermicti uel non suo tempore celebrari prodigium erat. Propterea. C. Flaminio quod secundo punico bello. Cos. latio

Universidad de Deusto
Biblioteca

nas non indixisset, neq; sacrum in albano fecisset, sed lixæ modo sine more si ne auspiciis ad exercitum profectus esset, dirum fuit, & haud multo post, pu blica clade expiatum. Siquidem ad Trasimenum cũ inconsulta audacia in ho stes irruisset, depulsis & dissipatis copiis, totoq; exercitu profligato, & nefan da cede afflicto, pretermissi sacri penas dedit. Quod si in eo sacro, non omnes latini carnem accepissent sed aliqui dilati preteriti ue fuissent, aut neglectæ cerimoniæ intermissum ue solẽne esset, tanq̃ non rite exhibitum foret, denuo instauraci oportebat. Ea uero quæ non ãniuersaria sed kl̃endaria dicuntur sa cra, si quo casu aut fortuna dilata uel suo tempore omissa forent, & diferri & nouari & repeti posse sine piaculo ueteres credidere. Has ergo Latinas Tarquinius a principio in unam diem indixit, Post Reges uero exactos altera populi iussu adiici cepta fuit. Demum restituta plebe que ad sacrum montẽ secesserat in tres aut quattuor dies indictas a Consule uel prefecto Latinarũ fuisse. Interiecto deinde tempore in decem dilatas seruataſq; inuenimus. Vltra quos, duo etiam post latinas religiosi dies habiti, quo tempore, solẽne ludicrum in capitolio fieri, quadrigæq; concito cursu decertare, uictorq; certaminis in palmã uictoriæ, absynthium bibere solebat, quibus diebus, si cum latinis & populo Romano bellum inter eos aut dimicatio foret, induciæ dabãtur. Namq; in dictis feriis latinos populos inuicẽ arma sumere aut acie decernere, uel agros hostili modo uastare sine graui prodigio non decebat, tunc enim odia offensiones q; quiescebant. Cumq; post pugnam cum uicentibus ad uesuuiũ, fœdus ictum fuerit cum laurentibus, deinceps singulis annis potest decimum latinarum denuo innouari seruatum est. Sed sicut hoc sacrum in albano, sic Veneris templum lauini celebre latinis populis erat, ad quod conuenire, & ãnua sacra stato facere assuerant, quorum Ardeates qui antistites templi erant præcipuam gessere curam. Manſitq; in posterum ut si quod nomini latino impenderet bellum, uitandæ iniurie causa, in Albano aut ad lucum ferẽtinæ quid facto opus foret, cõmuni concilio decernerent. Anagnini autẽ concilium Hernicis populis in Circo quem maritimũ uocant indicebant. Grecis uero conuentũ Amphictionum ab amphictione Heleni filio inuentum, quod fuit sanctissimũ Greciæ concilium, huius instar sacri tenuisse dicunt, ad quem duodecim florentes Greciæ urbes inicio ueris & autũni conuenire, & Cereri sacrum facere deq; maximis rebus cõmuni decreto decernere solebant, quod ad Thermopilas indicebatur, & philaicum uocant, fuere autem populi qui exciti sedibus illuc confluebant. Ionęs, Dorii, Perrebii, Bœcii, Medontes, Achei, Phthii, Melienses, Dolopes, Aeneanes, Delphi, & Phocenses. Preter quos Homolœos populos huius sacri imaginem pretulisse tradunt. Dissecto enim in minimas partes boue imolato, fœdus iungunt & sacrum faciunt. Nec desunt q Dianæ templum quod est in laconiæ finibus, huius figuram optinere dicant.

Illic enim lacones & messenii statuto sacrificio quod in diem certam quot ãnis faciunt crebra concilia indicunt, & aduersus maximos conatus de summa rep̃ consultant. Lugduni quoq; ubi Arar Rhodano cõmiscetur cõmunis ara fini timos conciuit populos numero sexaginta, ad quod sacrum singuli euocati in genti coacta manu aduentabant, deq; rebus magnis, indicto concilio decernebant. Concilium quoq; etholorum quod panetolium uocant, magni nomiꝰnis fuit, in quo nisi in Panetholico & Pyrrhiaco concilio de bello uel pace deꝰcerni nihil poterat: In Palladis Ioniæ tẽplo, Pamboetia sacra cõcurrente Bœtia tota, & concilia populorum magno concursu ad omnes hostiũ motus frequentia fiunt. Et Panegyres Athenis quinto quoq; anno. Atq; in Neptuni tẽplo heliconii ab uniuersis Ionibus conuentus & sacrum fit, quod uocãt panionia. Fuitq; alter cõuentus amphictionum in troezena templo Neptuni inclyto, quo ex septem ciuitatibus populi ad cõmune sacrum pari usu & cõmertio coibant. Hæ fuerę Athenæ, Prasium, Epydaurus, Egyna, Nauplia, Orchoꝰmenus, & Minyus, Apud Chares autem Crisaorei Iouis tẽplum omnibus Charibus cõmunis concilii locus erat. Et Sybaritis Omarii Iouis delubrum in quo Sybaritæ Caulonitæ & Crodematæ conueniunt. Et Doriis in Epytropio Appolline ad quem conuenientes cum uxoribus & liberis sacrificant, ibiq; ex omnibus oppidis & uicis siqua consultatio fieret, ciues & incolæ concilio adesse assuerant. Pre ceteris uero Sẽnonum cõuẽtus fertur ímanissimus, quo omnes eiusdem sanguinis, statuto tempore in syluã religione sacram conueꝰniunt, cæsoq; publice homine, barbara feritate uictimam faciunt & de belꝰlis consultant. Præter quos fuit cõuentus in olympia Dianæ Alpheoniæ iuxta Alpheum, Sicut Elaphiæ, & Daphniæ ac laureæ, qui annis singulis stato die celebrantur. Vni soli feruntur Britanni qui cum uariis factionibus laborẽt ad ꝓpulsandũ cõe periculũ nullos aut pauciſſimos cõuentus habẽt, ita fit ut cum uires consociatas non teneant, dum singuli oppugnantur, uniuersi succũbant, in Albano autem, qui populi cõuenirent & carnem poscerent. Hi ferme traduntur. Albenses, Albani, Esolani, Accienses, Abolani, Nubetani, Bolãꝰcii, Coretii, Ortenses, Latinienses, Longani, Manates, Macrales, Munienꝰses, Olliculani, Octulani, Pedani, Pelletaurini, Querculani, Sicani, Sisolenses, Tolerenses, Corniculani, Ficulei, Vetuscamerii, Amerioli, Tutienses, Venatulani, Vicellẽses. Præter hos fuere Ardeates, Violanẽses, Bubetani, Corni, Varientani, Gabini, Lauinienses, Laurniatæ, Lauicani, Nomentani, Boꝰullani, Prenestini, Pedani, Corniculani, Atricani, Scaptemii, adde ẽt Laurẽses cum quibus & Romanis post decimum latinarum singulis annis fœdus renouatur ut percensuimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui ludi Olympici, q̃ Phytii, qui Istmii, & qui Nemei, olim apud Græcos, et qui Circenses Romæ fuerint. Caput VIII.

QVæ uictoribus premia in ludis Olympicis fuerint, quibus ue coronis donarentur, a nonnullis quæsitum est. Olympicos enim ludos propter Olympii Iouis delubrū, quod in Achaia fuit celebratissimū dictos accepimus, qui iuxta Pysam & Elidem, in campo cui Olympia nomen, magno conuentu totius Greciæ, certamine gymnico & equestri celebrari consueuerant, quod delubrum in agro Pysano ab Elide trecentis fere stadiis aberat. Pysæ autem pars erat Olympia. Quos ab Hercule institutos in Pelopis honorem, anno mundi quatricentesimo supra quattuor millia fama distulit, In quibus primus Corebus qui Olympia uinceret fuisse traditur. Ipsumq; Herculē stadium illic metatum quod maius q̃ reliqua fuisse memorāt. Qui quidem Hercules non is fuit qui ex Ioue & Alemena natus fertur, Sed qui in Creta genitus inter Ideos Dactylos adnominatus est, certantibus ibidem Hercule Pœneo, Epymede, Iasio & Ida fratribus Ideis. Nonnulli ab Iphito eius filio, et licurgo Olympicos iuētos primū autumāt. Pleriq; Oenomaum ludos & equoꝝ cursus apud Elidē edidisse uolunt, quorum prefecturā Helei longo tēpore habuere, inquibus agrigentini equi atq; Aetnei semper preceleres habiti, et Epyro primas in Olympiacis meruere, atq; ex Venecia, in sacris certaminibus sæpe nobilitati sunt, præcipui uero Nysei quibus Persarū Reges utebātur, & apud Eleos educati quibus non segnis equorū cura fuit. Quippe qui equas finibus eductas iniri faciant, quod esset experimento cognitum miræ felicitatis prolem inde puenire, Sicut apud Argiuos ad lucum Agenoris hircos pecudibus admictunt, ut fecundissimos habeant fœtus uberes & questuosos, laudaturq; Atheas Rex scytharum quod tanto equorū studio flagrarit ut equm ipse pecteret & manibus suis ornaret, qui cum a legatis Philippi conspiceretur, an ipse idem faceret interrogauit. Fertur tamen Alcibiades septem quadrigas miræ pernicitatis ad Olympia deduxisse & uictor fuisse, & Hecratides Thessalus equa pregnāte Olympia uicisse. Atq; Archidami Sparthanorum Regis filia inter feminas uictricem palmā tulisse. Ab Homero autē celebratur Clytoneus pheacum uelocissimus, in Palestra Eurialus, in saltu Anchyalus, in pugillatu laodomas, in dysco Elatreus. Præceteris prodit Theogenes cursu lucta & pugillatu ita celebris famæ ut mille & ducentas coronas tulerit. Et glaucus de mili filius qui cū ipsum arātē pugno excussum uomerē aratro indidisse cōspiceret pr̃, admirans illū produxit in Olympia, & cū arte aduersarii eluderetur Pater clamauit τιϱ απαφόϱτεω id est uulnus ab aratro ut tā fortiter percuteret sicut olim pugno uomerē aratro indiderat quod ille audiens & tunc

diens & tunc uicit & sepe alias. Hosq; ludos qui uarii & multiplices erant, nā Palestra, pugnis, cursu & lucta certabatur, quarto quoquo āno celebrari, qd̃ tempus Olympiadem dixere, unde Græci ānorum curricula & tempora dinumerāt, atq; in his decem prefectos sorte ductos diiudicare celebris fama est, uictoresq; quorū uirtus præcipua fuit. Oleastro coronari, uel Calliste phano (oleæ enim genus erat) uelut grande uirtutis precium ferrent & p̃ter coronā uictori statuam Olympiæ dicari, Tam & si Olympiæ uictorem, coronis aureis aut æneis uulgo donari quādoq; proditum sit. Antea. n. in sacris certaminibus arboris ramus pro corona fuit, sic Athenis panathenea quibus peplū Mineruæ ferebatur singulis lustris sunt fieri solita, in quibus solēni carmine per tubicinē & preconē ludicrum indicebatur, nudosq; ad Certandū ingredi athletas, neq; cōgressurum quēpiam cum quo certaretur elígere, sed cum primo prodeunte congrediendū esse. Neq; ad spectandū mulieres admicti preter unam pherenicem, quæ mater filia & soror Olympionicarum fuit, & ceteris sacerdotes mulieres, neq; barbaris pugnare licere, lege cauebatur. Sicut Mylciadi certamen equestre & Gymnicū Chersonitæ fecerunt, in quo nulli lampsaceno pugnare permictitur, proditūq; memorie fuit, a prima Olympia de usq; ad uigesimā sextam Heleos Olimpiaco semper certamini prefuisse, in quo licet prius Atlethæ sub ligacula ferrent, postea lacedemonii decertantiū corpora nudari mox oleo perfundi edocuere. Primus enim qui nudare corpora in Olimpiis agressus fuerit Hacātus lacedemonius fuisse traditur, antea enī pudori ducebāt, nudatis corporibus apparere in ludis. In his quoq; institutū ut qui largitione corruptis aduersariis pugnarent, quiq; athletæ ad prescriptū tempus non uenirent, multa plecterentur, utq; nefario scelere conuicti aut crimine dānati, nec in certamen uenirent neq; ante commissionem spectaculi ad immolandum accederent. Quippe Athletarum parētes & omnem stirpem citra labem esse uoluerūt, Sorte quoq; duci ad pugnādum paria athletarum. Et de loco interse pugiles decernere, exemplis sæpe probatum est. Que sortitio fiebat ut calculis in urnam coniectis binæ compares licteræ inscriberētur, quiq; eductis sortibus pares sortiti erant, muicem cōmicterentur. Horum imaginem ludorū Cato Romā transtuliſſe dicitur, cū in Theatro spectacula ediderit, uictoribusq; non ex auro sicut olim, sed ex oleastro sicut in Olympicis coronas proposuisset, cuius exēplo Augustus, post pugnā Acciacam Olympicorū imaginē & ludos illis emulos apud Accium in sinu ambracio Apollini consecrauit, illorumq; curam multis propositis coronis lacedemoniis demandauit. Preter quos in agro leontino Olympicos ludos Herculi Palestræ institutos Diodorus memorat, qui si intermicterētur sacerdotes muti fierent, et si sacra repeterent liberaren t̃ morbo. Ferturq; Sylla, Olympiade quinta & septuagesima supra centesimam, Athletas & reliqua ex Olympiis certamina

Universidad de Deusto
Biblioteca

Romã traduxisse, & solũ stadii cursum illis reliquisse. Nero uero contra. Nã q̃ agona musicũ Olympiis addidit & primus preter assuetum celebrauit, in quibus aurigauit & coronã meruit. Fuitq̃ literis proditum si libet credere, ab imolato tauro, deo quem Miodem uocãt, dum Olympiorũ celebritas manet, muscas ad unũ cateruatim pisas cõcedere, rursusq̃ ludis absolutis eodẽ reuerti. Sicut in leucade apud Aecum Apollinis ubi panegyri celebritas futura erat, muscas boue imolato illius distentas cruore protinus euolare. Alteri ludi, a Phitone interempto. Pythii dicti in Appollinis honorẽ celebres fuere, a Dyomede primũ instituti magna religione sacri, in quibus uictores lauro coronati triumpharunt. Q ui apud delphos in phocide ubi templũ Apollinis erat, magnopere culti cõcelebraticq̃ sunt, in quibus Comediæ & tragediæ, & alia fabularum argumẽta spectatoribus exhiberi atq̃ ad spectandum tibia & cãtu inuitari solebãt. Tertii Isthmii in Isthmo achayæ iuxta Corinthũ in megarensium sinu delubro Neptuni inclyto inter Ionium & Egeum a conuentu totius Achaiæ profusis sumptibus fiebant, qui in honorem Melicerte seu palemonis aut portũni Marini dei mãsere, quos quidẽ noctu a principio mox die celebrari institutũ est. Hos enim a Theseo emulatione Herculis q̃ Olympia instituit primum inuentos memorant, qui & quinquẽnales erant, tanta religione sacri, ut cum eos Cypselus Tyrannus Corinthius intermisso more reliquisset, illorũq̃ prope intermortua memoria esset, ne tanta celebritas pretermitteretur. Corinthii aliquando enixius ex omni seculorum memoria solẽnes celebrarũt, quos tanto deinceps studio coluere, ut ne deleta quidẽ Achaia a. L. Mũmio, & tota Corintho maximo bello conuulsa, ab eorum spectaculis desiuerint. Cumq̃ deserta Corintho celebrandis ludis ciues superesse nequirent. Siconiis proximis incolis ne celebritas intermitteretur, cultum curãq̃ demandarunt. In quibus præcipuus honor spectaculi Athenien̄sibus datus. Si quidem tantum spacii quantũ uelum nauis occuparet, ut cæteris preferrentur subselliaq̃ precipua haberent, cum corinthiis conuenisse dicuntur. Et q̃is in Isthmo uictores apii coronam premium ferrent. Postea pinea coronari, deinde mũ a Solone ut qui Istmia uicisset centum Dracmas qui uero Olympia quingentas ferret, cautũ fuit, Præter quæ munera hoc etiam uictori tributum est, ut uictor statua donetur, illiq̃ publice decernantur alimenta. Si aũt ter Olympia uicisset, Statuæ quas Iconas uocant, similitudine mẽbrorum expressa discarentur. Nõnunq̃ ut cum quadrigis triũphantium more uectentur in patriã aut pro ampliori munere, coronis uictisq̃ exornẽtur. Reuersuriq̃ disiecta parte muri urbes ineant, statuaq̃ In foro & perpetua imunitate fruãtur. Adeo ut Græcis Olympionicẽ esse maius censeretur munus q̃ Rome de hostibus triũphus. Quod Romanis etiam in usu fuit, ut Athletas qui sacris certaminibus coronam meruissent, uacatiõe munerũ, curæ tutelæq̃ & perpetua imunitate donarent.

Quartos autẽ Nemeos a Nemea Sylua in Archemori honorẽ institutos ferunt. Hic enim Lycurgi filius Opheltes dictus cui a serpente interempto in patris solatium ludi mansere, quos dicunt Nemeos, quorũ non minor apparatus & celebritas erat. Tam & si a Moloreho qui Herculẽ suscepit hospicio, cuius filius a Leone interemptus fuerat, eo enecato primũ institutos dicant, in quibus maiorum imagines sicut in funebri pompa longo ordine representari, atq̃ equorũ cursu, simul disco, cestu, & Palestra dimicari, uictoresq̃ apio coronari solebant. Ideo quod super hanc herbam reptantẽ puerum a dracone interemptũ ferant. Inde fuit Græcis apii corona funeralis, maiorumq̃ sepulchris ex apio coronas apponi, illoq̃ ornari & tegi seruatum est, quæ sepulchrales dictæ. In quibus nemeis memoratur Arion equs pernicitatis eximiæ, excusso rectore polynice, palmã tulisse. Præter quos fuit delphis Cycharedos certamẽ quod & pythia dixere ad quod Cycharedi Tibicines & fidicines concurrebant, & in Delo certamen a Theseo institutũ in quo, nouo exemplo palmæ uictoribus dabãtur, Romæ uero. P. Cornelio Aruina & C. Mario Rutilio. Coss. palmæ primũ uictoribus dari ceptæ. Alexãder uero Macedo e Persa arbore coronas proposuit primus, Pergami autem & Athenis fuit pugna gallinaceorum & Coturnicũ, tanti decoris, ut ad illud tanq̃ gladiatorum munus effusissimo studio, omnes cõuenirent. Et certamen picturæ Corinthi & Delphis. Et Egynæ sacra certamia ab Aeco inuẽta, & Thebis Heraclea & Iolacea Megaris uero Dioclea. Et ob taurũ a Theseo interfectũ Marathonea in quibus phialam argenteam uictor accipiebat. In Delyciacis autem bouẽ, sicut in certamine Dyctiacã boq̃ poetis dabatur bos, uel tripos cũ inscripto epigrãmate, & Sparthæ in certamine poetarum, premium ex farina & melle quod Syrmeã dixere. In Panathaneis uero olei Ceramũ uelut amplum precii uictor accipiebat. Ea quidem duplicia fuere, nam & magna quinto quoq̃ ãno & minora singulis fiebant, apud Pellenen erat Appollinis Agon ubi ex argẽto proposita premia certãtibus fuere, que Theoxenion uocabãt. Et apud plateas certamen Gymnicum in quo coronæ dabantur ex auro. Et ludi Eleutherii quod illic Grecorum copiæ Mardoniũ cum trecentis millibus Persarum deleuissent, & apud Rhodios ludi qui uocantur Halia, atq̃ certamẽ Hyrundinũ et cornicũ. Erantq̃ festa Iouis Diasia, & Pãdia, sicut Iunonis Hereæ, Musarũ Musea, Cereris Demetria, Mercurii Hermea, In q̃bus Chlenæ uestes pelleicæ dabant̃, quæ sæpe in agonibus fuere p̃mia, Gymnica quoq̃ in honorẽ Androgei Minos statuisse fertur, in q̃bus premiũ uictori pueros proposuit, apud Nemeã uero obscura quadam ambage Hippoclinũ dabatur donum, quibus muneribus cum prefacione uirtutũ, uictores donabãtur, Præter quæ fuerunt Promethea ut currentes in Palestra tedam ardentẽ gestarent, eamq̃ defatigatus proximo isq̃ postea defessus alteri & deinceps alius alii traderet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

donec metã pertingerent, ea quidem ara prometei in achademia fuit aqua ad urbem cum accẽsis eiusmodi facibus cursus erat. Estq; animaduersum Olympicum stadium in Hereis ludis sexta parte dempta mulieribus patẽ, currebãt eni collecta tunica, solutis comis dextro exerto humero, in qbus uictrici oleæ corona erat premiũ, & bouis portio Iunoni imolatæ. Ex his ergo ludis cum Olympiaci & Isthmii quinquẽnales forent, & Nemei singula triateride fierẽt, solẽnes reliqui ãnui manssere, quorum frequens lusus erat, laculatio, iactus disci, Stadii cursus, Palestra & saltus, quem pentathlum Græci uocant, latini quinquertiũ. Ipsosq; athletas, quinquertiones. Cumq; uictoribus dabatur corona uetus erat mos, ut non illos qui uincerent, sed illorũ patriam per preconem coronari magna uoce pronũciarent, mox ipsi pconi alter preco ante ludorum missionem coronam daret. Athenis uero lex iubebat, ut siquis coronaretur a Senatu, in Senatu preconiũ fieret, si a populo in concione. Proditum quoq; memoriæ est apud Nasamones, a uirginibus edi certamen quot ãnis ad Tritonidis paludem, quæ non cursu sed pugnis & fustibus certabant, ex quibus siqua ictu concidisset falsa censebatur uirgo, uictrix uero armata uectabatur curru. Sed quod Græcis, Olympici fuere. Hoc nimirum Romæ quã tum opinione auguror Circenses fuisse crediderim. Q uippe Agonici circenses apud Elydem, in honorem Iouis Olympici pariter inuẽti institutiq; sunt. Inde Romã aduocatos putarim, in Elyde enim iuxta flumimis ripam angusto tramite, altero latere, urgente flumine, altero positis gladiis, ut utrinq; pretens exicium esset, bigarum cursu certabatur, dimicatione pernicioſa, adeo ut intra prescriptũ illas coercere necesse foret, unde circenses dicti. Pletũq; unius equi curru qui Celes, aliquando simplici biga quæ Sinoris dicta est, pugna cõmittebatur. Q uibus postea accessere Calpe & Apene: Calpæ currus trahebatur equa, Apene mulas iugabat. Nero uero in Olympiis non bigis sed decem iugi curru aurigasse, & uictor fuisse proditur. Miltiades uero quadriga rio curriculo Olympicam palmã reportauit. Traditumq; memoriæ est Romæ quadrigas ex asinis in mensa constitisse, adeo ut unæ quadrige quadrigentis milibus uenirent. Ibi quoq; formæ certamen haberi uictorq; armis donari, & ad templa uictatus deduci, myrtoq; coronari solebat, Sicut in Cereris Eleusinæ festo prope Alpheum speciei certamem erat. In quo aiaduersum Thenedias mulieres omniũ quot sunt in Asia uenustatis palmã tulisse, tamet si Hypepas tanq; uenustatis præcipuæ alii celebrarint, & Homerus formosissimas in Hellade asseueret. Romã deinde Circenses translati, positis metis non autem gladiis, eximie culti celebratiq; sunt, in quibus septem fuere curricula solemnia (nam septeno circuitu curtebant aurigæ) & uiginti quinq; missus, quæ domicianus ad quina spacia corripuit, missus uero ad cẽtenos ppagauit, interq; singulos quinos missus, sæpe Romani principes uenationem dedere,

aut troiæ

aut troiæ decursionem, ultimus uero quod excellatione populi fiebat ærarius dictus. Equis enim mira uelocitate currentibus insidentes leuissimos currus ingenui pueri, cursu q̃ citatissimo agitabant, qui præcipua arte satis gnari docti q; erãt examussim seruare normã ne ipsi aut quadrigæ agitatæ aliquo tẽporis pũto metas cõtingerent, utq; psingulos missus idẽ currus per quina spacia sine offensione circuiret. Q ue quidem metæ cum antea ligneæ fuissent, Claudius auratas instituit. Fuitq; moris ut ante cõmissionem circensium, ministri cum equis desultoriis missus exituros nũciarent. In his quoq; quatuor factiones pro anni tẽporibus, uidelicet Veneta quæ cerulea, Prasina quæ uiridis dicta est, Alba & Rosea miro fauentium studio coli celebrariq; solitæ sunt. Viridis enim color Veri dicatus erat, Estati roseus, Hiemi Venetus, Albus autũno. Nonnulli uero per elementa colores diuisere. Q uippe Hiacynthus aeri dabatur, Coccus ætheri, bissus terræ, purpura mari. Pannoq; uersicolore persingulas factiones certabatur, in quibus spectantium fauor & aura popularis gratiaq; & studium ad uictoriam multũ loci dedit. Nam tanto fauentiũ studio hinc inde certabat, cũ suos quisq; clamore & plausu foueret, ut magis studio, & colore pãni ac fauore quo affecti erant, q̃ uera uirtute niterentur, isq; popularis fauor & gratia non dubiam plerũq; uictoriam dedit, Adeo ut non populus modo sed & principes ingenti studio & gratia factionũ contenderent. Siquidem Vitellius uenetæ factioni ita addictus erat, ut eos per æqua & iniqua amplo fauore prosequeretur, adeo ut quosdã qui clare maledixerant occidi iuberet. Sicut Prasinæ deditus erat Caligula & Nero Cæsar, Caligula enim Sextertium uicies agitatori Cythico contulit. Nero uero cum quereretur tractũ Prasinum agitatorem & ob id iurgaretur a magistro de Hectore se loqui mentitus est. Fertur autem Verus Antoninus a Venetæ factionis hominibus quam odio execrabili prosequebatur intoleranda probra & contumelias tulisse, quod contra eos Prasinæ studeret, illosq; studio & commodis prosequeretur. Caracalla uero cum i aurigam cui studebat. Populus cauillatus esset, exercitum imisit & penas exegit. Ad has quattuor factiones alias aurati purpureiq; panni Domicianum addidisse Suetonius memorat. Erantq; Circensium duo genera, patricii qui per patres, plebei qui per plebem agebantur stato die, mense Nouembri, quos Claudius Imperator sæpe cõmisit & celebrauit. In quibus preter spectacula etiam deorum simulacra non nunq̃ Imperatorum & Ducum imagines habitu triumphali ob studium fauoremq; popularem erga principes equestres aut pedestres, aliquando uictorias cum palmis. Ferculaq; & tensa currusq; elephantorum produci, & pũlata põpa efferri solebãt. Q uare Germanici equestrem statuã ex ebore circensi põpa prelatã cõperimus. Et Antoninus defunctæ faustinæ imaginẽ cunctis circensibus pferri uoluit, q̃ quidẽ imagines nõnũq̃ auree uel argẽteæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

plerumq; erant gypſee, aut ex hebore, in quo illud adnotatũ fuit, ut loca per quæ pompa & deorum ſimulacra uectabantur, ne recondita ſacra e cenaculis deſpicerẽtur otaculo monitiuelis cooperirẽt. Preualuitq; mos, ut pretor alius ue magiſtratus qui ludis preerat, mappam aurigis mitteret, & curſus ſignum daret, quod etat futurorum Circenſium initiũ, id quod a Nerone certo euentu ceptum ut Caſſiodorus ait fluxit ad poſteros. Poſt quos adnumerantur Circenſes Cereales & Seculares atq; alii nauales, ubi in circo maximo imiſſo euripo, naues metis appoſitis ne illas contingerent curſu præcipiti concurrebant. Illud utiq; non in poſtremis fuerit, quod tam in circenſibus q̃ ſacris certaminibus magna cura ſeruatum eſt, ut qui intempeſtiue ſurgunt aut qui ante alios exeunt colaphis cedantur. Quodq; qui coronã meruiſſet tanq̃ ad ſupremum faſtigium uentum foret, nihil ultra de uiriũ aut artis incremẽto ſperaret. Vtq; non minus bonos forteſq; uiros qui ad certamen prouocarent, neq; cum quo certaretur inuenirent, cum nemo luctari aut cõgredi audet, q̃ eos qui fortiter pugnaſſent & uiciſſent, merita palma aut poſito conſtitutoq; premio donarent, neq; enim minus coronari pugiles qui abſq; ſudore in certaminibus, q̃ qui pugnando palmam aſſequti ſunt cauebatur, licet adnotatum quandoq; exemplis legamus ut ſi Athleta eo fortitudinis proceſſerit ut non inueniret parem, plures uni obiicerentur cum quibus periculum faceret & decertaret. Nam ut uictor quis declaretur & uictoriæ inſigne ferat emulo opus eſſe dixerunt. Neq; pretereundem Gymnica certamina Eleis precipua fuiſſe. Thymelica Cotinthiis, Scenica Athenienſibus.

Mira exempla que in montibus & lapidibus hodie uiſuntur unde originem & cauſas duxerint. Cap. IX.

INgens cupido aĩos ſtimulauit illorũ, qui rerum naturæ originem & cauſas diligenti eſtimatione ſcrutati ſunt, quod orbis huius quẽ incolimus ĩmenſi & inexplicabilis, totiuſq; naturæ rerum cuius æternam uertiginem & irrequietum ambitum uidemus, principium & origo ſit, quod equidem inmẽſæ queſtionis fuit. Thales ille Mileſius inter ſeptem præcipue celebratus, cum quo ſacerdotes Aegyptii & uates Pindarus ex humore omnia conſtare dixerunt, Anaximenes ex aere, Heraclitus Ephræſius ſtoici & parmenides ignem, Anaximãder Miliſius infinitatem, Pythagoras numeros, Empedocles Agrigentinus quatuor elementa. Plato deum & Hylẽ unde elementa deriuantur. Xenophanes aquã ſimul & terrã, rerũ originẽ principiumq; duxerunt. Epicurus autem leucippus & democritus Abderites Atomis ſiue ex paruis minutiſq; corporibus temere concurrentibus in

unũ confuſis & condenſatis, omnium elementorum uim atq; ſubſtantiam rerumq; formas & figuras oriri dicunt. Indi & Bracmanes preter quattuor elementa quintam naturam ex qua celũ & ſidera conſtarent effinxerunt. hãc q; rerum machinam & hunc terræ globum, quem incolimus quandoq; in digeſtum & confuſum nullo rerum diſcrimine aut ordine olim unum Chaos extitiſſe. Poſtea diuino conſilio & delectu, ſiue ex paruis huiuſmodi corporibus & ſempiterna illa incurſione athomorum, ſiue quia grauiora in profundum, leuia uero celeſti labefactata motu & ancipiti contentione diſtracta natura uolente in altum euolauere. hanc rerum faciem, & hunc quem hauſimus aerem iſtamq; quam incolimus terram, mutuo licet contrario fulcta nexu, ex illa illuuione & turbulenta confuſione emerſiſſe, & pro ut plus minus ue illius denſatæ materiæ, uel humoris fuere participes, ita montes & ædita, nunc conualles & depreſſa, modo maria & flumina, fonteſq; & lacus, campoſq; ac diuerſas rerum facies & tanta naturæ miracula, ſummũ illum artificem & rectorem deum, omnium conditorem tantæq; molis fabricatorem, diuino magiſterio examinato modo effeciſſe. Humoremq; in undas, leuiaq; in aera & ignes, quodq; minus defecatum erat, in terras diuina ſorte diſtincta receſſiſſe. Donec ad certam iſtam ſolidamq; peruenit ſpeciem, aeremq; quo fruimur, quemq; incolimus & haurimus. In hiſq; forte euenire ut pieraq; alterius ſpeciei & formæ, in tante machinæ molitione cum terra ſimul coaluerint. Huiuſq; rei argumentum eſſe, quod terram mobilem & ſolubilem paulatim confuſam, longiſſimo æuo, in lapides dureſcere, diuerſarumq; rerum ſpecies intra lapidum uiſcera unum corpus effici. Illaq; ſimul in omni eternitate condenſari, ac diuerſas facies quottidie artificem naturam moliri uidemus. Quare diuerſi coloris marmora inquibus miſturas inexplicabiles in uno nunc corpore concretas inſpicimus, quandoq; diſiuncta & ſeparata, multiplicium corporum fuiſſe facile crediderim, quæ quidem res illius primæ originis & coaceruationis indubia argumẽta prebet. Siue quod nonnulli tradunt diuerſis cardinibus inductis aquis, uel mari ſedibus ſuis excito, ſeu nimbis effuſis, diluuio quondam inundaſſet mundus. Poſtea cum fluctibus & mari omnia miſcerent, delitis tempeſtatibus & terræ ſitu defecato, port tot aquarum moles & agitationes fluctuum, ſolidas apparuiſſe terras, propterea in montibus q̃uis longe a mari, ea quæ in lictoralibus uadis cernuntur nunc inueniri, & quamuis mediterranea, ſpecie tamen lictorali apparere. In memoria mihi eſt, lapidem duri marmoris non unius coloris uidiſſe in montibus calabris, longo a mari receſſu, in quo multiplices conchas maris congeſtas & ſimul concretas cum ipſo marmore in unum corpus coaluiſſe uideres, quas quidem oſſeas & non lapideas eſſe, & quales in lictoralibus uadis inſpicimus facile erat cernere. Quod ſi marmor in fruſtra diſſectum

Universidad de Deusto
Biblioteca

resecasses, etiam multiplices conchas singulis frustis quasi natiuas considere et cum lapide una discindi uideres. Quod profecto multum prestat argumenti/dissimilia corpora disiuncta prius, postea colluuione rerum mista & longo euo coaceruata coaluisse. Quod genus marmoris in quo cochilia uidentur plurima in Thessalia & Hemonia precipue apparere authores memorant, Atq; in Aegypto salsuginem eludare Herodotus tradit, ita ut in collibus editioribus ea quæ mari incito expuuntur facile conspiciantur. Apud Megarenses quoq; & omnem macedoniam ex rupium prereptissimis saxis lapides excauari non nulli testati sunt, in quibus pleraq; specie appareant lictorali, multaq; edificia & magnas moles ex illis constrúi. Iouianus Pontanus ad hoc æui uir haud dubie clarus ingenio factisq;, cum pleriscq; nobilibus presente me, sermocinabatur, se in promotorio paußlippi iuxta neapolim uitempestatis ingenti lapsu pruto monte, uidisse in medio abscisti collis, trabem ligneam undiq; latere montis, duro lapide cinctam, cum montis dorso concreuisse & in unum corpus coaluisse. Et hanc rem mirificam quæ non minore miraculo fuit, q̄ conchilia in mōtibus, non uni tantū spectaculo fuisse. Sed ne quis hoc fictum cōmentum arbitretur, Peruulgata res est, paucis ante nos seculis dum neapoli marmora edificii causa discinderentur, adamantem mire splendidū, non natiua uena aut rudi & informi sed absoluta artificis manu confectum & perpolitum, mira celatura & arte, in medio marmoris cōcretum fabros inuenisse, cumq; pro miraculo Regi dono datū inter cubiculi archana cōspicuū fuisse, hodieq; inter illustria adnumerari. Preter quæ, mira profecto sunt quæ a plerisq; digna memoratu p̄dūtur. Palamedes amicus meus calcariæ fornacis p̄cipuus artifex, ingenio gnauo & industrio, author alioq; grauis, sæpe mihi retulit, se dū marmora discinderet, in medio silicis q̄ni si ui malleoꝝ dirumpi haud facile poterat, oleū quasi in uase concluſum inuenisse odoris immensi et aspectu iucundo, cui medicatus fuisse dicebatur, quo effuso manus sibi, diu miro odore fragrarunt. Quod ego quo pacto, stante sēper solida illa materia, illic coagulari aut occludi potuerit non equidem scio. Nos etiam apud authores legimus si uera tradunt, in Chiorū lapidicinis diffixo saxo caput effictum panisci apparuisse, & ad betim hispaniæ lapides nasci, quibus scissis ex puro auro frusta & lapillos conspiciant, & ab Euro po usq; elym quicquid oræ maritimæ mari abluitur, in saxa mutari, aut q̄d de puluere puteolano traditur q marinis aquis tactis durescit in saxū, et in mari rubro syluas uiuere, oleāq; & laurū, in quibus fungi enascātur q mox sole tacti cōuertātur in pumicem. Atq; in lucania cappadocia & Hierapoli Mysiæ, nō nullas esse aquas, q̄bus urgulta & ligna cōiecta, breui post lapidescunt. Quod si aqs hoc datū est siue lege fatoꝝ, siue cōsilio dei, q reliqua mūdi opa eterna cōstitutione molitur, ut arenas & glareā, aliasq; hoc genus spēs conso-

lidet & indurescat, quanto probabilius est, parentē rerū naturā, longissimo æuo ea quæ disiuncta fuerāt, phisica ui & ratione consolidare potuisse, cum p̄sertim mōtes lapidesq; adolescere in dies, exhaustaq; effossionibus loca sua ui rursus repleri, aliaq; attenuari & iminui. Ac maria quæ sempiterna agitatione mouentur alia recedere pleraq; mundare ac locorum facies mutari quotidie spectemus.

Quā uarium & multiplex iusiurandū apud diuersas gentes fuerit & p quos deos iurare consueuerint. Caput X.

QVam uarium & multiplex iusiurandum apud gentes fuerit a nonnullis proditum memorie est. Per terram per amnes per fontes, p undas fluentes, īmanissimū sctissimūq; iusiurādum fuisse Grecorum ueteres credidere. Apud eosdemq; q sanctam & inuiolabilem prestant fidem, in Thesmopheræ hoc est legiferæ Cæreris templū descendere, & quibusdam exhibitis sacris deæ purpuram induere, incensisq; faeibus uelut presentibus numinibus per quicquid est deorum deierare solebat, aut per regium sceptrum in quo iura dabant teste Homero, quod prepotens iusiurandum regibus uisum, ita ut maxima obstricti fide tenerentur. Nonnūq; uerre apprehenso & stricto in iugulum gladio, celum, terras, solē, & ultrices furias aduocare & testes facere, mox uerre īmolato & in mare deiecto iusiurandum prebere, quo prestito nihil præterea querendum homini erat. Athenienſibus ex solis Grecis per isidem iurare licuit. Nonnūq; deorum aras tangere sanctissimum iusiurandum putabatur. Apud Thebeos per Osiridem. Scythis per solium Regis, aut per uentum & acynacem, solēne iuramentum fuit. Apud Epidauros per Semelem, apud Thraces p Mercurium, Massagetis per Thanaim & Meotidem paludem. Capadocibus per montem quem pro deo colunt. Persarum mos erat per mithram hoc est solem iurare. Aegyptii allium porrum & cæpas uelut sanctissima numina uenerati sunt, que fallere aut illorum periurio astringi sine graui piaculo non licebat. Fertur Zeno per Capparim. Ioues per Cambrem, Lampon per anserem. Socrates per canē & platanum, ne per deos iuraret, aliquando per quercum & hircum. Sophocles per la persas hoc est Castorem & pollucem, deierare consueuisse. Ethiopes per defunctos quos colebant in uita quorū corpora uitro seruabāt deierarūt. Lacones per Sparthanos & Argyuos deos. Armenii iusiurandū de rebus magnis in templo Anaitidis deæ quam maximi numinis instar habebant, ab ipsisq; religiose colebatur prestare consuerant. Apud non nullos per obscenos & fetidos cibos, ab aliis per caput alterius, aut per mensam & fruges, nonnunq; super defectis carnibus aut militaribus armis, apud Syracusanos tactis

Universidad de Deusto
Biblioteca

cereis ignitis iurabatur. Grecorum pleriq; per Rhadamantũ. Pithagorei per quaternionem, siquidẽ hunc numerũ ad animæ integritatem spectare dicũt in his fuere mens, Scientia, Opinio & sensus, Aphri per uiros insignes q uir tutibus enituere. Peni per patrios deos, fidem iureiurando sacrarunt. Orphe us autẽ si quis diuinam iusticiam actestari uellet, per numina octo iurare per misit, ignem, aquã, terrã, celum, Lunam, Solem, Phanẽ, & noctẽ. Philoso phi per Socratẽ, tanq; numen sanctissimũ. Indi per aquã sandaracinam quæ apud magos e fonte manabat, maximũ iusiurandũ estimarunt, ita ut degerã tes graui nexu & certissimo exitio tenerentur. Neq; omiserim prienensiũ spe ctatissimũ iuramentũ, qni cum ad internicionẽ ad locũ qui dicitur quercus cũ Mylesiis graui bello decertassent, in eoq; liberos & cara pignora amisissent, si quid sanctiore fœdere firmare uellent, per tenebras quæ apud quercum deie rabant. Sicut Augilis qui circa Cyrenem sunt, & Nasamonibus nisi per ma nes defunctorum, quos ueluti deos colebant, iurare fas erat, illorum sepulcra contingentes, quod Ægyptiis quoq; in more fuit, ut per defunctos quos in fi ctilibus circa templa condiderant maximũ putarent iusiurandũ, contra cuius religionem uenire non licebat. Penorũ mos traditur, ut aram & sacra tangen tes, uel agnũ leua, dextra silicem tenentes deos hominesq; contestentur, ut si il los sciens falleret, ita se Iuppiter feriret q̃admodũ ipse agnũ percuteret. Q uin etiam uetus Romanis inoleuit mos, ut iraturi per Iouem, modo ad deorum aras sacrificio pfecto, ignem aram atq; exta tangerent, modo super cesis ho stiis iurarent. Nonnũq; lapidem silicem tenentes hæc ad uerbum proferrent. Si sciens fallo me Iuppiter salua urbe arceq; bonis eiiciat, uti ego lapidẽ hunc eiicio, quibus enũciatis lapidem manu emictebat. Ideo per Iouem lapidem so lẽnissimum sanctissimũq; iusiurandum ueteribus fuisse proditum est. Illudq; intentiori cura seruari oportebat. Q uod quidem in fœderibus publicis solẽ nius pstabatur, ut fœcialis sumpto manibus lapide, pactis cõuentis stare pro mictteret, in hæc uerba, si recte ac sine dolo malo hoc fœdus atq; hoc iusiuran dum facio, dii mihi cuncta felicia prestent. Sin aliter aut facio aut cogito, cæte ris omnibus saluis solus Ego pereã uti lapis hic e manibus meis decidet, posti quam precationem manu lapidem eiiciebat, cui iuramento nullis opibus nul loq; negocio contra ire fas erat. Præter quæ frequens Romanis fuit iusiuran dum per deos & deorum numina, perq; terram mare & sidera Sicut per deũ fidium qui Sabinorũ deus est, cuius ædes in quirinali fuit, per parẽtes uero pe stari iusiurandum illoq; iuramẽtis aduocare, illiberalis sermo est habitus. Pre cæteris autem ex omni memoria sanctissimũ iusiurandũ apud Romanos ui sum est, ut iurans terram tenens, celum deosq; contestans, conceptis uerbis se & caput suum, ac stirpem & familiam bona & fortunas quibusdam additis precationibus deuoueret. Post aliquot uero tempestates per salutẽ & genium

principis deierare, longe prestantissimum iusiurandũ haberi ceptũ, cui nulla ui nullo q; imperio contra ire fas erat, Q uod Tiberius Cæsar de se prestari ue tuit. Nam ne in acta sua iurarent, neue nomen suum testarentur aut genium obstinatissime restitit. Q uod etiam de Nerone proditur, ut cum ãtea in acta principum iurarent magistratus, collegam suum Antistium in sua acta iura re inhibuerit. C. Caligula maximum iuramẽtum nec pro concione nec ad mi lites nisi per nomen Drusillæ prestitit, cui plus nimio addictus erat. Claudius uero per Augustum. Est quoq; omniũ sermone celebratum, & magnis euẽ tis periculisq; expiatum, quod in ara Palyscorum Lacu seu Cratere religioso breui & profundo semperq; lurido apud Siculos inramentũ prestabatur, ad quem multiplici scaturigine ebullientem, iurantes sponsione facta religiose ac cedebant, & qui caste & sine labe criminis iurasset, ill esus & ualidus abibat, q uero cõtra religionem iurisiurandi fidem abiurasset, reus criminis, in lacu de mersus, lesæ conscientiæ & peierati numinis morte penas dabat, in quorum templo fama fert Chrateres quosdam incerta & ceca origine, igneos globos perpetim euomere, & feruentem aquã tetri odoris inde estuare. Q uod Ari stoteles de fonte Acadino memoriæ prodidit qui iuxta palicos in Sicilia ma nat, in quo tabellas inscripto iuramento si recte iuratũ foret super natare, neq; liquore perfundi asseuerat, si perperam protinus in profundum rapi neq; ap parere ultra. Idem in Sardinia quasdam aquarũ scaturigines facere. Nam ubi periurium erat, quicunq; in eis in mersus cecitate admissum facinus luebat, qui uero integer ad iusiurandum accedebat, incolumi fama clarius cernebat, Iuxta Thiana quoq; fons Ioui sacer, frigidus ebullire traditur, qui cum cæteris foret innoxius, periuris solum pustulas liuentes, & uomicas facit calamitosas. Atq; in Bythinia iuxta Brieti templum fons cerimoniis sacer manare feruen tis naturæ, ubi periuri uelut urente flamma necabantur, ita ut magno malo p iurium lueretur. Tenet opinio in Archadia apud aquã stygem quæ e petra ma nabat, presentissimi ueneni, ad Honacrim, idem iusiurãdum prestari sub insi gni documento spretæ religionis. Namq; in fraude & perfidia deierantium ex tremi discriminis erat. Sicut subterraneus specus ad Corinthum qui Palemo nis dicitur a nemine adiri fertur, sine periurii pena memorabili. Fuitq; in usu, apud Athenienses ut iusiurandũ quod publice in fœderibus prestabat posteq̃ per Senatum exhibitum erat, quo sanctius foret, questores, apud Argos ue ro pretores confirmẽt, apud Mantineam uates & belli duces. In Elyde autem opifices & legum periti, nequid repentino motu Imperitæ multitudinis, mu tari, aut secus fieri diciq; posset. Pre cæteris uero maximũ uinculum iuramen ti apud Sãnites uetusta religione fuisse traditum est, ut ara in medio constitu ta ac cesis uictimis omni aditu persepto, iurans introducatur, & furiali carmi ne inter stragem uictimarum dira execratione astringatur, qui etiam archadi

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus mos erat, inter cedes uictimarum solẽnem fidem & iusiurandum dare. Grecis uero libantes diis in edibus sacris iurare, magnum uinculum iuramenti existimatum est. Illud utiq; profuetit admonuisse diu seruatum apud Romanos, ut neq; uiri per Castorem neq; mulieres per Herculem, iusiurandũ darent, per pollucem uero utriq; iurare non uetantur. Sepius tamen masculi per deos, mulieres per deas iurare usurparunt, licet Socrates apud Platonẽ per Iunonem iurasse legatur. Quodq; qui Herculem aut Dyonisium uel deum phidium iuraturi sunt, sub diuo iurare cogantur, sub tecto autem nõ decebat, quia cum obuiam eundo periculis, laboribus maximis fuerint exerciti, in umbra & sub tecto tãq; sub ignaui ocio illos appellare turpe erat. Fuit quoq; literis proditũ, Pontifici Maximo per deos iurare licuisse, per liberos uero non licuisse. Solus tamen flamendialis iuramentũ prestare, perpetua lege uetabatur, ideo si quãdo in magistratu assumptus p leges iurare tenebatur, alitũ qui uicem illius ageret sufficere, & ita in leges iurare cogebatut. Subit tamen reputatio idem apud phriges seruari, qui non modo nullo iuramento adigun tur, sed nec alios ad deierandum cogunt. Ferunt uero Gallos & pænos nulla religione iurisiurandi moueri quin ubi uisum fuerit desciuiant, nullo rapinis modo aut seuiciæ prefinito. Sicut Aphrodisium iuramentum prouano habeti neteres uoluerunt, nanq; ueteri adagio amantibus uerum ludificare permissum est. Fertur uero Dyonisii Tyranni uerbum, sicut pueros talis, ita iuramẽtis homines frustrari oportere. Illud quoq; notatum est. Euripidem & Aristophanem taxasse Sparthanos uelut infidos dãnososq; quibus nec ara nec fides, nec iusiurandũ foret. Idq; uero testimonio probari, quod corrupto munetribus rege Aristochrate bello cõtra Messenios, lesa fide iurisiurandi, primi martiam uirtutem uenalem fecere: Quod de Thessalis quoq; poetæ tradũt, quibus ex fortuna pendet fides, cũ bello pelopõnesiaco fœdera & deos obliti, in ipsa acie ab Atheniẽsibus ad Lacedemonios, mutatis ordinibus transfugerint. Quare thessala fides uelut uana & fluxa in prouerbium uenit. Parthis quoq; fides nulla nisi quantum expedit, quibus utilitas semper est fide sanctior, idem Afris Syrisq;, Soli tamen Arabes persæq; fidem seruare didicere, tanti. n. fidẽ fecere, ut humanã societatẽ cũ fide tolli crederẽt, cõtraq; utilitatẽ fides illis semper antiquior fuit. Vno tamẽ exẽplo proditur Amasis, Persarũ Rex labefactasse fidem, qui cum Bareeis super occultam fossam fœdus feriret id ratum fore iurauit, quo ad humus illa firma solidaq; maneret. Mox reo tecta fouea, fœdus soluit, & iusiurandum rupit. Præ cæteris traditur Zenocrati tanta fides habita, ut cum nullius iniurati testimonium ad mictceretur. Soli Athenienses sine iuramenti religione assensere, cumq; in iuratũ quod in ueterate fidei esset, in fidem atq; officium admisere.

Quid sit Exedra, quid Menianum de quibus apud Iure consultos mentio frequens & quid Embamma. Cap. XI.

EVit in perpetua questione apud Iurisperitos qui inter patronos causarum longe prestantissimi habiti sunt, quid Exedra & quid menianum esset, de quibus ab Vlpiano de his q̃ dei̇cerunt mentio fit. Et cum homo quispiam insigniter impudens assereret, fenestræ genus fuisse exedram, qualem in nostris edibus, hodie conspicimus, idq; improbissime contenderet. Alii aliter censentes sedem esse putarunt, qua uiri maturo ingenio, studio & bonis artibus dediti uti solitauere, idq; Ciceronis authoritate significari de natura deorum, primo ubi se in Exedra sedentẽ differere asseuerat. Cũq; hic uerbi significatus longe ab Vlpiani mente dissideret, animaduerti tandem non sedem ab Vlpiano sed cubiculum designari colũnis fulctum & epistiliis pluribus excisis spaciis, quibus prospectus in uiam erat, aliquando sub diuo nonnunq̃ sub tecto. Menianum uero dici proiectum protentumq; spacium ultra ædes tignis porrectis, nullo munimẽto fulctum ab imo, ambulandi ꝑspiciendi ue causa. a. C. Menio Crassi collega unde nomen mutuauit, inuentum. Cum enim. C. Menius. Catone & flaceo Coss. domum uenderet ut ibi Basilica extrueretur. Ius unius colũnæ supra quam tectum proiiceret & tigna imicteret sibi excepit, quo superiora latius paterent, & posteri prospectarent, cuius generis edificia inde meniana dicta, hodieq; id nomẽ optinuit, idq; a labeone de priuatis edificiis aptissime notari, cuius uerba fuere, Proiecta sunt ea quæ ita prouehuntur ut nunq̃ conquiescãt, cuiusmodi sunt meniana & subgrundia. Iterum quærebatur quid esset embãma de quo ab Vlpiano de uino & oleo legato an aceto deceat ãnumerari, eleganter queritur. Cunq; in uerbi significatu solliciti essent, neq; id assequi uiderentur posse, nos embãma censuimus contritos sapores dici acido uino infusos, asperimi gustus, ad acuendũ excitandumq; stomachum, a uerbo ἐμβαπτω, quod est intingo. Seu ut putant alii acetum coagulatum quod uino diiutum aut aqua aceti saporem facit. Est igitur Vlpiani opinio aceto legato embamma per inde legato accedere sicut acetum, quoniam eiusdem saporis & naturæ sunt. Verba uero Vlpiani de uino legato hæc fuere. Si acetum quis legauerit non continebitur legato acetum quod uini numero fuit. Embamma uero continebitur quia aceti numero fuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quot uirgines ueſtales, quæ ue illarum diſciplina & inſtitutio fuerint, qua ue afficiatur pena inceſti damnata. Cap. XII.

QVi de ueſtalibus uirginibus memoriam reliquere, illas a Numa pompilio primum lectas fuiſſe auctumant, quod ſacerdotiū cum albæ oriundum eſſet. Idem Numa inde trāſlato ſacro Romā aduocauit. Vtq; Veſtæ antiſtites aſſidue forēt, præcipua uirginitate & aliis cerimoniis ſanctas fecit. Cuius inſtar ſacri in polliadis Mineruæ templo multa religione in clyto in Attica fuiſſe legimus, in quo uirgines aſſidue degere, & lychnum in extincti luminis ac palladium exiſtere multorum opinio fuit. Lychnum quoq; in arce Athenis Mineruæ conſecratum ferunt, quem ſemel oleo repletum, aſſidue lumini alimēta ſufficere, ad inſequentis anni eundē diē prodiderūt. Ignē quoq; peruigilem apud delphos cuſtodiri a mulieribus quæ matrimonio ſolute erāt, inuenimus, ubi ſi quando extinguebatur, ex ſolis flamma peregrinū elici oportebat. Perſæ quoq; ignem habent peruigilem. Sicut Caldei Medi & Aſſirii ut deorum maximū, illiq; uelut ſacro numini hoſtias mactare, & ſacra facere, atq; ex illo, euenta rerū interpretari aſſuerant, apud quos Dianæ Ecbathanæ templum fuit, quam Anethim uocant, cuius ſacerdotes ppetuo, a uirili contagio in perpetua uirginitate degunt. In Britannia quoq; Mineruæ numen colitur, in cuius templo perpetui ignes nunq; caneſcere in fauillas, ſed in ſaxeos globos uerti ferebātur. Hæ autem uirgines in tēplo Veſtæ quod forma circulari fuit, inter Capitoliū & palatiū morabātur aſſidue, ad quod ingredi Interdiu uetabatur nemo, Sub noctem uero adire, pre pudore maſculo nō licebat, fœminæ uero fas erat. In quo nulla Veſtæ effigies aut ſimulachrū deæ cui imolarent uiſebatur, quia Veſtā nihil aliud q̄ animum & diuinum putarunt iguem, que diuina mens animo concipitur, oculis nō uideť. Sicut Corinthi ædes parcarū, Cereris & ꝓſerpinæ nulla habere ſimulachra dicūtur. Tam & ſi Veſtam uirginis ore Tympanum geſtantis quod uentos contineat nōnulli effinxere, cuius aditum ex fonte Camenarū Veſtæ conſecrato, ex Numæ legibus ueſtales ſpargere aſſuerant. Quod q̄dē minime in auguratum fuit, ne quando in eo Senatus cogeretur, ideo nō eſſe templū aliqui exiſtimarunt. Licet in atrio Veſtæ quoda templo ſciuncto erat, quandoq; haberi Senatum uideamus. Quibus uirginibus ne ſacra intermiſcterēt ſtipendium de publico ſtatuit. Eas enim quattuor a principio fuiſſe tradunt, quarum nomina Gegamia & Beremia, deinde Camilia et Tarpeia, primum a Numa iniciatæ, & poſt Numam a Regibus ad ſacerdotium addictæ, lapſis inde temporibus, cum populus in ſex partes diuiſus foret, ut pro ſua quiſq; parte miniſtram haberet ſacrorum, duas additas fuiſſe ferunt, donec

ferunt, donec auctо & propagato impetio collegium ueſtalium ad uiginti numerum conſtitutum fuit, quibus quæ præſidebat dicebatur maxima. Has ergo arbitrio decretoq; Pontificis Max. ingenuas & libero patre genitas, etiā nolentes & ab inuitis ad ſacerdotium cogi compertum eſt, eas præcipue quibus ſumma integritas, pudor & uirtus foret, niſi flaminis, Pontificis, Auguris, aut quindecem uiri ſacris faciundis. Tubicinis ue ſacrorum, uel ſeptem uiri æpulonum aut ſalii filia foret: Horum enim filias, inuitas & detrectantes ad ſacerdotium cogi non poſſe, neq; cuius pater tres aut ſupra filios non haberet, neq; illam cuius ſoror ueſtalis fuiſſet capta, pontificum decreto cauebatur, neq; illas quarum mater cum uiro diſſidium feciſſet, neq; in eodem conIugio maneret. Quarum ſiqua mortem oppeteret, indemortuæ locū aliā capi oportebat. Sed nec minor ſex, neq; decē ānis maior capi poterat, q̄ue patrima et mātima nō eſſet, neq; ea q̄ aliquo oris aut ſēſus uicio laboraret. Quæ dum capitur a Pontifice Max. non ſuo nomine ſed amata appellatur, omen ueteris denominationis ſequti, ſiquidem que prima ueſtalis capta fuit, hoc nomine fertur nūcupata. Quibus quidem ad ſacerdotium admiſſis, aſſidua inſidens cura in erat, ignis ſacri & æterni qui in penetralibus Veſtæ in fictilibus uaſculis ſeruabatur, quaſi celeſtis arcani cuſtodiam & curam fidelem per uices agere, ignemq; ſeruare, quibus propter ſanctitatem & continuā uirginitatem tantus eſt honos habitus, ut uelut ſacro ſancte ab omni uirorū contagio intactæ forent, aduerſuſq; eas aut decreta iuſſuſq; earū nulli magiſtratui intercedēdi facultas erat. Quibus hoc etiam tributum eſt/ut licet eſſent ſub patris iure poſtq̄ ad ſacerdotiū aſcitæ ſunt, ſui iuris effectis, teſtandi manumictēdiq; etiam ſine curatore libera facultas foret. Ipſe tamē inteſtati hereditatem adire, aut bonis ſuccedere, uel ipſis inteſtatis heredes aliqui eſſe nequibāt, quod ueteriſcito apud labeonē cauebatur. Cunq; ſoli Theratiæ ueſtali, priuilegio honoris ius teſtimonii dicendi a populo datū eſſet, hinc efficiei cogiq; poteſt reliquas teſtimonii ferendi ius non habere, eas tamen cum teſtimoniū dicebāt, iudicio & foro adeſſe oportebat. Tum ſi qua diſſidia & ſimultates uel aliquæ exortæ offenſiones fuiſſent, aut ſedicio inteſtina coorta inter ciues, ut ueſtalibus intercedētibus & deprecatricibus, & quaſi interrnūcius pacis fœdera inirētur illarū curæ mādabatur, Hiſq; mediis & procurantibus, offenſarū culparūq; uenia impetrabatur. Teſtamenta quoq; & quæ ſecretioris conſilii erant, quæ ue quis celari & in abdito eſſe, & ſuo tempore in lucem promi uolebat apud illas deponebantur, ut in fideli cuſtodia eſſent. Quibus poſtq̄ in ſacerdotium aſcitæ fuerant, triginta annorum caſtitas preſcripta fuit. Primo enim decēnio quæ ad cultum & arcanas cerimonias rituſq; ſacrorum ſpectarent, quæ ue ueſtutiſſimis carminibus & monumentis prodita erāt, diſcebant. Secūdo uero quæ didicere opere complere & efficere. Tertio autem decennio ſacra et inſtituta,

Universidad de Deusto
Biblioteca

rituſq; & cerimonias quas didiciſſent alias edocere oportebat. Tunc demum exacto curriculo annorū triginta uelut emeritis ſtipendiis, liberum erat, uel ſacerdotio ſolui & aliam uitam nāciſci, uel ſi uolet alii nubere, & filios educere, aut ſacrorum curam gerere, & eodem cultu ornatuq; eſſe non uetabantur, tā tæq; dignationis fuere, ut ſi extra atrium Veſtæ prodire uellent, niſi precedentibus faſcibus ob honorem ſacerdotii foras exire non liceret. Tum ſi ui morbi aut neceſſitate templo excedebant, quo uenerationis plus ineſſet, matronas & grandes natu matres inſignes morū uerecundia & probitate, queeas comitarentur & cuſtodirent adhibebant, cui ad omnē occurſum, etiam Conſules prætoreſq; de uia decedebant. Quod ſi dum foras uadūt, ad Capitale quiſq; ſupplicium traheretur, ſi obuiā fieret, ipſum tunc mortem oppetere, aut nouiſſimo exemplo affici non decebat. Tantoq; cultu & honore ob ſanctitatē ſacerdotii habitæ ſunt, ut ſeruitia fugitiua, nōdum urbē egreſſa, in loco precationis retinerent, & ſeruitute eximerent. Ad ſe quoq; fugientes ab iniuria prohibere, atq; a cuiuſq; magiſtratus imperio intercedere poterant: ab eiſq; cum ſacroſancte forent aut decreto iuſſuq; earum, nulli magiſtratui nec Tribuno plebis qui pariter ſacroſanctus eſt, prouocare permiſſum, tantūq; illarum iuſſui uirium & roboris fuit, ut Claudia ueſtalis patrem iniuſſu populi triumphantem, ne cui Tribuno intercedere liceret, aſcenſo ſimul curru in Capitoliū ſequta fuerit. Quod ſi quando Veſtæ ignis cuius præcipuam ducebant curam, extinctus foret, id inter non minima prodigia habitum, magna ſemper mercede expiatum fuit. Quippe ex eo formido & non mediocris terror religioq; Senatui, populoq; incuſſa erat. Illiſq; non procuratis aut diis nō propiciatis, a rebus agendis grauibuſq; negociis haud ſecus abſtinebant q̄ ſi dira & tetra prodigia aut portenta calamitoſa predicta forent. Ea uero Veſtalis cuius cuſtodia fuerat, ob ſecordiam ſicut ob alia crimina, a Pontifice Maximo qui eas fideli cuſtodia ſeruabat, flagro plectebatur. In abdito enim conclaui & penitus obſtruſo loco, eam obtento lintheo flagris plectebat. Ignē uero extinctum ita ſuſcitabat, ut uas eneum perlucidum trium angulorū ad ſolis iubar obiiceret, ita ut undiq; accēſus in orbem coiret. Illudq; uſq; adeo diuerberaret donec conceptum ignem arrida materia clibano in ædē ferret. Quē quidē nouū accēdere kl̄is Marciis q̄bus principium āni agebat, quot ānis ſolitæ ſunt. Fuitq; is ignis perpetuus, in penetralibus ſacris & penu Veſtæ uelut ſanctiore receſſu conditus, in quo palladiū & dii penates Troia aduecti fatale pignus Imperii colebantur, ad q̄d nulli hominū niſi ueſtalibus & Pontificibus adire fas erat. Qui quidem dii fuere duo iuuenes ueteris artis & operæ paruis imagunculis ſedentes, & militari more pilā tenentes. Tam & ſi palladium ab Enea aduectum, nonnulli Appollinem & Neptunum ferant. Alii Troianam palladem Romæ & lauini lucheriæ & Syride demōſtrari tradunt.

ſtrari tradūt. Qui ab Enea in Italiā allati, lauini māſere primū, mox ab Iulo in albā a ſe conditā tranſlatos, priſtinā lauini ſedem ſua ſponte, repetiſſe dicūt. Quod ſi quando ueſtales ſacra diis libarent aut Veſtæ rē diuinā facerēt, eo cultu ornatuq; erant, ut licet uictatæ incederēt album tunc ueſtimentū quod ſuffibulū uocāt, oblongum pretextū quatrangulum in capite ſumerēt, illudq; fibula ſubnecterent. Caſtaq; mola & ſale tuſo, ac in ollam fictilē miſſo & mox in aquam iniecto ſacra facerent, calicibuſq; fictilibus qui cuiuli dicti ſunt, Veſtæ & diis libarēt. Scirpeaſq; effigies triginta numero quas Argeos uocant, ex uirgulto ſtatis diebus in Tyberim deiicerent, araſq; deorum numinibus accenſo foculo dicarent, quibus hoc proprium ferunt, ut defectū capillū tanq̄ ſacroſanctū uulgo acteri nō ſinerēt. Sed in loto arbore conſpicuæ magnitudinis que in lucinæ ara colebat, apponerent, cui ob id capillatæ nomen. Tū ſi quando ſacramento adigebant, niſi per ſuam Veſtā iurare licebat. Eratq; ueſtalium opus, annis ſingulis ſtata die regem ſacrorū adire, utq; uigilaret neue diuina intermicteret, p̄monere precauereq;. Tantæq; dignationis & pudoris habitæ ſunt ut his preſentibus tanq̄ arbitris numinibus, nō factis modo, ſed & uerbis obſcenis & p̄textatis abſtinerēt. Eaſq; uelut auguſta & ſancta tēpla atq; unicū caſtitatis exēplar religioſe obſeruarēt. Et tā & ſi tāti exēpli & diſciplinæ forēt, illas tū Athletarū ſpectaculis & theatro interſuiſſe q̄q; legimus, ſcilicet remiſſo officii munere de cōcilii ſententia. Siqua uero deteſtabili ſcelere polluta, omniū ſentētiis Pōtificū inceſti cōuicta & dānata foret, In eā manus aut uim inferre nulli licuit. Sed poſtq̄ familiā in poteſtate habere, & ſacris abſtinere iuſſa fuerat. Stata die ſub effoſſa humo ad portā collinā in loco, cui ſcelerati nomē, uiuā defodiebant, uirginis uero ſtrupratorem in comicio cedebant ad necem. In ea enim ſubterranea erat fouea ad quā gradibus deſcēſus, & in imo lectulus lucerna ardens, panis ſimul & lac, item aqua & in gucto oleum. Virginem uero dannatam demptis uictis, e uectice feretro impoſitam cultu miſerabili maximo omnium horrore eo deducebant, quo ubi deducta fuerat uinclis ſolutam, Pontifex Maximus ſolēne prefatus carmen, capite uelato ad oſtium foueæ conſtituebat, & poſtq̄ introreſſa fuerat, illo auerſo & ſcalis ſublatis deſuperq; aggeſta humo defodiebant uiuam, ita ut ab omni hominis tactu illeſa extingueretur. Qua die, tanq̄ lugubri & ominoſa conſternata urbe, uelut ſi repentinum incommodum accidiſſet iuſticio indicto nihil publicæ magneq; rei agere licebat. Tanta uidelicet cura, tantaq; ſollicitudine priſci cauebant, ne qua in ſacerdotes & dedicatas uirgines uis fieret. Fuere autem ueſtales inceſti dannatæ inter alias, Popilia, Emilia, Oppia, Fabia, Minutia, Sextilia, Opimia & Fleronia, inter quas Caparronia ſuſpendio ſupplicium preuenit. Fabia uero inceſti cauſam dixit cum ei Catilina obiiceretur, & quia ſoror Terentiæ Ciceronis erat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

inducto crimīe absoluta fuit. Cornelia Maximilla absens & inaudita a Domiciano incesti rea, cū esset absoluta nō admissi forsan crimis prauo iudicio pœnas dedit. Cūq; Vrbinia Vestalis falsi criminis insimulata uirgis cesa & uiua defossa fuisset. Religio urbē puasit in meritā penā luisse, qđ pestilēti cōtagio matronæ mortuos edebāt partus, ipsecq; una interibant, ob id admissum plecti & merita noxa puniri. Postumia uero ob mundiorem cultū criminis insimulata causam dixit, mox sine noxa & innocens cōperta de collegii sententia, omnium uotis absoluta fuit.

Ex quibus ueteres captare auspicia solerent, et auspiciorum quæ prospera quæue piacularia sint. Caput XLII.

PRiscos Romanorū adeo auspiciis deditos fuisse constat ut post urbē cōditam, falsa illa superstitione & praua religione ducti, nichil bello uel pace, domi militiæq; agerent, nisi auspicato. Sed iter auspicia de q̄bus antiqtas fabulata est, quæ prospera quæue piacularia sint sæpe q̄stū est, In primis recceptū est, auspicioꝝ quinq; genera obseruari ab augurandi peritis, primū ex celo, secundū ex auibus, tertiū ex tripudiis tū ex quatrupedibus ultimū ex diris, ex his quedā oblatiua sunt, quæ nō poscūtur, quedā impetratiua quæ optata ueniūt. Oblatiua nō semper auspiciū facere, Siquidē in potestate uidētis sunt, an illa ad se pertinere uelint, in Augurū enim disciplina hoc traditur primū, nulla auspicia siue boni siue mali prenūcia ad eū qui illa obseruare negauit, pertinere. Nam temere iacta & sine ratione uaga diuinationē non recipiunt. Ex impetratiuis autē auspicia uera sumi sepe notatū est. Quotiesq; augures ex arce auguriū petunt lituū tenent sine nodo adūcū quo celi regiones & certa spacia quibus uidenda ad pertinere uolebāt quæ templa dicta sunt designarent, sedebat enim Augur uelato capite & lituo celi regiones notabat. Ex celo fit augurium, ut si leuum intonuisset, quod prosperi euentus putarūt esse, idem si fulgur a sinistra in dextrā emicuisset errosca disciplina quia quæ nobis leua sunt, adiis dextra ex parte demicti putant. Ideo fulmen in rebus omnibus letū auspiciū facit, boniq; euentus est, si sinistra ex parte uenit, in auspiciis enim quæ sinistra sunt, bene euentura putant, tam & si Græci dextra ex parte ueniens auguriū auspicatius putent. Ex his tamen dira habentur fulmina quæ p septētrionem in occasum uergunt, quæ uero ex ortu ducunt originem, & in eandem partem celi circumactu redeūte summā portendunt felicitatem, quale ostentum Syllæ dictatori oblatum memorant, aut cum fulmen e cælo decidit, rursusq; in sublimi crebris ignibus micat, quod fortunatū fuisse nemo dubitauit. Ipsum tamē fulmē quacūq; ex parte uenit comicia impedit. Ioue enim tonante nihil cū populo agi

posse liquet. Si tamen tonet, in comiciis uiciū oblatum creandis magistratibus, atq; ideo obnūciari oportere. Si uero grandinet simul & fulminet, calamitatem presignari uolunt. Propterea cum omnes dii manubias albas nigrasq; habeant, solius Iouis rubras esse uolunt. Et q̄uis etrusci uates neuē diis fulminū iactus potestatesq; tribuant, quorū undecim fuere genera, Romani tamē diurna loui. Nocturna summano quē plutonē dicunt, tradiderunt. Fuitq; memoriæ proditum ea fulmina que solus Iuppiter excutit leta esse, quæ uero cōcilio deorum aduocato, auersa reputari. Ideo fulgetras adorare & Popysmatibus obstrepere, consensum esse gentiū, Plinius notauit. Est autem Popisma sibilus tenuis ore emissus. Greci uero ut uim tonitrus & speciem fulminātis celi auerterent, ꝑ ateris uina effundebant. Traces dum fulminat, aut tonat, in celum sagittas intendunt, rati tonantem hostem esse dei, quem ipsi colerent. Paulo tū æmilio apud Amphipolim sacrificante, Fulmē e celo emissum cum sacra cōbussisset, regni mutationē portendit, quod mox consequtū est. Fuitq; opinio haruspicū, fulmīa magnopere fieri in pollutis locis, Ideo reliquias fulminis cū sacrificio sepelire, dispersosq; ignes in unū cogere & quadā tacita prece, terræ cōdere solebāt, quē locū Bidental dixerunt. Nonnulli impares tonitrus boni ominis esse & felicia portendere uolunt, pares autē, diros euentus & calamitates. Alii matutinos uentū, Imbrē uero meridianos predicere. Serena tū tempestate tonuisse, hominesq; aut ædeq; sacras de celo tactas esse, tristis euentus fuisse, & auspicii mali sæpe notatū est. Contra uero Homerus Iouē sereno intonuisse post effusas preces, felix omē & ratū auspiciū fecit. M. Crasso castra quæ trans euphratē metatus fuerat, bis fulmine icta, triste prodigiū & infandas cædes actulere. Alii ex fulguribus, quædā publica adnotarunt alia priuata, publica non ultra trigesimū portēdere annum nisi in deditione oppidi, priuata non ultra decimum auguriū facere, nisi insponsalibus & natali die auspicata, ex quibus quedam postularia alia pestifera pleraq; cōsiliaria dicta sunt, aut monitoria uel auxiliaria, hospitalia, uel regalia, nonnulla peremptalia quæ superuenientiū fulgurū significationē periūt. Ea enim tantā uim habēt, ut quicquid alia portenderēt, illoꝝ interuētu tollatur. Quod uero interuētu fulminis portentū est, alterius significatione tolli nequit, pestifera mortē, postularia sacrificioꝝ emēdatione admonent. Pars multo maxima tria fulminū genera fecit, cōsiliariū quod post cogitatū negociū supuenit. Authoritatis cū post rē perfectā bonū aut malū quod futurū sit predicit. Status ubi nec opinantibus nobis fulmen interuenit. Quæ uero fortuita sunt & in casu posita nulla ratiōe subnixa, diuinationē nō recipiunt. Ex auibus uero Augures quasdam obscines quasdā prepetes notarūt, Obscines cantu prepetes uolatu augurii facere & futura p̄dicere. Semper enim cantus obscinis cum sinister est, secundissimus fuit. Ex prepetibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

autē, aquila Vulture & butheone. Anquali & inmusilo letantur, easq; felicis euentus esse cum ingentibus alis patulæ & porrectæ uolant, quasdam dixere funebres que omine auerso al quid fieri uetant, non nullas super uagane as quæ ex summo acumine emictūt uocem, alia caduca auspicia cum in tēplo per augures metato aliquid excidit, pleraq; eliuia que difficulter eueniunt. Aquila si dextra ex parte uenit, felix omen facit, & magnarū rerū auspicia, quasquidē uolatu auguriū facere, præcipue si stridentibus alis euolare uideat, omen futuri maximi boni ac leta & magna portendere dixerunt. Vultures quoq; Romulo in cōdenda urbe presens auspiciū fecere. Sed tamē uultures aquilarū fetus implumes occidisse, nidosq; euertisse, ipsosq; a pastu pedibus & rostro abegisse, Tarquinio superbo exiliū & regni amissionem quæ mox sequta sunt, portenderunt. Aquilam Tarquinio Prisco pilcum detraxisse in sublimi, deinde capiti reposuisse regnum ominatā ferunt. Sicut Aristander aquilæ augurio uictorē Alexandrū prediuinauit. Rursus correptū iaculū e manu satellitū abstulisse, & in profundum deiecisse ceu prodigiosum ostentū. Dionysio exilium & regnū sibi abrogari funestasq; calamitates premonstrauit. Fuitq; diu questionis an Sanqualis & imusylus inter aq las censendi forent, quorum uolatus licet euo priore incognitus, secundissimos habere euentus censebatur. Cumq; ex auibus omina multi obseruarint, præcipui fuere Chares quibus Rex chara ex auibus auspicium dedit primus. Postea Arabes, Phriges, Cylices, Piscides, Pamphili & Galli, auium cantus & uolatus religiose obseruarūt, ex qbus uera auspicia eminati sunt, quibus obseruatis haud secus q̄ ex oraculis euenta rerum & negociorū prę sumpsere. Sepe tamen uulturem in ædem Iouis aut deorum uolasse prodigii loco receptum est. Ideo uelut portentum maliq; auspicii procuratum fuit. Si tamen uultures, corui & aquilæ in unum coirent, cedē haud dubiam. & si grues uolātes a recto flecterent cursu, & retro cederent, infandam nautis tempestatē & mare pcellosum mox turbines & fluctus p̄nūciarūt. Ciconiam nō ut grues prodigiū facere dicūt. Sed in auguriis nō dubiā ferre cōcordiæ significationē. Proxima est accipitrū natura p̄cipuū uero genus qd' Cyrnō appellāt altero pede claudū qd' fortunatū nuptiis & pecuariæ rei opinati sunt. Cōtra Miluus diri maliq; ominis semperq; in fortunia premonstrare creditus. Triorchen uero cui principatum dedere augures & falconem felicis, euētus futuriq; maximi boni spē habere, Augurio expertissimo cōpertū est. Est aūt Triorches quē butheonē antiqtas dixit, q̄ qd' tris testes hēat Triorches dictus, Falconis uero auguriū tā auspicacissimū tuscis fuit, ut uiso augurio Capuā i solo felicissimo cōdiderit. Dario accipitrū uisio duo Vulturę paria uellicātiū, omen fuit quode cōiuratis sumpto supplicio, haud multo post Persarę regno potiret. Picus uero Martius & Luscinia efficaci auspicio habētur, prospe

raq; semper & felicia decreuerūt, inter quæ ardeolas quas leucos uocant, cū ad austrum uolant uel septētrionem, magna semper portendere uoluerunt. Solui enim pericula & metus exinaniri eorum aspectu multorū opinio fuit. Luscinia quæ in ore Stesichori infantis cecinit talem illum futurum designauit, quantus postea fuit. Contra irundines infausti ominis esse & ancipitem afferre fortunam multi prodiderunt. Nam Cyro Regi dū contra Scythas bellum parat, irundinum uisio infaustam fecit expeditionem, Eedem quoq; pyrrhi tabernaculo & in naui Antonii insidentes susceptī belli infeliciratem & funestas clades portenderunt. Picus quoq; martius in capite prætoris iura reddentis deprensus & occisus futurum excidium auguratus fuit, in uexillis uero Sabinorum insidens, felix auguriū fecit. Columba si comitata est, prosperos successus auguratur, cæteris autem nullius auspicii credita est, sicut Cicnus nautis & his qui freto agi uolunt, prosperos cursus denunciat, reliqs uero inauspicatus. Cirrum tamen de genere aquilarum, columbā discerpentem unguibus, felix nuncium actuliſſe Homerus uoluit. Prepostcros aut uespertinos Gallorum cantus optimi euentus multi notauere. Themistocli pridie q̄ in Xerxē duceret auditus Gallorum cantus uictoriæ mox futuræ prenuncium fecit. Idq; ideo, quod uictus nequaq̄ canit, uictor uero obstrepit & murmurat. Contra uero gallinarum, nam diri aliquid iminere aut futurum incōmodum illarum cantus designauit. Inter reliquas uero inauspicatissima fertur incendiaria & piacularis, propter quam Vrbs sæpe lustrata fuit, quæ autem hæc fuerit maxie questionis est. Coruus quoq; inter aues inauspicatæ est garrulitatis, pessimam uero coruorum significationem maxime cum glutiunt uocem uelut strangulati Plinius notauit. Si uero ab ortu clara uoce occinuerint presentē felicitatē, cōtra uero ob occasu exitiū apportāt, Coruos tū pullos deuorasse reliquiasq; i nidū detulisse dissidiū inter Syllam et Mariū quo plurimo sanguie pugnatū est, designauit. Coruos queq; aurū corrosisse uelut dirū maliq; portēti procuratū fuit. Eedē quoq; aues inuolantes obstrepētesq;. Alexandro Babiloniā ingressuro & Ciceroni iminēs pericula extremasq; ertūnas premonstrarūt, Adextra tū coruus & asinistra cornix uel Picus, spē nō ambiguā & ratū auspiciū fecere. Maxime uero abhominatus est bubo, tristis & dira auis, uoce funesta & gemitu, q formidolosa, diraq; necessitates & magnas moles instare portendit. Ipm tū cāru & stridore q̄rulo dirū facere auspiciū putāt, tacēs nō semp malus fuit. Quippe bubonis aspectus Agrippæ captiuo iudeoq; regnū portēdisse fert. Noctua quoq; nō semp infortunia facit, nāq; uolās ignē de hoste uictoriā q̄q; apportauit, apd' Atheniēses. n. Noctuæ uolatus uictorie semp fecit auspiciū. Si tamen sereno canit tempestatem tēpestate uero si occinuerit serenū nūciare fertur. Eadem uero in hasta Regis Pyrrhi insidēs cōtra argos euntis, fatū illi & discrimē ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

tremum predixit. Apes quoq; suo examine dira ostenta sæpe & triste auspi
cium fecere, sicut ante pugnam Pharsalicam in ara insidentes, & in nauibus
conspectæ dum per æquora ferrentur. Dioni & Pompeio magno, cladē per
niciosam & calamitosos casus prenotarunt. Et cum in castris Bruti examen
conspiceret mutari castra haruspices iusserunt nequid diri portēderent. Non
nunq̄ felici euentu, sicut cum in castris Drusi uua dependente insedere, quo
tempore ad Arbalonem prosperrime pugnatum fuit. Ipsas uero apicem ar
boris insedisse oppugnationis futuræ & teterrimi belli afferre signa multi ad
notarunt, quæ uero apes in ora infantis Platonis aduolarunt, haud dubiam
spem eius magnitudinis actulerunt. Aliter Vesparum examē, nam calamio
tosum auspiciū facere probatum est. Aues autem omniū generū circūuolas
se, felicitatē magnæ fortunæ, diademaq; regium mox futurum Gordio osten
derunt. Ferunt in Alexandriæ descriptione, cum ob gypsi inopiā mœnia
farina frumenti designarentur, aues omnis generis illam depascentes omen
feciſſe, orreum uicinis gentibus quandoq; futuram. Ex tripudiis uero esse
auguria ueteres fabulati sunt, ut si pulli non addixissent, uel si uitulus, e sacri
ficātium manibus proripuisset, aut hostia profugisset, uel percussa mugitum
dedisset, uel si inter sacrificandum aliquid triste oculis aut auribus occurri
set, seu in extis caput Iocineris defuisset, quæ omnia fœdi euentus esse, nemo
dubitauit. Flaminio sacrificanti, uitulus qui multos cruore insperxit, omen
magni terroris fecit. Vel cum pulli e cauea addicerent & pascerentur, ita qd
tripudium facerent solistimū, quæ secundissima traduntur auspicia. Nam
pascentes aues uidere felicitatē portendere, multi consuetūt, Lydi, Persæ, Hi
beri, & Thraces, non ex auibus, sed maxima auguria ex uino obseruarunt.
Nam uinū effundere, aut uestes uino inquinare felicis haud dubiæ fortunæ
signa esse, augurati sunt. idq; actestante Homero, qui Vlixe discedente & bo
na uerba precante alcinoi uxorē humi facit uinum fundere, uelut preces ra
tas diis habituris. Germani ex hinnitu & fremitu equorum, monitus futu
rorum predici putant, quos nullo opere contactos candidi coloris plurimos
educebant. In Cappadocia ex Myrricinis uirgis, in Scythia ex salignis hu
mi constratis, alii ex uibrata salicione oculi, quod augurium palmicum. In
lycia ex piscibus quos Ichthyomantos uocant, atq; Enaries Androgeni ex
Tyliæ fronde uaticinātur. Nasamones uero ex somniis ad sepulcra defun
ctorum. Fuitq; apud Bizantios receptus mos, ut scombrotū Regem uide
re qui inter conchilia est miri aspectus, aut iunctum lumentum stercus emi
ctere fortunatissimos euentus faciat, quæ singula augurum disciplinis latius
tradita & precepta sunt. Ex quatrupedibus autem fuere quæ pedestria dicū
tur auguria. Vt quæ a lupo, serpente, equo, uulpe cæterisq; reptilibus fiunt.
Lupum si ad dextram cōmeauerit, pleno ore, magnæ & prosperæ rei augu

rium facere & nullū prestantius esse opinātur, contra lupos in Capitolio ui
sos, prodigii loco est habitum, cuius causa lustratum Capitolium quandoq;
uidemus. Lupū quoq; castra introisse & laceratis obuiis intactum abiisse,
exitium & cladē portendisse euentus docuit, toto postea exercitu ingenti cla
de affecto. Rursus cum cerua a lupo fugata inter duas acies euasisset illesa,
insignem uictoriam Romanis dedit. Lupos quoq; in foro uisos, incolumes
euasisse, armis opprimi patriam, & magna rerū momenta designauit. Cum
in Lybiam colonia duceretur, lupos metas quibus agger designabatur mor
dicus dissipasse uelut diri euentus effecit, quo minus deduceret. Non sic San
nitibus deducentibus coloniam quo duce, auspicatam deduxere quare Hyrū
pini dicti. Fuitq; animaduersum lupum subnigrum obuiam factū grande
discrimen afferre. Iuuenca si annicula aut mula si gemellos peperit ostentum
dirum pestemq; denūciat. Sicut leonis aspectus famosus fuit & inglorius,
itineraq; infesta facere creditus. Namq; hostium pugnam sæpe portenderūt.
Capræ uero salutaris. He enim Carano eximiæ felicitatis duces fuere, Asū
nū leonem occidisse, omen magni terroris feciſſe, necemq; Alexandro portē
disse, literis mandatum est. Serpentem per impluuiū decidisse, aut iter com
meātū interrupisse illesum, uel fetam uulpē obuiam habuisse, aut canem alie
nas ædes introisse, formidolosos casus & insignem calamitatē facere periti ad
notarunt. Serpentem quoq; extis solemnibus depastum, diri ominis & exū
tremi exitii loco est habitum. Contra Syllæ inter sacrificandum serpens uiū
sus & elapsus, felicē uictoriam dedit. Suburbana uero colubris plena equosq;
illis depastos. Creso lydorum Regi ab externis regnum subigi portenderūt.
Mures cum candidi sunt, letum auspicium faciunt, licet illorum occentu diri
mi auspicii dicantur. Namq; occentus soricis auditus Fabio maximo dicta
turam & C. flaminio magisterium equitū, deponendi causam dedit. Mures
quoq; in Argyllæ fundamentis appariusse pugnātes, ciues preferoces & mi
litares, haud dubio argumento presignauit. Ea enim urbs ad Strymonem
bonis auspiciis condita a muribus dicta est. Sicut Coronæ ciuitas in Pelo
pōneso ad pamisi flumen quod cornix Enea fundamentis apparuit felix no
men tulit. Siquid tamen mures arroserint, tristia semper & dira portenderūt.
Carboni Imperatori corrosis fasciis quibus in calciatu utebatur exitium pre
dixerunt. Aurumq; & clypeos corrosisse marsicum portendere bellum, lepus
quoq; occurrens in uia in fortunatū iter presagit, & ominosum, idem uulpes
feta, & canis pregnans. Mustela quoq; sicur Picus a sinistra ueniens, infausti
ominis est. Feruntq; arietem insolito colore natum miram felicitatem pre
notasse. Ex diris sunt offensiōes pedum, uoces exaudite, res oblate oculis, &
alia id genus, ex quibus certa captantur auspicia: limen offendisse, laciniam
adhesisse, uel prolapsum cecidisse obscenū ostentū esse uulgo receptū est. C;

Universidad de Deusto
Biblioteca

Flaminius quo tempore ad Trasimenū oppressus interiit, cum in equum insiluisset equo pro lapsus repente corruit. diro & fœdo euentu, quo ad internecionem crudelem in modū cesus occubuit, Neroni Cæsari Alexandriam profecturo lacinia abhesit. Diuus uero Augustus leuū sibi calceum prepostere inductum animaduertit, qua die seditione militari prope afflictus est. Et Pompeio magno pullum amiculum qua die ad pharsaliam profligatus fuit, diras uastitates premonstrauit. Voces quoq; exceptæ in utramq; partē magnopere augurium fecerunt. Iccirco in rerum principiis quod bonum felix faustumq; foret, prefabantur ueteres. Cum maximas clades urbs perpessa fuisset, & ancipiti contencione agerent patres, an relicto patrio solo Veios migrarent, uox centurionis audita hic manebimus optime, urbis sedem stabilisse fertur. Aliter Crasso in bellum profecturo qui cauneas ficus uenales clamabat, illud omen fecit, quo spoliatus fama & fortunis omnibus, memorabili clade profligatus interiit. Neroni rursus paucis ante ipsius eedem diebus de Mausеolo uox exaudita fertur nomine eum ciens, Augusti quoq; Cæsaris supremo digressu ab urbe uox temere emissa augurū fecit, non amplius Romæ eum futurū. Sicut Scipioni in africam profecturo, promontorium pulchri incolumē spem ostendit. Contra Hānibali cum ex Italia Africā peteret, sepulchrum diruptum auspicium ferale. Bruto etiam & Cassio prodigiis in aciem obuius Ethiops calamitates presignauit. Quare fœdissimo & cruento bello, atq; intestina clade ita conflictati sunt, ut ambo, uno prælio concciderent. Fertur quoq; Hadrianus Cæsar ex Mauri occursu futurā mortem imaginatus. Non sic Octauio Augusto. Namq; Asinus cui niconta nomē, & Asinarius cui Euthico obuiā facti, omē certæ uictorie actulere. Ac ne nimius uideat neue diutius studiosos fatigemus, de his hactenus dixisse, abū de fuerit. Illud quoq; haud dubium, Sues comesse fetus inter prodigia minime reputari. Siquidem id frequens neq; propterea ominosum fuisse assiduis exemplis probatum est.

Quid senserit Hieronimus porcarius de iniquo iudice, quibusq; modis litigantes frustretur & deludat. Caput XIIII.

Hieronimus porcarius, diuini humaniq; luris sciens, Homoliberi animi & acris ingenii fuit. Preterq; uberem facundiā, mira in eo erudicio, & in maledicēdo libertas ad mistо sale, erat enim acri iudicio & ad irridēdum contentiosus et audax non infacetus, ita ut iocis urbanis unūquēq; carperet, & ad uiuum usq; lacesseret. is in consessu nobilium dū apud eū pro familiari consuetudine diuerterem, dicere solebat, quatuor modis, iudicia eludi ueterū

eludi ueterū scitis traditū esse, odio, gratia, precio, aut timore, preter quæ nihil esse quod iudicum animos flectat a uero literis mandatum dicebat. Sed tamen, siquis improbū aut pernicioſum Iudicem, nactus fuerit, qu iudicio & legibus abuti uelit, īnumeris fere modis iudicia eludi & preuaricari solere, cōtra ius fasq;. Quibus uero modis id fieret, memoriter ipse & expedite disserebat. Neq; enim solum iniqus iudex inquit, qui alteri parti pronior est longis interuallis differendo iudicium, clientem pro quo ius stare uidet frustrat & decipit, ita ut longa mora fatigatus iudicium relinquere cogatur, aut donec alius instructior fiat, expectet, ut alter interim dolo uictus occūbat. Sed etiā cum non ex fide bona acta proponit & refert, cum quæ unius partis causam agunt diligenter enunciat, quæ uero contra, supprimit & tacet, bonū ius partis eludi atq; obteri dicebat. Quin etiam multos uidisse asserebat, qui illum eum quo lis est, cui plus nimio fauet, quo pacto aduersarii telis se opponat, instruere non uerentur, cum quid in re quaq; consilii capiendum sit, alteri parti enuncient, ita ut ille paratior factus bonum alterius ius euertat & conuincat. Cum alterius neq; uoces animis, nec querelas auribus admictant. Et eum miser ille timidus imprudensq; rerū iudicis fidem in plorando frustra ipsius aures fatigauerit. Iudex interim seuerus & uehemens, loquēti obstrepat eumq; uel difficulter admictat, aut īpotenti ore obiurget, uel si admictit egre & perinuitus dissimulato sermone uultuq;, cū tedio admictere cogatur, quorum quidem nequitiæ & animi ad fallēdum destinati nulla maiora inquit argumenta sunt, cum reconditus ille sensus & obstrusus animus, quam labē misero illi afferat non facile dinoscatur. Quin etiam persæpe euenire dicebat ut malus iudex ut illū improuidum ad insidias ducat, & uana spe ludificetur, se dubitare in quo nihil uerendum sit asseueret. Si quod autē in causæ disceptationem anceps dubium fiat, illud dissimulanter omictat, ut cum maxime uicisse te credas, tunc tibi præcipue subeundū periculum sit. Nonnūq; euenire, ut cum diutius litigantem frustrari nequeat precibus seu querelis fatigatus, causam in iudicio se productum predicat, aliorumq; iudicum explo ret uota non ut causam æquo iudicio terminet, sed ut quo pacto inuadat ius alterius soleter inquirat, illorumq; uotis in illius miseri perniciem explora tis sine religione & fide ipsum perditum eat. Si uero non dubiam spem uictoriæ uiderit, iudiciorum & litiū mora ita rem producat, ut cum finire nutu omnē disceptationem ualeat, neutro inclinatis sententiis suspensa omnia infectaq; relinquat, deumq; ille contestans & hominum fidem, siquidem, quē appellet, quem obtestetur, quem imploret nullum habet, diuturna expectatione & ampliore sumptu uexatus de suo iure tandem decedere cogatur, quo fœdius dici estimariq; nihil potuit. Atq; utinam non his artibus fædissime uexatos, nec quotidianis dānis tenore uno opprimi miseros uideremus. Po

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtremo morem peſſimo exemplo inualuiſſe dicebat ut iudices non iure, nec iudicio, ſed per factionem & gratiam aut libidinem, perq; inuidiam iudiciorū uota conferant, illic preſertim ubi in orbem, ſuper iure controuerſo ſententiæ explorantur, In qua quidem re, tanto certamine hinc inde exardeſcunt ſtudia, ut maledictis interſe & conuiciis & plerumq; manibus uix temperent, tāq; iudiciorū turpitudo fiat, ut nec iudicio nec diſceptatione, ſed libidine, perq; omnes cupiditates ſuffragentur, ſtudiumq; & gratiā aliquorum potiuſq; uera iudicia inquirant: ac mille modos referebat, quibus iniquus iudex, non iudicis, ſed imputi latronis modo, uelut officina nequitiæ per auaritiā & ſordes bonum alterius ius inuadat, uanaq; iudicia pretio aut gratia nundinetur, qui quidem non legum periti ſed euerſores potius humani iuris dicendi ſunt. Recte igitur Iſocrates nūq; effici exiſtimauit poſſe, ut hi qui male inſtituti aut moribus prauis & inciuilibus ſunt iuſticiam aſſequantur. Deniq; nihil malo iudice peius, aduerſus quem nec imperia magiſtratuū nec leges ualent: neq; facile eſſe inuenire hominē. quem nec flectant preces nec dona tranuerſum agāt Inualuitq; uetus adagium apud cauſarum patrones, omni dimicatione, contentione atq; cura enitendum, ut iudicem quē quis nactus fuerit, partim gratia, partim precio aut pactione dando & pollicendo, propenſiorem ſibi quo quomodo parent, quo incolumi amico nihil amplius quærendum illi ſit, iſto enim maxime effici modo, ut eum ad uoluntatem ſuam ille, nutūq; cōfertat, & qui gratia plus pñt, cauſa plus ualuiſſe uideantur, illiq; uel nunq; cauſa cadant, uel preter ius falſq; iudicata ferant, & victores fiant. Sed iam latius proceſſi & liberius, quia me morum piget tedetq;. Male profecto humanis ingeniis noſtra uicia conſuluere, cum iudicia, quæ fidei tutelæq; noſtræ credita ſunt, nō ad ſalutē, ſed ad pernicie humani generis ceci cupiditate uertamus.

Quæ in ſmonibus quotidianis, uulgata prouerbia apud Romanos in uſu fuerint, & quæ apud exteros frequentia. Caput XV.

VIgata apud maiores prouerbia quæ magis fuerint obuia, de quibus meminiſſe potuimus, premulus & fere inumeris hæc plane accepimus, eaq; licet breuibus cōcluſa ſententiis in ſermone quotidiano uſurpata, aliud dicere uideantur, ut aliud ſonent uerba, aliud ſentias, tamen ſub alieno intellectu obliquis orationibus, quin magna plerūq; ſenſa & rerū documenta appareant, nulli dubium fuit, Horum exemplorum plena uetuſtas eſt. Nam ſiquos mutuo ſtudio teneri, & conſociatos ſibi inuicem operas dare deſignabant, mutuum mulos ſcabere dicebāt. Quod ſcilicet ita opibus ſe iuuarent & alter alteri preſidio eſſet, q̄admodum muli inuicem ſe confricātes ſcabiunt

tes ſcabiunt. Contra uero cum aliquis nihil proficit, & fruſtra operando fatigatur, ingenti periculo fructu nullo, Oleum ſimul & operam perdere aiebant. Sicut Græcum adagium fuit, ὄνου τόκους ζητεῖς. hoc eſt aſini uellera queris, quaſi ad id operam daret ubi laborando nihil proficeret, cui affine eſt. φάλακρον τίλλεις. hoc eſt caluum uellis. Et cum quis laceſſit ad pugnam, mox linquitur animo, ut cominus congredi non audeat. Cantheriū in foſſa dixere, ſunt enim Cantherii equi teſticulis defectis & exectis genitalibus, qui cū ſemine careant, languidiores & degeneres ſunt. Quare Scythis & Sarmatis peculiare eſt, equos pferoces eunuchos facere, quo mollitis animis mitiores fiant. Greco quoq; prouerbio increbuit, ut cum aliqua ita eſſent diſſociata ut non facile conuētura putarentur. Nihil eſſe cum fidibus graculo uel cum amaracino ſui dicerent. Fuiſſe enim Amaracinū fragrātiſſimi odoris unguentum ex Amaracho dilutum authores memorant. Ad hunc ſenſum in lente unguentū, cui proxime accedit, ὄνος πρὸς αὐλόν. hoc eſt Aſinus ad Tibiam, & ὄνος λῦρας. Et cū quis diuerſus agitur & ita dubius animi fluctuatur, ut nec abnuere nec polliceri audeat, & in quam uis partem declinet, preſens dānum aut exitium uideat, ſe inter ſacrum & ſaxum poſitum uulgo iactitant, deductum abeo qui in fœdere ineundo porcam ſaxo ferit, ſicut Grecum eſt Adagium διομήδεια ἀνάγκη quod ſcilicet ita aſtrictus maneat, uelut apud Diomedem hoſpites quorum uiſceribus equas depaſciſſe dicitur. In eū uero quē diuerſæ trahunt curæ & incertus nutat, ut nunc in unam, nunc in alteram inclinet ſententiam. εὐμεταβωλώτερος κοθόρνου. id eſt mutabilior Cothurno ſermo pererebuit. Cothurnum enim Calciamenti genus eſſe quatuor angulorū fabrefactum ita ut utriq; pedi & uiris ac mulieribus aptetur cōmode, perſpicue conſtat. Rurſus ſiquid certum & deſtinatum eſſet, nec uana expectatione ferrentur. Hoc re ad Sagram geſta certius eſſe, contra uero cū irrita caderent promiſſa & uana ſpe ducerentur ſe auribus lupum tenere dicebant. Huc pertinet quod quotidiano fertur adagio, inter os & offam multa incidere, cum aliquid diſcriminis in re certa & fere explorata futurū timemus. Sicut græco fuit adagio uſurpatum πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. id eſt multa cadunt inter calicem ſupremaq; labra. Quod autem eſt de ſagra dictum inde fluxit adagium, quod cum decem Locrorū millia ad ſagram inſperata uictoria potiti eſſent aduerſus Crotoniatarum centū & uiginti millia, idq; uix credibile uideretur, poſtea certis authoribus re comperta, in prouerbium ceſſit, ut cum quid certo certius ſignificarent re ad ſagram geſta nihil certius dicerent. Cum q; ingenti animi ſollicitudine premitur quiſpiam, reſq; ita in anguſto ſunt, ut trepidum diffidentēq; animū gerat, omniſq; moles negociorum uno in loco inclinatura uideatur, Hic mihi aqua heret dicere ſolemus, tractum ab eo qui naufragium facit, qui aqua ori admota, pene ſu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mergitur. Et cum ex re quapiã totum pendet negocium, ubiq; tota moles periculi iminet. Hic mihi prora & pupis est, uulgatus sermo fuit. Contra uero cum exoneratum animũ curis, discussa sollicitudine gerimus, ut bona spe impleamur, securos in utramq; aurem dormire pollicemur. Sicut rem saluã dicimus saltante sene, tractum ab eo, quod cum Circenses Romæ fierent, & turbatis ludis aduentu Hãnibalis, in omen magni terroris receptũ esset, postea reuersi cum saltantem in circo senẽ inuenissent rẽ saluã dixerunt. Clitellas quoq; boui admotas, cum munus uiro inerti collatũ uiderent. Quiq; de rebus quarum nescius est, diiudicat, sutorẽ supra crepidas iudicare dicũt. Nouo quoq; genere prouerbii in usu uenit, ut qui tam ad imperãndum q̃ parendum iuxta paratus foret, quiq; non segniter mandata exequitur, mulus marianus diceretur. Namq; Marius quecunq; militibus mandauit onera ipse inter infimos obiuit in primis. Quãuis furculas quibus sarcinas uiatores gerunt, quas Marius primus cõmentus fuit, muros Marianos alii dictos uelint. Quotieſq; uictoria sine laboræ quæsita foret alicui ἄκοντι uicisse. Cõtra uero ubi multo negocio, uictoria potiret quispiam κόντι uicisse dicimus. Cum enim puluere aspersus Athleta uictor esset, cõiti uicisse dicebatur. Solere enim athletas & multarum palmarum pugiles ad uires refouendas puluere luctatorio inspergi quo fortius dimicent fere peruulgatum est, quẽ ex nullo precipuum fuisse uolunt. Pari exemplo cum partũ cõmodi affert uictoria, & haud magno discrimine a uictore uictus abest. Cadmea uictoria dicit, apd Græcos uero ἄδακρυσ πόλεμοσ. hoc est bellum sine lachrimis, latinis autem laureola in mustaceis. Bullam quoq; dicebant, siquid haud multo post deturum cernebant, est enim in aquis spuma tumens, quæ ex crebra agitatione nascitur puntoq; temporis dissoluitur. Quare sermo Dyogenis in eos qui ob coronas Olympicas lasciuirent gaudio pererebuit, ut bullas accepisse diceret, & Calcaria sponte currenti addita siquẽ sua sponte ad audendum agẽdumq; hortamur. Oleum uero in ore gestare dixerũt cui loqui inhibitũ est, cuiq; uerbum facere non licet. Contra ubi quis lingua immodicus infinitæ licentie & audacie est, qui moderari linguam nesciat, bizena temeritas dicebatur. Fuit enim bizenus Neptũni filius procax nimium & insolens. Et qui ingenio timido & diffidenti scrupulum facit, ubi faciendus minime foret, nodum in scirpo quærere dicebant. Siquem uero probum uirum designabant qui nihil contra honestum moliretur, tutoq; eius fidei crederentur omnia, dignum esse cum quo in tenebris micent asserebant. Qui uero ingenio perspicaci nulli occasioni fraudis patet, γέρον πύτυκος οὐκ ἀλήσκηται hoc est senex Simia non capitur prouerbium fecit. Contra siquis improbus ad nocendũ paratus uenit, fenum habere in cornu dictus est. Erat enim prisci moris bobus qui cornu peterent feni manipulos apponere quo ad precauendum homines paratiores

mines paratiores forẽt: Quare uerbũ Sicinii scurræ fuit in crassum ideo cõuiciis parcere quod fenũ habere in cornu uideret. Dici quoq; ius ad assem cũ etiã minima librato examĩe moderata fuissent, uoluere, & qui se uictũ fatebat herbando prouerbio iactabat. Quippe supplices & qui pacẽ petũt oleæ ramos uelamẽta supplicũ aut gramen cũ terra euulsum uictori offerebant, uel barbarico more sertis coronati occurrebãt, quasi illos quibus porrigerẽt ducerent meliores. Mictere aũt noctuas athenas, γλαῦκας εἰς ἀθήνας uetus adagiũ fuit, cũ ea quæ illi sup sunt, alicui damus. Cũ enim Athenis noctuæ affatim exhuberẽt, qui illuc noctuas mictteret, nimirũ ad ea loca merces ferret ubi ille redũdarent. Et cũ quis nescire simulat quæ percallet, Cretes nescire pelagus uulgo dicit, ex illo traditũ, qd nemo cretẽsis nauicularia, & pelagi comertia nesciret. Quin etiam ex locis plura fluxere prouerbia. Nã siqui opibus claros & prepotentes flocci faciunt, illis ne decimã quidẽ Syracusanorũ esse, & cum loca & salubrẽ aerẽ celebrãt. Crotone salubriora dicũt, Scilicet qd Syracusas ditissimas sicut Horcomenon in Boetia, & Crotonẽ composita aeris temperie saluberrimã ferunt. Etiam a porsonis plura adagia fluxerunt. Nam & zenone continẽtior, & Catone constantior & Aristide iustior crebro usurpatum est. Eo pertinet non esse hominis cuiusq; Corinthum petere, quod Preceps in luxuriam ciuitas ibiq; illecebræ libidinum forent, que magno parabantur. Tum siquem affectum & negociis inutilem ducebant in quo nihil adiumenti nihil consilii foret, eum de ponte deiici oportere monebant siquidem grandeuos etatæ ad suffragia quæ comiciis dabantur non admictebãt. Cum uero uehementer laboratur fortunæq; in extremo sunt, ita ut nulla daretur spes melior, rem ad Triarios uenisse in prouerbium uenit. Cum enim Triarii in ultimo essent presidio ultra quos nihil opis sperabatur, cum absciſa omni spe, ad ultimum uentum esset, rem ad Triarios uenisse dicebant. Si quid autem tarde cogitatum aut salubre consilium sero expensum fuisset, sero phriges sapere sermo fuit, quod a Grecis fluxisse autumant. Nam cum decimo exacto anno post magnas clades Troiani Helenam simul & iure belli quesita Grecis restituenda censerent, sero phriges sapere prouerbium deductum est. Et qui in re quapiam parum sapere uisus damnum patitur, qui sibi sapiens prodesse nequit nequicquã sapere dicitur, ad quam sententiam accedit Euripidis uersus μῖσω φυσιν ὅτι ὄυκ ἀυτῶ σοφός. Hoc est odi sapientem qui sibi sapiens non est. Et qui astu & dolis nimium ualet coriceus nuncupatur, ex eo deductum, quod ex Corico latrones predæ affueti audacis ingenii & summæ solertiæ forẽt, in eos quoq; qui preferũt letitiã cum intus angantur curis, quiq; blandiciis uelant odium, Risus sardonius dicitur, quod in Sardinia apiastro similis herba nascitur, cuius esus deducto ore uelut ridẽtes homines mortẽ oppetere cogit. Si quis uero obrutus malis cũ fortuna flu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctuatur, ut nichil ſibi proſpere cedat. Illum equũ habere ſeianũ aut aurum Tholoſanum aſſeuerant, quod ſcilicet, ita excidio & continuis cladibus premi tur, ut qui aurũ Tholoſanũ habuere, aut Seiani equũ, Sicut de Segmentis Helene, & Heryphiles, aut Hermionæ monili authores tradunt, quorũ par ticipes erũnarum continua mole opreſſi, in extremũ uenere diſcrimen, Sicut de Agaue, Iocaſta, Semele, Argia, & æriphile apparet, qđ & grecis quoq; ui ce puerbii fuit. κακα' ἐφ' ἑαυτῶν ἑλκων γοσος κικιας νέφος, mala ad ſe trahẽs ut Cecias nubes, Id etiã apud Eleos in prouerbiũ ceſſit, ut in eum qui continuis premit malis Grauiora Sambico pati dicerent. Cum uero quiſpiam iniqua cõtentione uictus, ulterius dãno premitur, opprobium uictis adagium erat, quod a Brẽno cum ſe Romani auro redimerẽt ſumptũ memorant. Tritum quoq; prouerbiũ fuit, iocunde acti labores, cum bene nauatã a nobis operã ſuaui memoria repetimus. Et cũ inter loquendũ medio affatu is ſuperuenit de quo ſermo fit, lupũ in fabula qui minime nos loqui ſinat eſſe dixerunt. Nam fere conſtat quem prior lupus uiderit pro loqui nequiſſe. Cumq; fraus animo agitata, a bono honeſtoq; in prauum abſtrait, atq; in authoris reddit perniciẽ, Malũ conſilium conſultori peſſimum in adagium uenit. Ac mille modis euulgata prouerbia fuere quottidiano ſermone uſurpata quæ recenſe re ſuperuacuæ diſputationis forent, quare ne exequar ſingula, cum nõ ſit ani mus ea conſectari quæ ab aliis uberius explicata ſunt et latius, de his hactenus dixiſſe ſatis habeam. Illud utiq; antiqui moris erat, quod cum alicui precabã tur bene, ut quicquid fuiſſet cupitum eueniret, ne quid diri aut infauſti ſucceſ ſum lederet, pollicem premere iubebant. Quotieſq; in propinqua ſpe futuri boni, ueniam adiis petimus in ſinum deſpuere ſolemus, uelut ratas preces diis habituris. Cũq; in ſermone quottidiano quiſpiã male audiſſet, aut uerbo uo ce ue offenſus foret, dicto ueniam poſcere, in auerſis uero enũciatis, meliora ominari, atq; inuidiam uerbo abeſſe iudebant. In mentione defunctorum il lorum memoriã non ſollicitari, in ſordidis & obſcenis dictis honorẽ auribus ſeruare & prefari honeſtatẽ, ueteres cõſueſſe, memoriæ & literis proditũ eſt.

Qui primus legem Theatralẽ Romæ tulerit, & quot leges plebem abopti matibus poſtea diſtinxerint. Caput XVI.

INter eos q̃ a prima origĩe ſpectacula Romæ ediderũt. Tar quinius Priſcus opulẽtius inſtructiuſq; q̃ aliq̃s regũ ludos fe ciſſe dicit, is.n. in ludoꝝ appatu cultu & magnificẽtia oẽs ãte ceſſit, ab ipſo.n. circus maximus ſpectaculis deſignatus lo cus fuit, q̃ poſtea edificioꝝ magnitudie et aulico apparatu p cipuus ſemp exhibẽdis ludis eſt hitus, in quo mũera in getũ appatu mox exhibita fuer, diuiſis locis plebi p ſingl̃as curias. Cũq; intercedẽ

tibus ãnis, patribus equitibuſq; ac plebi Romanæ confuſa loca fuiſſent, ubi ſpectarẽt. Cor. Scipione, & T. Sempronio Coss. ludis Romanis per ædi les curules diſcreta loca Senatoria a populo fuere, utq; ſuus cuiq; honos ſer uaret lege cautũ fuit, ut optimatibus ſubſellia ꝓxima darẽtur, Quo tẽpore precipua loca orcheſtra Senatoribus data ſunt, ubi in ſcena pſaltabat & Cho rus inducebatur, podiũ Imperatori, & Conſulibus, proſcenia & pulpita opti matibus, nõnunq̃ principi, ſiquidẽ Nero e proſcenio ſæpe ſpectauit, aliquan do e puluinari quod in prima fronte theatri ſpectaculoꝝ locus erat. Fertur tñ Auguſtus Cæſar, legatos ſociarum fœderatarũq; gentium in Orcheſtra cõ ſidere uetuiſſe, cum quoſdam libertini generis illic ſpectaræ deprehendiſſet. Poſt aliquot uero ætates, ut Imperator una cum ſacerdotibus in ſella impera toria ludis præſideret, cõſuetudo inualuit. Quæ quidẽ ſcena in fronte thea tri ab uno cornu ad alterum porrigebatur, Verſatilis, plerũq; ductilis, mul tis colũnis & epiſtiliis fulcta, quæ primo parietem nõ habuit, ſed frondibus obumbrabatur. Poſtea tabulis pictis in parietis morem cõponi cepta, quæ ſpectaculoꝝ ſedes præcipue inde habitæ. Ea enim triplicis generis erat. Nãq; tragica colũnis & deoꝝ ſignis exornabat, quibus & tabulis pictis, partim ab amicis partim e grecia cõmodatis utebãtur. Comica edificioꝝ figurã prefert, Satyrica uero montibus inumbratur & Syluis, in ea.n. Hiſtrionũ ſedes erãt qui ad edẽdas in ſcena operas locabãtur, In orcheſtra aũt Chori, reliqua ue ro loca popularia fuere in qbus omnis ſexus & ætas, atq; infimus ordo ſine diſcrimie ſpectabat, q̃ uero a ſedibus excluſi fuerãt excuneati dicti. Greci uero præter hæc, Buleuthicũ cõſtruxere in theatro ubi ſeniores, ſicut Ephebicum, ubi iuuenes ſpectarẽt, Ante hãc uero legẽ per ãnos quingẽtos ſexagita a cõdi ta urbe populus una cũ patribus promiſcua iniquitate ſpectauit. Poſtea uero P. Africanus ſuperior cum Cos. eſſet, cũ T. Iongo, ludis Romanis, plurima Senatoꝝ ſubſellia a populari cõſeſſu ſeparari iuſſit. Et cũ eo diſcrimĩe aliorũ ſtudiũ alioꝝ indignatio eſſet, prebuiſſe eius rei nouitas non mediocrẽ plebi ſermonẽ dicit, adeo ut ipſum Africanũ qđ eius rei author fuiſſet penituiſſe fe rãt, gr̃amq; ingentẽ apud ordinẽ ſenatoriũ ædiles pepererũt qui ſanxerunt ut gradus gignitatiſq; cuiuſq; & fortunæ diſcrimẽ foret, manſitq; aliquãdiu lex ſuata, uſuq; didicere, multo preſtabilius eſſe, ſeruato gradu cuiuſq; q̃ in collu uione omniũ ſpectaculis intereſſe. Proditũ tñ memoriæ eſt, tẽpore quo pro miſcuus ſpectaculoꝝ uſus erat, nunq̃ plebeiũ pmodeſtia & uerecũdia ãte uiꝝ Senatoriũ aut cõſularẽ ſpectar ſubſtinuiſſe. Cũq; poſt aliquot tẽpa, plebs cũ pribus cõfuſis ordinibus nichiloius ſpectaret, ſex Helius petus et l. Cornelius Cethegus Cenſores ne turba patribus miſceretur, cũ tantũ hominũ conflue ret in theatrum, alio edicto ſtatuere, quod non ſine indignatione plebis fa ctum memorant, quæ ſe deſpectui haberi & contemptam eſſe arbitrata eſt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam & ſi Helium petũ in cenſura collegam prioris Scipionis fuiſſe nonnulli tradant, Rurſus cum haud longo poſt interuallo cõſtitutione abrogata, Senatus & populus ſolutiſſimo more ſpectarẽt, Actilius Serranus et l. Scribonius libo Ediles curules, Scenicis ludis & Romanis ut diuiſa loca plebeiorũ a patribus eſſent, populuſq; diſcretus a Senatoribus ſpectaret quarta premulgata lege ſtatuere, ſpectauereq; aliquãdiu, donec lege Iulia theatrali & Roſcia, ut in quatuordecim ordinibus & ſubſelliis proximioribus, Senatores atq; equites ſpectarẽt ſemota plebe optimatibus data facultas fuit. Quorum numerũ a Diuo Iulio adeo excretũ fuiſſe conſtat, ut quatuordecim ordines, & proxima ſubſellia, ſolis ſenatoribus nõ ſufficerent. Adeo ut liberius mimus inter equites ſedere iuſſus pre anguſtia recipi uix potuerit. Quod & Syllæ tẽporibus iterũ confuſum fuiſſe crediderim, Nã gladiatorẽ munus dedit, uiris æquæ & mulieribus, locis promiſcuis & indiſtinctis, in magna licentia ſpectandi, & ſine ullo diſcrimine honorũ. Cautũ deinde lege Othonis fuit, quã Tribunus tulit, ut magis fortunarũ & pecuniæ q̃ generis aut honorũ ratio haberetur. Et non modo patriciis aut equeſtris ordinis & Senatoriis uiris ſed ſummis honoribus functis quibus quatringentorũ ſextertiorũ, ipſi patri aueq; cenſus non fuiſſet, ſpectãdi inquattuordecim ſubſelliis ius non eſſet, eaq; loca honoris cauſa diuitibus ſolum conſtituta fuere. Quippe tenues & ſordidæ inopiæ uiros, quãuis claros illuſtreſq; quibus quadringenta ſextertia non eſſet cenſus, mixtim cũ ditioribus, in quatuordecim ſedere, minime decere arbitratus eſt. Tantaq; diuiciarũ ratio fuit, ut duo primi ordines tribunicijs & plebeis ditioribus, excluſis patriciis uacarent. Idq; non ſine graui offenſione nobilitatis. Quæ quidem ſubſellia ita compta habuere, ut crocũ & uinum per ſingulos cuneos ſpargerẽt, illoſq; præcipuis odoribus diluerent, ac picturis exornarent, nonnũq; minio & Cyſocolla harenã Circi ſternerent, itaut Hadrianus balſama & crocũ per gradus theatri ſtrauiſſe feratur. Primuſq; Clodius pulcher fuiſſe traditur qui ſcenã uariis picturis ſignisq; & tabulis ornauit, Trebonius auro, alii argẽto, pleriq; ebore. Q. Catulus uelis carbaſinis theatrũ texit, lentulus Spinther biſſino uelo, Nero Cæſar auri ramẽta p harena ſtrauit, & uela ſtellata colore celi poſuit, totũq; Põpei theatrũ in unũ diẽ auro operuit. C. uero Antonius & Murena, ſcenã fecere argenteã. Caius etiã princeps pechma ex argẽto duxit. Nõnũq; q ludos dabãt ne populo ſol offenderet aulea ſuſpẽdebãt, plerũq; ſupparios uſi ſunt, qd posterior etas pauleis accepit, quæ nõ mõ in theatro, ſed i cubiculis fere ſingulis habuer̃ ut ſqd pulueris caderet exciperet, pditũq; memoriæ eſt. Cn. Pomp. ne populo æſtus offenderet ẽt aq̃ decurſum p ſubſellia duxiſſe, Mox Diuũ Cæſarẽ i ædilitate oĩ ſcenæ apparatu argẽteo uſum eſſe, qui etiam in munere gladiatorio, ſorũ Romanũ & uiam ſacram in cliuum uſq; Capitolinũ lintheis contexit. Apud lacede

monios uero in omni cõmiſſiõe ludorũ, Regũ erant loca precipua, quibus ut inter ſpectandũ cuiq; liceret initi, priuilegiũ datum eſt: Athenis ſi peregrinus publicis ludis in theatro pſaltaret, mille dracmis pena mulctabatur. Quæ etiam Othonis lege decoctoribus qui fortunæ naufragio, nõ ſuo uicio decoxiſſent, certus in theatro locus cõſtitutus erat, ſicut uiatoribus tribuniciis ut eorũ quoq; uera & ſalubris ratio haberet̃. His quoq; qui artẽ ludricã exercuiſſent, ne in quatuordecim ſederent eadẽ lege cauebatur. Qui uero queſtũ ſui corporis feciſſent, quiq; uilitate & gula aut luxuria ſe authoraſſent, uel ære obligaſſent, a theatro arcebantur penitus. Quod Athenis quoq; ſtatutum ferũt, ut qui multis flagitijs dedecoratus, aut nota turpitudinis nefariæ inſignis foret, a ſuggeſtis & ludis arcereť. Idq; adeo procaciter ſeruatum eſt, ut prefecti ſubſelliorũ per cuneos diſpoſiti, e ſubſelliis in quibus imeriti, ſedebant, quibus equeſter non fuiſſet cenſus, ui ſpectatores deiicerent. C. tamẽ Gracchum accepimus, cum animaduertiſſet contra inſtituta maiorũ, paſſim patriciis & plebeis loca ſpectaculorũ mercede locari, nullo delectu, accitis operarijs & fabris illa fuiſſe demolitum. Solitoſq; Romanos principes, ob multa in rem. P. merita, Maſſilienſibus, exterarumq; gentium legatis ab ultimis oris, locum inter Senatores ſpectandi pro inſigni munere largiri, in quo proditur memoriæ de Germanis lepide factum, qui cum alios de Romanis bene meritos in ſenatorum ſubſelliis ſpectaſſent, ne inferiores officio uiderentur, ipſos non admiſſos ſua ſponte ſubſellia adiſſe, & una conſediſſe. Contra uero. l. flaminium. Q. fratrem, cum Senatu motus in cõmiſſione ludorum humilis & deſpectus extrema in parte ſederet. Populus uniuerſus ob fratris ægregia facinora reuocauit, & inter conſularia ſubſellia admiſit, iidem tamen Maſſilienſes tam ſeuere diſciplinæ fuere ut nullum aditum iuuentuti in ſcenam uel theatrum darent, quod eſſent morum corruptela, ne per obſcenos motus iuuenes impudicicia laſciuirẽt. Auguſtus uero Cæſar, milites atq; equites ita diſcreuit, a populo, ut eos qui bellis ciuilibus actrito patrimonio equeſtrem cenſum non haberent, ſi tamen ipſis aut parentibus antea fuiſſet, in quatuordecim ſpectare permicteret edicto legis non obſtante, qui etiam cuneum ſuum pretextatis & pedagogis aſſignauit, feminas quoq; quæ promiſcue antea aſſuerãt niſi ex ſuperiore loco ſpectare iuſſit, adeo ut ſumma theatri deinceps ſolis matronis paterent, licet ab Athletarum ſpectaculis noua cõſtitutione omnem muliebrem ſexum poſtea abdicaret. Virginibus uero ueſtalibus contra prætoris tribunal locum dedit. Vtq; Senatoribus quoties quid ſpectandum publice ederetur, primus ſubſelliorum ordo uacaret, cauit edicto. Mox Tiberius ſpectantiũ imodeſtiã exilio mulctauit, Et cũ confuſis nihilominus ordinibus & ſine diſcrimine pſonarũ ſpectarẽt, Claudius Cæſar Senatoribus loca reſtituit. Nero uero eqtũ ſubſellia ſedibus plebeioꝝ & in

Universidad de Deusto
Biblioteca

conditæ turbæ prepoſuit, ne equeſter ordo a plebe uulgari & ſordidis hominibus indiſtinctus foret. Quod & Domicianus ſequutis temporibus, renouata lege Theatrali pene obliterata, iterum feciſſe dicitur. Alexander autem Macedo militibus qui ſecũ militiam meruiſſent, poſt emerita ſtipendia priores ſedes in theatro, utq; coronati ſpectarent, pro munere largitus fuit. Eratq; conſtitutum Cæſarũ temporibus, ut ſtatio cohortis ludis aſſideret, ut Theatralem licentiam cohiberẽt, & ſiquid turbarum aut maioris tumultus ingrueret preſto forent. Quam Nero Cæſar dimouit quo maior ſpecies libertatis foret, & plebs modeſtiæ experimentum ſua ſponte daret. Illud ſine controuerſia conuenit, adeo poſt temporũ curricula degeneraſſe Romanos & cẽſus eſtimatione ferri ſolitos, ut non ſolum ad implendas equitis facultates, nõminus millibus quadringentis opus eſſe ducerent. Sed ad Decurionatũ, nullos niſi quibus centum miliũ nũmum cenſus fuiſſet, promouendos curarẽt. Qui quidẽ Decurionatus & domi & foris magiſtratus præcipuus fuit. Nãq; erat decurio cubiculariorũ & municipalis, tum ille qui decem equitum turmis prefectus militabat, Decurio dictus eſt. Fuitq; põponii opinio eos etiam qui in Senatum & conciliũ publicum aſciti fuerant cum coloniæ deducebantur, quaſi principes coloniæ, quæ pars decima colonorum erat Decurionum numero cenſeri.

Quid apud Scæuolam Iureconſultum ſit Hieroſiarcha & quid ſit Calix Diatretus. Caput XVII.

HEſterno die inter duos iuriſperitos, ueſanos an furioſos uero magis nomine cenſendos, neſcio. Clamoſa diſceptatio, & animoſa contentio fuit. Quid ſibi uellet Scæuola de legatis annuis qui cenſuit quod ſi teſtator ex redditu cenaculi & horrei Hieroſiarcho & libertis qui in templo illo erunt decem ãnua reliquiſſet, non ipſis modo, ſed & ſucceſſoribus legatum uideri. Quid eſſet Hieroſiarchus ab altero exquirebatur. Cũq; nugator ille uultu & uoce imodeſta ſacellum eſſe diceret uel locum diuino cultui deſtinatum, & pleraq; nugalia ex authoritate interpretis effunderet, alter qui non minus inſipiens & delirus erat, quo nam modo ſucceſſor ſacello dari poſſet edoceri poſtulabat, cũ Iureconſultus hominẽ ſignare uideatur non locum. Ille autẽ cum inſolentius & audatius eodem ſe uolueret, & iam non diſceptatione ſed petulantiſſimis uerbis uociferarẽtur tanto tumultu ut uix manibus temperarẽt, tandem cum multũ fuiſſent inuicem debachati ſedato clamore & contentione depoſita me qui ad hos tumultus forte incideram uelut cõmunẽ arbitrũ appellarũt. Dixi ego falſa illos duci opinione qui Hieroſiarchũ

locum dicerent aut ſacellum. Sed eum dici conuenire, qui prepoſitus rebus ſacris fuiſſet, quaſi princeps ſacrorum ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ. quod eſt ſacrum καὶ ἄρχου quod princeps, quaſi rerum & ſacerdotii caput, quod pontificis maximi propriũ eſſe conuenit, ἱερεύς, enim ſacerdos uocatur cuius diuinarũ rerũ cura & procuratio eſt. Eum Greci ἀρχιερέα dicunt quod idem plane ſignificat. Quippe qui ſacris preſunt cerimonus predictionibuſq; deorum multiplici nomine cenſentur. Namq; Hierophantas aliquos, alios Hierodidaſcalos nõ nullos Hieronomos. Pleroſq; Hierophilacos, aut Nomophilates qui frequentes erant, appellarunt, aut Stephephoros qui flaminũ, uel Oronopolos qui augurum loco fuere, Etiam quæſtuere ex me, quis eſſet Calix Diatretus ut explicarem de quo Vlpianum legẽ Aquiliam interpretatũ mentionem facere aiebant. Dixi ego quantum cõminiſci potui, diatretum Calicem dici ut Suydas interpretatur uas torno politum & detornatũ, cuius generis frequẽtia apud ueteres fuere. Tam & ſi Diarectum nonnulli dici putent, quod authore feſto per antiphraſim malũ diem ſignificat qui ſenſus haud dubie abſonus foret atq; impertinens. Cenſuit uero Vlpianus quod ſi Calicem Diatretum hoc eſt torno expolitum artifici reficiendum aut aptandũ dederim, ſi imperitia effractus foret, dãni iniuria teneri qui ſuſcepit, Si uero quod rimas habebat uicioſas fuerit excuſatus, artificem non teneri aquilia niſi periculo ſuo ſe facturũ conueniſſet, tunc enim ex locato agi oportere aquilia agi nõ poſſe.

In quo diſcretus ordo plebeius a patricio fuerit, & in quo patricius a Senatorio, qd' ue diſcrimẽ in ueſtibus, apud diuerſas gẽtes. Caput XVIII.

ROmulum urbis authorem in duos ordines populum diuiſiſſe plebeium ſcilicet & Senatoriũ, Illorumq; progeniẽ patricios ſeu optimates, exẽplo Atheniẽſium quos ἀπατρίδας uocant, humiliores uero & inopem uulgum plebeios nũcupaſſe. Hiſq; ingenuas artes reliquiſſe, Videlicet patriciis militiam & magiſtratus gerere, Sacra facere, ius dicere, publica & urbana negocia adminiſtrare. Plebeis autem militiam & agrorum curã, precoriſq; depaſcendi reliquaſq; ingenuas artes demandaſſe, ſatis conſtat, Mercaturam, ſordidas pudendaſq; artes ut popinariam & quæ manuales ſunt, ad uſum mortalitatis, aduenis & his qui recens aduenerãt delegaſſe. Romanos uero ſeruile miniſterium & laborioſa negocia exercere noluiſſe, quibus omnẽ quæſtum ſordidum interdixit, Nam quæſtus omnis patribus indecorus uiſus. Quod Theſeum in Athenarum inſtitutione, & Hipodomum Myleſiũ in conſtituendo optimo rei publicæ ſtatu, alioſq; urbium conditores feciſſe, ut ſecreti ciuium ordines, & ingenua officia a ſeruilibus diſtincta forent, plerique

Universidad de Deusto
Biblioteca

literis adnotarunt, Hi enim rem publicam in triplicis status, qualitatis ue homines diuisere. Ion uero Athenas in quatuor distinxit ordines. Nam ex ciuibus quosdam agricolas, alios opifices designauit, nonnullos sacris, reliquos urbi præfecit, Thespienses autem in duo diuisi sunt genera Opifices & nobilitatem, qui adeo sordidas artes & omnē quæstum auersati fuere, ut minister ium aliquod didicisse, uel aruo studuisse polluere nobilitatem crederent, itaq; illorū paupertas maxime insignis fuit. Deniq; Egyptii Græci Scythæ, Persæ, & lydi, omnes qui artificio incūberent pro ignobilibus ducebant, quiuero militiæ, generosos, Scythis quoq; & thracibus qui in ocio degunt honestissimi habentur, qui prudentia & authoritate anteibant cæteris. Arabes autem illorum politiam trifariam diuisere, ex quibus sacerdotes primi sunt, his addunt artifices, Secundum agricolæ. Tertium milites tenent locū. Quā institutionem ab Egyptiis oriundam, multi informandis urbibus & moribus instituendis sectati fuere. Quibus uero rebus patricii a plebe se cernebantur, pluribus exemplis perspectum est. Siquidem patricii & qui nobilitate præstant, quiq; honeste geniti & liberaliter educati erant, bullam in pectore lunulas in pedibus habebant, erant enim fibulæ Eburneæ corniculantes instar lunæ. Quod a Nūma institutū ferunt, ut Senatores eorūq; posteri nigris calceis lunas annecterēt, ab Archadibus deductū, ut se proselenos designarent, uelut amplissimum testimonium nobilitatis ferrent. Quippe in Calceis Senatorum lunam ascripsisse centum numerum designauit, quo tunc Senatores continebantur. Ea enim bulla aurea fuisse traditur, figurā cordis habēs, qua etiam obsignasse dicuntur ueteres. Cum plebei & libertini scorteo loro munirentur, quam quidē pueri ingenui & illorum qui equo meruissent filii ad pubertatem usq; una cum pretexta induebant. Illamq; exacta pueritia solēni festo laribus subspendebant, Sicut Romanæ puellæ puellare rudimentum pupas Veneri Argiuæ. Et maturæ uiro compositum capillū palladi, Troezenæ uero puellæ Hippolito crinem consecrabant. In Sycionia quoq; ὑγείας hoc est sanitatis simulacrum fuit, cui uirgines crines resecare, & capillos dicare solebant. Athenienses cum exephæbis excessissent, primicias crinium delphos deferebant, Et cum antiquiores comam circa tempora aut posteriorem crinem Apollini & fluminibus tonderent, euo succedēte Theseus anteriorem capillum Delphis dedicauit, unde Theseis tonsura prodita est, cuius exemplo iuuenes cum primum ex ephebis excessissent anteriorem comam Phebo & eculapio aut libero obtulere primicias, Postea Romani adolescentes magnæ indolis primæ lanuginis barbam diis cōsecrare uiuparunt. Et cum primo Romani ciues sine tunicis sola toga amicti forent, Postea substrictas breuesq; tunicas citra humerum desinētes habuere. Talares uero & manicatas quas græci Chirodatas uocant, aut discintas induere pro flagitio

pro flagitio fuit, quod erat barbaris propiū talares ferre & manicatas tunicas, Ideo æmilianus pauli filius. P. Sulpicio Gallo, qđ tunicis manus totas operientibus uteretur. Et Cicero Verri, quod cū talari tunica & pallio purpureo incederet, ut probrum obiectauit. Quæ quidem tunica toga tegebatur, sæpius pretexta. Cato uero Senior cum tunica sine manicis per hiemē incessit. Et iunior nudis pedibus ueste fusca & sine tunica sola toga accintus ius in foro dixit, idq; ex uetere instituto usurparunt, quod Romuli statuæ & Camilli in Capitolio & rostris togate sinæ tunicis erant. Aurelianus tamen Cæsar manicatas & albas tunicas ex prouinciis diuersis, congiarium populo dedisse fertur. Fuitq; is corporis habitus, non mūdiciis cultus sed uirilis, inquo persōnæ decor & multa maiestas inerat, Intra tunicam uero interula quam subuculam dixere carni proxima æque a uiris & mulieribus nullo discrimine sumebatur. Nam postq̄ binas cunicas Romani habere ceperunt Varro ait, interiorem institutisse uocare subuculam & inclusiam, pretextā uero supra tunicam, quisq; honoratus et nobilis habebat, quam quidem pueri patricii aliqñ purpuream induebant. Inde enim prima cōmendatio ineuntis ætatis & spem uirtutis haberi ceptum, libertinis autē & peregrinis, cum quibus nulla esset necessitudo aut cōiunctio sanguinis pretexta uti olim nō licebat, post aliquot uero tempora ut libertinorum filii illa uterētur usus obtinuit. Quā quidē purpurā magno honori patritiis fuisse accepimus, erat.n. pro maiestate in pueritia, maximeq; patritiū ordinē a plebe diuidebat. Nāq; patritiis tyriæ murices purpura dabatur, cū equester ordo & plebeius purpuram non induerēt, cuius ulum antiquissimū Plinius notauit. Sequtis inde temporibus ad tantū fastigium deuenit, ut Catoni uticensi ludos in ueste purpurea spectandi facultas a Senatu pro summo honoris gradu tributa sit. Tribuno enim plebis uel plebeio homini purpuram induere, nulli erat fas. Hi enim penulis breui uillo precipue pluuio tempore aut lacerna utebantur. Quippe uestis Tribuni plebis plebeiorūq; penula plerūq; fuit, sicut sagi, Endromis, & cuculi, Erant enim frigoribus apti, quibus imperatores uti non decebat. Tā & si legamus Caligulam depictas penulas sæpe induisse, & plebeiam purpuram distintam a patritia in usu fuisse, erat enim fusca & obsoleta, non murice & cocco sed herbarum succis infecta, eadem uero penula Senatores plerūq; usos foris inuenimus, intra urbem uero non licuit. Donec Alexander Imperator dum ætati consultum uoluit, ut Senatores ingrauescenti etate intra urbem penulis uertentur, legem promulgasse dicitur, quas supra tunicā induebant quod essent uilli grossioris, sicut Endromis tōgiori uillo pinguis & crassa, in frigoribus a diuitibus usurpata. Quam quidem pretextam ad uirilem etatem pueros deferre licuit. Post pubertatem uero in septimo & decimo ætatis anno, dimissa pretexta togam induebant, aliquādo puram niui

Universidad de Deusto
Biblioteca

candoris quæ uirilis dicta est. Eam tñ in quarto & uigesimo a multis sumptā comperimus, sæpius in decimo quinto & sexto ac decimo. Quippe Augustus Octauius Annorū sexdecim. Et. C. Cæsar in undeuigesimo. Nero autem uix pubescens togam uirilem sumpsit, ante tempus quo maturus Imperio uideretur. Diuus quoq; Antoninus Philosophus & ex Cæsaribus complures in quinto decimo uirilem desumpsere togam. Tunc cum preceps & lubrica Iuuenum ætas uidebatur. Quam supra pretextam nonnūq; patritii sumebant, cum plebei sine pretexta simplici toga amicerentur. Quippe toga erat plebeiorum & infimi ordinis Pretexta honestorum & nobiliū, qđ etiam circa mulieres seruabatur. Nam toga priscis seculis in usu promiscuo tā uirorum q̄ mulierum, nocturnūq; ac diurnum indumentū fuit, sicut pallium & penula. Postea uero illam distinxere. Quam festa solēniq; die, amplissimo cultu & apparatu magnifico, probi adolescentes sumere solebant, præcipue bachanalibus festis, mense Martio, quibus diebus sumere uirilem togam in religione fuit, qua signabatur liberioris uitæ, pueris facultatem dari. Potentiores & insignes nobilitate & honoribus, etiam purpuream cum frequenti comitatu apud delubra deorū induebāt, indeq; in forum excepti Solēni officio deducebantur, tenuiores etiam arctā induxere togam. Nam pro opibus ueteres magnas aut paruas habuerunt. Claudius tamen Cæsar toge uirili die sine apparatu aut solēni officio in Capitolium deduci uoluit. Supra tunicam uero uela pro togis induisse animi fuit imbellis & eneruati. Ea quidem toga cui purpura pretextabatur illis tantum dari afluerat, quorū patres magistratus curules, & insignes gesserant honores. Namq; hic primus Iuuentæ & bonæ indolis habitus est honos, omenq; futuræ uirtutis & magni nominis estimabatur. Germani uero in primis experimentis framea & scuto, adolescentes exornabant, illinc enim cōmendationem incuntis adolescentiæ auspicabātur. Crerensibus militaris stola, hos, & patera, Bithinis & Ponticis, socci, & Palliū. Argiuis pueris deferre clipeum, insigne munus & primum decus adolescentiæ Censebatur. Eam uero togam extremam induebant Romani, sæpius rasam nōnūq; pexam et uillosam, nāq; erat Romana grauitate digna, quā propriam habuere, sicut greci pallium. Ideo qui Romani ciues esse desierant, aut ciuitatis iura amiserāt, quiq; relegati, quibusq; aqua & igni interdictum foret, togam induere non poterant, hi enim toga dimissa pallium sumebant quod grecum fuisse satis constat. Togam uero rasam phrigianā primum augusti temporibus usurpatam Plinius affeuerat, supra quam multi lacernas induxere, sæpe ludis festis in theatro que amphitheatrales dictæ & militares erant. Aliæ coccineæ, Bethicæ uero albæ. Quam togam pleriq; laxiorem nōnulli breuiorem usurparunt, legimus Catonem seniorē precurta toga & candida usum & nunq̄ centū dracmis maiore sumptu.

Cæsarem

Cæsarem laticlauo fimbriato laxiore cintura. Augustum quaternis tunicis togisq; nec restrictis nec fusis, cum Torace laneo femoralibusq; & tibialibus incessisse. Mecenatem molliori uestæ discinctum, Quare Malacinus dictus M. Antonium tunica ad coxam cincta & uillosa clamide. Et sex Pōpeium magni filium, post nauale uictoriam ceruleā semper desumpsisse. Hortēsium cultiore habitu & elaborato. Neronemq; nullam uestem bis induisse sepiusq; in ornatu tragico cum cothurnis prodiisse. Et Caligulam cum deorum insigniis, aurea barba & fulmine aut cum fuscina & caduceo, plerumq; Veneris habitu aut gēmatum Manuleatum & Cycladatū, semperq; triumphalia ornamenta gestasse. Vespasianumq; uestę & habitu neglecto & uix a gregario milite differente. Sicut de Alexandro Macedone proditū est, cultu habituq; paulum a priuato aborrente fuisse, & Hierone Syracusano qui Regi uix decoro habitu incessit. Sic Diuus Seuerus uili amiculo & exigua uestę adopertus, & a plebe uulgari nihil excellens. Et Tacitus simili cultu cū equalibus nam in toga qua priuatus utebatur, in imperio sepe usus fuit. Cōtra Heliogabalus nimis sumptuosa & magni census. Is enim primus Holosericam uestem induit, Gallienus quoq; cum Chlamyde purpurea gēmatis fibulis sæpius tunica aurata prodiit. Fertur tamē Octauius Cæsar, liberis Senatorum, in quibus esset uirtutis specimē, quo frequentius senatui assuescerent sumpta uirili toga laticlauium protinus dedisse. Togam uero pretextam, ædiles, Quęstores, & qui magistratus & honores gerunt, ueluti honores ornamentū insigne induere soliti sunt, quæ ex purpura fuisse traditur, nō nūq; bis tinta quod acrius coloratur dibapha dicta, quam lentulus spinter in Edilitate primus induisse fertur, cuius ualor, denariis mille in libras taxabat. Sed quod discriminis inter patritios & plebeios purpura faciebat, ut distintū utrūq; ordinē notaret, hoc nimirum inter patritios & Senatores laticlauus & tunica latiore purpura efficiebat, is enim laticlauus et latior tunica insignia ordinis Senatorii fuere, quæ ordinem Senatoriū a patritio discernebant, quibus amplissimus ordo notabatur. Cum reliquis patriciis qui ad Senatum admissi non erant, illis uti non liceret. Quāuis post aliquot ætates, etiam equestri ordini laticlauum distinctum a Senatorio tributum inueniamus, cuius usus postea a Cesaribus pro insigni decoro impetrari consueuit, in eo enim aureus clauus affigebatur, quem quia frequens & promiscuus erat. Tacitus Cæsar interdixit, auroq; clauatis uestibus uti prohibuit. Erat preterea toga p̄texta Consularis & pretoria, quam hi qui Consulatum præturāue gerebāt ferre solitauerunt, quam etiam in coloniis & municipiis cuicūq; magistratui deferre ius erat. Ipsaq; enim & laticlauus inrer antiquissima censentur urbis ornamenta. Quippe a Tullo Hostilio, nonnuilli a balearibus inuentas primū autumant. quæ in omne euum postea mansere, Sicut uestem papauera

Universidad de Deusto
Biblioteca

tã antiquiſſimam habere originem uolũt. Etiam tunica palmata & pal ma ta toga trium phalis & toga picta, quas Coss. et hi qui deuictis hoſtibus triũ pharunt ueluti auguſtas, atq; illuſtri & excelſo honori debitas accipiunt, præ cipui cultus ornatuſq; fuere, in q̃bus decus totius imperii ingentiſq; uirtutis ſpecimen noſcebatur. Et enim palmata ueſtis in pace Conſulis, uictoria uero parta triumphantis indumẽtum erat. Q uæ quidem purpureæ auro in textæ erant, & niſi triumphalibus uiris atq; ex Capitolio & palatio haud alio ter dari ſolitæ, eo quod eſſent Iouis tunicæ perq̃ ſimiles, tam & ſi ſcultulatam. Phrigiatã, Surculatam quoq; ungulatã, & Clauatam, inter triumphales ali qui annotarint. Q uam Scutulatam galli primũ intexerunt, ſicut phrigiã tam Phriges. Fertur tamẽ Gordianus Tunicam & Togam pictam primus ex Cæſaribus dum priuatus ageret propriã induiſſe, neq; ex Capitolio ut mo ris erat publicam deſumpſiſſe. Abolla autem externorũ regum fertur ſicut Romanorum trabea, magni tamen ſblẽdoris qua rarenter Romanos uſos inuenimus. Nam ſoli Reges aut Coss. trabeati inceſſere, Tam & ſi militã rem nonnulli Senatoriũ amictum abollam fuiſſe dicant. Q uã pleriq; phi loſophi deſumpſere, licet Græcos milites & philoſophos palliatos nõnũq; cla midatos legamus. Primus enim Romulus trabea uſus fuit, quæ triplicis ge neris erat. Namq; unũ diis conſecratum ſola purpura intexebatur. Aliud re gium ex purpura ĩmixto albo, quam Reges. Coss. ue induebant. Tertia au guralis fuit, quæ ex purpura fiebat & Cocco. quo genere augures uti aſſue rant, dum auguria captant. Sepius tamen ſub tegmine punicco alterno tex tu purpura diſtinguebatur. Neq; ſum ignarus, Maurorum Numidarũq; re gum amictum eſſe purpureum ſagum. Q uare Iuba Rex ſagulo uſus pur pureo dicitur. Aſſiriorũ tunica partim purpurea fuit, partim alba. Medis au tẽ perſis & armenis Regibus ac Lidis amictus purpureus quatrangulari figu ra & Cydaris, q̃uis perſici Reges triplici anaxiride & cultu duodecim milliũ talentorũ quandoq; uſi ſint. Phenicibus uero Syris & Cylicibus Regibus Chlamis cũ crepidibus, Romanis quoq; lena q̃ chlena dicta regales cultus ornatuſq; fuere, Thaprobanæ Rex Syrmate ueſtitur, Cyrus ſtola medica, Habatheoq; reges ſola purpura. Cleomenes ſæpius breui tunica amictus ap paruit, Antigonus & Ariſtippus agreſti & Regi uix decoro habitu. Contra Demetrius non mõ Diademate ſed ueſte ex auro & purpura conſpicuus erat. Sexticula uero non Regia ſed imperatoria ueſtis fuiſſe traditur. Athenienſes autem Reges ſæpe Creticum induebant, apud quos ex prouinciis ueſtes no mina ſumpſere. Nam preter Tarentinidam, fuit Sardonica, Sicula, Therea, Phrigia, & Caſiaca militibus propria, ac Deutoruga, Diphthera Paſtoricia & Biſſacena ac aliæ multiplicis generis. Sed quod diſcriminis inter uiros Sena torios & Conſules ac triumphales, purpura & palmata ueſtis faciebat ut cæ teris preſtarent,

teris preſtarẽt, Idẽ diſcrimĩs cultus ueſtituſq; in mulieribus fuit. Et enim ma tronæ & ſpectatæ pudicitiæ mulieres niſi nigro capillo & lõge lateq; fuſa to ga ad talos demiſſa. ſtolaq; & flãmeo ac uictis & reticulo quo capita uelarẽt utebant. Cũ meretrices flauũ capillũ haberẽt & togã ſubductiorẽ abſq; flã meo & uicta, quã togã uirilẽ quæ adulterii crimĩe dãnatæ erãt, dimiſſa Sto la ſumere cogebãtur. Nãq; meretrices proſtabãt cũ toga & ſtolis pullis, q̃ bus etiã hiãtino & cocco uti inhibitũ eſt. Fuitq; aliq̃ mulieribus uetitũ, ne uerſicolori ueſte uterẽtur lege opia, quod etiã a Nerone factũ memorãt, qui mulieribus Ametiſtini & Tyrii uſum interdixit. Q ue quidẽ ſtola plebeis, q̃ uis honeſtis nõ dabat. Siquidẽ patritiæ & grãdes natu matres illã honoris cauſa deferebãt, erat enim ad imos pedes fluxa quã inſtita contexta ambi bat. Rectã uero tunicã & purã togã noua nupta induebat, quam etiã Ty ronibus dum militiæ aſcribuntur tributam inuenimus. Cyclas quoq; Pal la & Ricinus cum Crocoto honeſtarum ueſtes fuere, uirginũ & matronarũ, licet Cytharedis quãdoq; palla in uſu fuerit que Syrma dicta eſt, erat enim tragedorum. Cyclas uero rotunda, quam Alexander Romanus Imperator matronis regiis dedit, quæ plus ſex unciis auri non haberet cũ reticulo, & pal liũ auro aſperſum cum in auribus & monili bachato. Crocotõ quoq; rotũ da & fimbriata ſed tantũ locupletibus conceſſa. Victaſq; & ſupparũ ac to gã pretextã ſolæ uirgines deferebant, quæ nuptis non dabantur. Erant.n. inſignia pudoris & uerecundiæ, quibus mos erat, capillos aut humeris de fluentes aut reticulo collectos ferre, licet uictarum duo genera inueniamus. Virginalem unam, alteram nuptialem qua nubentes uelabantur, Stro phium uero pectoralem faſciam uel Capitis ornatum, nonnulli cingulum fuiſſe auctumant, & ſoleas purpureas puellarum calceos. Sed tamen Stro phium mitras & purpureas faſceolas ancillarum fuiſſe amictus multi teſtati ſunt, Idq; a Cicerone Clodio obiectum quod in Srophio mitra & purpurea faſceola, ſe ancillam mẽtitus ſacra bonæ deæ polluiſſet. Eaſceolas uero cru rules, crurum pedumq; uelamenta æque uiris ac mulieribus communes ali qui uoluntq, quæ ſæpe purpureæ nonnunq̃ conchiliatæ erant. Faſcie uero pectorales dabantur pueris, quæ uirides fuere. Sicionia & ſocci calcei mulie bres delicatioris cultus, & amatorii. Erant enim ueteribus calcei ſpecie uaria. Nam & Gallicæ, & Soleæ, & Cothurni. Tum Mullei albi, Heredacii, Cerei, & linthei, Calceorum ſpecies ſunt, qui cum antea cõmunes uiris æque ac mulieribus forent, ſequti Cæſares inter quos Aurelianus, illos uiris ade mere, & feminarum calceis addidere, quas etiam ferunt compedes habuiſſe ex argento, cum ex auro uetarentur. Q ui mullei ſicut ueteribus monumẽ tis extat, olim fuere calcei Albanorũ Regũ, deinde patriciorum facti, Demũ patriciis adẽpti & mulieribus traditi. Sicut Crepidas antea Senatores, mox

Universidad de Deusto
Biblioteca

equites, demũ milites habuere proprias. Soleas autẽ calciamenta dixere quibus plantarũ calces infine tegũtur, habenis iuncta cæteris prope nudis, apd Acheos aũt Calcei feminaꝝ fuer albi & tenues. Atheniẽsibus elaborate artis Iphicratides dicti, Græcis Nimphides & Arpides multiplici futura, ſicut Scythicæ, laconicæ, Perſicæ, Amyclaidæ, & Alcibiade. Perſæ enim Calceo utuntur alto & Duplo ut magni appareant, Aſſyrii paruo, Egyptii papiraceo, Babilonii ſoleis thebanis ſimillimo, Cretenſes militari, Nabathei ſandalio: Indi ex arborũ corticibus, nõnunq̃ ſoleas pedibus addebant. Phocion uero nudo pede inceſſit, & Cato Vticẽſis mira patientia ita ut uix cruda Hieme calciarẽt, quod de ſocratæ, & a Ariſtodemo legimus, Lycurgus quoq; pueris ſparthe pro calciamento pedum nuditatẽ dedit, quo facilius accliuia aſcenderẽt, & decliuia peragrarẽt. Empedocles ferreo calceo incedebat, Hiſpani e ſparto, ligures cãtabrico. Galli agreſtes perone. Demetrius uero Antigoni eo uanitatis peceſſit, ut aureo calceo calciaret. Auguſtus altiuſculo uſus fuit ut ꝑterior uideret. Caligula ſocco muliebri, Dioclecianus et Heligabalus gẽmato, Carinus gẽmatis fibulis, apud Aegyptios aũt innuptas puellas calceis uti nõ licet, ut euagãdi licentia cohiberetur, cũ nudo pede extra ſepta ꝑdire nefas foret. Cupezia uero nõ muliebres ſed tibicinũ calcei erãt. Palla uero picta cũ amiculo purpureo apud Perſas ſtola medica cũ armillis & torquæ. Egyptiis ſacra iſidis ueſtis, Reginaꝝ amictus ornatuſq; fuere qbus inſignibus uelut ueriſſimis notis, a uulgo ſecernebant. Quã qdẽ pallã pueris puelliſq; qñq; traditam legimus. Apud Græcos uero, Arabes, Lydos, Phriges, & Aſſyrios longa ſtola mytris & mytellis matronas, & uiros ornari traditũ eſt, Viroꝝ apud eoſdẽ frequẽs ueſtis ſtola quadrata fuit. Theſſalys demiſſa chlamis erat omni tẽpore accomodatior. Calãtica aũt Romanis capitis fuit ornatus nõ ueſtis, Licurgus iuuenibus una tm̃ ueſte, eaq; obſoleta & nullo diſcrimie a cæteris utito anno pmiſit. Zeno quoq; nullũ diſcrimen ueſtis eſſe inter ciues, ſed eoſdẽ amictus uiros ac mulieres ferre precipiebat. Solon plus tribus ueſtibus quẽq̃ uti lege prohibuit. Apud reliquas uero gentes ueſtitus habituſq; diſſimiles fuere. Nam Gallis nobilioribus tinctas geſtare ueſtes aut ſaga hirſuta uirgata. Hieme craſſiora, eſtate ſubtiliora longis uillis, & bracas longis ſemoralibus auro pictas intonſas & uarii coloris quas Anaxirides Greci uocant, tum collo torques & monilia, frequens mos fuiſſe traditur. Quas quidem bracas non apud Gallos modo ſed medos & Scythas aliosq; barbaros in uſu comperimus. Tum Endromides & cuculli frigoribus apti, Gallorum propria comenta ſunt, Apud Vectones & Cantabros, mulieres monilia ferrea collo circumdare, & a fronte protenſum umbraculum quod attrahant cum uelint & retrahant. Alias protentas comas in altum erigere. Illaſq; baculo obuoluere, nonnullas ſinciput expilare, magni decoris putabatur. Gnidanorum uxoribus qui iuxta lothophagos ſunt, multi eſtimabatur fimbrias pelliceas ferre plurimas, quas munera adulterii ſumebant, illaq; præcipuæ dignationis etat quæ pluribus fimbriis muniretur. Sicut Curetibus qui Etholiam incolũt, longas ſtolas puellares induere. Et Andrimachidarũ uxoribus utroq; crure æneam armillã innectere. Et Arabibus Habatheiſq; tunicas cum ſubligaculis ferre. Indorũ fuit ornatus in ueſte cãdida & carbaſis miræ tenuitatis auro purpuraq; diſtinctis. Medorũ oculis pictis incedere, colorato capillo coma protẽſa circa collũ monili & armillis circa manus, capite uelato, ueſte perlucida & fluida. Cõtra uero Perſarũ, nam Craſſiore utebantur, laxa & fluxa cinctura, nonnunq̃ ſtola Semiramidis. Quare Alexãder Macedo utrorũq; inſpecto habitu perſicam induit ueſtem medorũ admictere recuſauit. Sic Gratianus Cæſar, deuictis germanis Romanũ neglexit cultũ, amictu alano atq; equo pariter uſus. Aſſyriorum mos erat duplici amiculo ueſtiri altero lineo ad pedes demiſſo, altero laneo quod ſuper induebant. Mauruſius craſſam ueſtem aut laceram quã induebant pro tẽpore uariare uetabatur. Perſæ amictum habent, eſtate purpureum. Hieme uarium, Troglodítæ ſerpentum & piſcium coria, Maſſagetæ ex arborũ corticibus amictus intexebant Scythicis fere ſimiles. Mardorum genti propriũ fuit, Craſſiorẽ ueſtem & non ultra genua induere, Proq; capitis ornatu funda frontí ãnectere. Indi quoq; diſſimiles habitus corporis mira ſpecie uariarunt. Namq; alii nudi agunt, Nonnulli piſcium, ferarum, aut auium pellibus amicti ſunt, plericq; li no multi lana ueſtiuntur. Alii in cultu corporis ita accurati ut faciem coloribus pingant, candidam ueſtem induant, aurum, geſtẽt lapillis ornentur. Mauri leonum, pardorum & Vrſorum tergoribus, alii ſerpentum & piſcium coriis uelantur. Scythiæ magna pars tergore uulpiũ & muriũ operti incedũt. Sicut Gelonii hoſtiũ cutibus, Britãni reliqua nudi uẽtrẽ & ceruicẽ ferro cingunt, Hiſpani primũ breue ſagulũ mox ſtolas & togas Romano more accepere, quare ſtolati dicti & togati. Gymneſiarum incolæ iunceo ornãtur amictu', Belgæ hirſuto ſagulo, Germani Sago cũ fibula aut ſi deſit fibula ſpina conſerta, locupletes uero ſtricta ueſte ſingulos artus expriműte, Quin etiam apud ueteres ſapientiæ profeſſores diuerſi cultus corporis ornatuſq; fuere. Namq; Dyogenes, corpore ſeminudo fuit, ueſte Humili & ſordida, qui cum Rhodios ueſte conſpicuos cerneret, Illos dixit nimium inſolentes. Rurſus cum lacedemoniis in ueſte ſordida & inhoneſta occurriſſet, etiã hos inſolentes nũcu pauit. Pythagoras alba amictus ueſte, neq; ex mortuo animali quippiã ferens, auream coronam geſtabat. Nonnunq̃ purpuratus. Chrates manthicam & ſordidum palliolum. Ariſtippus ſocraticus Myleſiam Clamidem aliquando amictum uiliorem induebat, cetera nudus. Ariſtoteles uero decorus habitu, & nitido ueſtitu fuit, tonſa coma digitis re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dimitis auro. Hipias cultu uisendus, suis manibus elborato, sicut Apollinius Thianeus lintheis, & Gorgias purpura cõspicui erãt. Heraclides molliori ueste, Zeno tenui pallio. Empedocles Agrigẽtinus ꝑter purpurã etiã calciamẽtis æreis incedebat, Demosthenes molli tunica & nimis accurata. Aristides trita lacerna, Socrates uilissima stola, xenophon cũ thorace & clipeo. Fuitq; Homeri opinio antiquissimos grecorũ pelles leonũ pardorũq; ouiũ & caprarũ ac luporũ a principio induisse. Postea ipotentia muliebri eo uesaniæ processum fuit, ut maximos indutæ cultus, purpuraq; & auro ac gẽmis redimitæ procederent. Armillas anulosq; in digitis aureos, colloq; monilia & Cathenas circa latera margaritis inserta, in auribus uero uniones & Chilindros ad ostentationẽ luxus Romanæ mulieres ferrẽt, ipsasq; auro fulgentes iunto uehiculo & carpẽtis, festis, ꝓfestisq; diebus ꝑ urbẽ perq; oppida uehi proditũ sit. Quod non modo Romanis, sed & sociorũ latini nominis uxoribus decoris causa tributũ ferunt, quibus quidem uehiculis nisi castæ & spectatæ probitatis fuissent alias uti non decebat, a quibus uiri una sedentes descẽdere minime cogi poterant, quasi in tuto essent presidio, priuilegio uxoris. Quare Domicianus Cæsar nouo statuit edicto ut ꝓbrosis feminis lecticæ usus adimeret. Fuitq; apud Athenienses seruatũ ut acticæ feminæ doridã uestem quã prius induebant similimã corinthiæ ne fibulis necterentur in lineam commutarent, & a Syracusanis lege sancitum, ne uiri aut mulieres, maiori sumptu ornarentur ni prius se constupratas & omni nequitia impudicas docerẽt. Quod prope cum Ephesiis compar fuit, qui cum uiciis inquinatissimi essent, neminem frugi uiuere passi sunt. Hermodorumq;, quod uir probatissimus esset urbe exegere, qui Romæ postea leges decemuirales interpretatus statua in comitio a populo donatus fuit. Hoc quoq; inter cætera notatũ est. Coss. paludatos nonnunq̃ trabeatos paludatis lictoribus ad bella ducere solitos. Namq; erat paludamentum uestis Imperatorum qua summi duces persæpe utebantur, ornatus tamen militaris quam Chlamydem appellarunt. Militesq; sagatos militiæ domiq; incedere consuesse, Saga enim Chlamys & lacerna militum uestes fuere, adde etiam lenam quam suppremam induebãt, licet subsequtis tẽporibus Antoninus philosophus Augustus, milites subsse stipẽdiarios togatos esse iusserit, nec unq̃ sagatos incedere passus sit. Mãsitq; diu Romæ cõstitutũ, ut seruii ingenuorũ uestẽ nõ uterẽtur. Quippe q̃ nec colobia nec calceos habebãt quæ liberis dabant. Crepidis quoq; aut mulleis uti suos aut plebeios erat lege uetitũ, Syracusani uero ut discrimẽ ingenuæ & suilis ꝑsonæ notaret, seruis eq̃ Caracterẽ inusserũt. Samii quoq; captiuos Athenienses, noctuæ figura. Athenienses uero Samios bello captos Samiæ nauis signo deformarunt, nonnunq̃ seruis licteras inuserunt qui literati dicti, apud Lacedemonios quoq; ingenui alebãt comam, namq; cẽs comati

erant, cũ seruos crines habere nõ deceret, idem in omni fere grecia ubi seruis nutrire comã nefas erat, qui etiã ab ingenuis distinguebãtur tunica. Namq; Amphimascolos liberis Netheromascolos suiciis dabat. Apud Romanos uero ab urbe cõdita ad ãnũ quatrincẽtesimũ quiquagesimũ quartũ, Iuuenes pariter ac senes intõsos fuisse liquet. Sed postq̃ P. Ticinius e Sicilia tõsores adduxit Romã, inde ut iuuenes rasitarẽt barbã capillũq; tõderẽt, ad annũ quadragesimũ institutũ mansit, post eũ uero nõ licebat. Primus enim qui barbã quotidie rasitaret, Africanus traditur, deinde Augustus, quod seruis uilioribus erat inhibitũ qui in tonsa barba & capillo ieto fuere. Fuitq; aĩa duersum ante, Hadrianũ Cæsarem, Imperatores barbam sæpe rasitauisse: Ipse enim ex Cæsaribus primus promissa barba incessit & capillo. Comodus Imperator cũ nulli tõsori crederet, sicut Alexãder phereus, & Dyonisius sibi ipse Cãdẽte carbone iuglandũ putamibus barbã adurebat, qui etiã fucato capillo cũ ramentis aureis incessit. Quod de L. Vero & Galieno imperatoribus traditũ est qui auri scobẽ crinibus aspersere, Arabes, Abantes, & Mysi ne in conflictu belli hostibus preda forẽt, anteriorẽ capillũ rasitarũt qui etiã puellarẽ Capillũ in rotũdum tondebant, tempora subradentes. Ferunt Curetas & Etholos pariter, cum a fronte essent capillati & crinibus ab hostibus raperẽtur, frontẽ ab rasisse, & ab occipite cesariem nutrisse. Quod de Alexandro Macedone proditum est, qui barbã militibus radi iussit, ne hostili predæ ansam daret. Ferunt quoq; Machlyes natiua consuetudine occiput crinitũ gestare Sicut Auses anteriorem capitis partẽ. Contra lycurgus Sparthanos milites promisso capillo & comatos esse uoluit, licet more laconico barbam ad cutẽ rasitarant. Illos propterea aut uenustiores aut uisu terribiliores esse arbitratus, apud eos enim populares a cesarie noscitabantur. Quod mauris & britannis in more fuit, ut cincinis ornati essent rutulis comis, & tam composito capillo, ut in incessu uix se contingí paterentur, omni corporis parte abrasa præter caput & labrum. Lycii comã tanti fecerunt, ut ne crines tonderent, æra penæ nomine, Mausolo Regi Catiæ soluere non dubitarent. Argiui cum antea criniti essent, uicti a lacedemoniis amissis Thireis deplorandæ calamitatis causa capillos totonderunt, uouentes se non resumpturos nisi Thireas recepissent, Sicut Sybari a Crotoniatis direpta, uniuersi mylesii capita deraserũt, & ingentẽ luctũ ediderũt. Maxies uero dextrã capitis partem comatã gerunt, siniſtram radunt. Lusitani aũt comas tõdere nefas ducunt, itaq; illas diffundunt ut feminæ. Idem & Galli comati qbus plurimus capillus erat, æqu: maribus & feminis inde noie impositio. Indi Capillũ pectunt sæpius q̃ tondent, barba semp intonsa. Agathirsi cerulo fucãtur capillo. Arabes quoq; intonsi fuere barba solũ abrasa. Authores habeo Scythas & parthos quo maiorẽ terrorẽ incutiãt, quoq; subita & improuisa formidie hostes

Universidad de Deusto
Biblioteca

magis afficiant, hirsutis crinibus fuisse, idem apud Germanos Cætosq; qui⸗
bus ruffus erat crinis coactus in nodum, qui etiã duxere nefas barbam ca⸗
pillumq; tondere aut alio cultu esse nisi hostis caput ex acie retulissent. Q uã
uis tradatur, parthorũ esse capillũ effundere, Germanorum iungere, Scytha
rum spargere. Egyptiis uero flaua coma despectui erat, & lege cautũ ne qs.
eam ferret, quod ea Typhonus fuisse dicebatur, Sicut Agrigentini cæruleum
colorem interdixerunt quod eo phalaridis satellites usi sunt, apud Sueuos
usurpatum est, horrentem capillum ligare in summo ut hostibus terrori sint,
uel retro flectere. Dacæ cum caput radant totũ, in summo uertice cyrrũ cre
scere sinunt. Contra Riphei nam mulieres pariter & uiri detonso sunt uertice
& capillo deraso adeo ut glabri uideantur, Sicut Myconii omnes caluicio la⸗
borant, æque ut in cauno omnes lyenosi, Non sic in Aegypto ubi raro calui⸗
tium fuit, produnt Authores, Athenienſium uetustissimos, Capillis colligẽ
dis cycadas aureas annectere, ut eo argumẽto Auctochthones hoc est primos
& sine origine se probarent. C. uero Cæsar comatos tanto despectui habuit,
ut quoties occurrerent occipicio raso deturparet. Capillum uero aut barbam
inficere coloribus, imbellis fuisse & eneruati exempla sunt, in primis Philippi
Macedonis, qui cum ex amicis antipatri arbitrum deligisset, quem aduertisset
barbã & capillum inficere, protinus gradu deiecit & iudicare uetuit, uelut mẽ⸗
dacem. Q uod compar fuit, cum eo qui Sparthæ concionabatur, quem cũ
Archidamus Rex fucato capillo uidisset, profari uetuit, & in medio affatu exi
gi iussit. Cui non incõuenit quod de Gorgia leontino proditum est, qui cum
in Olympiis de cõmuni Græcorum concordia insigniter peroraret, Melan⸗
thus eum ludibrio habuit, quod de totius Græciæ concordia agitaret, qui se,
uxorem & ancillam concordes habere nesciret, quæ ob zelotipiam irata quo
tidie dissidium peteret. In quo fuit experimẽtis cognitum, quod his qui e Sy
bari biberent fucarentur capilli nigri, qui uero e Crati flaui & fluxi Sicut de
Clitũno proditur in mouania, legimus tamen Hãnibalẽ ducentem in Italiã,
crinibus sæpe mutatis se a Gallorum perfidia uindicasse, & Pyrrhum coma
coloribus fucata incessisse. Romanasq; matronas rutilare capillos consuesse.
Mãsitq; Romæ obseruatũ in Saturnalibus, Sinthesibus uti, qbus diebus di⸗
missa toga Sinthesim sumebãt. Q uãuis Nero Cæsar citra dies Saturnali⸗
cios, Sinthesim iduerit discinctus & discalciatus. Diebus autem nataliciis qbus
natalem quisq; suum ãnuum celebrabat & Kls Ianuariis nonnũq; ludis Ro
manis, Albas lacernas pretextasq; indutos incedere & ludos spectare. Nã in
ueste pulla ludis interesse Augustus in hibuit, neue quis pullatorum media
cauea sederet, edicto cauit. In ludis uero funebribus penulati spectatores erãt,
penulas enim tunc populus sumebat, cum in cæteris togati conuenirent, ni⸗
si in gladiatorio munere ad quod frequentes penulati conuenere, quod Cõ⸗

modus Imperator seruari iussit. Ferunt primos lacedemonios ne populus
in ludis algeret penulas sumpsisse, Antoninus uero bassianus nouo uestis ge
nere populum donauit, quare Caracallæ nomen tulit. Augusti uero tempo
re toga rasa & phrigiana dari ceptæ. Illud etiam admonẽdum existimo, quo
ties insigni calamitate uel clade, aut aliis belli casibus populus affectus esset,
in magna cõsternatione iustitium indici. Claudi ærarium & tabernas, ac iu⸗
dicia tolli solere. Et quod per magnas calamitates fiebat, in mestitia publica,
Romanos dimissis togis, positisq; laticlauis & aureis anulis, saga sumere, ue
lut in luctu & summa sollicitudine se esse denotarent. Si tamen Consulares
uiri forent, licet ob calamitatẽ populus in sagis esset, ipsi tamen in togis erãt,
ne deformi terroq; habitu tantã dignitatem fœderent. Sed nec saga donec
letiore fortuna aut illustri uictoria clades emendata foret, dimictebat. Q ua
uictoria potiti, uel cum fusis fugatisq; hostibus, fœdissimum bellum finitum
foret. Exuto iustitio, in cõmunis signum letitiæ populus uniuersus pretex⸗
tas, reliqui uero magistratus insignia & ornamenta sua ac pristinum ornatũ
cultumq;, sumebant, Illud quoq; discrimen ordinum personarumq; est no⸗
tatu dignum, quod apud Tapyras Bastetanos & Hiberos incultasq; natio⸗
nes circa hyrcaniam seruari meminimus ut uiri atras uestes induant, crinesq;
longiores gerant. Feminæ uero albis tunicis ac breuibus tonsisq; comis in⸗
cedere cogantur, apud Parthos autem Persasq; equo uehi uel pedes iræ, no⸗
bilitatem a uulgo distinguebat, nullus enim honeste genitus pedibus incede
bat, quod compar fere cum Romanis fuit, quibus plebeiæ pedibus incedũt,
matronæ nobiles lecticis uectabantur, eisdemq; parthis qui principem locũ
habent anaxiridem triplam induunt & manicatam tunicam, plebs uero erat
in tunicis sine manicis, apud Indos bissum induere nisi nobilis nemo pote⸗
rat. Thracibus puntos esse in facie nobiliores demõstrauit, non puntos igno
biles & obscuros, idem Britãnis, Gelonys & Agathyrsis, apud quos qui ceru
leo pinguntur honoribus prestant, minus autem pingi humilitatis signum
erat. Indis quoq; Athenienſibus & Persis, in auribus ferre aurum nobilita⸗
tem designauit. Ex Germanis uiri clari illustresq; stricta nec fluitante utun⸗
tur ueste, cæteri sagis cum fibula, apud Sueuos ingenui obliquãt crinem &
nodo substringunt, cum serui fluxa coma & crinibus incedant. In lybia pri⸗
mores sagis uelantur, uulgus uero bestiarum pellibus amicti sunt. In egy⸗
pto uiri binis utuntur uestibus feminæ singulis, uniuersis nisi lineas ferre ue
stes non licebat. Neq; referre Alienum fuerit, quod circumpadanis populis
usu uenisse tradunt, ut lugubres uestes longo tempore induerent, intestino
mœrore affecti propter phætontis casum quod de celo præcipitatus, fulmi⸗
ne ictus & in Eridanũ deiectus foret. Sicut in Daunia Aristoteles refert mares
& feminas lugubria uestire, quod post Troiæ euersionem cum illuc delati se,

Universidad de Deusto
Biblioteca

des occupassent, ut orbatos se patria & fortunis indicarent, in posterum candidis abstinuisse & pullas uestes desumpsisse.

Quinumerus augurũ quæ ue potestas aut ius condam fuerit, & quomodo auguria Captarentur. Caput XIX.

QVestioni diu res fuit, qui numerus augurũ olim apud Romanos fuerit, quod sacerdotium magnæ religionis fuisse cõstat. Et tam & si a principio, ut in tribus centuriis, Ramnẽsi Titiensi & luceri, singuli essent Augures constitutum foret, quorum numerum imparem esse decere arbitrati sunt. Tamen sequtis temporibus, quin ad quatuor, mox quinq; numerum aucti fuerint, nulla controuersia est. Donec ut non ultra nouem collegiũ excederet Senatus consulto cautum fuit. Idq; ante primum punicũ bellum quo tempore Sora & Alba coloniæ deductæ fuere. Demum a Sylla Dictatore collegium propagatum ferunt, ut ultra nouem quindecim crearentur, ita ut quattuor & uiginti essent. Hi ergo uelut interpretes internunciiq; deorum tantæ dignationis habiti sunt, ut eum qui Aruspicinam fecerat, in Senatum adscribi & inter patres legi fas esse ducerent. Regibus quoq; sicut iura dare & sapere, ita diuinare, regiũ munus erat. Itaq; a primo ortu urbis iidem Reges & Augures erant, qui futura predicerent & iura darent. Deniq; Romulus hoc sacerdotio præditus optimus augur fuisse traditur. Proditumq; est Romæ optimatum filios, sex hetruriæ populis ut augurandi artem ediscerent, ex decreto Senatus in disciplinam tradi solitos, ut Romæ augurandi scientia & ars innotescceret. Quæquidem incredibilis & pene diuina fesulis pollebat, ubi domicilium augurũ esse ferebatur, quod & ueteri lege sancitum erat in hæc uerba, prodigia & portenta ad hetruscos Aruspices si Senatus iusserit deferunto. Hetruriæq; principes disciplinam discunto. Quibus diuis decreuerint, procuranto, iisdemq; fulgura & ostenta pianto, Auspicia seruanto, Auguri parento, & infra. Singulis quoq; tribubus olim singuli augures præficiebantur, qui sacris cerimoniis predictionibusq; deorum presessent, publica priuataq; auspitia curarent, sicut a Romulo, cõstitutum fuit. Postea uero comiciis curiatis quæ Pontificis Maximi dicunt, nõ a populo uniuerso sed a minore parte, & selectis quibus sacerdotia mandare curæ erat, de concilii sententia eligebantur. Namq; ipsi nominabant quos dignissimos iudicarunt. Nonnũq; siquis augur decessisset, a duobus unus nominari & a toto deinde collegio expeti, & cooptari poterat. Qui postq̃ ad sacerdotium admissi fuerant, mox inaugurati ut mos erat, captatisq; auguriis in collegiũ admictebantur. Et tam & si presentes admicterentur soli, sepius tamen absentiũ habitam

habitam rationem comperimus, quod lege Iulia cauebatur. Cũq; sacerdotia semel collata ob plurimas causas adimi solerent, solus auguratus perpetuus fuit, ideo semel collatus, quo ad uita suppetit, etiam magnis intercedentibus causis uiuenti non adimitur. Quare Fabius Maximus proditur duobus & sexaginta ãnis summa cum laude auguratum gessisse ad Vltimã senectam. Siquis tamen augur ulcus pateretur licet in sacerdotio foret, augurã di tamen ius non habebat. Ex ulceratis quoq; auibus auguria captari non licere, siquidem morbosæ aues auspicia nulla faciunt, sæpe relatum est. In augurũ enim collegio illud precipue seruatur, ut sicut quisq; ætate precedit ita maxime primatum teneat. Quippe inter augures maiores natu, etiam his qui cum Imperio sunt preferri solent. Horum ergo proprium fuit ex auibus uaticinia obseruare, signaq; rerũ futurarũ & a diis monita cõtẽplari, Si oportune euolassent aut sedes idoneas accepissent obnũciare. De prodigiis, Sõnis, Auguriis, atq; oraculis, portentis extisq; responsa dare. Tum obseruationes auspiciorũ, procuratiões expiationesq;, uatum libros, portentorũ explanationes, & monita deorum edicere, siquid ingruente fato casurum foret, & quod saluis auspiciis fieret. Quod ue augurium letũ, quod ue piaculare esset, qd̃minas celestes ingruentesq; calamitates aut fatale exitium afferret premonere & uaticinari, quæ lege augurali latius decreta & perscripta sunt, cuius uerba ascripsi, Interpretes Iouis, Opt. Max. publici augures, signis & auspiciis postea uidento. Disciplinam tenento, Sacerdotesq; uineta, uirgeta, & salicta publica auguranto, quicq; agent rem duelli, quisq; populare auspicium premonento olliq; obtemperanto, diuorũq; iras prouidento, hisq; parento, celiq; fulgura regionibus ratis denotanto. Vrbemq; & templa & agros liberata & effata habento, quæq; augures iniusta nefasta uiciosa dira defixerint irrita infectaq; sunto quicq; non paruerit capitale esto, & infra. Ipsiq; auguriis auspiciisq; captandis interesse debent eaq; notare ac inspicere & referre, & an egregie esset litatum declarare. Quibusq; hostiis & quibus sacris ac supplicationibus & ad quæ puluinaria tetra prodigia procurarentur aut expiarentur enũciare. Sed tamen soli auguri sine collegio auspicia interpretari non licuit, totum enim collegium censere & sententiam ferre decebat, siquid exquisitius interpretari uellent, si durior forte casus ambiguæ foret interpretationis qui in dubium controuersiamq; ueniret, ad quos etiam de singulis prodigiis & portentis, quæ eorum predictio foret, & an fœdo uel felici exitu euentura essent, omnes tanq̃ ad aditum aliquem consultum ibant. Tum siqui magistratus uicio creati forent, eorum responso uel admictebantur uel magistratu abire cogebãtur, itaq; dictatores, Coss. p̃tores & reliqui magistratus uicio creati, nequid diuini obstaret ex responso aruspicum magistratu abire sæpe coacti sunt. Poterantq; augures propter tetra prodigia aut siquid officeret, comitia

Universidad de Deusto
Biblioteca

creandis magistratibus uel impedire uel uiciare. Quotiesq; ex arce augurii petebant, lituum sine nodo hoc est baculū a summo inflexum in parte qua robustior est, quod insigne augurale fuit, tenebant, quo celi regiones & certa spacia quibus uidenda ad se pertinere uolebant, quæ tēpla dicta sunt pfinirent, & certa finitione signarent, ut quod dextrum quod ue sinistrū esset, oculis & animo metiri possent, Nam manu celi spatia notare saluis auspitiis non licebat. Quo quidem lituo Augur prospectu in Vrbem atq; agros captato regiones ab oriente ad occasum terminabat, limite decumano & cardine ex transuerso, signo metato quo oculi ferrent quā longissime. Qui quidem lituus etiam regium fuit insigne, in quo potestas ditimendarū litium esse noscebatur, Proditūq; memoriæ est, Romuli lituum ambas cuspides ab imo & a summo inflexas habuisse, preter formam litui auguralis. Ex notatis uero regionibus prima antica, posterior postica, tum dextra & sinistra dictæ. Quā uis hetrusci uates celestium prodigiorum periti, celum in duodecim partes diuiserint, Anticamq; ad occiduum quoniā omnis illuc inclinat motus, & posticam ad orientem, dextras ad septentrionem, sinistras uero ad meridiē proclinare uoluerunt. Sedebat enim augur uelato capite, & duplici toga auguali que lena dicta est, uel trabea amictus ex purpura & cocco cum captabat auspitia, & lituo celi regiones notabat, Ipseq; cesa uictima obseruatis notatisq; signis longum carmen prefatus preces effundebat, quas si forte non rite dixisset, nequid prepostere diceretur aliquo preeunte emictebat. Grecis uero Augur non trabea amictus, sed toga candida uelatus poscit auguria. Macedonibus quoq; Vates in amictu candido aureā gerens coronam, captat auguria & uaticinatur. Post effusas uero præces oculis in celum fixis sedere cōuenit, momentis omnibus paratū intentūq; toto animo affixū, facto ubiq; silentio, ne qd uideret audiret ue, qđ auspitium dirimeret, quo ad de celo seruasset, captataq; auguria & signa missa forent, quibus missis, ex auibus, quæ oscines, quæ prepetes uel inferæ, & an tacitæ uel strepentes aduolarent & si dextra uel sinistra quæ ue admissiuæ essent, & quæ arculæ quæ ue cliuiæ aut Inebræ quæ uetarent. Tum si motus pronus uel obliquus, supinus an rectus aut in latera referebat, conueniebatq; ex templo augurem abire & augurium firmari. Namq; unū uidisse auspitium non erat satis. Adnotatūq; exemplis est, nō ubiq; & passim auguri captare auspitia licere, quia nisi in prescriptis destinatisq; locis quibus tesqua nomen, aut in arce, uel ad ueteres curias, augures, Pontifices uero nisi in postmurio auspitia captare fas erat. Sed sciendum, non omnibus auguribus sed soli magistro augurum de celo auspicari licuisse, qui huic muneri prefectus magister a collegio eligebatur. Obseruatumq; ut si extra urbem, aut impomerio uel domo cōducta seu quo uis tabernaculo, quod ceperat, augur auspicetur, & inter augurandum nō dum firmis

signis urbem aut pomerium inauspicato transgressus foret, ut rite captentur auspicia, primū omicti tabernaculū & alterū sumi necesse fore, denuoq; auspicari oportere, ex quo nouus auspiciorum instauratur aspectus. Et cum certa dies auspiciis dicata esset, post mediam noctem ad mediam futurā diem auspicari licere. Septima autem aut sexta diei hora non decebat. Namq; incipiēte aut crescente die, non autem desinente iusta auspitia fuere. Post sextilem quoq; mensem quo tempore aues aut imbecillæ aut morbosæ sunt, uel pullarum imperfecti, auspicari nō licuit, eo enim tempore a Pōtifice maximo de celo seruare uetabatur. In quo id fuit constitutum, ut non modo morbosis auibus, sed cuicūq; funeri augur admouere manus & feralia atrectare uetaretur. Si autē post augurium susceptū ad aquā uenire contigeret ne eius interuentus, auguriū frustraretur, quod aque intercessu interrūpi certū est. Fusis precibus aquā haurire & uota promictere oportebat. Poteratq; idem & pontifex & augur esse, duobusq; simul sacerdotiis preponi, cui etiam lictor preibat sicut Pontifici Maximo. Et tam & si post susceptos honores auguratus conferri soleret, tamen Fabius Maximus admodum adolescens priusq; ullum gereret magistratum auguratam gessisse dicitur. Quotiesq; pro diuersis captarentur, illius prevalere auspitia qui in summo esset magistratu certum est, ideo Consulis auspitia si cum prætoris cōfundantur preponi haud dubiū esse. Fuitq; exemplis cognitum, apud augures, optimis auspitiis ea geri quæ pro republice, salute susciperentur, quæ contra inauspicata esse & mōstrifica. Illud quoq; dixisse nō ab re fuerit, occentu foricis dirimi auspitia sicut aquæ interuentu irrita fiunt. Vtq; luminaria domus auguralis semp aperta sint, nullocq; operculo claudantur. Quodq; cū auspicia captant, celo non turbido nec pcelloso, aut pluuio, sed aura silenti, & placida, ubi omnia pura & tranquilla sunt auspiscentur. Ne uenti flatus, aut tempestas auium gressus a suo cursu diuertat. Estq; obseruatū ut minora auspitia semper maioribus cedant licet priora sint. Siquidem Cornicis aut columbarum auspitia aquila superueniente irrita fiunt aquilarum uero augurium fulmine adueniente nullum est.

Qui essent equi funales in tranquillo, contra non nullorum interpretationē probabilis opinio. Caput. XX.

ANceps quæstio fuit apud Grammaticos ambiguo sensu in utranq; partem agitata qui essent equi funales, qui in solēni triumphi apparatu, iuxta triumphātis cutrum incedebāt Nuper incetu peritiorum, in controuersiam certamēq; uenit, quonā modo accipi conueniat quod est in Trāquillo dictum. Tiberium Acciaco triumpho Augusti currum fuisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

comitatū, ſiniſteriore funali equo, cū Germanicus dexteriore uehereturꝫ qui eſſent funales equi quereba. Cumq; uaria & fere populari opinione ferrent nobiſq; cum minime probaretur, uiſum tandē eſt, funales dici equos, qui funibus alligati currū triūphātis traherent, quibus precūtibus ſummi imperatores uectabantur triumphi die/in quibus ingenui pueri ſedere ueteri more ſolebant. Pretextatos enim filios in equis triumphantium uehi & Cicero meminit & multi prodidere. Quare Paulus æmilius deuicta macedonia, filios duos impuberes, & Germanicus currum quinq; liberis onuſtum in triumpho duxit. M. quoq; Anthonius philoſophus, & Verus, triumphi die. Puellas uirgines in equis triumphalibus uexere. Vel quod in his inſiderent qui funalia preferebant & faces, propterea funales dictos ueterum authorate probari. Nam peruulgatum fere eſt, faces & lumina tam in apparatu triumphi q̄ iuxta triumphantem deferri ſolere. Diuus enim Cæſar ad lumina quadringenta in capitolium triumphans aſcendit, Elephantis lichnos dextra ſiniſtraq; geſtantibus. Quod eo conſtitutū ferunt, tum ut ſpectatior triūphi apparatus & conſpectior foret, tum ut lumina ſi forte tenebris obortis, Pompæ triumphali non ſufficeret dies, ad arcendas tenebras preſto forent. Ipſeq; triūphans luminibus circa adhibitis cōſpectior fieret. Propterea haud ab re uiſum, ſicut in Cæſaris, triumpho elephātos lychnos geſtaſſe legimus compari modo funalia & faces equos iuxta triumphantē ferre, dici probabiliter poſſe. Vnde funales equos a funalibus quæ in equis triumphalibus pōferebant, probe dici argumentamur. Ex quibus licuit nobis eſtimare, uel qđ funibus currum traherent, uel quod faces iuxta triumphantem deferrent ſicut ueteri exemplo probatum eſt. Funales equos dici & eſtimari.

Qui fuerit apud ueteres cenandi uſus, quæ ue hora prandii & cenæ quotq; ſingulis lectis cenitabant, & quid apud exteros. Caput XXI.

ANtiquiſſimorum ex paluſtri ulua, & ex ſtramento, uel ex ceſpite fuiſſe, & longo tempore ex pulte non pane Romanos uictitaſſe perſpicuum exemplis & probatū eſt, Poſtea cum ānis intercedentibus ex illo agreſti cultu deſitum eſſet, menſas, in quibus æpularent ex acere aut fraxino quadratas, deinde orbiculatas feciſſe, inq; bus prāderēt & cenarēt, ſatis cōſtat. Quē morē a laconibus Romanos ſumpſiſſe crediderim, q̄bus nullæ fuere mēſæ niſi ex robore, Romanis enim antea lecti erāt Archaici & Bœtoi humiles & breues. Labentibus deinde moribus, tantæ luxuriæ factæ ſunt, ut ærati primum lecti, Abaci, Triclinia, & Monopodia, que Cn. Mallius Aſia deuicta primum uexit in triumpho, Deinde Citreæ menſæ quæ elephātinis pedibus

tinis pedibus ſubtinebantur orbiculatæ magno ſumptu fierent, quarū precium auro appēdebant, aut ex ebore uel teſtudine, ſeptis putaminibus in laminas, Quod Carbilius pollio inſtituit primus, adeo ut non modo menſas ſed lectos & repoſitoria teſtudinū putamine ueſtirent. In cenaculis enim domorum aut triclinīis ſtratis tribus lectis priſci illi ſedentes cenitabant, in quibus tres fuiſſe menſas Varro ſignificat, exquibus una uinaria orbiculata Clybantum dicta a poculis quam κυλικας Græci uocant, altera lapidea oblonga columella ſuffulta cui Cartibulum, tertia quadrata quæ uaſa detinebat cui urnarium dixere nomen. Perſæ uero cum antea in uimineis thoris diſcumberent, poſtea lectos auro fulgentes & gemmis magnifice conſtruxere, inquibus uaſa non minoris cenſus adequarunt, quos tanto cenſu excultos ac regiū apparatum in caſtris, Pauſanias cum deuicto Mardonio ad plateas, uidiſſet, illo neglecto modica menſa laconicam cenam feciſſe dicitur. Greci in ſimpodio Grecienſi ſtequenter cenitarunt. Apud Romanos uero Heliogabalus argenteas primus menſas habuiſſe dicitur, quibus in ſolemni æpulo duæ tantum menſæ adhibebantur, una carnium, altera pomorum. Namq; ueteribus cibus mundus erat & ſimplex, neq; operoſis conditurīs aut appetentia exquiſitus, ſed ſine apparatu & ſine impenſa. Prandium enim & cena in propatulo fiebat quia palam cenitare dedecus non erat, ſecreto uero cenitaſſe probro & ignominæ fuit. Id quod lacedemoniis lycurgi lege cauebatur, quod ideo conſtitutum ferunt, ne quis ſplendidius altero ueſceretur. Hiemeq; ad focū æſtiuo anni tempore in aprico cenitabant. Ouum uero & mel initium cenæ facere, In ſecundis menſis poma & mel ſicut ad principia conuiuii & multiformes nuces dari aſſueuere. Apud maiores autē ſemen candidi papaueris cū melle et lactuca plerumq; menſas ſecundas fecit, deinde ut uua, ficus, pyrum & alia pomorū genera darentur bellaria in uſu fuit. Hiberis autem ut in Sympoſiis glandem in ſecundis menſis tribuant, magni putabatur. Grecis ouacum turdis & leporinis carnibus ac melliris placentis ſecundæ menſæ frequētius data ſunt, quibus erat iſte mos ut in fine cenæ linguas igne torridas poſt ſermones deguſtandas darent. Precipua tamen bellaria traduntur fuiſſe acetica, lauta atq; eximia. Platonis uero bellaria fuere ficus, Cicer, faba, Myrti bacæ, & ex fago glans prunis toſta. Fertur Heliogabalus pro luxus affluentia paraſitos in ſecundis menſis nouo genere edulii ſaginaſſe. Nam cereas dapes aut lignea edulia uel eburnea ſæpe fictilia aut marmorea exhibuit, cum per ſingulos miſſus tantum biberent, uelut ueſcerentur, & manus abluerent. Panem uero paniceaſq; menſas non argenteis uaſculis ſed uimineis caniſtris Romani inferebant, Greci uero per ꝓmas. Quos ex multiplici genere uariarunt. Nam & plebeius erat & ſiligineus qui candore præſtabat & tritico

Universidad de Deusto
Biblioteca

precipue cāpano quod authore Varrone ceteris prestaret. Sicut in falerno uinum in casinati oleū in Tusculano ficū, in tarentino mel preferebatur ceteris Erat & secundarius panis & ostrearius. Artheloganus Spusicus, subcinericius, & Artopresius, inter quæ ptisanam uelut saluberrimam magnopere commendarūt, quæ a Grecis sumpra origine ad Romanos fluxit. Post quam halicam Romani inuenere, cuius Greci in expertes sunt. Grecis quoq; multiplicia panum genera comperimus. Nam & Zimitas hoc est fermētatos, & obelias & Cribanitas, & Candrydias & Apiritas, Pytitias, & Pyrinos panes legimus. Placentarum quoq; genera uaria. Tarentinas Crassianas, Siculas, Clustras, Plicias, Guctatas, Montianas, Mustaceas & spiras quæ fiunt ex Caseo. Proditumq; memoriæ est antiquissimos Romanorum, cene tantū panem adhibuisse, prandio uero carnibus uesci, non elixis, sed assis & ueru decoctis aut frictis, quibus parthi abstinebant, & nisi uenatu quesitis nulli uesci permissum. Et cum pauciſſimi conuiuæ erant, non minores tribus. Cum plurimi non ultra nouem in eadem mensa eisdemq; lectis cenitabant/ tam & si uetus feratur adagium septem conuiuium, nouem conuitium facere, quod scilicet/obstrepente multitudine/tumultuantur potius q̄ in sobrio cōuictu sint. Græcis quattuor aut quinq; conuictores imis mensis adhibere satis erat. Germanis uero separatæ singulis conuiuis sedes sunt, & sua cuiq; in accubitu mensa. Fertur tamen. L. Verus Imperator præter exempla maiorum, cū duodecim solēni conuiuio primus accubuisse. Homerus usq; ad decem prohauit, in Symposio autem Platonis octo cōueniunt & uiginti. In quibus mēsis Romani liberos cum pueris puellisq; adhibebant, qui ad fulcra lectorum serui ad pedes. In ipsis autem lectis cum uiris cubantibus feminæ sedentes cenitabant, a principio enim maiores nostri sedentes epulabantur laconum more, adhibitis etiam principium liberis, apud summos uiros, cū cæteris id ætatis pueris nobilibus qui propria & partiore mensa, in conspectu affinium uescebantur. Apud Græcos uero feminas in uirili conuiuio accumbere nisi propinquorum non licebat, quibus consuetudo mansit ut in primis æpulis breuioribus poculis transigerent, in fine uero laxiora adhiberent, quare greco more bibere, est capationibus poculis haurire, quibus lex data ut in simposiis aut biberent aut abirent. Sicut apud Scythas Scytisſare, erat intemperatius bibere. Nonnulli græco more bibere dicunt esse, quoties deos aut amicos iter pocula appellarēt singulos noiatim, toties haurire & large merū bibere. Vtq; cū magistratus & honores dabāt, uina pateris circūferrēt. Cūq; alicui ppinasset noiatim designare cui poculū darēt, & primo deos deinde amicos appellare, totiesq; haurire affatim & bona a diis p̄cari. Et tā & si uino uim sapiētiæ adhiberi putarēt, si qñ tñ uinū aq̄ admiscerēt illud tepefactis niuibus

diluebāt nōnunq̄ matinā uino adhibebant, quo incorruptius foret. Romanis etiam corollas poculis accipere, festisq; diebus coronatos & sertis redimitos epularimos erat, cum lēnisceis, erant enim fasciæ coloratæ quæ coronis addebantur, cautūq; fuit ut etruscis corollis lēnisceis tantum aurei darentur. Sūpta ab Ionibus consuetudine, qui in lautioribus culinis primi corollas inuenere, quod ab indis usurpatur ut ad familiare conuiuium coronati accedant. Quin etiam uetusti moris erat, fercula exquisita & lautiora a ministris coronatis cum cātu & tibicine in cenis sollēnibus afferri, poculisq; coronatis bibere, summāq; cenarum lauticiam tripatina distinguere, una murenarum, altera luporum, tertia mixionis piscis, & ne intepescerent cū obsoniis focos quoq; transferri institutum. Singulisq; poculis singulos deos aut heroas, nōnunq̄ amicos aduocare, astante cantorum turba ac toto seruicio & famulatu, quoq; alter reliquias colligit, quæ e mēsa cadunt, alter murmur compescit, alius sputa e pauimēto & siquid īmundi est uerrit, eoq; proceſſere deliriæ, declinatis corruptisq; moribus ut totos apros una mensa apponerent, quem primus Romanorū seruilius Rullus apposuisse fertur. Deinde multam uenationem & cōdimentorum uarietatem apponi usurpatum. Quin etiam uersatilia cenationum laquearia Nero cōmentus fuit, ut cum fercula admīctebantur, alia facies cubiculi desineret, alia succederet. Egyptiorum mos traditur, ut in familiaribus cenis brassicā presumant in primis, eo edulii genere ebrietatem discuti arbitrati, quā Cato oleribus prepositi cūctis, ita ut mane illam esse oporteret ieiunum. Nonnulli nuces, lupinos, Citrum & Apiū, quod uenenis prodesſent, uelut antidotum præcepere. Græci uino madentes oleo perungunt & sale, qui etiam ante reliquas dapes, sal uelut amicitiæ symbolum hospitibus apponunt, sicut Romani lactucas, quod ebrietatem discuteret. Quin etiam Aegyptiorum usus erat, ut in solēni æpulo propinquorum & affinū qui decessere aromatibus referta corpora hisdem lineamentis & specie recentissima ac si uiui essent, introducant, hisq; presentibus & quasi conuiuis adhibitis epulentur. Et si quando Regum conuiuis aduocarentur uasa haberent in quibus uentrem leuarent aut uomerent. Cretensibus accubantes uesci instar magni criminis erat itaq; stantes epulabantur, contra lusitani nam sedentes cenitabant, quod Alexander Macedo fecit, qui sedens uescebat. Græci quoq; in toris ex bouū tergoribus assidentes, ordine ludunt & uescuntur, Galli dū cenant instramentis assident, Galathæ in pellibus lupoꝝ aut canū, Cato iunior post ciuile bellū non accumbens ut prius sed sedens cibo partiore usus fuit. Contra de Terētio Varrōe & Hānibale legit ut post afflictas res stātes cenitarēt. Apud Indos solus Rex i lecto ex stramētis facto accubat, cæteri sedētes epulant. Sparthanis cōmunia erant cōuiuia, paupes cū ditioribus, eodē uescunt obsonio, festisq; diebus quos fiditiā nūcupāt nigrū ius et panē

Universidad de Deusto
Biblioteca

igni duratum apponunt, utq; Regi duplum obsoniorum q̃ cæteris detur, lege sancitum erat, nõ satietatis gratia, sed ut posset obsonio quẽ uellet honorare. Qui etiã affuerant, excellentium uirorũ laudes ignauorum fœda scelera in æpulis canere ad lyram quæ dicunt scolia. Idem apud Athenienses. Nam in celebri æpulo quod Syciſſiam uocant, tenuiores cum ditioribus una conueniunt, & equalem obsoniorum partem ferunt. Cretenses eiusmodi comessationes Andria dicunt. Perse Tictã Greci τελίαν Syri Grãmatias. Fuere quoq; Sparthanis cenæ copides in quibus capra ímolabatur, & alia Aeolon. Apud Indos ara mense in modum constituta pluribus accubantibus circũ. In eaq; carnibus appositis, quilibet conuiua e sua sede ad mensam uadit, & quam uult partem capit, atq; in sedem reuersus carnibus & pane uescitur, qui etiam commessationes in propatulo laconico more faciebant. Neq; alienum fuerit qđ apud Gymnosophistas traditur, ut paratis iustructisq; mensis anteq̃ dapes apponantur, adolescentes singuli qui ad æpulum conueniunt, quid generi humano lucri fecerint, quod ue sapienter dictum factum ue fuerit illa luce coram senioribus exprimere cogantur. Et qui deses aut remissus nihil frugi ímediũ affert, in pransus manet & foras extruditur, quibus disciplinis illos ad uirtutem acuebant. Persarum mos erat inter pocula de rebus seriis consultare, & post cõmessationes siquid sanctiore fœdere concludi uellent concubinas aduocare, & circũferre, tanq̃ ea adhiberent fœderi que apud eos sancta & cara sunt Idem Bactrianis, ut inter pocula de bellis cõsultent & siquid complacitum esset merũ largius infundãt, & Grecis, quibus uetustissimo iure usurpatur ut posteq̃ magnifice epulati fuerant, quasi refoto animo, de bellis decernãt largioribus poculis, quæ si quando circũferebant adextris incipiebãt. Thraces post intemperatissimas perpotationes primo in uino & alea uersari, mox ad illicitos concubitus accedere solebant. Siqui uero ea uecordia fuere ut post æpulas nudas mulieres introducant. Dyonisii prioris exemplo, aut alia q̃ sibi obsonia conuiuiis ministrent, fuit pro flagitio habitum uelut Scelus & nequitia singularis. Interq; epulas & pocula primum libare diis dapes & bene precari conuiuis, & secundum precationẽ dapibus cum modestia uesci, prisci moris erat, haud aliter q̃ si sacrum epulum esset. Siquidem apud maiores inter res sacras mensa habebatur. Nam Pyside cenantes parentum manibus primitias reddunt. Romani & Greci, in conuictu familiari ciborum particulis & uino in ignem coniectis libamina diis dabant, & primicias cenarum laribus quibus sal cum pane & caseo propulmentario cessit. Vtq; primus calix Ioui olympio misceatur. Secundus Heroibus. Tertius seruatori Ioui. Et cum uinum purum dabatur obseruatum est, ut Iouem sospitem aduocarent, ne temulentos faceret. Cum uero aqua dilutum Iouem appellare saluatorem. Persarum Reges, ante cibum de modestia disputant, ante sacrificium de Iusticia, an-

te bellum de fortitudine. Et post trinam potationem cũ modestia æpulati bona a diis precabãtur. Nonnulli inter bellaria honores diis, æmagnis Heroibus dabant. Cũ uero apparatu magnifico exquisitissimæ epulæ dabãtur, triginis ferculis, sequtis mox tẽporibus etiam senis Romanicenã exhibuere. Idq; luxuria erat. Quomõ Augustus conuiuia iniisse fertur, quibus non amplius trinis ferculis aut cũ abundantissime senis conuiuabatur. Iulius uero Cæsar in Egypto conuiuia multiplici ferculo protraxit cũ Cleopatra ad primã lucẽ. Nero quoq; effusus in luxum & æpulas, a medio die ad medias noctes, inter uina & scorta accubasse fertur. Domicianus nõ ultra solis occasum. Et Heliogabalus tã perditæ nequiciæ & luxuriæ fuisse, ut uiginti duo fercula ingentiũ obsoniorũ una cena admiserit, nũq; lotis lintheamibus usus, sed nouis et recẽtibus semp sicut Gallienus q aureis lintheamibus strauit. Caligula una die cẽties sextertio cenauit q etiã ex auro panes & obsonia apposuit. Vitellius quoq; inter apparatissimas epulas largissimo sumptu discubuit, q una cena a fratre exceptus fuit, in qua duo millia lectissimorũ pisciũ, & septẽ auiũ appositа tradũtur. Titus cõuiuia istituit iocũda magis q̃ pfusa, Geta naxima prãdia per singulas litteras iubebat, ut pullũ Perdicẽ, pauonẽ, porcellũ, piscẽ, & pernam unis epulis apponeret, & sic p singula elemẽta apparatus diuideret. Heliogabalus estiua cõuiuia coloribus distinxit, sicut lucullus per deos, Author est Spartianus Heliũ uerũ Impatotẽ, omniũ primũ excogitasse pẽthapharmacũ, præcipui saporis, ex Sumine phasiano, Crustulo, Aprugno, siue perna & pauone Instar Vitellianæ patinæ q̃ in mẽso cõstitit, quã Clipeũ Mineruæ. appellauit Cui pxima fuit exopi patina, sexcẽtis sextertiis taxata, in qua aues uocales & canoras apposuit nũmis sex singulas coemptas. Pertinax uero Imperator cõtra, qui dimidiatas lactucas & carduos in priuata cena apposuisse fertur. Diuus quoq; Cæsar, & Octauius Augustus in quotidianis cenis cibi minimi fuere, & uulgaris. Tiberius diebus solẽnibus pridiana sæpe obsonia & semesa apposuit. Theodosius modico & castrensi cibo contentus fuit. Traianus etiam in uescendo frugalissimus fertur, Laudaturq; Iulianus imperator, quod statarium prandium caperet, castrensi cibo & ministro obuio contentus, qui per triduum, porcellum & leporem diuisit. Regibus uero Aegypti in cenarũ magnificẽtia & regali luxu, nihil præter uitulũ & anserẽ apponere licuit, Regibus persarum nisi pane, pulte, cardamo & sale uesci. Antigonus etiã parco & uulgari cibo cõtẽtus fuit, Aristippus licet tyrãnidẽ occupasset cibo tñ uili refotus, & exclusis stipatoribus cenauit, sicut Agathocles nũq; sine fictilibus, memor paternæ obscuritatis qđ figulo prẽ genitus foret, adeo qđ iter uasa aurea figulina sp admiserit, inter cæteros aũt helluones Annarus Babyloniæ rex tãti luxus fuisse proditur, & tam profundæ gulæ, ut stola muliebri amictus mero & unguento madens centum & quinquaginta psaltriis simul accubãtibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

uelut officina nequitiæ, magnis effusionibus cenitaret. Vinũ uero grecum semel tantum etiam in lautissimis cõuiuiis apponere solebant. Namq; ueteribus fuere conuiuia iucunda magisq; profusa. Primusq; Diuus Cæsar triũpha libus cenis, quattuor uini genera præpter instituta maiorum dicitur apposuisse. Falernum, Chium, lesbium & Mamertinum, Antiquissimi ut Varro ait, primo utres, deinde Tinas, demũ uini amphoras & cupes apposuere. Quod teste Homero heroicis temporibus fuit usurpatum, ut uina utribus inferrent Sylla præter omnis generis condimenta, uinum supra quadragenariũ æpulo publice prebito populo dedit, Arabes cum lõgiore potu indulgerent/ nemini supra duodena pocula bibere fas erat. Germanis si indulxeris ad ebrietatẽ quantũ concupiscũt/ licet. Augustus Octauius senos sextantes non excessit, Hãnibal nunq; plus sextario uini indulsit. Cæsar quoq; uini parcissimus fuit & bene diluti. Alexander Macedo, ad unũquẽq; calicẽ multo colloquio seremonẽ protrahebat, qui tamẽ aliquãdo triduo incaluit. Fertur Vticẽnsis quãdoq; ad auroram cũ amicis perpotando uigilasse, non ut mergeret sed ut reprimeret curas. Quod Plato non improbauit/ cum largiori uino aliquanto refici aĩos putaret. Democritus uero quaternos cyatos sextarios minime censuit excedere oportere. Siquidẽ iuxta anacharsim Primũ chraterẽ ad sitim pertinere dixit. Secundũ ad hilaritatẽ. Tertiũ ad uoluptatẽ. Quartũ ad insaniã, Vel ut Ebulus poeta Ciprius q bene sentientibus tria tantũ propinari pocula putauit. Sanitati primũ, amori alterũ, tertiũ somno, quartũ nõ utiq; nr̃m sed iniuriæ, ultimũ uero ἑρμεῖ appellari uoluit, nam postremo greci Mercurio libabãt uelut somni largitori/ & bono Demoni cui gratias agebant κρᾶσις ἀγαθοῦ δαίμονος Persæ uero tribus libationibus factis a diis inmortalibus bona precati conuiuium dissoluebant. Tiberius uero biduũ & duas noctes potu cõtinuasse fertur, & Traianus capatioribus scyphis sed citra ebrietatem bibisse. Bonosus autem bibit, quantũ nemo alius. Proditũq; memoriæ est Cõmodũ Cesarem in estuationibus ingẽs uini poculũ haurire cunctis acclamantibus uiue Cæsar. Inter ceteros prodit Zenocrates philosophus iuitante Dionysio uini Coham hausisse, & premiũ tulisse, atq; Ennius nimio hausto mero articularem morbũ contraxisse, quo extinctus fuit. Apud Nabatheos uero plura duodenis esiccasse pocula erat ignominiosum. Ipse uero Dionysius iunior usq; adeo uino marcidus fuit, ut ad nonaginta dies mero incaluerit. Socrates tamẽ fertur uũq; iuno hilarior fuisse, sed eodẽ statu semp. Accusaturq; Mithridates tantæ bibacitatis ut premia plus haurientibus proponeret. Neq; subticendũ quod leonides aduersus bizantios uinolentissimos fecisse dicitur, qui cum obsidione premerent, neq; ciues pro moenibus continere posset, qd passim ad cauponas cursitarent, ut illos in officio haberet, ad mænia cauponas & uinarias officinas disposuit, id quod apud Phigaleos bibacissimos pari

ter fecit. Inter omnes aũt Vinolentissimos promacus Macedo memoratur, quattuor ingurgitans cantharos, & ob id ab Alexandro corona donatus, qui triduo superuixit postea. Et Nouellius Tricongius raræ gloriæ inter bibacissimos. Prandia uero prisci ante lucana habere, meridianum cibũ cenã dicere solebant. Quod & græcis uetustissimo in usu fuit. Namq; Eumeũ scribit Homerus matutina hora prãdium fecisse. Postea illo more desito seruatum est, ut prandia in usu non essent, sed qua hora cena apparabatur ea prandiũ fieret, quod tempus nona esse cõsueuit, sæpe octaua, ante meridiam uero diẽ prãsum fuisse, uel ante lucanã cenã fecisse crimini dabatur. Idq; erat dissolluti & Helluonis. Siquidem post forẽsia negotia transacta apud Priscos fiebat prãdium, cenas uero quod nocte plerũq; fierent, ue spernas dixere. Sed tñ prandium leue & modicũ, cena aũt fuit copiosior. Tam & si Aristoteles large prãdendũ & parce cenandum putarit. Et licet Romanorũ antiquissimos noctu cenasse nonnulli opinati fuerint. Constat tamen post multas ætates usum in ualuisse ut post meridianis horis uescerentur. Persis quoq; in meridie semel tantum uesci cõsuetudo fuit, qui erat Ethiopum mos, ut unico cibo contenti essent, diebus singulis, ut alerent corpus non saginarent, tã & si abusus postea Persis inualuerit, ut amane ad uesperã quicquid est temporis unico prandio concluderent. Fertur Alexander Macedo appetente nocte cenasse, & primo diluculo prandio accubuisse, plerũq; ad multam noctem cenã protraxisse. Galba ante lucem uescebat. Cicero ante occasum solis per raro discubuit. Præ ceteris uero Tarentini usurparunt matutinis se poculis ingurgitare, adeo ut remulenti in forũ conueniant. Indi horam prandii aut cenæ non nouerũt sed ut cuiq; libitum comessabãtur, qui etiã Persarum & numidarũ mos, ut quacũq; hora uescerentur. Diogenes quoq; nullam temporis horã prandio definiuit. Senioribusq; uelut ætate uenerabilibus aut his qui prudentia & authoritate anteirẽt primi discubitus & honoratior locus dari, ipsiq; sublata mẽsa primi assurgere consuerant. Erat aũt Romanis locus honoratior qui summus in mensa fuit, nonnulli in medio discubuisse honoratius putarũt. In imo uero conuiuii dominus cenabat. Apud Græcos non modo loci dignitate uiros fama precellẽtes in concilio uel mensa sed poculis maioribus, & carne optimore honestabant, Indis ut cuiq; in mentẽ uenit in quacunq; parte lecti discumbere licet. Non enim honorum personæ ue ratio in mensa habet. Apud Persas magna ratio mensæ presertim Regiæ fuit, in qua præter matrẽ & Regis coniugem nemini interesse permictitur, tam & si matronas quandoq; adhibitas legamus. Egyptiis aũt siquis ad cenam Regis non uocatus accederet, capitis luit penam. Post æpulas uero eruditas confabulationes, deinde fides & tibias, ac Symphonias & cantus, illorum qni maiorũ laudes carmine decantabãt adhibere, antiqui moris erat, Abydei in hospitali mẽsa & festis æpu

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis postq̄ opiparе epulati fuerant, infantes admictunt garrulos & festiuos, ut his obstrepentibus garrientibusq; cōuiuæ alacriores fiant. Romani etiā mo riones ut oris deformitate & stulticia oblectarent, non nunq̄ petulātes & im probos scurras qui lasciua licētia & inpudentissimis iocis, derisui essent. Neq; omittendū quod de Sybaritis proditum est, apud quos omniū libidinum il lecebræ fuere, ut ad festum conuiuiū & solēne epulū non psaltrias modo & Histriones, sed equos composito psaltatu ad symphoniæ cantū psallentes in troducant. Apud Gallatas & Celtas ad mensam postq̄ uino incaluerant ex prouocatione dimicatur ad uulnera. Sicut apud Samnites inter æpulas erat mos digladiari, quod mox Campani odio in Sānites detractis armis uendica runt, ut pro cenarū magnificentia paria pugnatorū destinarent. Idem factum memoratur ab Indis, qui cum post æpulas, aureos chrateres circūtulissent Strenuitatis & fortiū factorum periculū facerent. Octauius uero postq̄ fue rat discubitum picturas inuersas conuiuis uenditabat. ut aut expleret delide rium aut frustraretur, nonnunq̄ Histriones aut Arethagolos admictebat. Ve spasianus dicacitati super cenam & iocis scurulibus usq; ad ineptias uacabat Tiberius ex lectione quotidiana quæstiones frequenti conuiuio proponebat Nero Cæsar Cytharedos aduocabat primi nominis. Cato Vticēsis a cena de ambulabat. Pomponius Acticus libellos lectitabat. Quod Alexander Se uerus fecit, ut in mensa familiari sæpe librum legeret. Solitus uel legentes au dire uel aliis legentibus uesci. Hadrianus Comedias lectores & poetas admi ctebat. Heliogabalus sortes conuiuales post cenā proponebat ut alius habe ret decem Camelos, alius muscas uel auri libras aut decem oua, ursos, glires & lactucas decem. Sylla q̄uis ferox & impotens in comessationibus comis erat & facilis. Fertur quoq; idem seuerus Alexander, post æpulas, catulos cū porcellis & perdices ad pugnam sepe cōmictere, & Cleomenes sublatis men sis uinum Chrateris circūferre, a Græcis uero Enigma & Griphus post con uiualia lusus proponebatur, cuius captiones soluenti premium carnis portio non soluenti pena erat, ut salsum haurіret poculum. Parthis admictere con cubinas post æpulas non improbatur, uxores aūt domi abditas in uirorum conspectu non adducunt. Babyloniis aūt in conuiuiis a principio feminarū modestus est habitus, paulatim deinde pudore profanato summa uelamēta exuunt, & post æpulas ultimis amiculis reuelatis pudibunda ostendunt, in omnēq; licentiam iocorum & lasciuiarū, pudorē abiciunt. Fuitq; ueteri mo re seruatū, quod bibente aliquo ex conuiuis mensam tolli non sinerēt, namq; hoc auspicio mali & detestabilis putabatur. Quod si inter cenandum fercu lum a mensa reuocatum foret, nisi cena continuaretur, nisiq; appositis æpulis uescerentur, inter dira fuisse, Quin etiam per mensas deflare aut prolapsum cibum e manu, non reddi, ominosum erat, tam & si quorūdam opinio fuerit,

quæ emensa

quæ e mensa decidunt in comuni conuictu, nec tollere nec gustare, illa hero um esse opinati. quodq; apud honoratos & doctos uiros nunquā fere sine le ctione cena fuit, & cum conuictus frequens in cenam & prandium diuisus fo ret/plericq; tanto temperamēto & tenui conuictu fuere, ut sola cena contenti nunquā ante solis occasum & nisi post decimā accūberēt, inter quos memo ratur Asinius pollio, qui cum esset tota die negocios⁹, ita post decimā animū relaxauit, ut ne legendis minimis literulis uacaret. Quidam noctu, alii me dia die, negociis pausam fecere. Nōnulli autem tāta ingluuie & uentre tā uo raci fuere, ut uelut impuri helluones effusas perpotationes & exquisita obsce nia, quadrifariam diuiderent in ientacula, prādia, cenas, & comessationes sem per instructis paratisq; mensis tāto apparatu, donec uino madidi & crapula di stenti fierent. Quod quidem obscuris seuientibus moribus, a nōnullis pes simo exemplo factitatum est. Antea uero nō licuit, ne ingentia animi bona ingluuie corporis fœderent. Apud Siculos autem usus erat bis in die æpulis saginari & saturum fieri, quibus templū saturitati dicatum erat, quare Sicu læ mensæ & Syracusanæ delitiæ tanq̄ lautissime in prouerbium uenere. Si cut apud Græcos pharsali & Bœoti uoracissimi habiti. Quare ab Athenē sibus fatui, rudes & pingues dicti sunt propter ἀδηφαγίαν. Quippe cū a cōui uiis ceu di discederent, distenti rursus ingurgitabat. Quod & Plato imprecta uit, & Romani duxere nefas, ut bis in die saturum fieri uecordis esse ducerēt. Hoc quoq; apud cōuiuas seruatum legimus ut in familiari cōuiuio aut æpu lis lautioribus aliquem atractum aut pulla in ueste discumbere ducerēt nefas. Nam depulso langore animi nō in tristicia conuiuio interesse decet. Propterea Vatinio quod in æpulo Q. Atrii atra in ueste accubuerat, a Cicerone obie ctum & crimini datum est. Quippe bellos cōuiuas & conuictores faciles, in candida non pulla ueste accumbere decet. Tam & si cenatoria & triclinaria conuiuis dari, antiqui moris fuerit. Fertur q; Hadrianus Cæsar semper aut to ga summissa aut pallio tectus accubuisse. Et Saloninus Imperator, milites æpulari cum sagis iussisse hieme grauibus æstate tenuibus, quo tempore fer uatum est ut milites cum Imperatore cincti discumberent. Tum frequēs hæc fuit obseruatio quod siquis ad cenam benigne inuitatus iret, alios pari affectu aut sanguine cōiunctos eisdem aduocare æpulis nō uetabatur, ueluti comites secum & umbras duceret. Sua autem sponte conuiuio aliis parato se intromi ctere non decebat. Siqui uero non acceriti & automati irent, in imā lecti spō da deduci iubebant. Tum si forsan minus tempestiue neq; ad horam consti tutam, conuiua accederet, illum nisi triclinio circuito admicti non sinebant, & tunc epulari iussus discumbebat. Reges tamen sparthanorum iero prodeun tes cenæ parte mulctantur. Quippe ad cenam non eūtibus binæ Chenices farinæ & uini singulæ Cotilæ, mictunt, dupla uero pſentibus. Ideo Ephori

Universidad de Deusto
Biblioteca

Agydi Regi lacedemoniorũ cum ad phidicia nõ accederet cenæ partem petẽti abnegarunt. Tum si quando inter æpulas incendium quisq̃ nominaret, ne quid ea res diripi portẽderet, aquam sub mensam inspergebãt, a quibus obseruatum est, ut aliquo ex cõuiuarum numero e triclinio prodeũte, uerri solum nullo modo sinerent, hoc infandum omen, & pernicioſum portentũ auguranti. Si tamen ad lumina cenarent aut illa in triclinio essent, ueteris instituti fuit ut lumen in lychno non extingueretur, sed illud sua sponte emori sinerent. Quodq̃ mensam prisci nũq̃ uacuam tolli iubebant, semperq̃ prandii partes supereſſe uoluere: Siue antiqui uictus parsimoniam, Siue morẽ, quo aliquid reliquiarum in mensa supereſſe felix omen erat, ueteri instituto adnotantes. Legimus tamen cena peracta, reliquias & semesa obsonia ministris astãtibus diuidi & circũferri antiqui moris & exempli fuiſſe.

Quæ ipse dictu admirabilia de umbrarũ figuris noctibus fere singulis Romæ expertus sui. Caput XXIII.

NOta & uulgata res est, ædes quasdam Romæ, quas ego incolui, euidentiſſimis ostentis ita infames, ut nemo illas incolere ausus fuerit, quin assiduis umbrarum illusionibus, & tetris imaginibus, noctibus fere singulis inquietetur. In quibus preter nocturnos tumultus, quos medio fere noctis silentio audiebamus, & horrendos fremitus cum eiulatu strioduloq̃ uocis sono quibus lachrimari & tremere uidebatur, speciem hominis squalida facie, uultu minaci, nigro corpore, & aspectu formidabili, nomẽ suũ exprimentẽ, & opem implorantẽ, cernebamus. Sed nequis hoc fabulosum aut cõmenticiũ putet: Author est Nicolaus tuba uir multæ & expertæ fidei, qui cum rei explorandæ gratia cum nõnullis doctis iuuenibus prima face ad nos aduentaſſent, cupido incessit animo, hæc quæ a me promebantur, uero testimonio experiri, & an uera essent intueri. Et nequid inexpetũ relinquerẽt, noctem peruigilem egere mecũ, ut rem notã exploratãq̃ haberent, neq̃ eos opinio fefellit. Nam cum accensis luminibus peruigiles starent, haud procul species hæc dira tetribiliq̃ facie, & uultu tetro, repreſentata est, quam ipsi tumultuari & diris nos uocibus agitare uidebant, Cumq̃ omnia clamore & tumultu streperent, post multa oculoꝝ ludibria tantũ formidinis pauoriſq̃ intulit, ut territi & trepidi uix mente incolumi satis constarent. Et cum totæ ædes gemitu funesto miscerentur, singuliſq̃ cubiculis peſtis illa importuna obuersaretur, dum proprius accederemus, illam retro cedere & querula uoce lumen effugere cernebamus. Demũ cum multum diuq̃ tumultuata fuiſſet, haud multo post ubi multũ noctis proceſſit, uiso omnis illa dilapſa est. Sed

pre cæteris

pre cæteris que ibi expertus sum, non omictã miraculum ingens, quod mihi plane uigilanti maiore aliquãto trepidatiõe haud multo poſt obuenit. Nã cũ tenebris obortis cubiculi fores obseraſſem, firma sera, iaceremq̃ in lectulo nulla adhuc quiete compoſita, Lumine accenso: Horribilem illã speciem foris iam tumultuari & cubiculi forem, manibus pulsare sentiebam. Nec multo poſt, simulacrũ illud, opertis addictiſq̃ foribus (uix credibile dictu) per commiſſuras & rimas in cubiculum se intromiſit, quod sub lectulo meo iacens cũ Marcus alumnus & cliens meus, ut pote qui e conspectu cubabat tetra & dira facie aspiceret, pauore subito consternatus luctu & gemitu omnia opplebat, ipsamq̃ intromiſſam nõ sine formidine clamabat, Idq̃ mihi cum clausum cubiculi ostium aspicerem, uix credibile uideretur, Interim dirum illud simulacrum quod sub lectulo iacebat meo, manũ & brachium protẽdere, lumenq̃ quod iuxta aderat, extinguere uidimus, quo extinto libellos meos, & quicquid, rerũ erat, querula uoce miscere, ac omnia euertere nõ deſtitit. Mox eum ad tumultum exciti socii eo se contuliſſent. Lumẽq̃ intromiſſuri obuersarẽtur ueſtibulo. Interim ipsam opertum cubiculi ostium manu aperire & foras effugere uidimus. Erat enim ipsius speties ut plane perspeximus, simulacro hominis nigerrimo nõ absimilis: Illud utiq̃ mirum fuerit dignũq̃ memoratu, figuram illã dum nobiscum sic luctaretur, cum fores cubiculi reſeraſſet, ab his qui lumẽ intromiſere, minime cõspectã, Sed cũ primũ cubiculi fores exiuit, elapsam ex oculis illico diſceſſiſſe & in auras euanuiſſe.

Qui cultus domorũ quondã fuerit, & quare maioꝝ imagines in postibus & arma in atriis & ueſtibulis haberẽt, & qd de exteris. Caput. XXIIII.

QVibus priſtini decoris memoria relicta fuit, hoc etiam literis adnotaſſe accepimus amplas domos in primis greſſibus ueſtibula habuiſſe, quæ spacia licet pars ædium forent, tamen illa p ædibus fuiſſe nemo ignorauit, erat enim locus uacuus perquẽ de uia ad fores patebat aditus, in quo preſtolari qui salutatum uenerant, aut si conuento opus foret, tempus operiri ſolebant, quod quidem prima aut altera diei hora esse cõsueuit. Fuit enim apud maiores nõ modica laus illis qui ex claris familiis erant, q̃ plurimos cliẽtes non modo cateruas togatorum sed & tenuiores amicos habere, a quibus obseruarentur quottidie & colerentur, cumq̃ his ad forum deducerẽtur frequenti comitatu. Namq̃ maximi decoris erat, amplos uiros illuſtreſq̃ etiam ab infima plebe quotidie salutari, appeti, deduci, reduci & conſuli, eiſq̃ decedi & assurgi. Fiebat. n. salutatio more priſco dextram iungendo dextre. Quippe

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum referat Varro omnē antiquorū honorem dextrarū constitisse uirtute nō nunq̄ oſculo, plerūq̄ aſſurgendo caputq̄ denudando quod apud noſtrates frequenti in uſu eſt, manſitq̄ obſeruatum, ut ſalutantes Imperatorē, anteq̄ admicterentur interiores aulici ſcrutarentur ſinumq̄ pretentarent nequis cū telo eſſet. Nonnunq̄ ut ualentiſſimi ſerui cathenis religati pro oſtio aditum cuſtodirent, ne non uocati admicterentur. Laudaturq̄ Veſpaſianus. M. Antoninus & Alexander ſeuerus Imperatores quod ſalutarentur patente cubiculo, miniſtris admiſſionalibus remotis. Apud Parthos uero Regem adire uel ſalutare ſine munere nulli licitum erat. Quibus clientibus ab his quos ſectabantur frequens ſporcula dabatur quæ prius centum quadrantes fuit. Deinde rectam dari inſtitutum. Quare uocatores principis dicti, qui ad cenam conuiuas admicebant, quorum nōnulli mercede accepta aliquos ſubditicios principum ſæpe cenis aduocarunt. Quam Nero ad ſportulas reuocauit, qui etiam plebi congiariū quadragenos nūmos uiritim dedit. Siquidem Imperatoris munus quod populo dabatur congiariū dictum eſt, quod uero militibus donatiuū. Mox Domicianus ſportulas ad cenas reduxit. In qua frequēs obſonium, panis, oleum, & porcina caro dari ſolita, abſq̄ uino. Diuus uero Iulius ad conciliandum populi fauorem frumentū uiritim dedit, ternos modios & totidem olei libras, trecenos quoq̄ nūmos ſingulis, & centenos pro mora. Auguſtus Octauius frumentum plebi gratuitū & menſtruum. Nero quadragenos nūmos uiritim congiarium largitus fuit. Caius uero Cæſar trecenos ſextertios, & forenſia uiris & pueris, ac feminis faſces purpuræ & conchilii, nōnunq̄ pro ſportulis panaria cum obſonio. Domitianus etiam cōgiarium nūmorum trecentorum. Senatui & equeſtri ordini panaria, plebi uero ſportellas cum obſonio. Cato Iunior nouo more tribuit ſportulas, Græcis ex tritico, raphano, Bliti, & Apio. Romanis autem uini amphoras, carnes porcinas ficus & lignorum faſces. Quāuis apud antiquiſſimos. Sextarii lactis darētur uini nunq̄, niſi quod a Cornelio Cethego in conſulatu muſtum rutatū populo datum eſt. Ancus uero Martius Rex, ſalis modia ſex milia cōgiarium populo erogaſſe fertur, ex quo tantum quiſq̄ ferebat, quantū in ſingulorum capita deſcriptum erat, ab undecimo ætatis anno. Auguſtus etiam tricenos, & quadragenos, nōnunq̄ ſingulis quinquagenos & ducentenos nūmos largitus fuit, ac ne minores quidem pueros preteriit. Sicut Traianus infantes quoq̄ ad ſportulas admiſit. Tiberius trecentenos uiritim dedit & prandium mille menſis, Galba dedit populo congiarium & epulū Senatui et equeſtri ordini, ac præter æpulas forenſia uiris, feminis ac pueris faſcias purpuræ & conchilii, quibus ueteres pro caligis utebantur. Et mox Nero, Domicianus, Hadrianus, & reliqui Ceſares munera populo ſæpe largiti ſunt: Sed

Hadrianus

Hadrianus nouo more aromata balſama & crocum. Nōnunq̄ duplex cōgiariū ternis per ſingulos aureis diuiſis. Cōmodus ſingulis denarios ſegtingenos uicenos quinos. Aurelianus uero ad parthicum proditurus bellum, cum bibres coronas ſingulis promiſiſſet, & aureas, populus eupectaret, Siligineas dedit, nouo genere panis, quo deinceps uſi fuere, quitū populo uniuerſo, panem oleum & ſuillam carnem poſtea diuiſit uinūq̄ dare ſtatuerat niſi morte preuētus fuiſſet. Fuitq̄ obſeruatū ut principes aſſumpto imperio ad conciliādum fauorē congiariū darent populo, quod annuū plerūq̄ homines clariſſimi et ſummis honoribus functi pro officio & cliētela uelut ſtipendiū capiebāt Erāt ergo hi quos iſti ſectabant illorum patroni & defenſores, ſuiq̄ officii ducebāt in fidē illos & cliētelā habere, tutelæq̄ ſuæ ducere & ope iuuare. Quin etiā nō foris tantū ſed intra domeſticos lares libertos ſeruoſq̄ ſalutatores cōperimus, qui bis in die frequētes aderāt, ut mane ſaluere, veſperi ualere, dño aut patrono dicerēt. Nec non populis & nationibus ac bonis & fidelibus ſociis patronos publice fuiſſe Romæ hoīes honeſtiſſimos ſummo loco natos qui fortunarū ppugnatores erāt, & ciuitatū defenſores uō penitēdi, quoꝝ ſtudio & fide, ſingula negocia in Senatu faceſſerēt, & promouerēt. Siquidē Syracuſani in cliētela Macelloꝝ fuere, lacedemonii i Claudioꝝ. Putheolani brutoꝝ, Neapolitani liciniorꝝ, Bononiēſes Antonioꝝ. Allobroges pīono fabio ſanga uſi ſunt, Marius Herēniis, Cæſar quoq̄ Græcoꝝ patrocinio plerūq̄ affuit, plebs deniq̄ ipſa ſub patriciorū equitūq̄ Romanoꝝ tutela per clientelas diuiſa erat. Quod a Romulo a primis originibus inſtitutum ferunt, ut plebei ſingulos patronos ex patribus legerent quorum conſilio & authoritate niterentur. Præterq̄ ueſtibula fuere caua ædium & periſtilia ad quæ quiſq̄ ſuo iure non uocatus admicebatur. In foribus uero & atriis domorum ara, focus, & lar familiaris erant. Namq̄ focus erat ara deorum penatium, quē inſtar numinis habebant. In quibus non deorum modo ſimulacra quos ſingulis edibus in larario colebant. Sed imagines ac expreſſos uultus illorum qui familiæ decus fuere & ornamentum, ac principum & patronorum quos quiſq̄ colebat habere aſſuerant. Quare. L. Vitellius Vitellii pater, Narciſſi & pallantis imagines inter lares coluiſſe fertur, Cereæ enim imagines in atriis domorum ſingulis diſponebantur armariis quos ita celebrabant colebantq̄ ac ſi illi quorum uultus exprimebantur uiuerent. Quas feſtis diebus & in ſumma gratulatione & leticia, laureis ſertis & floribus ornare, illorumq̄ natales dies feſta luce celebrare ſolebant. In luctu uero & gemitu familiæ tanquam conſcii doloris eſſent, & tacita meſticia funeſtarentur, deformare, Tantoq̄ honore dignos putabant, ut illas, cum ſingulis imaginum titulis, illorum præcipue quorum ſumma dignitas maximeq̄ res geſte fuere, in exequiali Pompa & apparatu funeris, extra ædes

Universidad de Deusto
Biblioteca

producerent, & longa serie uelut familiæ decora representarẽt, Illeq; defuncto rũ ex equias & una funus comitarent, Ita tradito more ut domino, aut aliquo ex familia uita funto, illius imago tam circa limina domus, q̃ pro foribus locaretur, ut defuncti desiderium representata illa species leniret, posteroſq; ad preclara facinora domi forisq; obeunda inuitaret, In eisdem quoq; atriis & foribus ac circa domorũ limina hostium spolia quos quisq; uicisset, quorumq; uictor extitisset, etiam, enses, & Clipei, Galeæq; & currus ac deuictarum nauiũ rostra ueluti auitæ gloriæ & fortium factorũ ornamenta affigi assueuere, que quanto uetustiora erant, tanto plus decoris & maiestatis habebant. Ideo nec uetustate consumpta reficiebantur nec effracta resartiebantur. Hæc enim omnium ad se uertebant oculos quo intuentiũ animos cogitatio subiret, ut pari ipsi exemplo ad magna facinora magnaq; res inuitarentur. Nec solum priuatas domos sed porticus & deorum templa hostilibus spoliis tanq̃ tropheis exornare uetusti moris erat, tantiq; exempli fuere, ut illa posteris non mediocris stimulatio fuerit, ne degeneres ipsi neue ignauiam tam claros triumphos turpibus factis dissuesq; fœdarent, Adeoq; hæc propria familiæ ornamenta sunt habita, ut quãuis alienatis edibus nouo domino spolia & imagines refringere non liceret. Hãq; statuas quibus splẽdor & uetustas familiæ notabatur amouere, est habitum nefas. Belgarum uero fuit mos barbaricus ceſorũ hostiũ capita postibus tanq̃ spolia affigere, qui etiam Galatharum qui ultra Rhenũ incolunt, usus traditur, ut spolia hostiũ sanguine perfusa, & trunca capita foribus affigant. Gelonorũ hostium cutes, ut ea omnibus spectaculo sint ac fortiũ factorum insigne documentum & hostibus pertimescẽdũ foret, in Aegypto autem in uestibulis domorum alas uulturum proponere indicium nobilitatis & uetustatis familiæ censebatur. Apud Phriges Pardalis pro foribus affixa Homero teste, signum imunitatis erat, ne hostiũ incursibus pateret. Alexander uero captis thebis ut Pindari domui parceret, illam inscribi iussit. In eisdem quoq; atriis, Pynnacothecæ non mediocri paratu dispositæ erant, In quibus tabulæ pictæ, celatum argẽtum, stragula uestis, signa & ornamenta reponebantur. Sicut Græcis fuere Cheli & Cistæ, fascoli, & Riscus, in quibus egregia supellex & muliebris mundus seruabãtur. Quæ atria plerumq; inaugurata fuere, nãq; haud aliter in illis Senatus cogi poterat, q̃ si inaugurata templa fuissent. Non tamẽ oẽs sed solas palatinas ædes inaugurari seruatũ est, ut habita in his Senatus decreta rata forẽt. Eas quidẽ ædes ueluti augustissimas, uestibula regalia habere cognitum est, atriaq; patẽtiora, perystilia amplissima, & conclauia insigni pauimẽto. Triclinia q;, & ampla prætoria, ac cenationes mira celatura & arte. Nonnũq̃ Xista, Colles, Nemora, hortos, Piscinas, Euripos, amnes, & aquarũ ductus, porticusq; pauimẽtatas, cultu & laxitate conspicuas, Syluasq; & ambulationes, Siquidem in his pub-

cõcilia & iudicia, arbitriaq; & cõuentus, frequẽtes fieri cõsuerãt, Inq; earũdẽ palatinaq; ædiũ uestibulo & pro foribus regiæ lauras semp & ciuica ex quercu, precipuũ insigne clemẽtiæ Cæsarũ affixæ uisebant. Quæ quidẽ atria in primo aditu domus & proxia ianuis extruebant, in q̃bus matres familias degere & lanæ opam dare assuerant, quod aliter a Græcis seruatũ memimus. Quibus Andronitis in primis ædibus erat. Gineciũ uero ubi mulieres operabatur, in cõclaui & recessu intimo pre pudore & modestia locabat, Ideo non extra sed ab intus fores pulsabãtur, ne imparatos offenderẽt, quod etiã a Parthis usurpat, ut Gyneconitĩ, in secreta domus a uiris semotũ haberẽt, Quippe cũ nõ modo uxorũ sed pellicũ pudicitiã ita suspectã habeat, ut nisi capite operto & uelato uehiculo illas in publicũ p̃dire sinãt, neminiq; p̃prius accedere liceat. Apud quos reges quoq; in penetralibus regiæ occlusi sub specie Maiestatis delitescũt. Sed tamẽ triũphales domos, hoc amplũ habuisse ferũt, ut fores de uia aperiãtur nõ intus, sicut de publicolæ familia proditũ est, Preter quæ, potẽtiorũ domos, basylicas habere ante uestibulum magno ornamẽto duxere, in quibus esset tribunal, tãq̃ plus inesset auctoritatis, quod iudicia publica ante ædes darẽtur, nõnũq̃ scolasticæ exercitationes & declamationes in his fierẽt. Quippe cũ frequẽs ibi esset auditorii locus. Licet basylicas foro cõiunctas plerũq; legamus, in quibus conuenirẽt negociatores & merces exponerẽt. Cõmunis tñ Thalami descriptio sic erat, ut primo poneret loco septũ ubi ianua, Mox aula, Inde Porticus p̃stylos soli exposita, postea p̃dromus, ultio domus & in posticis ediũ hortus. Cenaculũ uero supra ædes erat, scalis ferẽtibus in publicũ, nõnunq̃ in ædes uersis. A principio uero urbis, tã simplex uitæ cultus fuit, ut rudi cemento constructas domos, & scandulis robustcis aut stramenteis contectã urbem per annos quadringẽtos, usq; ad pyrrhi bellũ legamus, qui modicus cultus, hispanis Aquitanis et lusitanis atq; Egyptiis fuit, quibus in modicis diuersoriis degere sepulchra uero magnificentissima extruere patrii moris erat. Non sic Agrigentini & Megarenses, nam iuxta Platonis uerbum, edificabant ut semper uicturi epulabantur ut morituri. Indi quoq; in cultu corporis accuratissimi erant, in sepulchris uero extruendis parci & modici. Gallis domicilia plutheis & Crathibus intexere mos erat, Britannis & sueuis in tugurriis una cum armentis stabulari, liguribus montanis specuncas & uastissimos specus incolore, aut cubilia modica & sub oscura, Germani non coerentibus edificiis habitãt, sed suã quisq; domũ spacio circũdat. Medi diuersoria habẽt magnis recessibus circũdata & nemoribus manu cõsitis, alii latericias fecere domos q̃s Eurialus & Hiperpius inuenere p̃mi. Scythæ & Nomades quia fusi p agros sunt, carris quocũq; sors tulit pro tecto & lare utuntur, Hiperboreis nemora uel luci ac sparsa tuguria domus sunt. Nam prealtas syluas & rupes inuias incolunt. Dardani foueas sub fimo & sordi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

das ædes habent, Phriges olim, & Troglodítæ ſub effoſſis tumulis, balea-
res in ſaxis concauis, cuniculis ad corporis magnitudinem dimenſis. Alii ex
ulua paluſtri latibula intexerunt. Mardoꝝ gens ſpecus infodiunt montibus
in quos ſe, coniuges & liberos receptant. Ethiopes & Indorũ magna pars
ſubterraneas domos habent, Maſſilienſes ex palleis, In Meroe ex palma,
Cathromotitæ ex ligno. Indi quoq; Egyptii & Britãni ex arundinibus. Ich-
thiophagi ex oſtreis marinis aut ex piſcium oſſibus tecta contignant. Chelo-
nophagi partim ex alga, partim ex teſtudinum teſtis, Gens circa Naſamones
et Troglodítas & Chaldei profugi ex ſale. Spythamei ex ouorum putamini
bus et pennis. Contra uero Arabes & Sabei, nam limina, poſtes, Cellas, ful
cimenta parietes & domorũ tecta habent auguſtiſſima ex Ebore auro & ar-
gento atq; ſumptuoſo lapide & Smaragdo luxu ingenti, laquearia uero citro
& ebore extructa, qualem Alcinoi domum Homerus tradit, auro argento,
electro atq; ebore, fulgentem. Perſe quoq; magnas gazas & quicquid eſt au
ri in domibus ponũt, Regum Indorum Regia argenteis imaginibus tota di
ſtinguitur eamq; ex auro uites percurrũt, fulcte aureis columnis. Fuitq; inſti
tutum lycurgi apud Sparthanos, ut domorũ culmina ſecuri ianuas uero ſer
ra diſcindãt, ne quis inſignius altero edificaret. Quare Ageſylai domus ab in
opi & priuata haud diſſimilis fuit. Sicut Põpei domus uſq; ad tertiũ triũphũ:
Atheniẽſes cũ antea ſpecus & abditos ſaltus ĩcolerẽt, primi latericias ædes cal
ce & cemẽtis cõſtruxere: Poſtea uero in tãtũ magnitudinis urbis edificia, pceſ
ſere, ut tota edificiis exurgẽs, in quatuor aut quĩq; cõtignatiões & multa tabu
lata tecta excitarẽt, maxiaſq; domos maximis domibus ĩponerẽt, ut orator
Ariſtides, pfeſſus fuit, ita ut auguſto Ceſari, ne urbs ruinis laboraret, magna
mole edficiorũ, ne quis ſupra ſeptuagĩta pedes ſublimius edificaret ĩhibere ne
ceſſe fuerit, licet ipſe modicas edes incoleret, & toro modice inſtrato cubarer.
Quod & Nero Ceſar poſt incẽſam urbẽ dimẽſis uicorũ ordinibus & uiarũ
ſpaciis ſtatuit, ne ultra pſcriptũ edificia tollerẽtur. Quare Emilius Porcina, a
L. Caſſio accuſatus & pena mulctatus fuit, quod uillã nimis ſublimem, edifi
caſſet, prodũtq; Tyrios adeo ædiras maximis cõtignatiõibus domos aliquã-
do ſtruxiſſe, ut parũ abfuerit, quin tota terremotu corruerit. Sed quæ ſint in-
ſtrumẽta domus, quæ relicta domo ĩſtructa ad nouũ dominum tranſeãt ſæ
pe quæſitũ eſt, & præter imagines, & affixa ſpolia, iſta etiã Paulus iurecõſul-
tus de inſtructo fundo adnotauit. Specularia, Pegmata, Canales, Harpago
nes, Hamos, Cẽtones, Scyphones, Scalas, perticas, Spõgiaſq; qbus ĩſtru
mẽtis domus cõtra uĩ ignis ad ĩcertos caſus defendit. Squalor abluit & imũ
diciæ purgant. Dixere aũt Centones ex uillis groſſioribus ſagula intexta uilio
ribus pannis quibus domorũ tecta, tabulata aut ligneæ machinæ militares,
aduerſus incendia ſi ignis maior uis ingruat muniuntur. Scyphones uero

fiſtulas ſollibus iunctas, ſeu machinas Nydraulicas quibus agitatis ad ſupe-
riora edium exhauriũt aquã, qui etiam organa neugmatica dicti. Arpagones
ferreas manus ſeu aſſeres ferro unco prefixos, quo ignifuerenti obuiam irent
quos ab Anacharſe Scytha inuentos nõnulli uolunt. Pegmata uero compa
ctam machinã, ex ære marmore uel ligno, tum ornatus tum cõmodi cauſa,
inſtar illorum quæ in Pompæ apparatu producũtur, quibus etiã intra ædes
uti aſſuerant. Addit Paulus horologium æreum domi non affixum, & Pro-
thyrum relicta domo inſtructa ad dominum tranſire. Eſt autem prothy-
rum inſtar ueſtibuli plerumq; opertum quod ante ædes & oſtiũ ſit. Quod
non eſſe ueſtibulum merito nõnulli putãt. Sed ligneam ſtructurã in ipſo ue
ſtibulo ante fores, qua obſtãte, quaſi repagulo, apertis ianuis, quæ intus fiũt
non apparent, ſumpſitq; nomen ἀπὸ quod ante ſignificat τὶρ, autẽ ianuam
Vnde Hyprothyra ualuarũ illa hians cauitas dicta. Cenſuitq; Pomponius
iureconſultus ex authoritate labeonis, Prothyra eiuſmodi ſi pro edibus ſint af
fixa ædium partem eſſe, tam & ſi facile demi poſſint & reponi. Sicut ligneã
ſtructuram quæ eſtate tolli hieme reponi ſolet, ediũ eſſe labeo putauit, quo
niã perpetua cauſa parata forent, itaq; alienata domo prothyra eiuſmodi una
cum domo ad emptorem tranſire uoluit. Verba uero Pomponii Iureconſul
ti de uerborum ſignificatione, hæc ſunt. Idem labeo ait prothyrum quod in
ædibus fieri ſolet ædium eſt.

In extis inſpiciendis quæ proſpera quæ ue dira ſint, & que boni, quæ ue mali prenuncia. Capur. XXV.

QVi Augurum diſciplinam obſeruarunt, quiq; illorũ preſci-
ta perſcrutati ſunt, in fibris extiſq; inſpiciendis inter ea quæ di
ra, aut ſecunda eſſent, multũ interfuiſſe uolunt, licet alii alio
modo illa interpretari, & eorum euenta predicere ſoleant. Et
tam & ſi in extis contineri, Cor, Cerebrum, pulmonẽ, Sto
machum, lyenem, epar ſeu iecur, cõmuni opinione receptũ
it, quas Græci ϕrenas dicũt, incredibili fabrica cõiuncta, quoꝝ ex habitu &
colore, ſalubritatis & peſtilentiæ ſigna oſtendunt, tñ nullũ diſcrimẽ uehemẽ
tius fuit q̃ ſi caput Iocineris uel ipſum iecur in extis defuiſſet, quod caput extoꝝ
dicit, tũc omẽ exitii malorũq; fuiſſe, funeſtumq; & magni terroris, niſi in ſolli
citudine & metu quia curas tunc perimeret putarũt. Cumq; Epar ex non pu-
ro ſanguine ſit, quia ſanguis purus cogitur circa cor, tamen in epate ſedem ua
ticinii eſſe, & preſagium futurorũ periti aruſpices opinati ſunt. Quo menſe
Claudius Cæſar ueneno interceptus fuit, ſacrificanti iocinoris caput defuiſſe
conſtat, quod & Caio principi eueniſſe memorãt, que exta peſtifera dicta fue

Universidad de Deusto
Biblioteca

re. Si uero in iecore extremū quod fibra dicitur, ita locaretur ut ab ima fibra, iocinera intrinsecus replicata essent, aut si geminū iecur foret, per hæc læta & magna portendi, argumentaq; felicitatis esse nemo dubitauit. auctumq; iecoris caput aut duplicatum nimis letū ausspicium facere, sicut exta duplicata magnas facere accessiones, prolationemq; finiū et triumphū portendi uoluerūt. Et tam & si circa briletum & thernen in Tracia & in Chersoneso iuxta pontidem tradat Plinius, bina iocinera leporibus inesse, & si alio transferātur alterum interire, tamē id nō esse prodigium omniū opinione receptū est. Syllæ immolanti iecur extrema sui parte speciē laureæ corone præse tulit, mirabili ostento felicitatis futuræ. Si uero liuidū esset aut uitiosum uel si in coquendo distabuit, aut sanies purulēta effloeret, caput ue fibrarū pustulas haberet, piaculare esse, & magna facere infortunia constans opinio fuit. Idcirco denuo augebātur uictimæ, donec iterū cesis hostiis litatum foret. Ex corde quoq; unde sanguinis origo manat. Licet a principio auspicia sumere minime solerent, postea q̄ in extis corda timari ceperūt, quo tempore pyrrhus post multiplices clades. Italia pulsus fuit, hoc obseruarunt aruspices, ut si cor silēs iaceret, neq; palpitaret, aut in extis defuisset, calamitates portendi & magnas fortunæ minas crederent. Diuo Cæsari dum rerū potiretur immolanti, cor defuisse dicit, tristissimo euentu. Nāq; haud multo post conspiratione coniūctissimorū cæsus occubuit. Quod de pertinace proditū est, ut qua die morte sublatus fuit, sacrificanti non modo cor uictimæ, sed epar deesset. Si autē in summo corde pinguedo foret, aut solito maius raptum ue ab aquila, aut auibus fuisset, nisi miū propicios deos ostenderunt. Dum Hermocrates diis sacra faceret, raptū cor uictimæ & a coruo elatum in sublime, felix auspicium fecit, quo Cardiam urbem ad Corinthū auspicatissime condidit. Sicut auo Galbæ fulgur procurranti, cum aquila exta rapuisset & in sublimē quercum detulisset, imperiū portendit. Fuitq; aīaduersum, Cor quibus pregande esset, pauidos facere, quibus exiguum aspectu formidabili & audaces. Quare Hermogenis summi rhetoris & qui precocissimi ingenii fuit, mortui dissecto corpore hispidum cor inuētum est. Tam & si tradatur apud eruditos eos qui hebeti essent sensu cor de duro & spisso, qui uero ingenio ualerent, molli fuisse. Id quod Plinius de Aristomene Messenio & alii de lysandro cuius defuncti cor, pilosum inuentū est meminere. Fel quoq; in extis augurium facere proditū est, quod sub epate angusto ore & fundo ampliore apparet, ut purum illud clarumq; reddat. Si tamē geminū reperitur, licet prodigiū sit tamē magnæ spei fortunā portēdit. Quo enim tempore Augustus apud Accium profligato Antonio uictor fuit, eo ipso uictoriæ diæ, geminū fel in extis iuenisse tradit. Arato quoq; sacrificanti cum geminū fel aruspex inspexisset, quæ capitali odio dissidebant, mox sincera fide conciliari, societatesq; & federa iungi predixit, quod uerissimo

euentu postea consecutum est. Fuitq; disciplina augurali traditum ut fel Neptuno perpetuo dicatum sit, uelut humoris authori. Quod si in extis pregrande fel inueniretur, prodigii loco est habitū. Sed q̄uis prodigiosum magna semper & felicia portendit. Fert tamen Aristoteles in Naxo pregrāde fel precoribus innasci, Circa Calcidem euboæ & in ponto, pecori nullū esse Ceruo quoq; & Damæ, equo, mulo & asino. Camelo atq; apro usq; defuisse. Sicut perdices in Paphlagonia bina corda habere, & in Byzalcia lepores bina ecora. Et in agro cretensi pecora circa Gnoson splenem habere tradunt, circa Cortinā non habere. Vel quod idem tradit in Scripho insula & in Achanto Macedoniæ et apud Cyrenem, ranas non coaxare. Et in Ematia macedoniæ sues unūgulos nasci, atq; in Cappadocia mulas fœtus parere, & in heleo agro mulos non educi, neq; propterea ominosum aut prodigiū uideri. Pulmo uero sub corde est spirandi officina, is incisus & geminus tēpus dirimere & diē differre traditur. Si uero simplex esset & solidus, continuare temporū curricula, nullasq; contatiōes & moras afferre opinati sunt. Si uero pulmonis fibra lateret, aut cum corde & iecore coniunctus foret, uel si paruo distinguitur in teruallo, miseros casus portendere uoluerunt. Lyen aduersus iecur, sinistra in parte est. Siquidem uentriculo ānectitur & intestino ut iecur purum reddat. Quod si in dextram uergeret. Ferale auspicium & predicere quæ magno malo luūtur, haud dubium esse, qui tamen habūdans homines decolores facit. Quare in terra Caria Caunios, quod sub graui celo degunt, mirū inmodū lyenosos dicunt esse. Vnde uerbum Stratonici Citharedi, illic ambulare mortuos quod omnes mirifice pallerent, facie tabifica. In fordicidiis sacris, quibus hostias quæ uterum ferunt īmolare precipitur, si fœtus biceps aut manicus in utero esset, uel interaneis exulceratis appareret, exta eiusmodi, iminentiū malorum nuncia esse creditum est. Dracones in extis apparuisse letum fecere auspicium. Contra Graccho sacrificanti ad exta irrepsisse adeso iocinere, necē futuram & iminens fatum protenderūt, que mox subsequta sunt. Exta quoq; de sacrificantis manu, ab aquila fuisse rapta, tam efficaci auspicio fuere, ut nullum presentius aut felicius fuerit. Si tamē e manu decidissent, uel uiscera cruore infecta essent, aut liuida, nigriscq; distincta maculis, uel si omentū & mēbrana uiscera continens hians foret, aut sanguine suffusa, indubiā necē et fatale exitium protenderunt, quale Crasso euenit, cum contra parthos dusturus lustraret exercitum, documēto futuræ magnæ calamitatis. Precisa uero hostiarum capita suum sanguinē aut exta lambere. Pyrro sacrificāti, obitū luctuosum & fœdos euētus designaruut. Idem Cymoni formicarū cateruas sanguinem uictimæ corripuisse adnotarunt, ferunt tamen diuinādi periti, sanguinem uictimæ crassiorē & calidiorem, efficaciorem uim portendere, qui uero tenuior esset & frigidior, maiorem habere intelligentiam. Estq; inter exem

Universidad de Deusto
Biblioteca

pla preciſum caput uictimæ fluctu maris abſortum atq; exta nõ cõpatuiſſe, Callicratidi lacedemonio interitũ uitæ actuliſſe. Subit tamen illa reputatio, ue teribus tradi monumẽtis Galli naceorũ fibras maxime diis gratas uideri ſicut Talparũ, magi ueriſſima dicunt, illiſq; haud ſecus q̃ ſolẽni uictima pulchere rime litari. Hec enim ſunt exta argutiſſima in quibus diuina mens ineſſe cre ditur. Fuiſſeq; Cypriorũ inuẽtũ ex ſuillis extis fieri diuinationẽ, quodq; niſi ex ſana uictima neq; litari nec futura prenoſci poterant. Ea uero exta quæ ni hil habent diuinationis, queq; expianti non litant, tanq̃ ſine nutu, nulloq; af flatu diuino muta dicuntur quibus non eſſe litatum notabatur. Q ue autem multum felicitatis & fortunæ pollicentur regalia dicta ſunt. Apud magos ue ro Talparum exta & ranarum cuẽtus fortunatos, nõnunq̃ magnos caſus pre dicere crediderunt. Cumq; cætera uiſcera detractis extis poſtq̃ litatũ erat are impoſita igni darentur, ipſa tamẽ exta nunq̃ elixa ſed uero decocta apponebã tur, ſola tamen arietis exta aqua elixa ſacris epulis apponũtur. Neptũno uero & fluctibus cum ſacra faciunt mare ingreſſuri, aliquando ipſam hoſtiam non nũq̃ cruda exta in mare porriciũt & uina infundunt. Illud utiq; non ab re fue rit meminiſſe quod periti rerum literis adnotarunt, ſingulis uiſceribus homi nũ ſuam uim & affectus inatos fuiſſe, Iccirco homines ſplene ridere, felle ira ſci, iecore amare, corde ſapere, & timere.

Cõſualia. Equiria & ludi Apollinares, quando a Romanis fierẽt, quo ue mo do diti ſacra fiant & quo tempore. Caput XXVI.

ROmulũ urbis conditorem pace cum finitimis parta, Neptũ no equeſtri ſolẽnes feciſſe ludos, conſualiaq; appellaſſe in q̃ bus ſabinas rapuit, authores memorant. Fuit enim cõſus conſilii deus cuius ara in circo maximo undiq; aggeſta hu mo abdita erat, quod arcanum eſſe conſiliũ putarunt, quã aram cũ ludos celebrant, omnibus adire fas eſt, reliquo ãni tempore non eſt licitũ, in qua Romani ſacrificiis igneis aliiſq; ſolemnibus fe ſtos agere dies aſſuerant, quæ feriæ publicæ dictæ ſunt, in quibus ſacris uicti ma erat mulus, quoniam id genus quadrupedum primũ uehiculo iunctum fuiſſe credunt, eoquod lunæ uehiculum traherent, equoſq; et aſinos coronis ſertiſq; exornare & feriari neq; illos labori admictere mos erat, quod inſtitu ta nauigatione cum omnium generum merces nauibus aduehantur, ocium quodãmodo iumentis & remiſſio data ſit, uel quod equos primum Neptũ nus domuerat & equitandi artem inuenerat, quare Hyppius dicebatur. Huic ſextili menſe die octaua poſt decimã equeſtres ludos Romulũ inſtituiſſe fe runt, quarto ab urbe condita anno qua die raptas ſabinas uolunt, tam & ſi menſe martio

menſe Martio primũ conſualia inſtituta eoq; tempore raptas ſabinas nõnulli teſtati ſint. Plericq; diis laribus dum Romani ludos celebrant, Romulum ſa binas rapuiſſe dicunt. Erat ergo is ludus ut equi, & muli iuncti & ſoluti in circo maximo magno ſpectantium ſtudio currerẽt. Q ui uero fuerit raptarũ numerus inter authores diſcrepat, quidam non ultra triginta fuiſſe tradunt, quæ curiis nomina dedere, nõnulli quingentas, plericq; ſeptẽ & uiginti ut Va lerius Ancias, alii ſexcentas & tres ſupra octuaginta, preterq; ludos Conſua les, marti quoq; in martio cãpo idẽ Romulus ludos inſtituit quos ab equo curſu equiria nũcupauit, qui ſi quando alluuione Tyberis inũdaſſet cãpum, In Celio monte ubi Martialis campus erat, colebantur, ſicut ui fluminis inũ dato Circo maximo, extra portam collinã ad ædẽ ueneris Herycinæ Apol linares celebrarunt. Erant enim ludi Apollinares ex predicto Martianorum Carminũ quibus Cãnenſis clades preſcripta fuit, bello punico ſecundo uicto riæ cauſa inſtituti. Alii a. Cor. Sylla pretore urbis ex reſponſo Martianorũ fratrum a quibus fata Romanorũ preſcripta erant, inuentos dicunt fuiſſe. In quibus decem uiri Apollini boue aurata & duabus capris auratis, Latoneq; boue aurata ſacra Greco ritu facere aſſuerant, quos pretore preſidente, popu lum laureatum ſpectaſſe, Apollini pro cuiuſq; copiis ſtipe data. T. liuius au thor eſt. Cumq; antea incerto die fierent. P. licinius Varus prætor urbis legẽ tulit ut dies ante tertio noñ quintiles, his ludis ſtatus foret, iſq; in perpetuum ſacer haberi ceptus eſt. Inquorum celebritate, matronas ſpectatæ pudicitiæ in propatulo æpulari, omniq; cerimoniarũ genere feſtum diem agere ꝓdũt, pueroſq; manibus amplexos pſallere & hymnos Apollini canere, ſicut Dia næ uirgines. Q ue quidem equiria ſingulis annis xii. kl̃as Maias in circo ma ximo celebrarunt, qui dies cerealibus incurrebat, in quibus poſt equos, uul pes ſtipulis alligate accenſa flama curſitabant. Præterq; aram Conſi que in Circo fuit, ab acceſſu hominum ſemota, etiam ara Dytis & proſerpinæ in lo co abdito in Martio campo ad Tarentum colebatur, locum denominatum quod ibi Tyberis ripas tereret, qui Rumon propterea dictus & ſerra, ad quã ratus erat acceſſus hominum. Diis enim inferis aram non a terra ſublimem ſed ſub effoſſa humo ſtatui decere putabant, ad quam ex præcepto Sybillini carminis, altero & quinquageſimo anno ab urbe condita ſacra & ludos inſti tutos memorãt, ad eamq; ter ãnis ſingulis acceſſum placãdis manibus pate re. Videlicet poſtridie uulcanalia & ãte ſexto Idus Nouẽbris & ãte tertio noñ octobris. Apud Heleos uero Plutonis templũ ſemel tantum patefit & q̃is patens nulli introire licitum eſt, Sicionii quoq; ſemel ãnis ſingulis Eumeni dum prope Aſopũ diem agunt & ſacrum faciunt. Cumq; humanis capiti bus prius dytem placarent poſtea ab Hercule admoniti, hominum ſimula cra uictimas dederunt, Obſeruatũq; fuit, ut ſterilibus pecudibus & Iuuencis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac uino, melle, lacte, & sanguine. Dyti sacra fiant, Q uāq̄ Nūme legibus in feris diis uina libare, uetaretur, his uerbis uino rogū ne respergito: Eas quidē aras quæ plerūq; geminæ fuerūt & pares, dum sacra faciūt sicut reliquas inferorum nigris uictis aut ceruleis ornāt & cupresso, Cūq; pecudes immolāt spirantē cruorē in effossam terram mictūt, Vinūq; lac & mel una infundunt, uisceraq; cæsæ uictimæ ter circum aras ducūt, igne accēso, hoc piaculari sacro inferos euocari arbitrati. Inualuitq; mos ut infernis diis facturi sacra pares uictimas easq; sinistra immolēt, & cum manes expiādi sunt pocula libent, rogumq; uino aut sepulchrum cōuersa manu inspergāt, in quibus litasse piaculum erat: nigrasq; hostias immolēt, uinaq; effundāt, uasaq; in ignem mictāt, uisceraq; igni appolita, oleo inspergāt. Q uippe dyti sacra exhibētes cui omia perdere propriū est: lignaq; sterilia, e sepulchris eruta atro igni apponāt, neq; oriēte luce ut superis sed noctu uel meridie aut decrescēte die, hostiā immolare cōuenit, capite ita cōstituto ut terram nō celum spectet. Cūq; in deorum sacris quirem diuinam facit corporis prius ablutione purgetur, inferis qui funebria exhibiturus est, ommissa ablutione leui tātum spatgitur ramo. Est tamē fabii Seruiliani pōtificis Max. disciplina traditum ut atro die, manibus parentare nō liceret, ne infesti manes fierēt. Q uia cum in his sacris Ianum & Iouē prefari necesse sit, quem atro die aduocare piaculare est, eo die solēni precatiōe uti & inferis sacrū facere uetabatur. Hi tamen ludi ad Tarentū seculares dicti qui non stato die, sed a prima origine, singulis cātum ānis ex precepto Sybillinorum carminū fiebant, quorū author Valerius publicola fuit, qui primus cæsis atris bobus, Dyti maribus proserpinæ feminis, trinoctio ludos ad Terētum fecit. Proditur tamen decretum inter pontifices, ut si defunto cadaueri iusta quispiam exhibere uult, & an humatū esset in dubium ueniret, satis haberēt si quibusdam sacris precationibusq; exhibitis, glebam absenti cadaueri aut terram iicerēt, terq; iniecto puluere, alabe erroris cadauer, manesq; expiatos ducerent. Atq; si operto humo cadauere, os exceptum fuisset, donec purgetur, inhumatum uideri. Est quoq; notatum in æde libitinæ ea quæ humandis corporibus usui sunt Romanos uenditare, qui nisi mēse exacto & ueteri ac Februario mense, mortuis dare inferias solebant. Delphi uero apud aram Epithymbiæ ueneris manes euocabant, & defuntis parentabant. Græci autem paucis a morte diebus feralia litabant defunctis obsequia, obseruatūq;. Vt reliquo corpore combusto plerūq; digitum mēbrum ue, aut crines seponerēt, quibus tanq̄ cadaueri iuxta persoluerēt & parentarēt. Exteris uero gentibus diuersa parētatio fuit. Nāq; Apud Platheēses manibus perēptorum ciuiū dabātur inferiæ. ut precedēte tibicine uehicula multa lauro & myrto fulca, cum coronis sequātur, mox, lactis uini & olei libationes succedāt, deinde purpurā indutus princeps cuius ductu res gerūtur, exclusis seruis, mactato ante pyrā

to ante pyram tauro ubi Iouē & Mercuriū adorasset, manes illorum qui pro patria cecidērāt ad cenam aduocet. Postea Cratere merum libans, se defuncto rum manibus propinare asseueret, Hoc modo illos uelut claro preconio exciros expiari opinati, Achyllis uero manes in Sygeo nisi nudos & unguentis delibutos citra sepulchrum decurrentes, nudos expiare compertū est. A pud Albanos, manibus defunctorū parentare aut iusta persoluere nulli permictitur quod defunctos humana ope, putabant non egere. Essedones purgatū defuncti caput inaurant, illiq; quot annis hostias mactāt, & iusta persoluūt. Augilæ qui ultra Cyrenem sunt, nullos deos preter defunctorū manes putabant, ab illis ubi tumulis incubuere p somnia responsa accipere opinati. Aegyptii dum manibus defunctorū parētant post preces oppleti lachrymis tumulum amplexantur & coronant, quibus mos erat, in insula quæ abalos dicitur ut siquo merso in flumine cadauer non appareret, centū annis illi funus facerent & ita manes expiarent. Delphi cum Pyrri tumulum nullo honore ātea coluissēt, postea cum didicissent, illū contra Gallos pro delphis affuisse pyrrhi manibus in posterum parentarunt. Delii uero pueri & puelle, hyperboreis uirginibus uita functis, tonsis crinibus parentasse dicuntur, quos fusis in uolutos supra illarum monumentum puelle deponunt, pueri uero in sæpulchris. Getarum lex erat manes uiri defuncti, non aliter nisi morte uxoris expiari, Ad Therei sepulchrum siqui parentant, aut imolant, ordei loco calculis utuntur, Romani uero floribus ornare sæpulchrum & sacrificio atq; æpulo defunctis parentare solent, nōnunq̄ ture & mero supplicare sine tibicine quibus inacie cesis, fuit tam ara q̄ ānua parentatio constituta. Et tam & si mense Februario, mortuis dare inferias consuessent. Decius tamē & brutus contra maiorū instituta Decembri mense parentabant, Proditurq; memoriæ Traianus Imperator, in ea domo qua Alexāder Macedo morte sublatus fuit eius manibus parentasse & sacrū fecisse: Maxima uero manium euocatio Homeri testimonio apud auernū traditur fuisse, in quo cæsis uictimis & carmine effuso manes defunctorū ab inferis per diras execrationes eliciūt. Mox tenuissima effigie & hominis simulacro sub noctē apparente, respōso accepto super quo cōsulturi uenerant, e conspectu imago, in auras, puncto temporis dilabitur: Notatūq; & illud. In deorum manium sacris & feralibus cenis, preter lentes & offas apium apponi, quibus qui sacris interant uescebantur, Neq; solū spectacula & ludos sed deorum sacrificia & manium parentationes, si quando minus rite exhibita, aut si non omnia iusta & sollennia seruata essent, ex leuibus ommissis causis aut plus iusto seruatis secundo & tertio ac sæpius, ueteres instaurare & reficere consuesse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Que sacra expiationis causa a romanis seruabantur & quibus ex causis fierent, quæue apud exteros. Caput: XXV.

INter plurima sacra quæ uetus religio habuit, quædam solēnia & stata fuerunt, quæ eodem stilo modoq; indici semper & seruari solita sunt, quorum ritus & cerimonias transgredi aut omittere nulli fas erat. Siquidem si lapidibus pluisset nouem dialis semper sacro expiatum fuit, hoc enim sacrū nouem dies colebatur, quod uel prætor urbanus uel Pontifex Maximus ex Senatus decreto indicebat, Idq; uel celesti uoce in albano missa uel aruspicum monitu. Si uero celestes minæ terrores ue, aut tetra enunciarentur prodigia, formidinesq;, uel si terribilis species, aut quid nouum & inopinatum oblatum esset, ut cum duo uisi soles, faces ue de celo collusissent, aut crinita sidera insigni nouitate, uel igneus turbo atq; insolita mūdi facies fulsisset. Strepitus ue armorum de celo auditus, & ingentibus procellis effusus imber foret, uel misto sanguine tyberis fluxisset, tectaq; publica ædes ue deorum de celo tacta essent, aut alia terribilia mōstra & prodigia celestia ostentātia minas apparerēt, his auertendis terroribus, piacularibus sacrificiis factis ad placādas deorum iras, uel feriæ indicebant, aut lectisternia tribus stratis lectis Ioui Vulcano & Mineruæ (siquidem hi iactus fulminum possidebat) nō nunq; ludorū celebritate, decreto pontificum procurabantur. Fiebant enim supplicationes cum solēni precatione urbe tota, circa omnia delubra fanaq; & puluinaria in quibus honos diis dabatur. Senatoresq; & patricii cum coniugibus & liberis, plerumq; coronati, nōnunq; omnes tribus & ordines preeunte Pontifice Maximo, aliqn̄ duumuiris p̄cedētibus pueris ingenuis, & liberrimis ac uirginibus patrimis & matrimis coronatis uel laureā tenētibus manu, uoce modulata pronūciantibus carmen prelata pompa, frequentes supplicare, & pacē deū exposcere solebant. Græci uero si quando territi malis, supplicabant, uetustū carmen inter uota, precesq; cani uidebant, hoc tenore. Beatorum antiquissima sanitas in omni tempore tecum sum. Quæ quidem puluinaria apparatæ lecticæ diuorum erāt, in quibus numina pro maiestate iuxta aras sublimia extabant, quibus fasciculi ex uerbenis strupi uocati, pro capitibus locabantur. Hæ quoq; supplicationes si quod iustum bellum in exteras nationes indictū aut si pro aris focisq; & deorum templis ac solo patrio pugnādum foret, ut eas res populo Romano, sociisq;, ac nomini latino bene et fœliciter eueniret, utq; bonis auspiciis ac diis bene iuuantibus arma sumerent. Ac uictoribus bello uiris, ob res feliciter ductu eorum gestas, in quibus grates diis agebant, mulieresq; eximios cultus, uiri pretextas atq; amplissima ornamēta sumebāt, a Senatu maximi muneris loco, sæpe tributæ sunt, modo plurium diērum modo paucorum

paucorum pro ut magnifice gesta & prosperi successus postulabant. Diuo Iulio in expeditione gallica contra quos multiplici clade dimicatum est, ob claras pugnas quindecim dierum supplicatio decreta fuit. Et Decius Brutus ob profligatū Antoniū bello mutinensi quod antea contigit nulli, quinquaginta dierū supplicationes meruit. Cicero quoq; in Senatu. C. Octauio ob res feliciter gestas per omnia templa fanaq; pariter quinquaginta dierum supplicationes decreuit. In quibus grandes natu matres manibus amplexæ & uiri semotim coronati, procedere, & cum bonis precationibus & faustis ominibus ad templa conuenire & diis gratias agere solebant. In his quoq; præcipue ciues letari quod uitulari dixere, delubra patere, aras sacrificiis fumare, honoresq; ac donis cumulari, nōnunq; uinū & tus publice dari legimus. Fuitq; supplicatio aliquando prerogatiua triumphi. Nam quibus ob res bene gestas supplicationes decretæ sunt, haud multo post feliciter confectis bellis, a Senatu speciosos triumphos datos comperimus, obseruatūq; ut quocies obsecrationes supplicationesq; aut lectisternia indicebantur, a iurgiis & litibus tēperarent, uinctisq; uincula demerent. Et tam & si, ob rei militaris facinora aut partam uictoriam supplicatio decerni soleret duci absenti, uni tamen Ciceroni togato & presenti, quod rem publicā, e coniuratorum manibus eripuerat & ciues conseruarat supplicatio decreta fuit. Estq; aīaduersum plerumq; a matronis quibus uiri essent Iunoni supplicatū primū in Capitolio, deinde in mari proximo unde hausta aqua templū & simulacrum inspergebant. Post alio quot uero ætates defluxis moribus & collapsa disciplina militari, ob leuissimas sæpe causas & quæ ad rē. pu. uix pertinerēt supplicatiōes decretas inuenimus. Quippe Neroni obrecitationē carminū in theatro, uel ob fugas ciuiū infandas & ob publicas clades quod seuitū esset in noxios, bona, & leuibus de causis sepe decreuit supplicationē Senatus. Nā quoties fugas aut cædes iussisset Nero, toties diis grates habitas authores referūt. Fuitq; ista uaga & popularis supplicatio. Grecis aūt ob prosperos successus & partā de hostibus uictoriā, rarēter supplicatio, sæpius epulū p̄ singulas tribus publice dari & ludi īdici solebāt: Sicuti n̄ supplicatio p̄insignibus factis dabat, apd Atheniēses seruatū est, ut uasa aurea & argētea in pōpis efferrēt, & sacra decernerēt, quasi hoc magnificū laudatiōis munus foret. Si uero semimares aut insoliti animalium partus & alia monstra informia edita essent, iusso fœtu exportari & in mare uel flumen deiici, a ter nouenis uirginibus, carmē per urbē canebat, donū deinde Iunoni ferebatur. Quod si bubo uel lupus cellam Iouis aut Capitolium intrasset, propter id prodigium Thedæ, aut uictimæ, nōnunq; sulphuris & aquæ lustratione urbem aut capitoliū expiarunt & lustrarunt, quæ uictima amburbialis dicta. Licet singulo perfecto quinquēnio, per censores urbem lustrari, Sue, oue, & tauro, aut uerre, tauro, & ariete, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

circũ lucebantur quæ ſoli taurilia uocantur inueniamus. In quo fuit conſtitutum ut menſe Februario quo tempore urbs luſtratur, februo qui luſtrationi preeſt in primis litarent & ſacrum facerent. Mox Cenſor in magna ordinum frequentia deos imperii præſides ſolemni precatione aduocaret, ut rem Romanã, urbes templa, fines, aquas perpetuo ſeruarẽt incolumes, & proſperos ſucceſſus darent, dubiiſq; conatibus adeſſent: malaq; auerrũcarẽt, uotaq; in ſequentem luſtrum promicteret, circumq; urbis pomeriũ ſereno celo. Põtifices, flamines, & omnes augures, ſacrificuli & uates, veſtales uirgines, galli ſacerdotes, ſeptem uiri æpulonum, quindecem uiri ſacrorum, & ſalii, ſequentibus patribus: & omni plebe gabino ritu cum ſolemni precatione procederent. Cumq; in precationis carmine cum luſtrum conderent: antea rogarẽtur: ut dii imortales rem Romanã uolentes propicii propagarent: & amplioꝛem facerent, poſtea aucto propagatoq; late imperio ad ſummũ culmen. Scipio Emilianus Cenſor, in condendo luſtro: non ut ampliorem facerent: ſed tantum ut rem Romanã ſeruarent incolumẽ Rogari iuſſit: tanq; ad ultimũ amplitudinis prouecta eſſet. Manſitq; diu mos: ut in omni precatione cum pro populo facerent: pro Senatu quoq; & quiritibus precarẽtur. Neq; fas eſſet in ſolẽni prece: ſine altero alterũ nomiare. Sicut Athenienſes ut refert Theopõpus cũ uota diis effunderẽt Chiis & ſibi proſpera precabant. Et in Panagyris quæ ſingulis quinquẽniis fiebãt: per preconẽ ſibi & plateenſibus bona precari uſurparũt. Deinde Philippo ſubirati ꝓpter continuas clades & belli mala decreto ſanxerũt, ut quoties ſacerdotes proſpera Athenienſi populo ſociiſq; & exercitui precabantur, toties Philippum, liberos, terreſtres naualeſq; copias atq; omnẽ Macedoniã, exiciali carmine & diris imprecationibus deteſtarentur. Nero tamẽ dum iſtmi opus auſpicatur, in prefationis carmine ſibi tantum & populo Romano bona precatus fuit, diſſimulata Senatus mentione. Vtq; cum luſtrum fieret, publicus luctus populo minueretur, quia in publica leticia, illuue & luctu fœdari non decebat. Sulphur quoq; luſtrationibus adhiberi pleriq; uolunt. Fuit enim religioſum maximeq; ualuit procurandis religionibus ad expiandas ſuffitu domos, quæ luſtratio in rebus pluribus fiebat ob incolumitatẽ. Nã uitula pcedẽte, aut agna coronata. Meſſis, ager, fundus, terra, grex uel pecus ter circum luſtrabat, proſequente agreſtium turba cum fiſtula, ſolemniq; pſaltatu & clamoribus, deũ deamq; cui ſacra fiunt inuocante, uti morbos, uaſtitudinem, calamitates & intemperies prohiberent, frumentaq; grandire & bene uenire ſinerent, paſtores pecoraq; ſeruarent. Quod quidem ambaruale ſacrũ etiam tutandis imperii finibus fiebat. Primus enim imperii finis, feſti locus, ad quintũ ſextum ue lapidẽ ab urbe notabatur. Mox lauini ubi diis patriis Romani reges pro ſalute urbis ſacrũ facere aſſuerãt. Poſtea Anco regnante, uſq; ad mare imperiũ prolatum,

oſtiaq; in hora tyberis condita. Tempore deinde procedente, longe dilato auctoq; imperio poſt magnos progreſſus aliis in locis, ubi fines Romani imperii erant, pontifices uno ſimul tempore uelut in patrio ſolo ſacrũ cõcelebrãt, & ambaruale uictimã fecerunt. Donec Romani iperii terminus a Gadibus ad mare rubrũ & occeanum, ab oriente ad Euphratẽ quo lucullus pceſſit, & Oruros, quo ductu Pompeii magni Romana ſigna illata ſunt, imperii terminus propagatus fuit, a meridiano uero ad tractum Lybiæ & ad Septentrionẽ ad Renum & hiſtrum, qui quidem latius proceſſerunt, q̃ Cyri imperiũ fuiſſe tradit, cuius regnũ terminos habuit, ab oriẽte mare rubrum, ad ſeptẽtrionẽ pontũ euxinũ, ad occidentẽ Cyprũ & Egyptũ, ad meridiem uero Ethiopiã. Si tñ ager luſtrãdus foret, ita luſtrabat, ut Iunoni & Ianoui no libarẽt prius, mox Martẽ patrẽ ut ſciens uolensq; propitius adeſſet ſibi & familiæ aduocarẽt, agrũq; perfecto ſacrificio luſtrarent. Apud Grecos urbs exemplo epimenidis luſtrabat, ut binas oues nigri & candidi uelleris ex Vrbe pago ue quo ire uellent, liberas dimicterent, ſubſequtis cuſtodibus, qui illas ubicũq; accubuiſſent, benefacienti deo imolarent, Gallis uero luſtrandi urbẽ uſus erat ut hoiem purioribus cibis ãno ſaginarẽt, ac feſto die, urbe tota circũ ductũ extra pomeriũ educerent, eumq; mox lapidibus obruerẽt. Si aũt oues luſtrarentur obſeruatũ eſt, ut paſtor ſummo diluculo aqua illas inſpergeret & ſulphure, herbaq; ſabina & lauro igne ſuccenſis circũ ouilia ſuffumigaret, cũq; ſacro carmine milio & libo cũ lacte & ſapa pali ſacra faceret, quo ſuffitu, pecora expiari & morbos depelli ac diras tabes exterminari putarũt. Quod ſi exercitus luſtrãdus eſſet, is inſtructus, pcedẽte Sue aut hirco, oue & tauro, in cãpo Martio luſtrabat, armatoſq; milites pedites eqteſq; lauro coronatos rẽ diuinã & luſtrale ſacrificiũ facere oportebat, ſubdiuo ut fuit a Seruio inſtitutũ, qui hoc luſtrationis genus inuenit primus, quẽ diẽ armi luſtrũ nũcupãt in quo id magnopere ſeruat, ut qui hoſtias ducũt eligãtur bonis nominibus, inde certa omina & felices ſucceſſus toto exercitui captantes. Manſitq; conſtitutum ut cum exercitus & caſtra luſtrabãtur, triticum militibus pro cuiuſq; contubernio daretur, & ſingulis dracmæ muneraq; & donatiuũ. Votaq; in proximũ luſtrũ exoluenda duces promicterent. Macedonibus uero inter diuiſam hoſtiã priorẽ ad dextrã poſteriorẽ ad leuã uiæ, aut diſciſſæ canis uiſcera, armatas copias & exercitum traducere, inſtructo paratoq; milite precedere, & ſimulacrum pugnæ edere. Cumq; cohorte regia, & omni belli apparatu arma ab ultima origine Regum proferre & ſacrum piaculare facere, luſtrãdimos fuit. Xerxes autem milite detrectante militiam in duas partes diſſecto, exercitum traduxit, & hac uictima execrabili milites luſtrauit: & crimina expiauit. Si uero claſſes naualeſq; copiæ luſtrarentur: diſpoſita claſſe in littore: aram quæ mari abluebatur conſtruere conenit: in qua ſacerdos

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes uictimas cedecent, mox cit cumſtante exercitu ceſam uictimam atq; exta per claſſem in lictore diſpoſitam nauiculis circũferrent, cum ſolemni carmine & precatione. Ducibus una inſidentibus in ſcaphis, diuiſæq; hoſtiæ partem in mare cum uiſceribus porricerent, partem uero flãmis adolerẽt, eo modo claſſem luſtrari & calamitates depelli opinati, Rogus quoq; militari more luſtrabatur, ut inſtructæ armataeq; acies ter circum incenſam pyram ubi defunctos in acie cremabant, arma quatientes cum luctu & lamentabili carmine, nunc frena & baltheos, nũc galeas & criſtas, ſæpius enſes & arma ſpoliaq; in ignem mictetent, & cum tripudiis decurrerent, hoſtiiſq; ad rogũ ímolatis inferias occiſorum manibus darent, flãmaq; extincta occiſorum cineres multo harenæ aggere cumularent, cum tot urne ſingulis non ſufficerẽt. Curias quoq; & populum purgari accepimus, ut excerptum uitulum ex forde bouis ímolatæ utero (ſicut in fordicidiis mos eſt) per ueſtalem natu grandiorem igni comburerent, exq; illius cinere & equi ſanguine aduſtiſq; fabarũ ſtipulis ſuffimen fieret quo populus & curiæ pallilibus purgantur, quod quidẽ in tẽplo Veſtæ præcipua cura ad dubios caſus & in certa fortunæ ſeruabaſ, hoc modo ab infortuniis populũ uniuerſum expiari putantes. Preter quæ, tubi luſtria ueteres celebrarũt diebus quibus Martio mẽſe tubæ ſacrorũ in atrio ſaturio laſtrabantur. Somnia quoq; meticuloſa & curas, fluminis ablutione purgari & faſcinationes ſaliua ieiuna repelli ueteri ſuperſtitione creditũ eſt. Apud Athenienſes & Lydos ſacrũ piaculare fit, ut cõtiones theatra & populum minutis porcellis luſtrent p periſtyarchos, & ita calamitates auerterẽt & auerrũcarẽt. Sed quod eſt de ſulphure dictum idem de lauro & uerbenaca cõpertum eſt, ſiquidem uerbena & laurus, ſufficionibus frequẽs fuit, propter religionem animo incuſſam quod qui aliquo eſſent piaculo polluti ſæpius ſulphure nõnunq; aqua, ouo, igni, uerbena & lauro expiantur, tres enim iſte ſpecies ueteribus fuere uſu frequentes, aut enim theda & ſulphure purgari uel aqua ablui uel aere uentilari ſolebant, quod Homeri teſtimonio a grecis ſeruatum legimus, apud quem Vlyxes eedem procorum igne & ſulphure expiari iuſſit, & Oreſtes aqua quæ ſeptem fluminibus confundebatur ablutus, dimiſit furorem, quam marinã eſſe conuenit, cum propter uim igneam magnopere purgationibus conſentanea putetur. namq; mari ſæpe expiantur q̃ uiolata ſunt. Troezeni quoq; ut a materna cede Oreſtem expiarent, ex Hippocrene aquã adhibuerũt, Inter reliquas uero expiatiões, prodit rarũ expiadi genus. Vt qui deos ſibi iratos & nũq̃ propicios cerneret, lintheatus lucernã et lauꝛ manu tenẽs, genibus obrepere debeat, et uocibus acclamaſ, numiaq; ſibi irata palã pfiteri. Ipſam uero laurũ cũ ſufficiõibus & magicæ adhibeſ, accẽdere & igni admoueſ cõuenit, q̃ ſi admota ſonãtius crepit haud dubie ppicia numia deſignauit. Si uero nullo murmure tacet, ifelicitatẽ, aliter in prophanis uſibus oleã aut laurũ cõburere, infandi auſpicii erat, pterq; lautũ etiã myrtũ ſufficionibus addiderunt. Oleũq; & bitumẽ marina inſperſũ aqua admiſto ſulphure atq; æs in luſtrationibus expiationibuſq; adhiberi compertũ eſt. maximaq; dabatur opera ne quibus diebus, urbs populus ue excidium aut calamitatem inſignem paſſi fuiſſent, luſtrum quoquo modo fieret, quia fœdo exitu, & graui ſtrage omnia caſura putabantur. Quod ſi bouem aliud ue animal loqutum, aut hoc genus portenta nunciata forent, ueteris inſtituti erat, ſub diuo Senatũ & patrũ conciliũ haberi, quod expiationis genus putarunt. Fiebat enim Senatus non in roſtris neq; in curia, ubi habeſ frequẽs. Sed in loco aprico & patenti celo, ab auguribus tñ inaugurato, ne itritum Senatus conſultum fieret. Si uero terra ingenti concuſſa motu, aut urbs agri ue contremiſcerent, quod raro euenire & magna portẽdere dixerũt. Sæpius ſupplicationem in triduum decreuere, duum uitis preeuntibus, nonnunq̃ ut ex una familia, omnes coronati ſupplicarent, uel ferias pter urbanus egris leuãdis mentibus indiceret, contione aduocata. Nomen uero dei cui ſacrum fieret ſupprimebat, utq; a iurgiis & litibus temperarent admonebat. Fuitq; aliquando uerſum nunq̃ urbem Romam tremuiſſe quin alicuius futuri mali prenunciũ eſſet. Vtq; ſemel motu terræ enunciato, pro quo feriæ indictæ, conceptæ ue erant, alium terremotum eadem die nemo enũciaret, quod fœdum & magni diſcriminis foret. Cur autem dei nomen cui ſacrum fieret ſupprimebãt, illud cauſæ traditur, quod cum telluris motorẽ certũ deum qui eam uim haberet ueteres nõ dignoſcerẽt, illũ qui huic rei preeſſet, nũcupare pontificales uetarũt libri, & ne ancipiti eſtimatione ferrent, aliumq; pro alio deũ colerẽt, aut nõ offenſum numẽ placarẽt, facius duxere, dei nomẽ cui ſacra fierẽt ſupprimere, q̃ illũ fruſtra aut perperã nominare? Illud uero nõ eſt ab re dixiſſe qd apud Athenienſes ſeruatũ legimus, ut ſiqua enuciarent monſtra quæ expiatione egerẽt. Agyis id eſt ueſtibulariis diis in ſemitis uiarũ ſacra exhiberẽt. Quare Agyleus Apollo colebatur eximie, ut ſi id bene & feliciter caſurum eſſet, proſperos ſucceſſus darent, & promiſſa firmarent atq; admictterent. Si uero moles aliq̃ iſtaret mali, aditu inhibito & obſepto auerterẽt & auerrũcarent.

Quæ affinitas cum Sex Tarquinio ſuperbi filio, & quæ Collatino cũ Bruto & Lucreciæ cum utroq; fuerit. Caput XXVII.

SVper Ouidii Naſonis uerſu de faſtis ſecundo, ubi Lucretia Sex Tarquiniũ ſuperbi filiũ ſingulari ſcelere & audacia domi excepit, hoſtem pro hoſpite, cum illius ſtuprandæ, mala eum libido cepiſſet, dũ inquit. Comiter eccipit ſanguine iunctus erat. Quo iure cognatiõis lucretia Sex Tarquinio iungeret. Et qd Iunio Bruto q Tarquiniũ regno eiecit affinitatis cum lucretia fuerit, apd ſtudioſos, aio tũc ocioſo & remiſſo iter circulares iocos q̃

Universidad de Deusto
Biblioteca

rebatur, ſuperuacua tunc forſan diſputatione. Cunq; nonnulli ob incertam cognationē Tarquinii Collatini, & Egerii, ancipiti eſtimatione ferrent. Nos in re obſcura ob uetuſtatem dum cognationis gradum per omnia exempla colligimus, inuenimus Iunium brutum Tarquinia ſorore ſuperbi Regis natū, ut pote ex ſorore genitum Superbo nepotem fuiſſe. Collatinus uero cui lucretia nupta fuit, cum Egerii filius foret, ſiue ut nonnulli tradunt nepos, Ipſeq; Egerius cū Tarqnii priſci frater fuerit, nihil ambigit q̄ ſi Tarquinius priſcus ſupbo auus extitit, quin Collatinus nepos Egerii, frater Patruelis ſupbo, & Sexto auunculus fiat. Q uod ſi Egeriū Collarino patrē dicamus ſuiſſe, pro ut frequens opinio eſt, haud dubie Collatinus Superbo nō frater ſed uelut ex fratre aui natus, maior auūculus foret, Inuicemq; Sex Tarquinius, Collatino pro nepos fieret. Lucrecia uero eo gradu quo Sex Tarqnius Collatino ſanguine iunctus erat, eodem affinitatis iure Sextū actingeret. Q uod ſi Collatinus & Brutus ex duabus Tarquinii ſororibus editi ſint, pro ut aliī cēſent, nulla controuerſia eſt, quin Collatinus & brutus arctiſſimo gradu coniuncti fiant. Ipſeq; ſextus Lucretiæ nepos ſit. Si autē Tarquinius priſcus Superbo, non auus ſed pater fuit ut multi exequti ſunt. Collatinus Egerii filius, & ſuperbus uelut ex duobus germanis prognati, fratres patrueles erunt, Lucreciaq; Collatini uxor, nulla dubitatio foret, quin Sexto auuncula cēſeatur, Interq; Sextum & lucreciam iura ſummæ neceſſitudinis forent. Hic eſt enim ille Brutus omnium ſermone celebratus, qui legum & liberatis, ſummus author & uindex, cum furere ſe ſimulaſſet, latentem animum nimium diu reconditū ſuo tempore detexit, magnificaq; oratione non uecordis & dementis auunculo imperium abrogauit. Populuſq; Romanus auſpicium imperiūq;, ſequti ſuum, ex graui ſeruitio & dominatu regio ſe in libertatem uendicauit. Sed quod de Iunio Bruto qui Tarquinium regno eiecit, Idem de decio Bruto qui conſpirans cum Caſſio necem C. Cæſari intulere, ducesq; & aſſertores Romanæ Maieſtatis fuere, factum comperimus, Siquidem hic propiore affinitate Cæſari q̄ Iunius Brutus Tarquinio iunctus fuit, non enim nepos ut ille ſed filius eſſe creditus eſt. Nam cum Seruilia ſoror Vticenſis mater Bruti fuerit, cum qua adoleſcens Cæſar conſuetudinem non ſine probro habuiſſe fertur, cumq; eo tempore Brutus ex Seruilia natus foret, haud dubie Cæſaris filius uulgo habitus eſt. Q uod ipſum Cæſarem, die cædis ſuæ cum undiq; infeſtis mucronibus appeteretur dixiſſe ferunt. Iunia uero tertia Soror Bruti Caſſio nupta fuit. Portia autem Catonis filia mulier non muliebris ſpiritus, cum Bruto nupſiſſet, cum miris modis et ſuper omniū amorum ardores amaſſe fertur, ex qua Bibulum tulit. Q uæ cum poſt afflictas fortunas Bruti necem audiſſet, cum mori animo deſtinaſſet, idq; fixum ſtatutumq; haberet, & ne uim ſibi afferret uetita arma fuiſſent, ea preſentia ani-

mi fuit, ut clauſo cubiculi oſtio, ne cuius interuentus facinus moraretur, ingēſo carbone & ſibi in fauces indito, memor generis & Romani noīs, necē ſibi ipſa conſciuit, tantus uigor animi ingeniiq; fuit. Tantiq; ſpiritus mulier admonitu patris, qui pariter manus ſibi mortifero uulnere intulerat fuiſſe creditа eſt. In qua quidem re ſubit recordatio, ueteribus literis & annalium monumentis extare. Q uod tam & ſi apud uarias gentes, uim ſibi afferre & necem ſua ſponte conſciſſere, dignum laude & magni fuerit habitum. Apud Thebanos tamen qui mortem ſibi conſciuit, nulla fuit laude dignus, quin potius id crimini dabatur & probo, eoq; facinore pudendam inſciciam & impericiam coarguebat ſuam, uelut ſui carnifex inmaniſq; naturæ foret. Atheniēſes uero cum necem quiſq̄ ſibi manu conſciuiſſet, defuncto cadaueri manum tanq̄ facinoroſam abſcidunt. Illamq; diuiſam a corpore inhumatā relinqūt, reliqum uero cadauer humo tegūt. Q uod Platonis documentum fuit, qui cenſuit, optimum quemq; infracto animo uim fortunæ, & incurſus calamitatum potius ferre, & nili cum dies promiſſus aduenerit, neminē iniuſſu dei mortem ſibi conſciſſere, aut ante tempus fato fungi oportere, Idq; magnificentius preclariuſq; uideri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALEXANDRI DE ALEXANDRO IVRIS CONSVLTI. NEAPOLITANI. GENIALIVM DIERVM. LIBER SEXTVS.

Locus ex tertio Ciceronis de officiis, quid uenditor emptori prestare teneatur cum Sigismundo in suburbano discussus. Caput. I.

VM SIGISMVNDO. Fulginate uiro docto & multarum rerum cognitione claro, uetus mihi a prima adolescentia consuetudo fuit. Is quanq̃ multis rerum ac
c cionibus pluribusq; muneribus apud pontifices magno usui foret, si quando tamē negotiis pausa fieret, quod uix illi contingere poterat, ut in tanta mole rerum ab īmodi eo labore conquiesceret, Id quod ocii dabatur lectioni clarorum uirorum aut suorū temporū scribendis annalibus, rebusq; uel pace uel bello gestis, perlibenter exhibebat. Nonnūq̃ in suo prediolo in monte Janiculo, miro prospectu & collibus ameno ubi ædiculas habebat, cum amicis se recipiebat, ibiq; lepidis iucundisq; sermonibus, id quod erat laxamenti una familiarissime conferebat. Prestabat nonnūq̃ nobis ipse cenulam ut nō nimis insolentem sic profecto sobriam & modestam ac temporibus cōsentaneam, & ut erat ipse comis facilisq; natura, ita facilem nobis victum, non exquisitis ualde obsoniis apparabat. Siquidem asparagos altiles acido uino & pipere conditos cum iusculo tepidulo, ac ferculum cucurbitæ, cum immatura uua ibidē expressa & decocta largo succu quibus per libenter uescebatur, obsonia nobis exhibebat, addebat etiam pyrum pomūq; persicum miro odore flagrātia. Post cenulam uero si quando ocium erat a negociis ut animo uacaret, illius sermonibus & congressu spectatæ uirtutis ac pacis artibus & ingenio clari uiri diutius perfruebar. Fotte autem cum æstiuo āni tempore post meridianis horis, eius rogatu accersituq; ad eum uentitaremus, eundē ad aqualem perspicuo liquore & frigore manātem, per roseta, arbusculasq; undiq; thopiario opere dispositas perq; hortēsia ablaqueata, & lectissima uireta nacti sumus, aderant ibi complures honesti adolescentes, latinæ grecæq; eloquentiæ professores, cum quibus de literarum studiis per q̃ libēter sermocinabatur, quos ipse minutis questiunculis uariæ eruditiōis diuersimode exercebat. Inter quos adolescens

adolescens quispiam indolis bone, libellum Ciceronis de officiis tertiū lectitabat. Præterq; multa ad edictum edilium pertinentia quæ ex fide bona emptorem uenditori prestare oportere censuit, hec legebantur. Si pestilētes ædes quis uendat, quæ salubres habeantur, aut in quibus serpentes sint, teneri uenditorem ex edicto ædilū id quod dolo uendiderat recipere, emptoriq; prætū reddere, Idem si in ānonæ caritate frumentum aliquo aduexerim, solutq; ego sciam multos illuc frumenta aduecturos, ita ut illorum aduentu inopiā paulo post leuaturi sint, illa me etiam nota facere, neq; subticendū, ut taciturnitate mea capiantur, pluriscq; q̃ equm sit frumentum ego uendam, omnia denique uenditor sciat emptor ignoret in distrahendis rebus ex bona fide prestari oportere, & pleraq; hoc genus perocunde lectitabat. Cumq; hæc, & multa in hanc sententiam ille legisset. Quonam inquit Sigismundus istud accidat modo, ut uenditor ea quæ diuersa & longe aliena sunt, in distrahēdis meribus prestare teneatur, equidem ignoro. Nā ut in re quam distrahere quispiā uult, quid morbi uiciiq; sit emptori uenditor palam facere debeat, puto ad edictum edilium pertinere, ut si seruus fur erro ue sit, aut equs ealce uel bos cornu petere soleat, aut quod nunc Cicero dixit, ædes pestilentes sint habeantq; salubres, uel quid occulti uicii latentisq; morbi sit, illud enūciari debere facile inquit adsenserim, quæ uero extrinsecus manent in casu posita, illa per uenditorem predici, ad eaq; edictum ædilium, leges ue ullas extēdi, nequaq̃ inquit mihi quisq̃ persuadet. Ideo se mirari Ciceronē qui tanq̃ aliquid morbi uiciiq; in esset in re uendita, per inde id quod postea euenturum, & in casu & fortuna situm esset, per uenditorē prenūciari uoluerit. Cumq; ex his qui assistebāt quidam ætate grauis & in literis satis proficiens, se arbitrari respōdisset, quod sicut quedam quæ ad morbū uiciumq; rei uenditæ uix pertinent, sed tamen quo uis modo pro futura sunt nosse, ediles ne emptores capiantur, a uenditoribus enūciari & palam fieri mandauerūt, ita hoc quoq; iussisse. Sicut inquit uetus edictum ædiliū fuit, ne ueteranus seruus pro nouicio ueneat etiā, si nullo morbo uicioq; affectus sit. Vtq; si mulus castratus sit, tam & si æque bonus, emptorem non latere uoluerunt. Ita si sciam aliquos in summa frumenti inopia, paulo post annonæ caritatem leuaturos, illa a me prenosci debere, ne fraudis occasio detur, pariter censuerunt, atq; ex æquo & bono iusserunt, ut quod proscribenti liquet, etiam si forte euenturum sit, enūciari debeat, ne quod uenditor sciat emptor ignoret. Nunq̃ inquit Sigismūs id mihi in mentem uenire posset, neq; quisq̃ mihi argumentis defendet, ut edictum edilitū, hoc cōprehendere cēseam, ut euenta negociorum quæ temere & fortuito futura sunt, per uenditorem predici debeant, quæ si reticeantur redibicioni propterea locus sit, cum istud asserere, summæ mihi uideatur inprobitatis & insciiæ. Cumq; ex me quid mihi probaretur exquireret, respondi magni referre in

Universidad de Deusto
Biblioteca

re, de qua agitur, quid morbi uiciiq; esset enũciare, an quæ casu futura sint predicere & diuinare. Q uæ enim insunt in re, quæ distrahitur, & ad ipsius pertinent notionem, quã uenditor ante presensit, ut si quo morbo uicioq; laboret, uel labe afficiatur, ex edicto edilium, nota facere iubemur emptori, quæ uero pendent a casu & fortuna, & diuersa sunt, nullis nos legibus aut edictis cogi enũciare. Q uid enim interest mea, si nauis ex Asia ueniens huc merces allatura & paulo post arctissimã ãnonam leuatura sit, dũ modo in re de qua agitur nihil dolo malo factum sit. Alioqui dicendum foret, an frumenti olei & uini quod distrahere quispiam uolet, ãnona uel caritas eo ãno futura sit, uĩ si canchri sidere, aut uastitatæ seu alia frugum peste, aut ira deum, fata interitura, uel hostium strage uel Casmate ea res deperitura sit, quod ut uidetis nõ est in re de qua agitur sed in casu posicum, & illa prædicere profecto ridiculũ foret. Nã quod edicto edilium cautum est, ut prestetur a uenditore, nequid in re proscripta uicii, lateat ne ue quid ueri retiecatur, aut fictũ quid accersitum ue aliquid sit aliunde, & quod stetur pacti & cõuenti formulæ, satis esse lege ꝓspectum, ne quid uicii latentis supptimatur quod ipse sciat, emptor ignoret. Alioqui ipsum redibitorio iudicio teneri certum est, idq; nõ adeo seuere & restricte iure ciuili traditum esse. Sed parce & molliter. Q uippe siquid uenditor dixit, cõmendãdæ suæ mercis causa. Illud prestari ædiles non coegere, ut si seruũ frugi, dicto audientem esse, uenditor dixerit, quæ enim comendandæ mercis causa in uenditionibus dicũtur, uenditorem non obligant. Neq; enim constituta auctione ita quis proscribit, fundum sterilem, aut domũ pestilentẽ uendo. At si dicat seruum literatum artificem, Nomẽclatorem, Arithmetricum, fabrum aut textorem quo pluris ueneat, id prestare proculdubio cogit. Preterea in re modica decipi emptorem posse, etiam iureconsulti uoluere. Nõ enim redibitorio iudicio teneri dixerunt, eum qui pluris aliquanto rem distraxit, q̃ quanti estimata sit. Siquidem res bona fide uendita, propter minima rẽ inempta fieri non debet. Sed ubi ita imenso mercatur quispiam, ut magnam pati iacturam necesse habeat, tunc redibitioni locum fore, edicto ediliũ cautũ fuisse. Q uod si ita est, huic sententiæ conuenit, hocq; argumento coniuncimur. Vt neq; eum qui nauem huc frumentũ aduecturam, cuius aduentus ãnonæ caritatẽ & arctos cõmeatus leuaturus sit, neq; eum qui frumenta diripi, agros uastari, uel ãnum aduersum frugibus, longe ante presenserit & minime enũciarit, redibitorio iudicio teneri arbitrer. Cũ hæc nõ insint in re quæ ꝓscribitur, sed in euentu fortunæ. Et quod nunc Cicero inquit, eum qui rem distrahit debere etiam que aliunde futura sunt enũciare, ut si nauẽ huc frumẽtum aduecturã sciat, quo uilitas ãnonæ, consecutura aut uenditæ merces uiliores future sint, emptori predicete, profecto eo pertinere crediderim ut precipi intelligamus ab eo qui ex intimo artificio uirũ bonum instituit & ira instituit ut ne

fuit ut ne minima quidem in re quo uis pretestu contra iura legesq; contraq; humani generis societatem aliquid admissurus sit, non eum qui de ciuilibus actionibus quantũq; moribus legibusq; permissum sit, inquirat. Q uæstioni diu res fuit, quid uirum bonũ quid ciuilem & politicũ deceat. Viro enim bono hoc datur, ut ubiq; sanctus ubiq; castus, honesti cultor, pius & integer sit, cuius ne erratum quidem minimũ fuerit, ne dicam uicium, qui nullo malo perterritus nulla calamitate uictus fortunæ cedat, nihil expetat nihil dicat, nihil faciat in uita nisi summa cum laude & dignitate, in nulla re delinquat, nullius rei peniteat. Seruetq; fœdera humani generis ita inuiolata in magnis minimisq; rebus, ut ne minima quidem conscientie labe detineatur. Ciuilem uero dixere hominẽ, qui legum iudiciorũq; metuens, quantũ moribus legibusq; tributum est, id tanto temperamento agit, ut quo ad fieri possit nihil perperam aut in consulte admissurus sit, qui sua prouidentia, relligione, fide, quanq; ratione prouideri potuit, rei publice & ciuium saluti consulat, legibus pareat, patriam tueatur, proximos amet, refrenet libidines & indomitas cupiditates, uerecundiam seruet, atq; etiam si in aliquo delinquit, id tamen agit, ut ei uitia officiat, humaniq; generis fœdera q̃ minimũ ledat. Q uippe eũ nos optimũ dicimus cui pauciora desunt. Q uæ cum ita sint non fuit ab re, ut sanctus iste homo tam defecato animo & tã integer, quem nos magis fingimus q̃ inuenimus, non modo siquid esset in re uicii. Sed & siquid aliunde futurũ putaret, ut nullam officii partem deserat (q̃uis minimũ) predicere teneatur. Hæc nos cum Sigismũdo fulginate, ingenii magni & spectatæ uirtutis uiro flagrante diei estu, incredibili suauitate differebamus.

Q ue maxima fuerint oracula, quæ ue templa celebria apud pleraſq; gẽtes, in magna religione & cultu. Caput II.

INter oracula quæ apud Græcos Afrosq; præcipuo cultu fuerunt, ad quæ homines uentitabant. Delphicum in terris clarissimũ fuisse cultu & religione longe excellẽs uno oium testimonio traditum est. Fuit enim Delphos totius orbis umbilicus, cõmune humani generis oraculum. In monte parnasso excelso et prerupte alte sita ciuitas, nullis mœnibus sed trĩ abruptis rupibus saxisq; munita, arduo & difficili ascensu, in quo Nisa ciuitas libero consecrata. Cyrra uero ad montis radices iuxta mare. Erat autem Parnasus phocidis mons in Boeocia in duos diuisus colles. Cythorea ethiampeũ quoq; alter libero. Apollini alter dicati fuere. Helycon uero musis in Cythoronis autẽ uertice Sphatticarum nimpharũ antrũ colebatur q mõs iuxta Olympũ situs erat, supra quem olympi editissimus uertex decem fere sta

Universidad de Deusto
Biblioteca

diis attollebantur. Q ui eiusdem nominis mons & in Macedonia & in Thes
salia, Missia, Cylicia, Elyde & Archadia excelsus quidem actollitur. Templū
uero intra urbis ambitum fuit, quod pariter non manu extructa, sed natiua
precipicia muniuere aditu difficili & angusto. Q uippe quē ex quinq; lapidi
bus tantū uelut mole obiecta obstructum ferant. In medio aūt exigua pla
nicies & iea hiatus, ex quo uentus & acer spiritus manās, mentes uatū in ue
cordiā uertit. Eoq; spiritu ex imo specu ædito quasi diuino afflatu phebas in
tripode stans, mente furibunda statis diebus quibus fari licet consulentibus
responsa canit. Licet ferant Apollinē sex mensibus apud Lycios sex apud de
lum uaticinari, reliqua uero oracula aliquando Idibus nōnunq; klis: nunc die
oriente nunc desinente responsa dabāt, quæ a mulieribus tantū quæ erant tē
pliuates uaticinatis in modū ferebantur, in quo id precipuū fuit ut qui oracu
lum consulit breui admodū oratione quid uelit exposcat, utq; nullum latine
edatur oraculum, neq; ædi prius q̄ ab imo dum sacrificant tota uictima con
tremiscat. Nec capitis cōmotionem satis esse, sed omnibus illam partibus qua
ti oporter̄. In quo proditur memoriæ, cum infasto die pythiam reluctatem et
inuitam Alexander cogeret, illam ut coactam quod esset inuictus respondis
se quod pro omine acceptum uetidico presagio futuræ magnitudinis prenun
cium fecit, in eo quidem remplo, Apollinis simulacrum fuit humana effigie.
In Delo Draconis, in lycia uero lupi. Q uam urbem python ob interfectū
Pythonem dictam cōperimus. Nam & Pythius Apollo, & Pythia festa, &
ludi pythii, & ipsa uates pythia dicta, & Pytheū oraculi locus. Sparthæ quo
q; Pythios nūcupant qui delphos ad consulendum oraculū mictebantur, q
publice cum Regibus cibaria habent & uescunt̄ una. Huc ex omni orbe pra
ua religione incussa, qua se hominū uanitas cōfundebat, uiri principali digni
tate insignes frequentes consultum ibant, eaq; ex omnibus uera & longe cla
rissima oracula habita sunt. Q uare regum populorūq; amplissimis donis,
muneribusq; & multarū urbium thesauris refertum templū fuit. Inter quos
Agillinorū & Spinensium non in postremis gazæ fuere. Q uod quidem cū
cta oracula antiquitate excellebat. Proximū huic fertur, Dodonei Iouis ora
culum. Dodona enim ampla in Epyro ciuitas & satis florens habita. Epirus
autem Mollossorum regnū erat, templum uero iuxta nemus Ioui sacrum in
quo arbores responsa dare dicebantur, omnibus circa populis sanctū, a pelas
gis constructum & paludibus circūfusum, quercusq; uocales illic fuisse fama
uulgauit, ad quas ut indubiis casibus responsa acciperent, capti superstitione
homines religiose accedebant. Fuitq; ptoditum memoriæ, quercui Dodoneæ
famulantes diuinādi facultatem accipere. Solisq; Boeotiis si quando consulto
opus foret, uiros responsa dare. Primāq; fagum & columbā dodonæ uatici
natā, quotiesq; oraculum edebatur lebetes æneos ad numerū sine casu sue cō

sulto tinitus

sulto tinitus edere canoros. In quo Deucaliō & pyrra desinētibus aquis post
diluuiū consedisse & numen cōsuluisse perhibētur. Subinde Alexander Epi
ri rex eodem oraculo monitus, ut urbem Pandosiam & amnē Acherusium
tāq; fatalia loca uitaret in responsis habuit, Oraculi fortē de his quæ in The
sprotis essent intelligere arbittatus. Q ui cum infestissimas gentes in bruciis
armis petit, & belli iure uastat, apud eiusdem nominis loca, infanda strage ui
ctus, oraculi fidem uerā impleuit. Q uod quidem templū Philippus Mace
do uelut īmanis predo sicut pleraq; omni rapinarū genere uastauit, & incen
dit. Vasaq; & quæ preciosa erant īmisso exercitu diripuit. In eo quoq; fons sa
cer uisebatur qui cū faces accensas extingueret, admotas procul accendit. Ter
tium uero Didimei Apollinis oraculum antiquissimum & multi nominis ha
betur quod Brancidarum nūcupant, Brancus enim Thessalus fuit Apollini
dilectus & filius habitus quem interfectum dolens templo & diuinitate sacra
uit. Is autem Apollo Mylesius dictus. Est autem Myletus totius Ioniæ ca
put. Templum uero ad decem & octo stadia ab urbe a lictore aūt uiginti ab
erat, maxima mole & profusis sumptibus extructum, auctūq; amplissimis
donis. Q uod Xerses deorum hominūq; contemptor dum innumerabilibus
copiis Greciæ bellum parat nulla religione aut deum uerecūdia sicut multa in
cendiis & ruinis deformauit, templumq; & aras euertit. Annis deinde interce
dentibus Mylesii oraculo moniti uberiori impensa illud omniū maximum &
dignum tanto numine restaurarūt, ita ut ob magnitudinem fastigio estruen
do nullæ contignationes suffecerint. Q uartum in urbe Buti latonæ oracu
lum inclytum diuiciis memorant. Vrbs autē Buti in egypto contra nili ostiū
quod Sebeneticum dicitur. Templum uero media in urbe situm omnibus
circa populis sanctum & cerimoniis sacrum erat, porticum habens decem pas
sibus altā in quo oraculū cābysi redditū est. In Ecbatanis illū decessurū, am
biguo noie decepto cū alteræ apd̄ Syros alteræ in medis essent. Delii quoq;
sortes & oracula indubia semper habita sunt. Fuit autem Delos una ex Cy,
cladibus cui nomen ortigia. Edes uero mari īminebat a qua proximus in Eu
boeam traiectus erat, quinq; enim passuum millibus ab Tanacra aberat. Ta
nacra aūt in Euboea uetus tradit̄ ciuitas, In quo qdē tēplo lp̄m Apollinē na
tū & alitū fabulant̄, tātæ religiōis, ut ne Persæ qdē cū īnumerabilibus copiis
bellū parāt, et omnia belli iure uastant, uiolētas aut sacrilegas admouere ma
nus ausi fuerint, in cuius ara nullū īmolari aīal proditū est. Q uare morbo &
pestilēti cōtagiōe coacti delii, id decreto sanxerūt, ne hoies defūctos ibi crema
rēt, neue sepellirēt, neq; in delo canes alerēt, scilicet ut ab oī cede īsula īmunis
foret. Cumq; oraculo moniti Athenienses Delum expiarent, hoc expiatio
nis genus inuenere ut cadauera sepulchris condita inde eruerent, atq; edixere,
nequis in Delo moreretur neue quis homo nasceretur. Sed morituri & pa

Universidad de Deusto
Biblioteca

rituræ mulieres in Rrenā insulam Delo proximā transmigrarēt. Cuius aræ hoc proditur mirū & monstrificum, ut ex dextris cornibus animalium mira arte compactis erecta fuerit. Sicut Thebis aram Apollinis Spodii ex sacrificio rum cineribus constructam ferunt unde cognomen tulit, quam nōnulli inter orbis miracula adnumerāt, ad quam cum accessisset Pythagoras ipsum ob religionem adorasse fertur, & ne aram sanguine fœderat hostiam immolare noluit, sed frumento ordeo & placenta signe inc sacrum fecit. Quæ insula tantæ sanctitudinis habita est, ut ad eam quot ānis Athenienses tacti religione uariis mercibus onustam nauim mitterent, quo tempore, quēq uinciri aut supplicio affici religioni fuit, donec rediret nauis. Cūq cætera responsa Apollinis sub nubilo uerborum & sensu ambiguo redderentur, sola Delii oracula nullo tegmento exposita atq aperta fuere. Etiam in Attica ara Iouis supremi exemplo haud dissimili traditur, ad quam nihil conuenit animatū immolari. Sed uariis libamentis & bellariis absq uino sacrificarur. In Paphiæ quoq Veneris ara, licet ex cæsis hostiis captentur auspicia, illic tamen sanguinem effundere non decebat, igne enim puro & precibus tantum altaria adolent, in cuius sacris certissima edoxę fibris fides habita semp. In Pathara quoq lyciæ, oraculū Apollinis & delubrū magnæ felicitatis fert in quo sex ānis mēsibus responsa dant, quæ lyciæ sortes dictæ. Eo enim excellētiæ creuit, ut opibus & fide delphico haud absimile fuerit. Præter quæ, Amphiarai & Trophonii oracula Græcis inclitæ religionis fuere, ea enim uetustate & fide precipua habita sunt. Fuit enim Amphiaraus diuinus uates, cui oropii diuinos honores primi decreuere, edēq illi cādido marmore dedere, quē tanto cultu studioq Grecia honorauit, ut inter deos illū reciperet. In eoq solo ac sede ubi humatus sepultusq est, certissima responsa daret, que quidem in somnis edebantur. Nam post purgationem & sacrificia diis quorum nomina in ara insculpta erant, mactato ariete pellem substernebant, in qua incubantes, somnia captabant, illorum significatus & euenta mox interpretati. Eratq publica constitutiōe sancitum ut in Amphiarai templo nullus Thebanus obdormisceret, aut uaticinaretur. Fons quoq in eo uisebatur ad quem qui accepto oraculo morbo leuabantur, argentum & aurum signatum mictere tenebantur. Apud Canopum quoq in templo Serapis. Et in fano pasiphaæ & in pergamo Esculapii, atq in Narbaca apud Hyrcanos oracula pariter ex somniis edebantur, & apud Troezenos Ardali ara, in qua somnio & musis immolabatur, quiq responsa accipiunt integrum diem a cibo, a uino autem tridui abstinere conuenit, a quibus edita sors olim Mardonio fuit, qua contra Sparthanos in acie pugnans occubuit. Quibus quidem oraculis populi omnes ceca opinione ducti, tantum fidei dedere, ut eorū responsis moniti seuientes tempestates & prælia uitasse credantur. Quod quidem Amphiarai

templū in Attica. Trophonii uero apud Thebas Boetiæ fuit, a Cadmo ut diciturcō ditas Bachi & Herculis patriam, quas Alexāder Macedo, diruit, ciuis bussub corona uenūdatis, quæ ἐπίπραστοι dicte sunt, quæ ciuitas iuxta Magnesiam & Thessaliā haud longe a mari sita est, ubi Trophonii oraculū multi nominis, qui cū a Boeociis de Thebano bello consuleretur ibiq res diuina fieret, Gallos gallinaceos perpetim ceciniſſe ferūt, quo cōcentu Thebanis insignis uictoria predicta fuit. Aliæ uero Thebæ in Aegypto fuere in regiōe Thebaida ἑκατόμπυλοι quas nōnulli Heliopolim pleriq Thebas dixere, quæ ciuitas a busiri condita stadioxę centum quatraginta ambitu ferebat. Aliæ in Thessalia iuxta amphisum amnē, quæ Pthioticæ dicte. Et in lycia aliæ Thebe patria Andromedes. Aliæ iuxta Myletū, In Ionia quoq. In Syria. In Attica, Cathaonia & in Italia apud Lucanos Thebæ fuisse traduntur. Preter quod fuit Trophonii Iouis oraculum in lebadea Boeociæ in hiatu subterraneo tetro & horrido, imo & angusto recessu, ad quē scalis descensus erat, quo cōsulentes magnis difficultatibus descendere nudos, aut in ueste alba & lineo uel purpureo amiculo, placentasq lemuribus offerre oportebat, ne quo periculo forēt aut noxæ, haustoq oraculo per alium terre hiatum ad superiora niti. Inquo illud proditur mirum, eum qui post consultum oraculum inde digressus foret, animo semp afflicto & iacēti, nunq̄ ridere solitū esse, iuxta quod duo fontes uisebant alter lethæ cuius aquā descēsuri si hauriret, omniū darent obliuio, altet memoriæ ex cuius hausru, omnium quæ unq̄ uidisset recordatio subiret. Sicut Thasius duo uini genera nasci prodūtur alteręq quod somnū cōciliaret, alteręq quod fugaret. ipsius uero statua nō in tēplo sed in tumulo nimis edito uisebat, quæ ferreis obeliscis obsepta erat. Fuit quoq ultra Cyrenē in extimo sinu apud Garamātes Iouis Hāmonis augustissimū & antiqssimū oraculū in uastis solitudinibus & cāpis torridis succitate sterili ac nudo solo, ad quod sole exurēte estu flagrātissimo, per īmensas harenarum moles uastāq planiciem calore & siti infestā, uix iter cuiq̄ tolerabile fuit. Siquidē uentus eas sicut fluctus, nunc huc nūc illuc agitare, & cāpos uelut maria infestare solet, nubes enim pulueris uehit & fœda tempestate uexat, post quæ, nemus frequenti sylua oleaq & proceris arboribus fontibusq passim manātibus amenum in mediis arenis & situ arido haud plus quatraginta stadiorum oraculi sepra claudebat, ultra uero late deserta regio, uestigio humano in accessa. Circa uero Ammonii passim loca īcolūt. Ipse uero Ammō, hircino capite & pelle amictus mītis cerimoniis colebat. Hūc sacerdotes cū responsa petūt aurato nauigio uectare & patriū carmē canēt, eoq; ppiciatio petētibus responsa dare solebāt, quæ nō uerbis sed nutu signisq; subobscuris ab āmone edebāt. Quod q dē ad rātæ maiestatis fastigiū uenit, ut illuc post Cābysem Alexandrum macedonē per ingētes estus omni tractu sitiente, penetrasse, pro miraculo fuerit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Aegypto quoq; Apis oraculũ omniũ sermone celebratur, erat enim bos, qui & Serapis dictus, corpore niger, candida fronte, in tergore alba nota insignis, duplicibus pilis in cauda & lingua cantharo notatus, quem certos uitæ ānos excedere non licebat. Hunc in lacum demersum Aegyptii indicto iusticio ueste abscissa & laceratis crinibus defunctum plangebant, inuento uero mirifice letabantur, responsa autem dare non ut reliqua oracula solitus, sed si manu oblatum pabulũ sumsisset a consulentibus, secundos euentus atq; omnia prospera decernebat. Si uero abnueret, in dubio malo & memorādis, clades casura diuinabat. Ideo cum a Germanico pabulum oblatũ renuisset, funestum omen & indubiam necem, que paulo post sequta est prenũciauit. A Thenediis uero seruatum est, pregnantem uaccā enutriri cui ueluti puerperæ famulantur. Apud æthiopes gens est nubas uocant, & in Africa ptoembari quibus Regis uice canis dominatur, quem mirifice obseruant ex illius motu & nutu imperia & quæ sint placita augurantes. Persis quoq; ut author est Aristophanes aliquando Gallus regis uice prefuit, & imperitauit. Sed præter hæc oracula que augustissima & sancta habita sunt, templa quoq; diuiciis & sanctitate inclita præcipua celebrantur. In Grecia Olympii, in Arabia Triphili, in Cydonia dicti, in Alexandria louis Sinopitæ, In Lybia & Andro, Dionisii, In Epidauro Esculapii, in isthmo & Tenaro, Sumio Euboæ atq; Attica & Calabris Neptuni. In Acarnania Accii. In Claro Actio & leucade lycia & Sellenuntia Apollinis. In Capadocia, Bellonæ. In eademq; & Ionia atq; Epheso Dianæ, in Alycarnasso Mineruæ, in papho Veneris, in Bosphoro Apaturiæ, in Cipro Acreæ Veneris, in Locris proserpinæ, in Acaia & Catina Cereris. In Samo Argys Metapõto & i lucania Iunonis. Sed qđ est de Olympio dictũ, hoc tẽplũ in agro Pisano fuit, haud ꝓcul ab Elide, ante qđ lucus agresti olea cõsitus & stadiũ oĩum maximũ iuxta qđ Alpheus ꝑter fluẽs ex Archidia, mare ingredit. In fano aũt Iouis Triphili colũna ex solido auro multo æuo uetusta cũ titulis rex gestaq; sacrata uisebat, quã ipm Iouẽ statuisse ferũt. Acreæ uero ueneris tẽplũ mulieribus nec uidet nec adire fas est Sicut eunosti fanũ i tanagra adeo mulieribus iterdictũ fuit, ut siquo infortunio aut uastitate Thanagrei opprimerent, diligẽter ingrerẽt, ne qua mulier cõsulto aut casu tẽplo appropinquasset. Casthabilis Persicæ Dianæ fanũ tantæ fuit religiõis, ut illic dicatæ uirgines (qđ uix credí põt) sup prunas nudis pedibus ambulẽt in noxiæ, sicut in templo feroniæ super ignẽ afflati numine incedebãt, & ad montem Soracte familiæ quas Hirpias uocant super incensam struem insultabant impune, quibus perpetuo Senatus consulto uacatio numerum data est. In Acreæ autem Cereris tẽplo fons manat cerimoniis sacer, in quem grauiore morbo impliciti introspicientes, speculo in fontem demisso euenta ualitudinis internoscant. Sicut Trallibus in antro Charonio,

& apud Egyptios in Isidis, & in Melopidæ semideæ templo in bubasto, ab egrotis ualitudinis remedia in sommiis presciũtur. Fuitq; mos ut hi qui morbis leuari meruissẽt, remedia & qua curatione leuarentur in æde Esculapii uelut in albo proponerent, ut essent sempiterno monumento & ceteros exemplo iuuarent. Contrariæ uero religionis Catinensis cereris q̃ Acreæ sacrarium fuit, ad istud enim uiris accedere non licet. Sacra uero per mulieres ministrari & uirgines perfici solebant, cuius simulacrũ non modo tangere sed ne uidere quidẽ homini fas est. Samiæ aũt Iunonis dignum sua amplitudine templum inter septem orbis miracula adnumeratur, quod ad Vrbe haud plus uiginti stadiis aberat, In laciniæ Iunonis ara miracula affingunt, ut cineres in ara perflantibus uentis inmobiles maneant, sicut ara Veneris paphiæ sub pallustri celo nullis pluuiis humectatur. Metapontinæ Iunonis tẽplũ hoc ꝓmiraculo habuit, ut uitigineis colũnis fulciret. In lybia liberi patris tẽplũ & opidũ ab uno eodẽq; bis inueniri negant. Ephesie aũt Dianæ supra omniũ leculoꝝ memoriã celebratissima & augustissima ædes fuit, magnis effusionibus & profusissima ipensa a tota Asia cõstructa, septẽ stadiis ab urbe nudo & palustri solo. In cuius festo ānuo iuuenes primo flore ætatis & uirgines cultu excellẽti ꝓcedere ad tẽplũ prelata põpa, & festũ diẽ agere spõsaliaq; inuicẽ inire cõsuerãt. Delubrũ uero Neptũni in Achaia erectheũ cognominatũ hoc memorabile habuit ut aqua in puteo flante austro fluctuaret/ cæteris uero perflantibus uentis iaceret ímota/cui cõpar Aristoteles tradit de Pythopoli urbe ad Asceaniã paludem cuius putei hieme eliccantur: estate uero ad superficiem redundant. Et apud Gades in Herculis templo puteum inundante occeano eliccari/quod uero de Clario dicimus/est animaduertendũ. In claro Iouẽ Neptũnum & plutonem mundũ fuisse sortitos /qui mox nugis inumeris orbẽ impleuere/& Colophone in Apollíniis delubro uates mĺta aqua epota ex subiecta lacuna spũ diuino tactos respõsa dare. Sicut apđ ligireos in Thracia extimo adito libero cõsecrato plurimo mero exhausto ueluti numĩe afflatos uaticinari. Fuitq; aĩaduersum i Clario Apollinis nõ feminã ut delphis, sed certis e familiis sacerdotes aut ex Myleto accitos plerũq; literaꝝ ignaros hausta fontis aq̃ uaticinia referre. Et í Andro in tẽplo liberi patris manare fontẽ q nonis Ianuarii uini saporẽ hẽat, qđ si e cõspectu tẽpli auferat, rursus in aquã trãseat. Nec defuere q crederẽt apđ Heleos in Bachi festo qđ θυειν uocãt, tres lebetes in tẽplo sua spõte repleri uino. Et in Bysalcia tẽplũ Dyonisii esse, in quo cũ sacra persoluũtur, si grata deo sunt, mira lux effundit, cõtra uero miræ tenebre. Atq; in egyra nisi sanguine tauri epoto sacerdotẽ nõ uaticinari. Cui cõpar miraculũ fertur, Hierapolis antrũ esse, qđ cũ mortiferũ exalet, in eo interẽũt oĩa nisi execta, & quæ uirilitatẽ amisere. Et apud pothnias Bœociæ manare fontẽ ex quo equæ indigenæ haurientes concitentur in rabiem. Mirum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoq; quod circa Halicarnassum Antistiti Mineruæ euenire traditur, ut quo ties Amphictienſibus qui ea loca incolunt, aliquid aduerſi caſurum foret, grā dis illi naſcatur barba, quaſi eo portento futuras illis, calamitates deſponde ret. Sicut in terra Carya, mulieribus templo dicatis pilos in genis aut men to in naſci futuræ diuinationis ſignum erat.

Qui fuerint legati Conſulum uel prætorum quæ ue iuridictio aut illorum poteſtas ſit. Caput III.

COnſules deſignatos cum primū prouincias ſortiti eſſent, le gatos ſibi nominare, uelut comites expeditionis & adiutores negociorū, quorū ope conſilioq; niterentur, quiq; ipſorum uices gererent quoties abeſſe contingeret, uulgo notatū eſt. Q ui ſicut duo erant Conſules, ipſi duo pariter fuere, quos uel preſentes legebat Senatus, magna prudentia uiros ſum mis honoribus functos, uel abſentes nominabat, quibus poſt. Cos s. totius prouintiæ legionūq;, atq; exercitus curatio mandata eſt. Tam & ſi nōnullos a Conſulibus nominatos, ut pari uoto & una mēte, rem publicā adminiſtra rēt, ex decreto Senatus ſepiſſime legationis, munere functos legamus. Vnuſ quiſq; ergo Conſul ſuū legatū habebat, quo precipuo conſultore ac miniſtro conſiliorū, in rebus gerendis delectuq; habendo totaq; adminiſtranda puin cia utebatur, quorū conſilio & authoritate uel prælia ſuſcipiebāt uel bello ab ſtinebant, qui etiam decreta Conſulum & arcana conſilia ſæpiſſime exeque bātur cum fide & cura. Conſulibuſq; functis cōſulatu & finito magiſtratu, le gatos uelut legationis munere functos honore abire oportebat, qui quidem plerūq; ex plebe aut patribus, nōnunq; pretorii aut Conſulares fuere. Etiam pretores urbis quiq; antea conſulatum geſſiſſent, & magnos bello uiros fun ctos honoribus & triūphis homines fidos acceptoſq; legatiōis munere fun gi comperimus. Illorūq; procuratiōe & cura prouincias ab hoſtili incurſu de fenſas, & ſæpe in officio retentas fuiſſe, quorū etiam authoritas tam in admi niſtranda prouincia q; ducendo exercitu acieq; inſtruenda, & quādo eſſent ad moturi copias, tanti fuit, ut abſentibus, uel impeditis Conſulibus ſummā im perii tenerent. Conſiliorū & fortiū factorum ac meritæ uirtutis & ignauiæ cu iuſq;, qua cura, qua fide & diligentia quaq; diſciplina militari, duces exercitui & caſtris prefuiſſent, ſiquid fictum uanūq; aut parū integra ueritate afferrēt, lucupletiſſimi teſtes erant, ſoli deniq; geſta Cōſulū diligenti eſtimatione pe pendere, & penſitare debebāt. Tum Conſulibus laborātibus aut morbo im plicitis uel fato perfunctis ipſi ſupereſſe & munia obire poterant. Namq; ipſorum erat officiū fiduciariā rei publicæ operam dare, poſt. Cos. prætoꝛ

rem ue, non tamen ſdem iuris & poteſtatis habere, ne imperatorias ſibi par tes uendicarēt. Siquidem legati munus eſt, omnia ad preſcriptū imperiūq; Conſulis agere, Imperatoris uero ſummæ rei conſulere & liberū tenere impe rium, eo conſultore & miniſtro. M. Claudius legatus contra literas. L. Cor nelii Cos. de pugna aduerſus boios ad Senatum magnifice ſcriptas, priuatim de Conſulis negligigentia pluribus per literas ſignificauit, quæ illi mox exi tio criminiq; fuerunt. Namq; illū criminando effecit, quo minus. L. Corne lius de Boiis triumpharet. Ipſiuſq; denegati triumphi teſtimoniū legati, pre cipua cauſa fuit, Q uanq;. Cn. Mallius, conttadicentibus decē legatis in cri men adductus acta per ſe cauſa in Senatu, crimine abſolutus, de Gallogrecis magnifice triumpharit. Q uin etiam ſiquid per legatos in prouincia abſenti bus Coss. & dum eorū uicem gerūt fortiter ac dignū laude & triumpho ge ſtum foret, poterat ſine Conſule ſolus legatus ſuo iure & merito triumphare. De parthis & Pacoro Ventidius. M. Antonii legatus ſine Antonio licet no uo exemplo triumphauit. Caius etiam Marius legatus Metelli Conſulis, ip ſum criminando effecit, ut poſt habito Metello, de iugurta triumpharit, ante cuius currum, cum duobus filiis ductus eſt in triumpho. Q uin etiam patrē filio legatum fuiſſe, & fratrem fratri ſepiſſime cōpertū eſt. Q. Fabium Ma ximū: Q. filio Conſuli legatum aduerſus Sānites ad ſueſſulam obuiam pro diſſe, & cum experiri uellet an ſcret Conſulem agere, iuſſum ab eo obſequiū preſtitiſſe & equo deſcendiſſe, Authores memorant. P. cp Scipionē cui Afri cano fuit cognomē. Scipioni fratri aduerſus Antiochum Conſuli deſtinato legatū ueniſſe, tantūq; authoritate effeciſſe, ut uicto antiocho & pace Eume ni conceſſa, frater cuius legatus uenerat de Antiocho & omni Aſia triumpha rit, ob Aſiamq; aſe uictam Aſiatici cognomē reportarit. Illud quoq; notatū eſt, quoties Conſuli prorogatum fuiſſet imperiū etiam legati munus ad id tē pus diffundi ſæpe & prorogari. Aſiaduerſumq; & illud, a primis originibus le gatum proconſulis ſine equo ingredi conſueſſe. Poſtea uero a Seuero inſtitu tum, ut in uehiculis ſederēt, & ſiue morte obita ſiue caſu legatus, in prouincia eſſe deſiſſet, legationis munus ſolum Conſulem ſine Senatu dediſſe. Ipſūq; Conſulem aut Senatū unum plures ue legatos, Imperatori impedito qui ui cem ſuam gererent, & rebus gerendis ſufficerent ſæpius creauiſſe, comiteſq; expeditionis dediſſe. C. Cæſari Imperatori, cuius in re militari præcipua uir tus fuit, dum contra efferas gentes bellum parat, decem legatos cōſilii ſocios decreuit Senatus, quibus adiutoribus & miniſtris magnas res geſſiſſe fertur. Pompeius quoq; bello pyratico, cōtra tot p̄dones & cōmunes hoſtes omni genere rapinarū graſſantes, cum ſolus ſupreſſe nequiret, quinq; & uiginti le gatos accepit, tam & ſi aliquando ſolus ipſe legati munus obiret. Q. etiam ſuluio Conſuli graui uulnere affecto, cum exercitui & caſtris preeſſe nequiret

Universidad de Deusto
Biblioteca

aduersus Hānibilē. ex patrū decreto tres Legati additi fuere. Quinetiā in expeditionē iturū Consulē, plures et ultra sex Legatos Comites duxisse cōpertū est. quibus lictores cum fascibus pro muneris dignitate publice dabantur, q illis uelut publico magistratui præcedebāt. Sublequtis postea temporibus in tantū legatorum munus processit, & adid fastigii deuenit, ut quoties laborātibus prouinciis subsidia mictenda forent aut siquid publici priuatiq negotii maneret, ubi plurimū laboris & periculi impenderet, ea frequēs Senatus per legatos decerneret, illisq prouinciæ administrandæ, munus curamq delegaret, quæ libera dicta legatio est. Nam solisme Consule aut prætore legati munere fungebantur. Quæ etiā legatio a Senatu uel populo sæpissime dabatur his qui honestam proficiscendi causam aut pretextum fugæ per speciem honoris quærerēt, quo honoratius ecciperētur. Quin & scriptum legimus obseruatūq fuisse, legatos legionū non in Senatu modo sed a ducibus exercituū plerūq creari, qui singulis pluribusq legionibus prepositi, illarū administrationē curamq gererent, qui siquid per occationem & licentiā dignum aīaduersione admisissent, poterat eis legationis munus abrogari & de gradu deiici, quotiesq quæstor cum legato Consulis, cōcurrit, in eildem actionibus & pari causa, questor tanq plus ferat honoris, preponi solet. Nec modo Cos. sed & pretorem legatos in prouincia unū plures ue habere, quorum cōsilio ni terentur nisi prætores urbani forent, quibus nihil opus esse legatis censuerūt. Illud quoq proditū est, legatum qui in Africam accederet, siquid opere preciū aut dignū laude in prouincia admisisset, haud multo post, inculpatæ uitæ testimonio illam proconsulē administrasse. Tum si quādo in acie uel castris urgentibus hostibus consulto opus foret, per legatum qui summæ rerū preerat & primas tenebat, post Cos. rem ad Conciliū deferri, ubi legati legionum, primores centurionū questores Tribuniq & prefecti castrorū consultantes capita conferebant, & quicquid opus erat facto, cōmuni animo concilioq decernebant, & demū ut erant sententiæ legati iudicio imperioq sancieobant. Ab exteris uero Agesylaus proditur tanti legati munus fecisse, ut quamuis Imperator maximus legatorū tamē officia obire, non dubitarit.

Qui Magni dii, qui cōmunes aut indigetes dicti, quæ ue deorum cognomēta & Iunonis Romæ templa fuerint. Caput IIII.

Eorum quos prisci coluere, nomina potestatesq multiplices olim ueteres statuisse haud ambiguū est. Nam quidam ex his magni quos Grei θεους μεγαλους, uocant, pleriq cōmunes dicti sunt inferioris notæ. Magni fuere Iuppiter, Minerua, Mercurius, quos e Samothracia in Italiam Aeneas actulit. Alii maiorū gentiū deos duodecim statuere. Hi fuere, Iuno,

re Iuno, Vesta Minerua Ceres, Diana Venus, uirorū autem. Iuppiter, Mars Mercurius. Neptūnus, Vulcanus, Apollo, qui etiam dii penates, ab Enio appellati, magniq dicti, uel quod reliquos genere famaq precellerēt, uel qd infinitæ potestatis forent. M. Varro Celum & terras, principes deorū. Aegyptii Serapim & Isim. In latio Saturnum & Opim, pleriq deos penates magnos opinati sunt. Dixere aūt penates, per quos spiramus, & corporis & animi uires possidemus, Hos dicūt esse Iouem in medio Ethere Iunonē in imo, in summo uero Mineruā, Alii Apollinē & Neptūnum. Martem uero Bellonam & Victoriā, comunes & Visitatiores deos nūcupari, ea ut dicunt causa, quod omnibus presto sunt, & modo ab uno nunc ab alio beneficia conferri, & passim homines iuuari putāt. Nōnulli matrem deum, Solem, lunam. Plutonē & Martem, cōmunes dixere deos, quod hi ferme ab omnibus frequenti cultu, curaq obseruātur. Nam Perse ignem deū colunt. Scythæ precipuum deoq Martem, cui equos īmolant. Massagetæ & pæni Solē, & Iunā: Alii plutonem uelut præcipua numina uenerantur, Licet solem Persarū, lunā Græcorum præsidem nōnulli credant. Varro autē, qui magna hæc inquisitione collegit, ex omni deorum turba quos supra triginta millia fuisse autumat quosdam secluſit quos selectos nūcupauit, Hi fuere, Ianus, Iuppiter Saturnus, Mercurius, Mars, Apollo, Genius, Vulcanus, Sol, Neptunus liber, Orcus, Iuno, Tellus, Ceres, luna, Diana, Venus, & Vesta. Illosq selectos uelut usitatiora numina appellauit. Geniales uero deos multi putant. Aquā terrā ignem & aerem, his addunt Solem & lunā, exquibus seminibus gignūtur omnia, quibus natali die, quisq lacrum facit, quod gignendarū rerum uim haberent, qui genius deorū filius & parens hominum habetur. Tam & si binos genios ab ipso natali die cuiq mortali deorū munere dares, bonum scilicet & malū. Empedocles reputarit, menander unū. Alii Iunonē & Genium suum singulis dederunt, quasi presides & propugnatores. Lares quoq inter deos receptos fuisse, multorum testimonio probatur, quos antiqui inferiores dixere deos, qui priuatatū ædium triuiorum uiarūq atq urbis curam agunt, Ideo prestites nūcupari. Hos Egyptii quatuor fuisse putāt quos simul atq in lucem æditus fuisset homo, illius peruigilē curam agere opinātur quorū nomina Dymon, Tychis, Heros, & Anachis. Fuitq Platonis opinio homines qui summa integritate uixissent, post fata effici lares, Si uero improbi detestabilesq fuissent, lemures. Ipse enim trinas fecit deoq species, ex qbus unus est, summus primus & solus deus. Alteri medii quos Celicolas uocat. Tertii qui diis sunt minores, Celicolis maiores. Demones uero ministros deorū, custodes autem hominū putauit. Dii nempe ruris & agricolarum quos uitæ agrestis homines & rustici coluerunt, Hi ferunt. Iuppiter, Tellus, Sol & luna, Ceres, & liber, Rubigus & flora, Minerua & Ve

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus, Lympha & bonus euentus, qui morbos uaſtitudinẽ calamitatem intẽ/
periesq; depellunt. Preter hos fuere diiindigetes, qui ex hominibus in deorum
numerũ aſciti propter eximias belli paciſq; artes, quod de genere humano be
ne meritiessent, poſt mortem numinibus æquati celebrẽ poſteris memoriã,
reliquerũt, ut Hercules, & Aeneas quem uocant indigetẽ, Caſtor & pollux.
Eſculapius & Romulus atq; alii qui dum uixere functi laboribus, ob fortia
facinora generi humano exhibita, tanto honore habiti cultiq; ſunt, ut ex ho
minibus in deorũ cetum aſciti pro diis celebrarẽtur & colerentur, quos uelut
aſcripticios & nouos incolas poſt fata in celum receptos putauere, Fuit enim
hæc cõſentiens obſeruatio, præcipue apud Lacones, ut eximios preclaroſq;
uiros qui obuiam eundo periculis rẽ publicã auxiſſent, ob Egregia facinora
ciuibus & patriæ exhibita, ut gratiã meriti redderẽt, in deorũ ſedes receptos
conſecrarent & in celũ tollerent. Illiſq; diuinos honores & humano faſtigio
ampliora decernerent. Templaq; flammes puluinar & aras, ac ſedes inmor/
talitatis exhiberent. Greci uero propter beneficia, uiuentes etiam celo conſe/
crare, & imortalitatẽ donare conſueuerũt, quod Apotheoſim dixere. Sicut de
Platone & Ageſilao legimus, atq; aliis qui in cetu celeſtium recepti, in uita di/
uinos honores meruere, illiſq; certamina, ludos & ſacra ãniuerſaria dicarũt,
tanq̃ numinibus aut Heroibus, Illis preſertim qui Tyrãnos exegerunt aut
uindices libertatis fuerunt. Hiq; tanq̃ mortale faſtigium egreſſi omniũ con/
ſenſu in conſilio celeſtium aſciti pro diis haberi & coli cepti ſunt. Hinc etiam
Romani, Cæſares quorũ opera & uirtute res Romana creuit, & imperii fines
late propagati ſunt, poſt funera imortali memoria conſeruarunt, & in deos re
ceperunt, qui ob eternam gloriã dii indigetes dicti, nominibus plerũq; muta
tis & nouis cooptatis. Siquidem Romulus Quirinus, Ino Matuta, leucho
tea Albunea, Melicerta palemon & portunus, leda Nemeſis, Circe Marica,
Nerſilia Hora, Rhea deorum mater Idea Dindimena, Philena peſſimuncia,
& Cybeles ac Berecynthia dictæ ſunt. Indi uero Iouem pluuialem & Gan/
gem flumen, uelut indigetes deos, carmine incondito uenerantur, Meroitæ
Herculem Pana & iſim, Germani Tuiſtionem, deũ terra æditum & Mãnũ
filium, Aſtynphaliſii Achillem, Perſæ amanũ & Anandatũ, Veneti Diome
dem inſtar numinis habent, cui etiam candidum imolabant equũ. Sicut Egy
ptii Iſidem, Mauri Iubam, Pæni Vranũ, Macedones Gabyrũ, latini faunũ
Siculi Adranum, lybici pſaphonem, ne omnes percenſeã deos, Is enim pſa/
phon cum deſpectiſſimus eſſet & ultimæ notæ, uocales aues edocuit hæc uer
ba eloqui, Magnus deus pſaphon, quibus dimiſſis in lucos audita uoce apud
rudes populos eſt pro deo habitus. Traces zamolſin, Syri aſtartem Adad
& Agirtin, Arabes Dyaſarem, Horici Tibilineũ & Afri Celeſtum, Egionen
ſes macetanas deas, & gens iuxta Naucratim ægypti Theutum, uelut pre/
tiſſima numina

ſentiſſima numina coluerunt, qui omnes ex hominibus poſt funera diuinita/
te donati, diiq; indigetes poſt conſecrationẽ habiti ſunt. Quam quidẽ ſic fie
ri nouimus ut Imperatore qui referendus in deos & conſecrãdus erat, uita fun
cto, Pyram in tabernaculi formã conſtruerẽt, quod auro & ebore. Signiſq;
& tabulis pictis exornatũ mirifice, alio deſuper breuiori uſq; ad tertiã conti
gnationẽ erigebant, aquila cum omniũ odorum aggeſtu in ſummo culmine
locata. Lectoq; conſtrato purpura & auro, in quo defuncti effigies iacebat.
Senatus equeſter ordo ac uiri triũphales quiq; ampliſſimos honores geſſe/
rant procedentes lectum deferebãt in pyram, cum carmine & hymnis, omni
buſq; humanis diuiniſq; aggeſtis honoribus. Demũ incenſa pyra cum uapo
re & fumo aquila agitata/e ſummo culmine tabernaculi, aera peciſſet, religio
incuſſa fuit, Ipſius animã per inane celũ peciſſe ipſumq; defecato quod mor
tale erat & caducum, in numero celeſtium & cõcilio deorum recipi & haberi.
Quam cõſecrationem Apotheoſin Greci nũcuparunt, qui deinceps inter di
uos relatus pro deo colebatur. Fuitq; Senatus conſulto cautũ, ne quis ex Ce
ſaribus niſi ex decreto patrum inter deos referretur. Mirum tamẽ de Diocle/
tiano proditur, qui ſponte depoſito imperio, nonũ poſt ãnum, primus ſine
imperio populi iuſſu, patribus authoribus, celeſtes honores, & Apotheoſim
meruit. Et de Conſtantino maximo qui diuerſarum religionum aſſenſu, ab
Ethnicis inter diuos relatus fuit, & a Chriſtianis inter ſanctos. Feruntq; ma
gnũ illum Ageſylaum, cũ a Thaſiis apotheoſi honoratus & inter diuos rela/
tus fuiſſet uiuens, illos interogaſſe, ut ſi deos faciendi poteſtatem haberent,
prius ſe ipſos conſecrarent, poſtea ſe deificarent. Contra Empedocles, nã tan
to ſtudio captus fuit ut pro numine coleretur, ut in medium ethnæ incendiũ
uiuẽs ſe deiiceret, inter cæteros proditur Eutimus poeta locris oriundus, ora
culi iuſſu, uiuens cõſecratus, & inter diuos relatus. Patrios uero dixere deos
qui ſingulis urbibus preſunt, illarumq; preſides & propugnatores ſunt. Vt
Apollo & Minerua Athenis, Ilienſibus, & Gnoſiis, qui inde illam oriundã
fecunt, licet Alalchamenii ſuam dicant, Thebis Boeociis liber & Hercules, Iu
no Carthagini quam humano cruore placabant, eademq; Samo Sparthæ
et Micenis, atq; argis ubi nata fertur, Venus Cypro & Papho, Apollo Rho
diis, lemno Vulcanus, Naxus libero, Idẽq; Apollo delphis, Thenarus Ne/
ptũno, Cizicenis Pallas quod ea urbs pro dote illi fuerat, Thenediis Tenens
deus, Alabadenſibus Alabandus, Cretenſibus Diana, quam Brithomartẽ
uocant, Theſpienſibus & Parianis cupido. Romanis uero Mars, qui præci
puo honore inſignes a ſuis ciuibus colebantur eximie, quãuis numen quod
urbi preeſſet, palam facere nefas putarent, ne euocationes quæ ad auertenda
numina, quæ urbibus preſunt, fieri ab hoſtibus ſolent, ipſis aliquãdo inno/
teſcerent. Erat enim uetus mos, ut in urbium obſidione ubi ab ultimã dimi/

Universidad de Deusto
Biblioteca

cationem uentū esset, tutelares deos, sub quorum præsidio urbs foret, certo carmine & uerbis conceptis, in nouas sedes euocarēt, templaq; ampliora & solemnes aras illis promicterent, nefas opinati deos urbium præsides, urbe hostiliter directa uelut mancipia captiuos habere. Persis uero & Aegyptiis nullos patrios habere deos in usu fuit, quod euocationibus illos migrare ex oppidis & sine tutela deseri timerent. Alii uincla & Cathenas ānectebāt diis. Nō nulli sponsores a diis petebant, ne euocarentur & abirent. Tyrii enim obsidio ne pressi, Herculis Simulacrum quod magna religione colunt, ne urbem desereret, aurea cathena deuinxere, Neq; solum insignes urbes cōspicuæ magnitudinis, sed oppida pene deformata & modici uici, ne hostilis uastarentur incursu patrios deos coluisse feruntur, Siquidem Crustumini Deluentinū peculiarem habuere, Narniēses Viridianū, Asculani Ancariam, Volsinienses, Hurciam, Otriculani Valentiam, Sutrini quoq; Norciā. Sed tam & si peculiaris Iuno Carthagini fuerit & precipuum numē. Romæ tamen nō minoris obseruātiæ cultusq; habita est. Quippe q̄ cordi Romanis & q̄ regali magnificentia culta celebrataq; sit, illud argumento fuerit, quod post initū consulatum Consules: Iunoni Sospitæ sacrum faciunt. Quodq; singulorum mensiū kl's precipue martias suo numini dicarunt & sanctas habuerūt, quare matronalia dicta quod matronæ illas celebrāt, pro coniugiis & sacrum faciūt quodq; ea die Iunonis ædes colli cepta fuit, Sicut Aprili mense Veneri matronæ myrto coronatæ lauant, eius uariæ potestates & nomia fuere. Nā & Curetis, Iucina, Matrona, Regina & Opigena, quod parturientibus opem fert, Hera, Interduca, Cinxia, Hippia, a Tuscis Cipra, a laurentibus kalendaris, a Corynthiis Anetistos dicta est, quam & matrē deum nūcupant, alii pelasgā, Sicut Venus, Cypris, Adonis, Verticorda, Aphroditis, Ab Assyriis Milicta ab Arabibus Alicta, a Grecis pitho, ab Heleis Vrania, a Scythis Arginipasa a Cypriis Barbata, etiam Calua Armata, Pandemus, Apostrapha, & Calli pygos, a Thebanis prepotens, a Persis quoq; Mitra Appellata est. Nec minus Apollinem nominibus uariis uocatum ferunt. Quippe apud Athamenos Titan, apud Aegyptios osiris, a Persis ubi in antro colitur Mythra nūcupatur, a lydiis lymios ab aliis Eleus. In Tauromínio Archigetes, a Syracusanis Themites, a Græcis Tyreos cui sacrum ante fores faciūt, apud Pachini incolas lybistinus, a Scythis Oetesyris a lesbiis Myriceus, quod myrices hoc est uirgas teneret, apud Sparthanos Carnius dictus est, ab Athenienſibus patrous & Alexicacos, a Mylesiis & Deliis Vlios & Peonicus, In Archadia Epycurus, apd' Heleos obsophagus, Ab aliis lycius, Phebus, Phaneus, Ismenus, & orius dicebatur. Obseruatumq; apud Thraces lacedemonios & Boeocios fuit, Apollinem & liberum patrem eadem sacra habere hisdēq; honoribus coli. Bacho uero Siculi Moricum dixere nomen, Arabes, Oracal et Adoneum,

et Adoneū, Alilyeū, Herebintū Sabaziū, lacedemonii Scythitem & Miliachiū uocitarunt, cuius faciē musto intingere & ficis ornare uetus mos erat. Tradūt quoq; Mineruas diuersis cognominari noibus. Nā & Trigemina, Glaucopis & Sais ab ægyptiis appellatur, a Mylesiis Asisia, apud quos miri ficum fuit templū, a Grecis Arthemis, a Cretēsibus Dyctina phebe & Diana, a Siculis lien quia parturientiū soluit dolores. Prima enim fertur Iouis filia, Secunda nilo orta quā ægyptii Salete dixerunt. Tertia quam Archades Chorion nominat, quarta pallātis que patrē interemit, ipsam uiciate conantē, cui pinnarū Talaria affinxerunt. Mercuriū quoq; multiplici ferunt uocatū nomīe. Nam Galli Theutatē, Egyptii Theu appellarūt, quos quinq; numerari plericq; autumāt, sicut Vulcanos plures, Cybelem quoq; alii Rheā dixere, alii Berecinthiā, plericq; bonā deam. Isidem uero phriges pessimūticā matrem deū uocant. Attici Cecropiam Mineruā, Cyprii paphiam Venerē, Cretes Dictynnā Dianā. Siculi Stygiā proserpinā. Eleusini uetustam Ceremem. Alii Iunonem, nōnulli Bellonam, plericq; echatē. Prima uero Iunonis ædes a Camillo dicata est in Auentino, quæ cæteris longe multūq; prestitit, ad quā Simulacrū Iunonis Veientanæ allatū memorāt, quam Reginā nominatā uolunt, Altera in Capitolio iuxta quam sacri anseres pascebātur, quæ & Regina dicta est. Tertia in Arce cognomento monetæ in area in qua M. Mallii Capitollini domus fuit, quā a. L. furio Dictatore uotā nōnulli memorāt. Nā cū nouo motu tota urbs contremisceret, & qbus piamentis, cui ue deo sacrum fieret, nō dignoscerent, ex arce uocē auditā ferunt monentem ut sue plena sacrum Iunoni, & procuratio fieret, Inde Monetæ nomē datum, Nouimus quoq; in uico iugario aram Iunonis lugæ conspici quæ cōiugiis p̄ esse dicebatur, sicut Cinsia & Gamilia iuno a nubentibus sanctē colebat', cui sacrificantes obseruāt, ut bylem a uisceribus hostiæ dimoueāt, illamq; iuxta arā defodiāt loco abdito & operto, ut signarēt sine bili matrimonia eē oportere. In exqliis quoq; laciniæ Iunonis tēplū fuit, & in foro olitorio ara Iunonis Matutæ. Edē i palatio etiā Iunonis Sospitæ iūmo honore cultā inuenimus iuxta tēplum Cybelis cuius aram Nūme legibus pellex tāgēr uetabat'. Nam in colle Viminali & inporticu Octauiæ Iunonis tēplū & arā fuisse uulgo p̄ditū memoriæ est. Neq; omictēdū noua religiōe & barbara cerimonia apud diuersas gētes Iunoni sacrū fieri. Nā lauini tēplū Iunōis erat et iuxta specus uñ pdiēs draco uirginis manu pascebat'. In Syria in fano ātiqssimo sacerdotes dū Iunoni sacrificāt iuicē digladiant', sicut Corybātes i sacris magnæ deæ, et in tēplo Dianæ ap'd' Ariciā, apd' Crotonē sacerdos breui scuto supstās sacrū facit, et uictimā lunōi cedit. In Samo nisi hītu nubētis et nuptiæ iolēnibus ſuatis Iunoni sacrū facer' nō licet. In stymphalo Archadiæ Iunoni triplex sacrū ex tribus cognomibus fit unū uelut puellæ, alteq; ut Ioui nupte, tertiū uelut uidue,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sami quoq; ut dicata Iunoni templa lysandria uocent, Senatus consulto cautū fuit, et Argis in ara Iunonis, nulli externo aut peregrino sactum facere permittitur.

Ex quibus oppidis quibusq; regionibus aut terrarū oris ingenio clari & præcipua doctrina uiri plures euasere. Caput V.

EX multis magnis animis amplissimisq; ingeniis, que unq̃ uidimus aut legimus, illoq; qui studio disciplinarū exteras nationes conquisiuere, in primis Homerus fuit, Orpheus, Eudoxus, Democritus, Pithagoras, Archita, & Plato, clari sapientia, qui ad Gymnosophistas spectādosq; fideq; mores, disciplinasq; ediscendas tanq̃ ad mercaturā bonarū artiū profecti sunt. Is uero Eudoxus summus perhibetur astrologus, qua tempestate, Galli senones urbē peruastarūt, Pithagoras Tarquinii superbi tempore uiguit. Platonē uero post quadringentesimū urbis annū ad Dionysium uenisse fama uulgauit. Archita autem dū discendi studio flagrat multas per oras peregrinatus, captus a pyratis & uenūdatus est. Sic Thales ille Milesius cuius sunt mīta & mirāda inuēta, deinde Solō & lygurgus, ut legū sanctionūq; quas tulere causas rōnesq; curiosius pēlitarēt, aliiq; illustres uiri, nullū uitæ cultū aut paratū regrētes, ptim Fgyptios & Ethiopes, partim Syros Arabas, Persas, Parthos, Hyrcanos & Indos, oēs deniq; terrarū fibras ac diuersi orbis ultimas oras rimādo, nihil inexpertū reliq̃re, dū studia bonarū artiū, & ueri cognitionē undiq; emēdicarēt, ita ut ex oībus sapientissimis uiris quos ulla unq̃ tulit ætas, in patrio solo paucissimos funeratos inuenias. Quibus exculti doctrinis, tm̃ processere, ut multa ingenio rū doctrinarūq; monumēta posteris reliq̃rint. Suasq; nō urbes modo & oppida, sed regiōes & gentes magnis noībus nobilitarint. Præcipue uero Myletus Ioniæ, mīltiplici doctrina prædictis uiris excelluisse fert. Nā & Thaletis astrologi qui inter sapiētes adnommat, Anaximenis philosophi mathematicoq; nobilissimi q horologiū ostēdit primus. Thimotei mulici & Anaximādri phisici, Nechatei Historici atq; Eschinis Oratoris q magno in precio fuere, aliisq; scientissimis uiris floruisse fert. Ingenia quoq; Asiatica sua laude fraudēda nō sunt. Ex hac enim poeta Anacreon, Minermus, et Anthimacus claro preconio celebrati. Deinde Hyponax, & Sapho, atq; Alceus poetæ qui lyricos inuenīt. Præterhos, Xanthus, Hecateus, Heredotus, Ephorus, & Theopompus historici, aliiq; præcipua doctrina uiri illam sempiternæ laudi memoriæq; cōmendarunt. Fuit præterea Cartheia seu Iulida, parua citea delon insula clara ingeniis uirisq;, ex ea enim Symonides Poeta qui scripsit multa preclare, & Bachilides, Deinde Heralistratus medendi arte clarus cuius plura documenta sunt. Atq; Aristo Bionis emulus ex Peripathetica disci-

plina duxere originē. Nec minus ex Bithimia & Cyrenis nō dispari laudi censendi. Ex illa enim Zenochrates philosophus Et Dionisius Dyaleticus, Hipparcus & Theodosius. Itē Theophanes orator, in causis forēlibus uerlatus egregie, & Asclepiades medicus. Ex Cyrenis uero Callimachus qui ælegos scripsit primus, quo tēpore Liuius Poeta Romæ fabulā dedit, & Aristippus Socraticus Floruisse dicit, cuius filia Aretha tātū ingenio ualuit, ut post Aristippū scolas eū laude rexerit, & disciplinas docuerit. Preter q̃s urbes, Tharsus, Alabāda, Tyrus, Gnidus, Rhodus, uariis eruditionibus & doctrinis excelluere, p̃cipuoq; & summo ingenio uiros eduxere. Sed qđ est de Symonide dictū, magni exempli illius ciuis fuere, bis monitu diuū partim ruina, partim naufragio erepti. Asclepiades uero publico fert preconio, qđ freneticos & mente iminuta laborantes, concētu sonorū, mirabili experimēto ad sanitatē reuocarit. De Anachreonte inter mira exēpla fatū memoratur, & memorabilis illa mors, acino uuæ passæ strangulati, quæ res infirmitatis humanæ nos cōmone facit, fortuneq; uarietatis atq; Imminētiū calamitatum, uitæq; uariis casibus expositæ, magna nobis documenta dari.

Quo apparatu & qua pōpa quātoq; otium studio olim Romani Triūphos agerēt, q̃s ordo suari, & quæ in Triūpho ferri cōsueranr Caput VI.

QVæ triūphantiū pōpa & q̃s ordo fuerit, quātoq; otium studio & apparatu ducibus exercituum, post res feliciter gestas Triūphus deferri cōsuesset, intercise uetetq; monumētis traditū est. In primis fuit obseruatū, ut q̃ imperatores rebus bene gestis, post multa facinora militaria domitis hostibus triūphū poscerēt, pacatā prouinciā succesori in primis traderēt, exercitūq; uictorē & opimū p̃da, testēq; uirtutis & ignauiæ cuiusq; meritiq; & imeriti Romā reducerēt. Inq; ædē bellonæ extra urbē Senatu euocato. (Neq;.n. triūphū petēti, urbē inire fas erat) de rebus a se gestis magnifice, quæ opida q̃sq; p̃uincias bello iuerīssent, aut q̃bus cū hostibus signis collatis cōflixissent, quæq; egregia ipsi fecissēt, quotq; hostiū millia cecidissent, oīa deniq; belli decora, ordine desserebāt, ubi legatos, Tribunos militū, Centuriones, milites deniq; exercitus, quo notior testatiorq; eoq; uirtus foret, adesse oportebat, ut meritæ illius uirtutis cui tātus honor debebatur, liquid ueri uaniq; referret testes forēt. Augustus uero Octauius in tēplo Martis Vltoris qđ in foro suo posuit, Senatū de bellis deq; triūphis cōsuli, ut q̃ p̃uincias cū impio petituri inde deducerent, In eoq; reuersi ex p̃uincia triūphorū insignia deponerent, decreto sanciuit. Tam & ii in Martio campo & in pratis flaminiis non semel de triumpho actum inueniamus. Apud Argiuos ex militia reuersi duces, cum militum agmine totoq; exercitu. In Charadro extra

Universidad de Deusto
Biblioteca

urbē concilium aduocabant. Ibiq; de militaribus donis quæ cuiq; deberen/
tur, optimatū consensu decernebant. Sæpius tamē absenti duci cum de rebus
gestis egregie, maxime cognitum esset, a Senatu decretus triumphus fuit.
Cūq; res bello gestæ triumpho digne uiderentur, prout erant sententiæ po/
puli iussu, patribus authoribus triumphū decernebant. aut si Senatus auer/
saretur, per Tribunos ad populum ferri posse, populūq; citra Senatus autho
ritatem triūphos sæpe decreuisse cōpertum est. Valerio & Horatio Coss. ui
ctis Sabinis & Volscis, cum triumphus negaretur. L. Icilius Tribunus ple/
bis de illorum triumpho ad populum tulit, qui primi ex scito plebis nullo de
cernente Senatu triumpharunt. Et M. Rutilio Dictatori de plebe homini
deditis & uictis hostibus sine patrum authoritate, solo iussu populi triumpha
re licuit. Tam & sīplures, cum Romæ aduersante Senatu honos negaretur,
in Albano honestos triūphos egisse legamus. Primusq; M. Papyrus Mas/
so cū Romæ negaretur, in Albano, & alii illius exemplo triūpharūt. M. ue/
ro Antonio, magnæ inuidiæ fuit, qđ cū deberet Romæ, Alexādriæ de Par
this triūphauit. Et Domicio Enobarbo quod deuictis Aruernis, nullo decer
nēte Senatu elephāto uectus uelut triūphās totā Italiā peruagarit. Māsitq;
diu mos Romæ de domitis nationibus & hostibus bello uictis triūphādi,
ad probū usq; impatorē. Is enim ultimus Cesarū ttiūphasse tradit. Post quē
obliterata uirtute militari, cū uigor ille animi defuisset & imperiū deflexisset,
nulli Cesarū triūphasse legūtur, Q uāuis alii Bellisariū q; sub Iustiniano me
ruit coronā, postremū oium triūphasse cōtendebāt. Fuitq; maxīe cognitū,
a cōdita urbe ad Vespasianū & Titū, deuictis debellatisq; nationibus ab ul/
timo urbe, Romanos p tot secula uiginti supra trecētos triūphos egisse. Exq;
Sānitibus solū hostibus prevalētibus, multiplici tandē clade effectis & de/
bellatis, quatuor supra triginta triūphos inisse. Pluriesq; de Gallis q̄ de reli/
quo orbe terrarū, duces Romanos triūphasse. Et tā & si Romanis tantū ci/
uibus olim triūphus decerneret, Vnit̄n Cornelio Balbo externo & Gadita/
no ob deuictos Garamātes tributū legimus. Mitūq; pdi de uētidio Bassoq;
ductus in triūpho, & mulio, eo processit, ut Romanorū primus felicitate mi
ra de pthis triūpharit. Fuluius postea Tusculanus cū & ciuis & Cos. Tusculi
fuisset, & ad Romanos trāsisset, tā feliciter egit, ut Tusculū extra sortē ue/
lut p̄uinciā aslequtus triūphū Romæ de sua patria egerit, eo ipō āno ciuita/
te donatus & Cōsul factus. M. quoq; ppenna Grecus homo, postea. Cos.
de aristonico iustissimū Romæ duxit triūphū. Proditus tñ est fuluius flac/
cus tātæ moderationis fuisse, ut decretū sibi triūphi honorē ob modestiā recu
sarit. Et M. Fabius qa fratrē bello amiserat triūpho cessisse. Tiberius quoq;
Cæsar de illiriis parta uictoria, triumphare noluit, consternata tunc ciuitate
p̄pter uatianā cladē Sicut Marius deuictis Theutonis triumphū distulit,

conspicatus patriam aduentantibus cimbris laborare. Septimius quoq; Se
uerus, deuictis parthis, cū pedum ualitudine laboraret triumphū reculauit.
Igitur decreto triumpho Romani magistratus & omnes tribus obuiæ. Fla/
mineq; purpura & sacerdotes ac pōtifices apicibus uelati laudātes gratātesq;
atq; uiri triumphales Cōsularesq;, cunctaq; nobilitas & Senatus in pretexta
& laticlauis, tū omnis sexus & ætas frequentes cum coniugibus & liberis in
leticia publica, omnibus deniq; ordinibus effusis cum gaudio ad excipiendū
uisendūq; prodibant. Apud Athenienses uero, si quādo summi duces rebus
feliciter gestis urbem Inirent, non modo a magistratibus & omnibus ordi/
nibus frequenter obuiam itum est. Sed deorum quoq; imagines producere
obuiam, & diem uictoriæ consecrare mos erat. Ingredienti deinde longo or/
dine. Montium fluminū, oppidorum & urbium species quas bello peruice
rat & ui expugnarat, precedebāt. Vrbes enim mōtes & flumina regionesq;
quas impatores bello domuissent in triūpho duci uetustimoris erat. Q uare
T. Q uintius Dictator, Preneste ī deditionē accepto, signū p̄neste duxit triū
phās, & M. Marcellus, Syracusas. Et Scipio Asiaticus, centū triginta oppi
dorū simulacra uno triūpho detulit, & C. Cæsar Massiliā, Nilū, Rhenum,
Rhodanūq; ex auro & fatū ex ebore. Sepe etiā pre multitudine oppidorū
effictas turres pro expugnatis urbibus, captarū ciuitatū simulacra ferentes in
triūpho, detulere. Fecit Sylla cū oēs Asiæ & Greciæ urbes bello domitas in
triūpho duxisset, nulla Romanorū oppida, aut ciuiū imagines ducere uoluis
se, Nō sic Cæsar. Nā imagines Scipionis petrei & Catonis inter Pompæ fer
cula rep̄sentauit, Inter quæ tabellas grādioribus literis inscriptas, cū titulis, in
qbus naues captæ, urbes tributo affectæ, seruæ aut uectigales, in fidē ue acce
pte oppidaq; expugnata, gētes perdomitæ, & reges bello uicti cōtinebātur.
Tū pegmata in tertium quattūq; nidum, uelut exertis ramis surgētia, & si/
mulacra bellorū artifici manu elaborata preferebant, ubi captarū urbiū præ
liorūq; effictæ species erāt. Vbi acies uictas & fugatas, pculsos cōsternatosq;
hostes. Castellorū excidia, exercitusq; intra fusos, urbes populari, ferro igniq;
uastari, ædificia incendi, menia disturbari, clausstra reuelli, totasq; imagines p̄
liorum effictas facile erat cernere. His succedebant spolia hostium, & capti/
ua arma, tum currus spoliis onusti, militariaq; signa ex domitis gentibus nō
erecta sed inuersa, Post hæc Cathapultæ Balistæ & tormentorum omne ge
nus ui expugnatū, ac belli apparatus, machinæq; ad urbiū excidia, Rostraq;
nauiū ui captarū, nauesq; rostratæ bello uictæ, præferebant. Q uare luculo
lus longas & rostratas decē ultra centū in triūpho duxit. Preterea falcati cur
sus. Clipeiq; insignes & scuta, qbus. L. Papirius Dictator de Sānitibus triū
phās forū ornauit, tū lecticæ aureæ. Eneaq; uel argētea signa, ex deuictis gēti/
bus, quorū supra ducēta octuagīta & marmorea fere totidē. M. fuluius ī triū/

Universidad de Deusto
Biblioteca

pho quē de Etholis & Cephalenia habuit, carpētis uexit. Currusq; aurei uel argētei. Vasaq; aurea & argentea omnis generis, Spoliaq; ciuitatū ui captarum, tum coronæ aureæ & urbium dona & populorū, quibus a sociis & fœdere iunctis pro uirtute dux donatus fuerat, suo ordine sequebantur, quarū nōnullos supra octingentas, & duo millia detulisse comperimus. Quodq; auri uel argenti facti signatiq; ex manubiis & urbium spoliis partim rudibus massis quesitum foret, id omne deferri in triumpho & perscriptum in tabulis, in ærarium est condi solitum, legimus Scipionem cui Africano fuit cognomen, bello Cartaginensi ex preda, argenti celati pondo numero quadringēta & uasorum aureorū pondo ducenta millia, Paulumq; æmilium deuicta Macedonia, uasorum aureorū, auriq; & argenti signati tantū detulisse, ut ex illo populus Romanus tributum pendere desierit. Quin etiam Herculis signū ante triumphantē non raro in pompa uehi solere. Tum siquid uisendum & memorabile atq; æuo priore incognitū in deuicta prouincia fuisset, uelut rem spectatissimā nouo inuento una afferri cōpertum est. Vespasianus Iudea capta Balsamū nunq; alias uisam arborem, & Pompeius uicto Mithridate Hebenum primi ostenderunt. Eundēq; Pompeium tertio triumpho quem de Asia & ponto habuit, inter solemnia. Alueum cum Thesseris lusorium e gēmis duabus magnitudinis miræ, nulla gēmarum ad eam accedente detulisse & Aurelianum Cesarem præter alia spectatissima Tygrides, Alces, & Cameleopardales in triumphi pompa ostendisse authores memorāt. Præter quæ, Elephantos aut equos in bello captos, simul & obsides qui a fœderatis gentibus & sociis dati erant tanq; pacis pignora deduci notatū est. Quimos Syracusanis frequens erat, ut captiuos equos tonsis crinibus, uictores autē lauro coronatos ducerent in triumpho. Elephantos aūt Curius dentarus post Italia uictum fugatumq; Pyrrum quatuor captiuos detulit primus. uL. quoq; Cecilius Metellus rebus aduersus pœnos fœliciter gestis primo punico bello centum & uiginti. Et. P. Cornelius Nasica triumpho gallico, preter multa memoranda equorum gregem bello coptorum. Et Scipio Asiaticus deuicto Anthioco ultra mille & ducentos heburneos dentes. Et Cn. Mallius deuicta Asia, monopodia & Abacos ac triclinia erata ueste mq; stragulam detulere. Post hos Tubicines multiplici sono classicum canentes incedebāt, quos longo ordine candidi boues, tauriq; auratis cornibus infulisq; & uictis ornati & auro, mox īmolandi sequebantur. Hos comitabantur succinti adolescētes, aureas argenteasq; patinas tenētes, quibus succedebant Tribuni militū, Centuriones, prefecti, equitesq; insignes, ac pedites uictoris exercitus, qui ob egregia facinora, & nauatam in bello operā, dona militaria meruissent. Nec non milites quorum spectatissima uirtus in bello fuit, quiq; ab Imperatore, Ciuicis, muralibus, Castrēsibus ue coronis, Torq; busq; aureis, phaleris aut

armillis donati erant, insignes militaribus donis spoliis armisq; fulgentes pibant, sequentibus mox legatis & Tribunis legionum in equis. Tum Reges & captiui nobiles & siqui bello capti insignes forent, precipue, hostium duces contra quos indictum fuisset bellum ex tanto fastigio delecti, in uehiculis aut ferculis, ceteri uero cateruatim uincti cathenis in seruicii notam precedebant. Quare Pompeius magnus regum filios & obsides numero quatuor & triginta supra trecētos, pretulisse fertur, inter quos Tigranem, Aristobolum, & Mythridatis filios quinq;, filias uero duas. C. queq; Cesar Africano triūpho iubæ Regis filium infantem qui mox clarus ingenio euasit ante currum duxit. Et cum Catonis, Scipionis & petrei, aliorumq; imagines uariis casibus affectos detulisset, Pompei simulacrum deferri passus non fuit. Quod si morte obita minime duci ualuissent, illorū imagines & simulacra persæpe delata sunt. Cum enim Scipio deuicta Carthagine Hasdrubalē. Et Paulus Emilius perseum & filios. Mariusq; iugurtam regno decurbatos contra decus regium duxissent captiuos in triumpho. Augustus post bellum Acciacum Alexandrino triumpho cum Cleopatram ducere nequiret, ipsius imaginē quæ manu sibi mortem consciuerat, exanguem detulit. In quo omnes gazas ptolemeorum congestas tantumq; auri & pecuniarum inuexit, ut precia possessionum uenalium exinde duplicia statuerentur. Proditumq; memoriæ est, lucullum triumpho mithridatico aureum Mithridatis simulacrum sex pedum, & Clypeum ex preciosis gēmis preter alia insignia detulisse. Et Pompeium magnum Pharnacis statuam argenteam, suam uero ex margaritis, & signa aurea tria, & alia myrrhina, coronasq; ex gēmis & margaritis tres & triginta adduxisse, Captiuosq; belli iure uinctos duci noluisse, sed patrio more succinctos ire iussit, quos exacta pompa regali munificentia liberos donatosq; remisit. Scipio uero Emilianus expugnata Numancia, nec spolia nec predam nec captiuos tulit. Quippe cum quicquid esset auri uel argenti & spoliorum, ac precioſissima rerum, & demū se ipsos, Numantini cede & incendio absumpserint, nullaq; re nisi uictoria ipse potitus fuerit. Id tamen in triumphali pōpa seruatum memimus, ut cum de foro in Capitolium flecteret triūphans. Hostium captiuos insignes qui semina discordiarum & belli auctores fuissent, in custodiam detrudi iuberet, ut exacta pompa neci darentur. Quare cū Adiatorix tetrarcha Galatharum, quod in triumpho Acciaco ductus, seruato more iugulatus fuisset cum filio, insciente Augusto, nimiū indoluisse Augustus & lachrimas effudisse fertur, Hadrianus quoq; triumphū qui Traiano debebatur, cum morte obita triumphare nequisset, illi defuncto exhibuit. Quippe triumphi apparatu precedente & omni preda, Traiani imaginem tanq; uictoris insignis uictoriæ cuius ipse dux & author fuit, in triūphali curru uexit. Et quia Romulum patrum memoria captis Veiis, Veientium ducem se

Universidad de Deusto
Biblioteca

nio affectum in triũpho capptiuum duxit, inde & inter solemnia decrepitus senex esoletus & exoris qui emula facie illũ mentiretur puerili bulla ornatus ante currum duceretur aliquandiu mansit, Precone Sardianum senẽ proclamante. Nam Veios Sardianorum fuisse coloniam ueteres tradidere, Imperatoriq; triũphantiq; oleagineis sertis ornati aureas coronas preferebant minis tri, quæ his qui triumphum meritum procurassent dari assuerant. Vniuerso mox Senatu in albis pretextis iuxta currum longe maximũ triũphi spectaculum exhibente. Tum Citharedorum & Tibicinũ solertissimi artifices, quos lydios uocant, canẽtes psallentesq; ibant coronati, In quorũ medio quispiã pene delirus, qui inconditis locis ineptire uidebatur in talari uestę, fimbriis aureis & armillis ornatus, lasciuia gesticulatione usq; ad ineptias risus cõmouebat. Inter quos Ciceriæ effigiem argutam & mãduci, magnis malis, ore hiãti cum crepitu dentium, aut petreiæ quæ ebriam anũ effingebat nõnunq; adhibuere. Tantaq; erat apparatus magnificentia, ut cum dies exponẽdis rebus suffectura non uideretur, plerũq; triduum nõnunq; dies integros & nectes totas in apparatu pompæ tributos legamus. Siquidem æmilius Paulus de Rege Persa. Et Q. Flaminius de Macedonia triduo triumpharũt, Iulius Cæsar quater eodem mense, & Diuus Augustus tres egit triũphos continuo crinduo. Ipse uero triumphans cui tãtus honos dabatur, curru aurato sublimis atq; ornatu hũano augustior, quatuor insignibus equis cæteris altior & magnificentior uehebatur, precedentibus lictoribus coronatus in purpura, cum insigniis imperii & magistratus quem gerebat. Q ui ut conspectior uideretur minio illini solebat, exemplo Assyriorum & medorũ, apud quos inungi oculos & faciem pingi ex Cyri instituto assuetum est, Persarum reges Heliathe cum adipe leonino. Et Ethiopum proceres minio colorantur, quo facie non inuenusta sed pro imperii maiestate forma conspicui fiant. Scire tamen licet Romulum cum de ueientibus triumphauit, sine curru egisse triumphũ. Primũq; Tarquinium priscum, ut uero plures certioresq; tradunt, Valeriũ publicolã quod Tuscos bello uicerat quatri iugo curru triumphasse, Gestamẽq; triũphantiũ apud prius seculũ bullã fuisse, remediis iditis in ea quæ cõtra inuidiam proficerent. Postea Camillum quod antea licuit nulli intriumpho albentibus equis urbem inisse teadunt, Procedente mox tempore Põpeius magnus triũpho Africano, & Diuus Cæsar gallico elephantis, & M. Antonius leonibus ad currum preter aliorum instituta triumpharunt. Nero autem Cæsar monstrifico inuento Hermafroditas equas portenti loco ad currum duxit, Heliogabalus maiore insania quaternis canibus, mox tygribus uectatus fuit. Aurelianus etiam ceruis ad currũ triũphauit, inter cæteros proditur Sesostrix Egypti Rex regno inpotenti insolens eo ferociæ processisse, ut sorte ductos Reges annis singulis a currum iungeret, ut ea pompa per omnium

ora uectaretur

ora uectaretur triumphans. Q uod non absimile a Tygranis insolentia uidetur, cui tanta fuit secordia ut Reges & Dynastæ seruilia preberent. Alexãder tamen Seuerus Imperator, cum de Persis triumpharet non curru triumphali sed pedibus sequente curru quatuor elephantorum palacium ascendit. Tarquinius uero Priscus aurea tunica processit ornatus. Pompeius Chlamyde magni Alexandri. Ipsos uero triumphãtes myrto prius authore massurio mox lauro plexo, & ex laureto quod a liuia Augusta pactum erat postq; Cæsares imperitarunt, deinde aurea coronari institutum ferunt. Ex lauro autẽ ideo, uel quod spectatissima in monte parnasso uel quod fulmĩe afflari nunq; compertum sit. Q uam quidem coronam, non ipsos triumphantes gestare, sed seruum in curru eodem qui supra illius uerticem ipsam teneret post se habere tradunt. Suspicari licet, uel quod oneri ferendo triumphantẽ fatigari minime uolebant, uel ut humanæ fragilitatis memor foret, cum iuxta assidere seruum in eodem uideret curru, ne per insolentiã nimis sibi placeret & triumphatu superbiret. Q uam quidẽ exacto triumpho in gremio Capitolini Iouis locare uel templis dicare solebant, quod beneficio deorum in mortalium de hostibus triumphare contigisset. Sunt tamẽ Authores in altera triumphãtis manu laurũ, in altera teneri sceptrum, dũ triũphali uehitur curru. In eqs uero triumphantium ingenui pueri, aut uirgines non dum adultæ proxima cognatione iunctæ, ad habenas cognati & affines in uestę candida, iuxta latera scribæ & ministri qui ducem sequti comites expeditionis fuerant, comitabantur. Interim per uias effusi, omnis sexus & ætas in cõmuni gaudio, flores iacere, & passim diis libare, alii uictimas cedere, undiq; turis & odorum copia exalante. Post currum uero captiui seruitute exẽpti & libertate donati sequebãtur, omnes capitibus rasis & pileati, quasi effugisse, seruicii tempestatem uiderentur. Q uare. T. Flaminii currum qui de Macedonia & Nabide triumphauit, Romanoq; supra duo millia captiuoq; qui bello capti ab Annibale diuenditi fuerant, quos per uniuersam gretiã conquisitos redemerat, liberi post liminio capitibus rasis sequti sunt. Et Cn. Cornelio qui de insubribus & Cenomanis triumphauit, turba Cremonẽsium, placẽtinorumq; colonorum, ab eo obsidione & seruitute exempti pileati post currum incessere, Proditum tamẽ memoriæ est. L. Furio qui in prætura de Gallis triumphauit nec captiuos precessisse nec spolia prelata nec milites sequtos. M. q; Acilium de Anthioco & Etholis sine militibus triumphasse & sine exercitu. Fuere tamẽ qui traderent Tribunos prefectosq; legionum, Centuriones & legatos, eqs aut carpento insidentes, interdum pedibus in pompa triumphali currum prosequtos. Nam Tiberium triumphantẽ legati legionum cum triumphalibus ornamentis sequti fuere. Et Messalina post Claudii Cæsaris currum, carpẽto uecta fuit. Et Aurelianus Cæsar Zenobiam uinctam aureis cathenis car-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pento duxit, Post hec uictrices legiones militesq; uictoris exercitus armatiac diuisi in turmas pleni fortunarum gloriæq;, cum iocorum lasciuia, & carmine triumphali ludibundi & spoliis ornati, uerba & incenditos uersus in triumphantem militari more iactantes sequebātur. Quare Camillus Romulus & parens patriæ ac conditor urbis, sicut Marius Cymbrico triumpho tertius conditor appellatus est. Et Cæsar inter militares iocos a Nicomede subactus, & mæchus gallus, lapsana quoq; se uixisse apud Dirachium milites in Cæsarem inter iocos cauillati fuere. M. uero Mallium in triumpho quem de Gallogrecis habuit, milites inter iocos uelut nimis indulgentem & ambitiosum taxauere. Dumq; per urbē pōpa & tantus ordo procedit, per uias perq; omnes aditus & deorum templa patentia passim triclinijs stratis omniū generum ætatum & ordinum effusa multitudo inter uota preceſq; ad aras diis libabant, Hostias mactabāt, Grates diis agebant, conceptāq; leticiam cantu & carmine ac letis acclamationibus significabant, Donec cum omni apparatu cūq; his militaribus iocis per mediā urbem & uelabrum perq; sacrā uiam leti & ouantes in Capitolium, ascenderēt, ubi tauros in pompa ductos in louis optimi Maximi templo imolabat, quos prius q̄ de nece hostiū ducis certissimis constaret argumentis triumphantē minime imolare debere, multi arbitrati sunt. Epulum post hæc magnificētissimū & lautum omni apparatus genere ubertimis amplissimisq; obloniis ac sumptu magnifico publice dabatur, in quo turdos & murenas inter obsonia apparari & uina præcipua atq; unguenta minio delibuta exhiberi consuerant. Quare Diuus Cæsar merito celebratur, qui Africano triumpho præter obsonia apparatissima uno die in duobus & uiginti millibus tricliniorum instructis paratisq; mensis epulū regali magnificentia ac uini falerni amphoras centum, & Chii Cados centum populo dedisse fertur, ubi sex murenarum millia una cena exhibuit. Tiberius quoq; mille mensis prandium parauit. Ad illud etiam Coss. inuitari, mox ne uenirent rogari solebant. Scilicet ne quis maior triumphante honorem qui illi debebatur preriperet, utq; locus honestissimus triumphāti, cui tantus honos habitus est daretur, ut illum a cena omnis ordo & ætas officii causa, domū sine offensione reduceret, quæ presentibus Coss. alteri tribui non decebat. Interdum uero notatum est, Epulas, extructasq; mensas ante domos in promiscuo usu rerum omniū uictricibus legionibus quo agmine triumphantem sequebātur, exhibitas fuisse. Et post triumphum, ut gratia esset cumulatior aurum coronarium ex uictis bello gentibus, ob concessam uitam imperatori dari, quod quidem nisi triumpho recepto prestari non decebat, pro eo quod pro corona triumphi a sociis & bell ouictis gentibus quasi uectigal dabatur, quod Adrianus primo Italiæ remisit & in prouinciis minuit. Deinde uero Alexander Seuerus una cum negociatorio, populo illud dono dedit, Togas quoq;

gas quoq; & sagula æraq; & dona multiplicia, singulis militibus pro meritis ab imperator elargiri, In quo id seruatum est, ut quod pediti, duplex centurioni, triplex equiti daretur, una cum stipendio militari & frumento duplici, Tribuno uero multo magis, Animaduersumq; & illud est, imperatorē cui belli summa cōmissa fuit, decreto iam triumpho anteq̄ urbem iniret, sæpe Tribunos, prefectos, equites, cēturionesq; ob forcia facinora militaribus donis in primis ornasse & bene meritis premia largitū esse. Ipsosq; cum donis & insigniis militaribus in pōpa triumphi precedere triumphātem, nonnūq̄ sequi consuesse. Pretereq; assuetos honores, uel locum i reirco ad spectandū cū laurea & sella curuli inter uiros triumphales consularesq; sibi & posteris, uel ut in ueste triumphali ludos spectaret, arcumq; marmoreū nonnūq̄ statuā in foro pedestrem aut equestrem ampliore sumptu cum decretis & titulis honorum, In comicio, In Rostris in foro in palatio in Capitolio, aut in cella louis (qui rarissimus honor contigit) Senatum & populū triūphanti aliaq; insignia uirtutum dona honoresq; dedisse.

Responsum Raphaeli Volaterrano, quare legum & causarum studio intermisso in his mitioribus studiis oblectaremur. Caput VII.

QVerebat aliquando ex me dū Romæ agerē, Raphael Volaterranus uir insignis doctrinæ & uirtutis, cui ad mores emendatissimos, grauitas libero homine digna non modicam accessionem faciebat, quid causæ foret, quod cū causarum patrociniis & foro, usq; a puericia essem additus, illis post habitis & quasi forensibus negociis præter missis, in his studiis mitioribus ita me oblectarer, ut causarum patrociniis bellum indixisse uiderer, Cui hoc cause referebā, quod leges quæ ad cōmunē utilitatē æditæ studio & labore maximo quæsite & meditatæ nobis forent, neq; ab his qui iura darent coli, neq; per inde ut oporteret precipi uiderem, dolerēq; iuri dicundo illos plerūq; presidere, qui eas uel turpiter ignorarent, uel p gratiam & sordes facile corrumpi sinerent, & quibus seruandarum legum precipua iminet cura, hi maxime legum scita cōtemnerent, quibus rebus effici ut tot scita & decreta, ueterum monimentis nobis tradita maximisq; igeniis elaborata & tam pensiculate expensa, unus homūculus nequissimus audacissimusq; ignarus legum Iudiciorum & fori, qui magistratui preesset non salubri temperamento nec disceptione ac iudicio, sed ausu temerario & omni iure neglecto, ad suam libidinem per scelus & nequitiam euerteret, Horum nō minima exempla dicebam fore, ea quæ dudum experti uidimus. Nuper cum Romæ custodias cognoscerem, operepreciū fuit uidere, quæ terū miracula

Universidad de Deusto
Biblioteca

monstris & portentis similia ac dictu fastidiēda, quæ ue turpidines, ad aliquo tum libidinem admicterentur contra ius fasq; . Siquidem sacerdotē quēpiā in his nacti sumus, grauem & sanctum uirū uita & moribus ornatissimum hominē profecto honestæ & magnæ laudis, diu tenebris & carcere macera tū, indignissimā fortunā subire coactū, pro eo quod pecuniā sibi traditā ab eo qui illam furto subtraxerat, ut uero dño restitueretur, illius iussu manda toq; restituerat, suppresso authore, ipsumq; quæstionibus subdi uidimus & tormentis uexari, ut illum qui cōscientia culpæ et spe ueniæ adductus, abstu lisse confessus fuerat, palam faceret, delinquentēq; delicta quæ ille penitens culpæ duxerat enūciaret, quo discrimine adactus pauper senior confitētis pec catum & delinquentem enūciare coactus fuit. Quod quidem scripto iure ue titum sanctionibusq; & decretis interdictum esse constat. Rursus aliū in ma ni scelere coopertum, hominē impurissimum turpissimūq; qui maximorum criminum reus, testibus tabulis testimoniis & certissimis documentis convi ctus fuerat, que nec ipse gloriabundus diffitebatur, quiq; legum iudiciorūq; penis seuissime coercendus erat, ab eisdem ergastulis, sola præsidentis temeri tate, nullo negocio dimicti & liberari, aliasq; audacias & turpitudines, ne di cam scelera indigna auditu, profatuq;, quæ uix credenti nō modo enunciata sed uisa & comperta fuere, Iason mataſalanus & Ludouicus matha cum sa cerdotalibus quibus fungebant muneribus cedere nollent, quesitis occasioni bus ad inimicorū libidinem tetro carcere usq; eo tenti fuere, donec illoꝝ ar bitrio singulis ornamentis fama & fortunis omnibus ex turbati quo ad illis liberet excruciati sunt, non uero iudicio, sed presidentis sola temeritate & libi dine, ne prosequar uitos uitæ inculpatissimæ summa integritate & fide fal sis criminibus circūuentos, ab impotentibus inimicis miseros & laborantes, in quos grauiter crudeliterq; consultum uidimus, uel ut afflictas fortunas in underent, ipsosq; de possessione & antiquissimis sedibus deturbarent, uel ut inuidorum libidini obtemperarent, aliaq; in miseros ædita exēpla, nulla pie tate in supplices & calamitosos, eosq; innoxios turpibus iudiciis conflictari & usq; premi ab his qui gratia & opibus plus possunt pollentq;, alios uero Au thores manifesti facinoris ne appellari quidē. Quæ cū uiderē, patronisq; cō tra uim potentiorum aut gratiā nihil præsidii esse, nihil opis, frustra non in le gum controuersiis & ediscendis tot casuum uarietatibus tam pensiculate ædi tis tantū laboris & uigiliarum suscipere tantoq; nos studio fatigari dicebam, cum ad ignauissimi impurissimiq; cuiusq; temeritatem qui iuri dicundo pre sideret, quem leges uirum bonum esse uolunt, non equo iure, sed ad gratiam & libidinem iudicia ferri, decretaq; legum tanto consilio ædita, conuelli & la befactari uiderem.

Quæ sit bona dea, & quæ a ueteribus illi sacra fierent, quid ue Rubigalia flo ralia & Vinalia forent. Caput VIII.

INter eos quibus ista indagare curæ fuit, sæpe q̄stū est, quæ sit bona dea cuius numē, tātopere coli a Romanis legimus, quod sacrū a principio originū incoatū dū Im periū stetit, in credibili cerimonia colebat. Multi putauere florā bonam deā esse, qui flauii seu fauni quondā uxor, uino madēs myr teis flagris a uiro cesa, postea cū facti peniteret, & ipsius de siderio tabescceret, diuinis honoribus coli cepta fuit, in cuius ædē licet florum omne genus importent, myrtum tamen inferre nō decebat, in memoriam ueteris mulctæ, sicut in Tenedo tibicinem adire Tenes templū, laut Achillis mentionem facere, ob ueteris ignomiæ memoriam uetabatur. Et apud Rho dios preconem accedere ad occidionis templum interdictum erat. Quidam Græcorum ex liberi matribus illam effinxere. Alii Medeam, pleriq; Semelē, multi proserpinam putāt, Romani Driada fauni uxorem, cuius ne nomen quidem, uiros intelligere fas erat: Qui uero bonam deam dicunt fauni uxo rem, illā tā illibatæ castitatis fuisse opinati sunt, ut extra Gynecīū nūq; egres sa nec uirū uiderit unq̄, nec a uiro conspecta, nomēq; fando nullibi auditū sit. Quæ quidē sacra cum Maio mense pro salute populi fierent, quicquid esset masculum domo exigebatur, ita ut non modo extra cōspectū summouerē tur uiri, sed masculæ quoq; picturæ tegerētur, quod cōpar Mysiæ Cereris sa crū optinere dicunt, in quo cum septem operētur dies, tertia a templo exactis uiris, pulsis etiā canibus maribus mulieres celebrabāt. Cumq; in sacris bonæ deæ uino libetur, illud non suo nomine noncupant. Sed lac dicunt esse, ui ni tamen amphoram in sacris obuolutam apponunt, quam dixere mellariam ad quod sacrum nisi castas, quæq; uiris abstinuissent nullas accedere lice bat, templūq; deæ neq; uirum ingredi nec interesse permictitur: cuius limina purpureis uictis uelabantur: quæ non ubiq; & passim sed in maximi pontifi cis domo: in recessu intimo nocte, non aūt die fiebāt. Et licet nocturna sa cra prisco ritu mulieribus interdicta fuerint: In hoc tamen sacro cum pro po pulo facerent mulieres noctu interesse non uetantur, quod quidē tantæ reli gionis est habitū, ut illud uestales uirgines obirēt & per illas sacrū fieret, cu ius ædes alteræ in auentino alteræ iuxta Isidis tēplū fuere ad nouā uiā. Alii dixere bonā deā quā Græci Gynecīā nuncupāt, cuius festis diebus palmite ta bernacula mulieres intexūt interq; solēnia draconē apponūt, quod sacrū nō in pōtificis domo sed in ædibus q̄sq; suis celebrare affuerat, aut illis q̄ essent, in imperio Cōsulari uel prætoria dignitate. Dumq; sacrū fit, cuntos mares domo exigunt ne polluerentur & piaculum fieret, cum ritu sacrorū neq; deā

Universidad de Deusto
Biblioteca

conſpici, neq; ſacerdotes palã fieri liceat. Vxor enim exornata domo maribus exactis nouẽ cõtinuas noctes operata furiali inceſſu, cũ æris crepitu & fanatico diſcurſu ſacra peragit, aliis ſimili temulẽtia ad id ſacrũ accitis mulieribus, unde occaſio frequẽs me hãdi & facultas adulteris data eſt. In cuius ſacrificiis canes ímolãtur quiq; huic ſupplicãt maledictis & probris deam inceſſunt neminẽq; optant bonum inuenire qui dominaſcatur. Quippe eam dixere bonam deam quæ ex corruptis generationes faciat, quare illam Gyneciam quaſi rerum genitricem uocant. Quod ſacrum Damium a more prepoſtero, ipſaq; Damia, Sacerdoſq; Damiatrix dicta. Cuius inſtar apud Siculos dicũt fuiſſe, apud quos ſacrum Cereri decem diebus, uerbis turpibus & obſcenis celebrari produnt, magna uerborum licentia, ſcilicet arbitrate, exobſcenitate uerborum & iocorum laſciuia Cereris luctum meroremq; leuari, quem extaptu filiæ conceperat. Nonnulli opem dixere bonam deam quæ & Maya dicta eſt, quam nominibus uariis, faunã & fatuam & matrem deum, & Ideã & phrigiam, peſſimuntiam, Cybelem, Rheã et Phrygiã nũcupant, quia hominibus fauet, & opẽ liberis preſtat, fatuãq; dictam, quod infantes in lucem æditos fandi modos & uerba edoceat, cui qui uota concipiunt manu terram tangentes, uelut parenti & genetrici ſupplicãt. Cũq; in omnibus ſacris quirem diuinam facit uelare caput ſoleat, huic aperto capite & inuelato ſacrificat. Quam deam Aegyptiis celebre numen fuiſſe aſſeuerant, Cuius ſimulacrũ ſiniſtra ſcyphũ tenet, dextra Siſtrũ, hoc eſt æneum crepitaculũ, quod nõ ſpiritu ſed motu concuſſum perſonat, ab illiſq; iſis dicta, cui pernigilia excubieq; nocturnæ a puellis peraguntur, Cuius ſacerdotes linea amicti ſtola per urbem lugentes uagabantur, mox leti ſacra perficiunt, in cuius feſto qui ex collegio ſunt ſacerdotes diuerſas facies induunt ornàtu uario. Nã alius incinctus baltheo militem agit, alius cũ uenabulo uenator incedit, alius longa ſtola feminã mentitur, nõnulli cum faſcibus procedũt uelut magiſtratus. Poſt quæ mulieres candidis amiculis ſerta ferentes cum ſpeculis & pectine ante ſimulacrum deæ famulantur, ipſamq; comentes cum lucernis & lampade ſequuntur. Et quia Saturni & Vulcani uxor dicitur. Ideo flamen Vulcanalis kl̃is Maiis illi rem diuinam facit, & pregnantem ſuem mactat Maiæ & Mercurio, cuius ferias Saturnaliibus incurrere notatum eſt. feſtoſq; illi dies Opalia fuiſſe, quæ tertio die poſt Saturnalia aguntur, Sicut Robigalia, Floralia, Vinalia, Agonalia, Carmentalia, Ageronalia & Vortunalia, Preter quæ, fuerunt ſacra popularia non certis familiis tributa, ut fornacalia, Palilia, laralia. Fuit autem ædes Opis in Capitolio una, altera in uico Iugario, Opis & Saturni, Notatumq; his qui ope indigerent ad Aſylum Cereris panem dari, quibus nunquam templum claudebatur, ſicut edem hortæ recluſam eſſe uoluerunt. cum ſit hortari ad res magnas adducere. Iſidis uero ædes una patricia al-

tera uero Antenodora dicta eſt, cuius templum in regione martii cempi fuit, proximũ tyberi iuxta ſepta & ouile. Sed quia de Agonalibus loquor, ſciendũ Agonalia ſtatiuas ferias fuiſſe, quibus Iano. Quinto Idus Ianuarias mactat aries, dictiq; Agonales dies, qđ a principe ciuitatis interrogat. (Quippe ãti qui Agõ mactare dixerũt) dđ uerbũ in ſolẽnibus frequẽs uſurpat, ꝓpterea princeps gregis ímolabat, quoꝝ authorẽ Numã põpilium ferunt. Carmẽtalia uero a matribus familias ãnis ſingulis fiunt. xviii. kl̃s Februarias, in quibus aliquid ſcorteũ aut ſua morte peremptũ actuliſſe magnũ crimẽ erat. Robigalia a Nũma quoq; inſtituta ſunt, ne rubigo ſegetes, neue uredo aut grãdo inuaderet. Ideo ſexto kl̃s maii agebant, quo die Robigo deo ſacrũ fieri docuit. Floralia a flora ſũpſere nomẽ, cui ut arbores affatĩ effloreſcerẽt, ad iuſtãq; magnitudinẽ fructus accederẽt, quarto kl̃s Maii oraculo mõiti ſacra cõſtituerunt. Nãq; hec tẽpora frugibus metuẽda ſunt. In cuius feſtis diebus feminas quæ uulgato corpore queſtũ faciũt denudari, & pudẽdis obſeniſq; inuolatis, per luxũ & laſciuiã currere, & impudicos iocos agere ſeruatũ eſt, quibus etiã ædiles cicer fabas & miſſilia plebi ſpargere affluerãt, leporeſq; & capreas aliaq; mitia aĩalia ludis admictere, quos in uico patricio aut ꝓximo celebrabant, noctuq; accenſis facibus, cum multa obſcenitate uerborum per urbem uadere & ad tubæ ſonitum conuenire. Fuit enim flora nobile ſcortum huius author argumenti, quæ cum prepotens eſſet, & diuiciis affluetet, populum Romanum morte obita heredem fecit, pecuniamq; annuãq; ludis exhiberi uoluit, quorum inſtar ludorum antiſteria apud Athenienſes ſimili licentia fuere. Vertũnalia uero dies feſtos Vertũno dicatos habuere Octobri menſe cuius ſacellum in uico turario erat uertentibus ſe ad dexteram ſub baſylicæ angulo, qui deus mercaturæ & uertendarũ rerum habitus. Vinalia autem erãt duplicia, altera uinis deguſtandis xii. kl̃s Martias cum uina pura ſunt, quo die Ioui nouum uinum libare mos eſt, quod ex dolio hauſtum calpare eximebant. Altera quibus flamen dialis uindemiam auſpicatus maturis uuis, uinum legere & uindemiam fieri iubet, quibus diebus agnam Ioui immolat, interq; ceſa & porrecta uinũ legit quo tempore ex fano Veneris uinum affatim effundebant. Fuitq; ueteri lege ſancitum ut flamen Martialis diceret diẽ ueteri uino libando medicaminis cauſa, Inde uſurpatũ uerbum, nouũ uetus uinũ bibo, nouo uereri uino morbo medeor, unde meditrinæ nomẽ deæ, cuius ſacra meditrinalia & dies meditrinalis. Sicut ad primicias pomorũ noua eſſe dicebant uetera, & alia exoptabant noua ominis cauſa. Præter quæ fuerũt ruſtica uinalia quod Veneri ædes tũc dicata foret eiuſq; tutelæ olitores addicentur qbus diebus, erãt feriati, quæ dies tẽpeſtatibus leniẽdis ſolemnis habebatur, qua nouum uinũ in urbẽ ferre & in cellis uinariis condere affluerãt. Apud Tuſculanos lege cautum erat, ne quis nouũ uinũ ante q̃ uinalia calent

Universidad de Deusto
Biblioteca

in urbē inueheret, laurētibus neq; pomū ex alieno legeret inarimū quod hu meris uectaret. Græcis ante uernū equinoctiū neq; uitē incideret, neq; uuam ante æquinoctiū autūnale gustaret, Romanis uino & nouis frugibus anteq; sacerdos primicias libasset uesci non licuit. Grecis quoq; in usu erat, in festo cui Pythoegia nomē quo dolia relinunt uinum affatim haurire, ad cuius po tū nō seruos modo sed mercēnarios, cliētes, & rusticā turbā, aduocabant.

Tantum & quantū comperatiuo nōnunq; coniūgi, ædemq; pro domo sæpe apud authores inueniri. Caput VIIII.

CVm a tumultuariis negociis, ingenii uegetandi causa, ani mū ad māsuetiores mutas qñq; diuertere, incidimus forte ad id tēporis cū hæc cōmentaremur, in libellū Elegātiarū quē sic inscripserat grāmitici cuiusdā docti hominis & cōsi dētis, q pleraq; exq̄site & nō indisserte, ex authoribus adno tasse uidebat. In quibus ita scriptū legimus, tantum & quā tum uerbo & positiuo, tanto & quāto cōparatiuo iūgi oportere, ut quāto es doctior tāto es melior, quātū potes tantū elabora. Arguitq; lactantiū, uelut parū diserte loquētū, quāto frequēter impellit tāto firmiter roborat. Sed cū nos lōge secus a probatissimis hæc obseruata legissemus, ꝓfecto id nō usq; quaq; uerū putamus, ipsumq; q inter grāmaticos principē locū facile tenuit, qd citra calūniā dictū sit, incurtose ꝓcessisse. Esto. n. quod sic fuerit ab autho ribus sæpe usurpatū, quin secus dici scribiq; possit citra reprehensionē, nō ne gaueri. Siquidē & tantū cū quāto, & cū positiuo aut cōperatiuo iūgi nō indi serte plerūq; uidemus. Fuitq; hæc oro nō erudita solū sed suis mūeris oibus absoluta. T. Liuius tertio ab urbe cōdita, quātū iuniores patrū plebi se magis insinuabāt, eo acrius cōtra tribuni tendebāt. L. Florus Epithomatū secūdo, Numātia inquit quātū Carthaginis capuæ Corinthi opibus inferior, ita uiri tutis nomīe & honore par oibus. Idē de Cassiano bello, sed quāto est efficā tior fortuna q̄ uirtus, tātū esse uirtutē. Plinius Nepos epistolaꝝ ultimo, quā tū ab huiusmodi cupiditatibus remotior eius animus esset, tāto īpēsius, Ta citus historiaꝝ quinto. Tiberius inqt, quāto intētus olim publicas ad curas tāto occultior ī lusus, Plinius quoq; historiæ naturalis xxx. multū suplatiuo iūxit, Domus inqt multū pulcherrima cōsensu oīum ætate ea in colle qrinali. C. aquilii fuit. Q uin ēt dixit Grāmaticus noster ꝓxime accedere ad uī cōpa ratiuoꝝ ante & post, ut tāto ego ante ueni nō tātū. Cōtra qd authoritas pli nii & alioꝝ obuia est, Naturalis historiæ xviii. Q uātū igit uniuersas terras ager cāpanus antecedit, tantū ipsum pars eius quæ laboriæ dicitur. Cæsar cō mentario vi. omni inquit nobilitate eduorum interfecta, tantum potentia an te cesserunt, & aliis passim authoribus probatissimis in quibus liquet, tantū

cū quāto, & cōperatiuo & positiuo, nō absq; cultu latini sermonis iungi lice re. In eodē quoq; libello scriptū fuit. Aedē singulari pro templo, plurali nu mero pro domo accipi oportere, nisi sacras adieceris, quod tñ secus dictū de finitūq; plerūq; est. Q. Curtius libro quinto, stabant inquit ad fores ædis eius in qua rex uescebatur, & alibi excubabant seruatis noctiū uicibus proxi mi foribus ædis, Cicero pro cluentio, atq; illo tēpore inquit, in æde T. Annii hominis honestissimi Scalenus accersitus ab oppianico uenit. Rursus ædes plurali pro tēplo. T. liuius nō semel ponit. Duū uiri inquit creati fuere edi bus dedicādis, Suetonius in Claudio Spectacula inquit edidit cū prius ad su periores ædes supplicasset. Neq; abnueri, quin frequēs habeat usus, ut ædes pluratiuo numero pro domo, pro tēplo uero singulari dici cōueniat. Sed ta mē quin altero etiā modo latine dici possit, isq; sermo citra reprehensionē p babilis sit, licet partius circūspectiusq;, antiqua dicta et uetery authoritas facit.

Q uæ lege xii. tabularum utiliter & cōmode, quæ ue parum consulte, & ni mis seuere scripta uidebantur. Caput X.

ACondita urbe ad annū fere trecentesimū, populū Roma nū ancipiti bello distractū sine legibus certis, suis tantū mo ribus uixisse neq; externas leges cōquisisse satis cōstat. Tre centesimo demū exacto anno, post finitimos superatos, bel lo quietis rebus, cū res publica legibus formāda uideretur. Decē uiros legū ferendaꝝ causa creārūt, qui Athenas profe cti ad iura statuenda, ut peregrina instituta, scita, moresq; nosceret, diuino cō silio leges xii tabulis in æs incisas in foro proposuere, excerptas a Solonis le gibus, q̄ axibus ligneis cōtinebant, qbus boni æquiq; iussa, praui delictorūq; depulsio, tū iudicioꝝ ordo, & benеuiuēdi norma, penæq; ac premia cōstitu ta sunt, a qbus postea oīs diuini Humaniq; nr̄i iuris sanctio manauit. Q uæ quidē leges, cū longi tēporis abusu, antiquatæ essent, & uetustate cōsenuis sent, nouis postea æditis, quæ eadē illa cōtinerēt, licet mutatis uerbis, eadem tñ scita, & cōstituta māsere. Primi. n. q leges scriptas ptepositere, æquādæ li libertatis causa Zephirii fueræ locri in bruciis, a Zephirio promōtorio dicti anacis Oilei socii, licet Alii in Boeotia locri Opuntii ꝓdant, patrocli patria. Alii Epicnemedii in eadē boeocia, Alii ozolæ a malo odore nūcupati in lybia. His ergo zephiriis Zeleucus Sparthanorum & Cretensium placita imitatus qui a Minoe, uetustas leges acceperant, acerbiores leges conscripsit, penasq; iure debitas, iuris atq; iniuriæ regulas scripto prefiniuit, ut metu iudiciorum & penarum a criminibus abstinerent. Antea enim omnis animaduersio cri minis non scripto iure, sed iudicis arbitrio edebatur. Postea Athenien ses a Draconе & Solone scriptas Leges, in Prytano ab eo fixas & pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

positas iuraq; & iudicia acceperunt. Demũ Romani moderando iura sum-
mis insimisq; æquando, illorum exemplo scriptas promulgarũt. Et sicut Cre
tensibus Minos, Sic Zoroastes Bathrianis & Persis leges dedit, Caronda
Carthaginensibus, Zamolsis Scythis, Plato Magnesiis & Siculis, Egyp-
tiis uero Mina, Trismegistus, & Bocorus, Thebanis Philolaus, Androno-
dorus Calcydensibus qui in Thracia sunt. Prothagoras autem Thuriis, qui
bus postea abrogatis & inductis, Metellus deuicta Creta illas cum Roma-
nis cõmutauit. Lacedemonii uero non iute scripto, sed moribus tantum usu
ãnorum cõprobatis pro lege usi sunt. Ideo lycurgus leges scriptas Spartha-
nis nullas dedit. Sed omnium consensu mores tanq; si lex ædita fuisset, expe-
riundo obseruarunt. Indi quoq; literas non nouere, sed æquissimos mores,
legis uice habuere, Hiq; adeo tenaces fuere ut omni scripto iuri anteirent. Sed
quæ priscis institutis, per conditores Romani iuris eisdem tabulis ad uerbum
scripta fuerint, parum cõperta sunt, cum ad manũ non sint, nulliq; ãnales ex
tent, nullaq; monumenta uetustatis. Nisi quod pauca quæ ad morũ disципli-
nam & iudicia spectant, intercise authores produnt. Extãtq; ut multi asserũt
Hermodori Ephesii legum decem uiralium primi interpretis scripta relata, cu
ius statua ob id fuit in comicio erecta. Ex quibus pleraq; explorate & satis uti
liter, quædam duriter & inhumane, nõnulla remisse & leniter uidentur con-
stituta, quoq; aliqua probanda, multa uelut ímitia & agrestia refellenda sunt,
nisi forte, multo æuo intercisos & reconditos illius sensus nõ tenemus. Ex his
non alienum fuerit aliqua licet nimis peruetusta & obsoleta adnotasse. Nam
faciẽ carpere, & genas radere unguibus mulieres per comede uetabant. Neq;
magicis artibus segetem ex alieno traducere, neq; defunctorũ corpora in ur-
be uri aut sepeliri utiliter sanciuerunt. Eiulatusq; & flebiles quæstus quotidia
nasq; lachrymas & cantus lugubres in funeribus in hibuere, Sicut a Solone
constitutum fuerat. Verba ex ea lege hæc sunt, faciem ne carpito, neue alie-
nam segetem pellexeris, mulieres genas ne radunto, ne ue lessum funeris er-
go habento, in urbe ne urito neue sepelito. Tum siquis in suo arborem pan-
xit a uicini fundo quinq; saltem pedes abesse uoluit, in hæc uerba, Siquid in
agro plantaueris quinq; pedes a uicino abesto, Si ficum aut oleam pedes no-
uem ab esto. Quod autẽ alienam segetem pellicere ueneficiis lex uetuit, ideo
cautum est, quod carmine euocari fruges & alio transferri ueteres credidere,
quod ne liceret ad alterius iniuriam condere etiã lege sanxerunt, insuper filiis
sub patris iure esse, illosq; uictus necessitatis ue causa patrio iure uẽdere & pre
cium quæstui esse usq; ad tertiam auctionem, neue id fraudi ignominiæ ue es-
set, neq; filiis quicq; in bonis esse, patribus uiuentibus uoluere, nisi patrio iure
emancipatione solutus foret, aut se iubente sponsam filius duxisset, quod an-
tea a Nũma Pompilio cautum fuerat, quem etiã pater occidere poterat. Sed

cum a prisca illa seueritate postea desuissent, sequti interpretes ius naturæ se-
quti cauerunt, ut liberi parentes alant aut uinciantur. Quam emancipatio-
nem seu cuius rei alienationem, secundũ formulas antiqui iuris, ita fieri iube-
bat, ut non minus quinq; testibus Romanis ciuibus & libripende qui libra
æneam tenebat, is qui mancipium accipit æs tenens ita dicat, Hunc ego ho-
minẽ ex iure quiritum meũ esse aio, post quæ uerba ære percutit libram, atq;
illi æs dat a quo mancipium accipit, quasi per imaginariã uenditionem precii
loco in ius suum & ditionem uendicaret, de alterius manu. Quecunq; igi-
tur alienatio xii tabulis haud aliter nisi hac solẽnitate fieri iure poterat, aut ces
sione quæ fieret apud magistratum populi Romani. Vt cui res iure cedit rẽ
tenens ita uendicet. Hunc ego hominẽ ex iure quiritum meũ esse aio, mox p̃-
tor interroget eum qui cedit, an contra uendicet, quo negante aut tacente ei q̃
uendicarat rem adiicit, idq; legis actio dicitur, quia traditiõe pura cessio rei mã-
cipi non explicabatur. Quare usurpatur ut in emptione rerum quæ manci-
pi sunt, libra interponeretur, & libripendes. Si tamen filius e muliere, quæ
uulgato corpore quæstum fecit, & non iustis nuptiis æditus, aut a patre, nul-
lis foret artibus instructus, lege Solonis patrem alere, minime cogi poterat.
Glandem quoq; suam in alienum fundũ procidentem ut liceat tollere in alie-
no, quiq; iniuria alterius arbores cecidisset, in singulas siclos æris uigintiq;
penam soluere cogebat. Tum inter iura stillicidiorum & parietũ, nequis ædi
bus tignum iniunctũ eximere cogatur, sed duplum pro eo prestari neue qua-
drupes pauperiem alteri faxit, sed dari animal pro noxa aut eius offerri estima
tionem lege cauebatur. Quod a Solone statutum erat, ut si canis morsu
affecisset quippiã, quattuor pedum capistro nexus dederetur, quod de omni
quoq; pecore sancitum est. Iisdemq; legibus quoties de alicuius statu causa
agitur, ut liber an seruus sit in dubium ueniat dari uindicias secundum liber-
tatem aut seruitutem cauebatur. Vtq; ad agrum meũ per tuũ eunti uia mihi
pateat, que in porrecto octo, in anfractu sexdecim pedum foret. Dari autem
Vindicias secundum libertatem tunc dicebatur, cum prætor super assertione
liberi capitis aut seruilis personæ quem assertor seruum aut liberũ dicit de quo
ambigitur, datis inducis decernit edicto, ne interim asserto uis inferriu aleat p
assertorem, Sed in libertate qua fungitur maneat. Cum uero pretor assertum
in seruitute pro seruo teneri apud assertorem interim iubet. Vindiciæ secundũ
seruitutem dicuntur dari. Furta quoq; eadem lex usq; adeo auersata est, &
tam seuera correctione plectit, ut furem manifestam in seruitutem tradat illi
cui furto quid subtractum foret. Furem uero nocte deprensum quoquo mo
do, die uero si telo se defenderet, & demũ cum clamore occidi permiserit. In
hæc uerba si nox furtum factum sit, si in aliquis occidit iure cesus esto. Furta
quoq; per lancem & licium concepta uelut manifesta seueriori pena puniuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

e diuerso lycurgus Sparthanis furta impunita esse uoluit, quo magis acuerentur ingenia animoq; essent uegeto & solerti, exẽplo Germanoꝝ & Aegyptiorum qui furta legibus inulcta reliquere. Si tamen sacerdoti exhibita fuisent, furi ablatæ rei pars lucro accedebat. Apud Persas fuere Cardaces q̃bus nullus erat rapinis modus. Nam per occasionem & licentiã rapto uiuere permittitur. Fertur tamen Dionysius senior, cum sceleris conuictos grauius puniret, illos qui uestes furabantur impune abire iussisse. Cõtra uero apud Scythas quibus nihil erat furto grauius. Seueriſſima enim plectebantur pena q̃ turbato gentium iure de possessione dominos euerterẽt. Indi quoq; arapinis uelut contra hominũ societatem contraq; diuinum humanũq; ius magnopere abstinuere, adeo ut si quis uectigal furatus esset, capite lueret. Tã & si Herodotus author sit, Thauroscitas furandi licẽtia sibi uictũ queritare. Id quod Solon apud Athenas sanctionibus magnopere uetuit, cauẽs ut siquis quod non poluisset tolleret, tanq̃ improbus penas daret. Præ cæteris Draco legũ lator ut ab alieno omnes manũ abstinerent, furta tam morosissime penitauit, ut eum qui stercorandi causa stercus bubulum abstulisset, aut olera, capitis supplicio afficeret. Cẽsuitq; furto teneri etiã qui iumentũ aliorsum q̃ quo utendũ acceperat deduceret. In lycia ferunt constitutum ut si liber homo qd piã furatur libertate amissa seruus cogatur esse & mancipiũ. Alexãder quoq; seuerus adeo uindex furtorum fuit, ut præter seuerissimas penas, nullum raptorem aut furem salutationi admiserit, Illosq; uelut nequissimos e conspectu summouerit. Dixere aũt furta per lancem & licium, quod fures quiin alienas penetrabant ædes, plerũq; ut est sagax furum solertia, licium ferebant quo furta alligarent, & lancem pre oculis ne inotescerent. Eadem quoq; lex cetus nocturnos & coitiones, in urbe nocte fieri uetuit, quod lapsu mox temporis obliteratũ postea Gabinia lege inouatũ fuit. Noctẽq; ita lex definiuit, ut post solis occasum noctem esse decerneret. Verba legis hec sunt, ante meridiẽ causam conicito, cum perorant ambo presentes, post meridiem presenti litẽ adicito, Si ambo presentes, sol occasus suprema tẽpestas esto. Venditæq; rei & traditæ, nisi persoluto precio uel satisfacto, haud aliter rem ad emptorem trãsferri uoluit. Furtiuæq; rei usucapionẽ & dominiũ inhibuit, quo etiã iure cauebatur, in rebus uendundis ea prestari oportere, quæ essent nuncupata, ita ut pacti & conuenti stetur formulæ, quæ qui inficiatus foret duplicẽ subiret pœnam. Quod mox a iure consultis qui formulas de dolo malo inuenerũt, cautius statutũ est. Nam in re uendita siquid inesset uicii, quod emptor ignoret uenditor sciat, reticentiam quoq; mulctari iusserunt. Erat tñ lege constitutum, ut si quis peteret quod inficiaretur, dubia argumẽtorum fide, ambo petitor & reus, æreos quingentos apud pontificem deponerent, quod iuramentum dicebatur, & demũ re discussa, uictor pro quo iudicium staret, nũmos reciperet,

reciperet, uicti uero ad ærarium ferebatur. Et tam & si lege xii. tabularꝝ, usu capione biẽnali fundi dominium transiret ad emptorẽ, nihilq; de urbanis caueretur prediis, iure consulti postea legem interpretati, idem placitũ iuris æquitate ad urbana transtulere, qua etiã lege cautum fuit ut uestibulum sepulchri sicut sepulchrũ usu capere non liceret. Frugem quoq; alterius aratro quesitã nocte pauisse, uel infame carmen proposuisse, puberi xii. tabulis capitale fuit, impuberi uero pretoris arbitratu fustis pena. Eumq; qui hostem concitasset aut opem tulisset capite puniuit. Furti quoq; noxalis actio lege xii. tabularꝝ constituta erat, ut si seruus quadrupes ue, furtum dãnum ue admisit, uel fraude aut perfidia quid parauit, dedendo seruũ aut quadrupedem liberetur dominus. Quod si seruus equs ue meus in stadio coronã meruisset, domino deberi cauebatur, his uerbis, qui corõnam parit ipse pecuniam ue eius uirtutis ergo arguitur quam seruus equi ue meruissent. Et hæc omnia sapientia prope singulari eisdem tabulis sancita & sacrata fuere. Nec tantum circa corrigẽdos plectendosq; mores. Sed circa ultimas uoluntates & bonorum successiones testamento debitas, & ad parentum bona admissionem, eisdem tabulis iura perscripta sunt. Nam masculos æque ac feminas ad bona parentum pariter uocauit, eosq; siue testamento ualido siue nullo nec solũ natos sed postumos suitos & necessarios heredes esse iussit proq; hereditariis portionibus legata distribui uoluit. Quod olim Ephialtes Ephorus lacedemoniis lege prohibuit. Nam rogationem tulit nimis insolentem, ut liceret patri filiis omissis extraneos scribere successores, hoc agens, ut filium quem odio prosequebatur exheredaret. Solon uero nisi extarent filii, quos testator uoluit, scribi heredes iussit pro uoluntate. Apud Arabes lege cauetur, ut frarres gentilium hereditatũ successores antecedant filios, quia natu grandiores sunt, lycii populi filias non filios heredes nũcupant, & amatribus cognomenta ferunt, qui etiã apud Cãtabros uetus erat mos, ut maribus omissis filias ex asse instituant. Germanis uero de bonis testari non licebat. Sed si liberi essent, ad intestati patris hereditatem admictebantur, si minus proximiores propinqui. Apud Aethiopes, ad regni successionem non Regis sed fratrum filii uocabantur, Proditũ tamẽ memoriæ est, Metelli filios Romæ a patre hereditate excussos testamẽtum tamen irritum non fecisse, satius arbitrati bonorum exterres fieri, q̃ qualemcũq; patris uoluntatem non tueri. Non sic Hortensius orator & fuluius flaccus. Nam sceleſtiſſimos filios, & parricidii conuictos, q̃is bonis se abdicaturos iurassent, heredes tamen bonorum reliquere. Actilia uero Variola cũ a patre octogenario, hereditate excussa esset, centumuirali tamẽ iudicio ad patris bona admissa fuit, pro eo quod undecimo post die, nouercam ei superduxerat, uelut decrepitus pater ætate desiperet. Libertorum quoq; hereditatẽ & tutelam filiorum si intestati decessissent ad patronum pertinere. Quibusq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

tutor datus non esset, proximos agnatos, uelut fide & constantia singulari ad tutelam & curam aduocauit. Fuitq; apud Thurios lege cautum, ut bonorū & fortunarum pupilli agnati proximi curam agerent ipsius uero educatio & morum institutio, maternis affinibus daretur, Solonis tamē lege cautū fuit ne is tutor esset, ad quem post obitū pupilli bona redundarent, ne qua fraus neu quis dolus compositus pupillo exitio forent, quæ tutela fiduciaria dicta, quippe fiduciā is habere dicitur cui res aliqua mācipatur & creditur ut haud multo post, illam mancipanti reddat. Eos lacedemonii proditos nūcupant, qui alterius tutelam curamq; suscipiunt. Apud indos lege cauetur ut patre defuncto, filiis tutores duo, qui illorum curam agerent, peregrini non ciues dē tur. Atq; si nemo suus heres patri existeret decedenti proximos agnatos hē redes iussit esse. His uerbis, agnatus proximus familiam habeto. Si tamen capite minuti essent, illos ad bona decedētis lex non admictebat. Patronūq; ad bona liberti, tunc demū peculiūq; admisit, si nemo suus heres foret, Su spectumq; tutorem a pupilli tutela amoueri. Furiososq; & prodigos, quicq; patrimonium profusis sumtibus debachantur, in agnatorum tutela & cura esse uoluit, quibus etiā bonorū; administratio lege interdicta fuit. Viro quoq; ab uxore diuertere aut res suas sibi habere nisi causa legitime cognita eisdem tabulis uetabatur. Quo diuortio nulla uxoris culpa subsequto dos integra repetebatur. Si uero culpa inesset, usq; ad dimidium dotis in singulos liberos sexta a marito retinebatur. Interdum si diuortium fieret, quod melius æquus esset, apud uirum manere, quod uero non esset melius æquius, id uxor post diuortium uendicare iubebatur. Quod si in confessum aut iudicatum lis data foret, triginta dies exoluendo debito prefixi fuere. Verba legis sunt, æris confessi rebusq; iudicatis triginta dies iusti sunto. Post deinde manus iniectio esto. Quod si clientem aut eum qui in fidem patrocinium q; uenit, quisq; nē quā & improbus fraude aut dolo frustraretur, eum lex haud secus puniuit, ac si capitali iudicio esset affectus, in hæc uerba. Patronus si clienti fraudem fē cerit sacer esto. Neq; enim leui animaduersione dignum censuit eum qui fidē labefactasset, quicq; frustraretur illum qui in suam fidem & clientelam uenit, seq; illi cōmisit & credidit. Nam clientem qui tutelæ patroni se cōmisit cariorē haberi q; propinquos affinesq; ueteres uoluere. Id quod Persis & Indis mag ni criminis instar erat, quorum lege cauetur, ut qui clientem decepisset, quicq; ter mendatio abusus fuisset, illi per omnem uitam silentium indicererur nul loq; magistratu aut honore dignus haberet. Arthoxerses quoq; mirifice mē dacium auersatus fuit, adeo ut mendacis hominis linguam triplici clauo affici iusserit. Fertur Epaminūdas tam seuerus ueritatis cultor fuisse, ut ne ioco qui dem quandoq; mentitus sit. E diuerso, egyptiis nullus mētiendi modus sum maq; mentiendi impunitas erat. Eademq; lex ut ex duabus pluribus ue sen

tentiis decretis

tentiis decretis ue, quoties ancipiti res cōtentione distrahitur, semper ut anti quo abroget nouum, utq; postremū quod populus iussisset id ratum foret, sancitum uoluit, & pleraq; notatu & scitu digna, quæ omnia perpenso iudicio & librata moderatione, a priscis legum conditoribus, cōmode cōstituta sunt, quorum argumēto coniicimus q; examinato modo prisci iuris interpretes sci ta legum promulgarunt. Contra uero multa incuriose & subrustice, partim insolenter & inhumane non probabili nec recto iudicio eadem lege decreta ui dentur & constituta, quæ forsan aut signiter prætisa, aut negligenter animad uersa fuere. Nam de qua re in iudicio diceptabatur, in re presenti & apud prē torem exhibita ex lege xii. tabularum correptio manus fiebat, quod ex iure manu consertum dicitur. Atq; de ea nisi coram exhibita, minime decerni aut iure agi lege poterat. Quodq; si homo in iudicium citatur & morbo aut se nio affectus ad ingrediendum inualidus foret, lumentū aut plaustrum lex da ri iubebat, quo eger ille forte spiritum exalans suppremis ānis sisteretur. Vi delicet nondum per patronos, & assertores aut sponsores agendi forma con stituta, cuius uerba adscripsi. Si in ius uocat, si morbus uitas ue uicium extitit, qui in ius uocabit, lumentū dato, si nolet arcerā ne sternito, id quod lege elia postea fuit sublatum cautūq; ut locuples, in iudicio clienti adesset, in hæc uer ba assiduo uindex assiduus esto, dixere autem assiduum qui pluribus assibus & fortunis locuplex foret. nec minus seuere q; duriter, q; siquis consulto aut ca su, alterius mēbrum rupit, aut secuit, e pacto talio pena erat. Tum quod simi le monstri est, & omnem exsuperat fecordiam Si ob æs alienum creditori de bitor additus foret, post distractum patrimoniū re familiari destitutus, postq; uincula & cathenas, membra eius breuissimo laniatu, ad creditorum libidinē diuidi iubebat, Iniquissimo decreto seuæ atrocitatis īmanitatisq;. Verba legis sunt, in ius ducito ni iudicatum faxit, aut se ui & iure uendicat, statim ducito uincito, aut neruo & compedibus quindecim pōdo nec minore, si uolet, ma iore uincito, Si uolet suo uiuito, ni suo uiuit, qui eū uinctum habet libras far ris in dies si uolet plus dato. Tertiis mundinis partis secanto, si plus minus ue secuerint sine fraude esto, & infra. Hanc uero legem Athenis Solon antea abrogarat, nam corpus pro re addici aut super eo fœnerari sanctionibus ue tuit, quæ lex Sisathea dicta quasi oneris leuamē, qua etiam cauit, ut preter bo na debitoris in tergore & corpus nulla uexatio esset, Sicut post triginta tyrā nos parta libertate. Athenienses Amnestiam hoc est malorum obliuionē le gem edidere, qua ueterum admissorum impunitas dabatur. Idem ab Aegy ptiis cautum affirmant, ut ultra res & bona debitoris, nulla in corpus aiad uersio foret, nam pecuniæ creditæ bona non corpus dixere obnoxiū, quibus in usu erat, ut defunctorum corpora unguentis delibuta ac si uiui essent credi tori oppignorarent, & super his fœnerarentur, magno dedecore illorū qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

constituta die non reluisset. Post aliquot uero tempora ab Athēiensibus eā tum fuit, ut si litem pater non persoluisset, filius exoluere, & uinclis publicis interim detineri cogeret, Sicut de Cymone & aliis traditur, Apud Boeotios qui æs alienum non dissoluit, in foro sedere cogitur, & circūstante plebe in os & ora corbem accipere, qua nulla fuit ignomia maior. Indis uero qui creditum moras, a creditore reus agitur, mox prefixa die, si non soluit, manu trūca & oculo effosso morte afficitur, Apud Pystidas quoq; de abiurato depositō maximū erat iudicium, ut abiurans facinus morte lueret, Nec minus seuere, quod falsum testimonium dixisse cōuictum de saxo lex deici iubebat quod ab Aegyptiis ductum facile crediderim quibus omne periurium & ueri ludificatio diis abiuratis morte luebatur, quod deos una atq; homines offendisset, mox subsequtis legibus mitior pena periurio data est, quarū uerba sunt, periurii pena diuina exitium, Humana dedecus uiolati iuris iurādi esto, Apd Indos uero de periurio cōuictus manuum pedumq; digitis & extremis mēbris decurtabatur, Iudicem quoq; aut arbitrum iure datū, cōuictum ob rem iudicandam pecuniam accipere, aut qui turpe iudicium nūdinatur non minori seueritate capite puniuit, cuius rei causa post aliquot secula. M. Cinthius legem tulit ad populum, qua causidicis munera, ob patrocinia largiri uetuit, sæpiusq; lege repetita, Postea Claudius iussit ut sine patrono quisq; uitæ rationem reddetet, Contra uero in eum qui insigni cōtumelia quēpiam affecisset, tam leuem mulctam dixit, ut illi qui summa turpitudine fœdatus erat, ultra uiginti quinq; æris mulctā conuicians non deberet, ut tantulo īpēdio summa iniuria lueretur. Verba legis sunt, Siquis alteri iniuriam faxit, uiginti quinq; æris pena sunto. Siquis tamen occentauisset, aut carmen condidisset, quod infamiam faceret, flagitiumq; alteri, capitale sit. Solon uero Seueriori disciplina coercuit iniurias. Nam pro conuicio popularem uoluit actionem dari, ita ut cui uis agendi facultas foret. Cumq; masculorum progeniē ad parentū bona, sine discrimine lex uocaret. Illos qui per feminini sexus uecessitudinem pariter sunt coniuncti, ita'osos habuit, ut nec inter matrem & filiam ius succedendi daret. Et cum propter mēbrum ruptum fractum ue talionem constituerit, his uerbis, Siquis mēbrum rupit in eum talio esto, Illi qui alteri os fregit, cum ea corporis pars sanctior in homine sit, ob id admissum nimium teneriter penam dixit, cum propter oris dignitatem seueriori pena uindicandum foret. Decedentium quoq; uoluntates ita lex fouit, ut omne patrimonium & quicquid in bonis esset, testatori legare permiserit, nihil apud heredē q onus adītionis habet, ex defuncti substantia remanente. Verba legis sunt, uti legassit suæ rei quisq; ita ius esto. Et pletaq; hoc genus, quæ acerbissima dura nimis, & agrestia uisa sunt. Quod autem lex si cliens morbo sontico impedit quo minus sisti ualeat, iubet diem iudicii esse diffusum, ex bono & æquo fa-

ctū crediderim

ctū crediderim, Siqdē sequti iurecōsulti lēgē xii. tabularū interptati, morbo īpedito iudicioq; tēpora dilabi noluere. Sed cū eis illa decēuiralis Seueritas, ac tristis et inhūana ratio tā lege ebucia q̄ aliis edictis, penitus i ducta fuerint, sequti postea iuris interpretes miti & tractabili ratiōe, eadem leges indefesso studio interpretati, abrogatis his quæ duriora, quæ uero equiora uidebant se quti, propositas controuersias uberius explicarunt, itaq; effecerunt, ut graui per penso iudicio, æquissima nobis iura sanctissimaq; hodie tradantur.

Sacrū septimontiū in qbus locis urbis fieret, qui ue septē colles urbis sint, q̄ue in illis præcipuæ dignationis loca forent. Caput XI.

SEptimontiū festū agere Romanos, qd̄ septimus urbi collis additus foret, apud Authores legimus, quo tēpore in septē locis sacrū fieri Varro significat, palatio, Subura, Velia Fagutali, Celio, Opio, & cespo. quo die per urbē uehiculis ferri crimiosum erat, qui paganalia dictus, qd̄ non populi, sed mōtanoq; & agrestiū, dies festus erat, quod. n. i palatio sacrū fiebat, palatiar, sicut in Vimiali fagutal dictū est, Sed inter Vrbis colles Capitolinū fuisse precipuū nemo dubitat, q Saturnius ab Archadibus qui ea loca incolebāt primo nūcupatus, portāq; illic excitati castelli Saturniā habuit. Fanūq; Saturni i Capitolii faucibus, qd̄ ærariū populi Romani fuit, q etiā Tarpeius a Vestali oppressa armis, postea Capitolinus ex hois capite inuento dū tēpli fundamēta effodiūt, denoīatus est, in quo pter Iouis Optimi Max. tēplū Iunonis Reginæ & Mineruæ ædes fuere, tria. n. sacella paruo distincta spacio uisebant. Mediū Iouis Tonātis, ad dextrā Mineruæ ad Sinistrā Iunonis. Q̄d quidē Iouis tēplū semp Sabinis patuisse traditū est, ex fœdere, qd̄ inter Romulū et Tatiū ictū fuit, iuxta qd̄ sacri anseres q puigiles excubitores erāt, affluēti cibo pascebant. In eoq; fœdera cū Carthaginēsibus icta & inouata, & cū Attalo pgami rege æneis tabulis pactiōesq; & priuilegia Senatus cōsulta, plebiscita, & imunitates ulq; ab exordio urbis cū exteris gētibus inita seruabant, q̄ nō modo i tabulis sed in Clypeis quoq; qñq; scripta fuere. Siqdē fœdus gabioq; cū Romanis in corio bouis rotūdo in star clipei descriptū uisebat. Fidei quoq; & Termini tēpla iuxta erāt. Martis uero & Iunonis Monete i Arce, cuius solū, domus M. Mālii Capitolini pnicios ciuis fuisse tradit, q nouaq; rex cupiēs regnū appetēs aggressus est, i quē fuit iusta aīaduersiōe uidicatū. Quæ qdē arx capitolio adhesit excubiis ualloq; circūdata, i q̄ situ erat Iouis simulacrū ab ortu urbis e cupsso, mētis quoq; et ueneris ericynæ atq; opis et iuuētutis edicule sibi fuer, atq; oīa deorū simulacra i capitolio fuisse p̄dunt, inter q̄ ara Iouis pistoris et Veneris calue quā sub tecto noīa te religio nō sinebat, ibiq; atrū publicū et curiā calabrā q̄ casæ romuli pxima

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuit ubi minor põtifex feſtos enũciabat dies. Aedẽq; Tonantis Iouis ab Auguſto, nouãq; aliã cuſtodi Ioui cõditam a Domiciano authores memorant. Quæ curia et Romuli caſa ĩ memoriã uetuſtatis e, culmo fuit et ſtramentis, quo mos uetęr & hũilis ille cultus notaret. Sicut Areopagus Athenis ad ãti qtatis exẽplar luto & palea tegebat. Hũc mõtẽ auſpicato conditũ, poſt incẽ ſam a Gallis urbẽ quaſi ꝓpugnaculũ ĩperii laxo quadrato cinctũ fuiſſe meo morãt, quẽ Oratius Pulullus una cũ tẽplo dedicauit, interiecto deinde quadringentoꝝ & quindecim ãnoꝝ ſpacio, incendio abſumptũ Sylla reſtituit. Mox magnificis operibus & imaginibus magni ſumptus exornatus mons fuit, præcipue Iouis & Apollinis ſtatua cubitoꝝ triginta alucullo, ex Apollonia ponti urbe trãſlata, quẽ deinde reſtitutũ. Q. Catulus dedicauit, qđ unũ ſuæ felicitati defuiſſe Sylla teſtatus fuit. Sed cũ rurſus in Vitellii ſeditiõe, diſſidentibus pretorianis a plebe, ciuili rabie eſſet euerſus. Veſpaſianus illũ denuo reſtituere agreſſus non perfecit morte preuentus. Demum Domicianus in Imperio reſtitutum conſecrauit. Sed præter hoc, fuit aliud Capitolium ea puæ arx munitiſſima, aliud beneuẽti, Sicut apud Carthaginẽſes Byrſa opus inuictum late proſpectans, Eſculapio ut ferunt dicatum, quod erat Carthagini inſtar Capitolii. Et apud Argos arces duæ ex quibus laryſſa ægregie munita. Et Corynthi Acrocorynthus, munitiſſimus uertex qui urbi iminet, atq; Athenis Munichia & Cecropia, cui πόλις nomen, locus natura magis q̃ opere ſeptus. Nam pelaſgicum quæ Athenarum pars editior erat, incolere oraculo moniti uetabant. Suſis aũt Memnoniũ, in Samo Cyathis & Amaſtris, iuxta paphlagoniã Seſamis pro arce fuit & munimẽto. Apud Heduos Bibracte, Brucioꝝ Triuertex, Syracuſis Achradina, Meſſene aũt Ithomæ, quã Acrocorynthũ Philippus li haberet, utroq; cornu bouẽ tenere Demetrius dictitauit, ſicut Greciæ cõpedes Corinthũ, Chalcidẽ, & demetriadẽ idẽ Philippus appellauit. Arx uero Thebana Cadmea dicebat, Egypti Regum Mẽphis, Babyloniis ptera, Hieroſolimis Meſade, Maſſiliẽſibus epheſiũ. Palatinus uero mõs Capitolio ꝓximus qn Archades habeat authores nemo dubitat, quẽ a Palãthea urbe Archadiæ dictũ autumãt, ipmq; aborigines & rhetate ꝓfectos tenuiſſe, aut a balatu pecoꝝ, ſeu pale paſtoꝝ dea, uꝫ a palatia latini uxore, ſiue ab hipborea pallãtis filia, uel qđ ibi pallas defunctus ſit, nomẽ ſortitũ uolũt, Cõſtatq; ꝓma fundamẽta urbis ibi iacta. Romãq; q̃dratã Romulũ fundaſſe, Palatinũq; ne oportunus iiuriæ foret muniuiſſe, Poſtea ædẽ uictoriæ & tẽplũ Apollinis & muſaꝝ quod magna mole cõſtruxit, cũ bibliotheca greca latinaq; Auguſtũ addidiſſe. Ibiq; Sacellũ deæ uiriplacæ ad qđ uir & uxor diſſidentes conuenire & in gratiam æquiſſimis animis redire affluerant, ac febtis fanum ædemq; matris magnæ quæ Berecynthia dicta eſt, ac templum lunæ noctilucæ, delubrumq; Iunonis ſoſpitæ, haud longe poſt

eſtructa fuiſſe. Etiã lucus Veſtæ a palacii radice ad nouã uſq; uiã deuexus fuit, & lupercal ubi Romulus & Remus alti ferũtur & æducati, Regionẽq; pa palatii ad Capita bubula multos inibi noſaſſe ubi poſtea ſacrariũ fuit. Huicq; regioni Germalia & Veliã ac ſacri portũ, & domũ ſcauri ſpectare, quã Clodius mercatus fuerat & ad ſacrã uſq; uiã protẽdi Varro ſignificat. Ibi quoq; ꝑclara domus. Cn. octauii qui ex ea familia Cos. fuit ꝓmus, Craſſiq; Oratoris. Q. Catuli atq; C. Aquilii & lepidi. Tẽplũ quoq; Iouis ſtatoris in palacii radice cõſtructũ a Romulo quo tẽpe iter Romanos et Sabinos pugnatũ ẽ, mĩti aſſeuerãt. Ibi quoq; Ciceronis domus q̃ iuſſu Clodii demolita, ĩ porticũ libertatis trãſlata fuit, fuiſſe fert, cui poſtea & Valerio Max. ædes ĩpẽſa publica edificatas ferũt. Ac Vitruuii Bachi q author defectionis fuerat, quas dirutas una cũ bonis Sẽnoni ſangi cõſecratas. T. liuius author eſt. De Auẽtino autẽ qđ ibi Rex Albanoꝝ ſeu aboriginũ Auentinus ꝑlio fuſus & ſepultus monti nomẽ dederit, uel ab aduẽtu, qđ cõmune oĩum latinoꝝ Diane tẽplũ ibi erat, ad qđ finitimi frequẽtes uẽtitabãt, ſiue ab aduectu, qđ olim paludibus diſcluſus mõs erat, ratibuſq; aduecti illuc cõmeabãt. An ab Auẽte amne Sabinorũ qui loca tenuere ut Varro ſignificat dictus ſit, incerta opinio eſt. Q ui quidẽ collis modice altus duodecim fere ſtadioꝝ ãbitu eſſe ferebat. In quo ꝑter Dianæ tẽplũ ubi bouũ cornua ſuſpẽdebãt, lauretũ atq; Iunonis Reginæ & Mineruæ tẽpla fuere. Ibiq; ædes bonæ deæ & libertatis, quã ex mulctaticia pecunia Gracchus faciendã locauit. Forũq; piſtorũ & ſcalæ Gemoniæ ex q bus dãnati dabant ꝑcipites, araq; Ioui Elicio, ad elicẽdos fulguꝝ monitus a Tullo Hoſtilio dicata, ac ædes lunæ, Remoniũq; quẽ locũ Remus ad iaugurãdũ tẽpla cæpit, & Armiluſtrũ, ubi Tatius Romulo cõſors regni ſepultus erat, atq; ara Veneris Myrteæ quã murciã uocãt, fuiſſe tradunt. Illud plane cõſtat, primos latinos capta urbe politorio ab Anco Martio, Auẽtinũ incoluiſſe. Procedente mox tempore cautũ fuiſſe ut in Saturnalibus ad illum frequentes Romani cõmearent. Quodq; ex ſeptem Vrbis collibus, cũ cæteri intra pomerium ſint, ſolus ab Vrbe diſcluſus intra menia longo tempore admiſſus non fuit. Siue quod plebs eo ſeceſſiſſet, Siue quod Remo auſpicãte illic aues non addixiſſent, uelut ominoſum, extra pomerium fuiſſe. Celius uero a Celio iubenno hetruſco, qui cum non parua manu Romulo contra latinos ducenti ſuppecias tulit, quod ibi locum & ſedem habuere, dictus cognominatuſq; eſt, cui quondam querculano nomẽ quod multiplici quercu ſeptus muniret. Cũ uero Tullius Hoſtilius alba diruta Albanos Romã traduxiſſet, Celiũ urbi addidit, quoq; frequẽtius incoleret ibi ſũpſit Regiã, ex quo ad plana urbis leni cliuo & prope æqus deſcenſus erat. In eo enim tẽplũ Diui Claudii a Nerone demolitum poſtea a Veſpaſiano inſtauratum magna mole cõſtructũ erat, ibiq; Mamurræ domus & Tetricoꝝ ædes, fauni. Veneris &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cupidinis tẽpla fuere, & Carnæ deæ ſacellũ, quæ uitalia fouere dicebaꝫ. Cãpuſq; Martialis, in quo ſi qñ Tyberis ſupfuſus cãpũ Martiũ inũdaret, equiria fiebãt. In eo quoq; duo aquæ ductus, alter Claudii in palatiũ, Caracallæ alter in Capitoliũ hodie uiſunt. Cõſtat.n. Romæ aquaꝝ multiplices ductus fuiſſe tẽporibus uariis. Nã ꝑter Appiã, cerulcã, & Curtiã, Fuit Anio uetus, Martia, Tepula, Iulia: Virgo: Alſietina quæ auguſta: Claudia et Anio nouus quæ in urbẽ influũt, inter quas Martia ꝑcipuo nitore fluit, ex fucino lacu defluẽs, quã P. & Q uintius Martii Romã primi deduxere. Cerulea uero & Curtia. a. C. Cæſare & Claudio: magno impẽdio & ſubſtructiõibus maximis a quatrageſimo lapide ad urbẽ ducte fuere, Inter quas Claudia ex Celio mõte in Auẽtinũ perẽni manabat fonte. Cuius aquæ ductus duos Caligula innouauit, q ex fontibus Ceruleo et Curtio deducti pro eo qđ illos Claudius uouo lapideo opere abſoluiſſet, Claudiæ dictæ ſunt aquæ. Alter uero Anio nouus, in plurimos & uberes lacus diuiſus fuit, Reliq̃ a cõditoribus aut a locis denominãtur, quaꝝ hodie ductus ſũptuoſiſſimi operis licet inſpicere, partim extãtes: partim collapſos & deformatos. Hũc mõtẽ authore Trãquillo cũ multæ inſulæ in eo deflagraſſẽt. Tiberius Cæſar: precio exhibito reſtituit quẽ ꝓpterea Auguſtũ ex ſuo noie nũcupauit. Exq̃lias aũt Seruius Tullius auxit: & ut loco dignitas foret regiã ibi ſumpſit: quas qđ exculţæ ab eo poſtiſſime fuerint exq̃lias nũcupauit. Tã & ſi ab excubiis regiis dictas nõnulli credãt: antea. n. qđ ſecticeps erat Ceſpius nomẽ tulit: Hic ex Vrbis collibus ſolus duplici iugo & aggere munit cũ reliq̃ ſinguli cõtẽti ſint: ex q̃bus alter ceſpius nũcupat alter Oppius: qui & lacũ fagutalẽ & hortos Mecenatis: & lariũ & Q uerculanũ, Sacellũq; & lucũ Martis una cõplexus eſt. Male quoq; fortũæ & Iunõis lucinæ tẽpla, cuius feſta dies kl̃is. Mar. colebaꝫ a matronis, qđ ꝓturiẽtibus opẽ ferret et lucẽ daret. Extra uero Exq̃lias locus fuit, cui puticolæ nomẽ, ubi puteos in quos defunctoꝝ publice cadauera in ſubiectã foueã mictebant fuiſſe ꝓditũ eſt, exẽplo Themiſtoclis qui Melitæ tẽplũ iuxta domũ cõſtituit, ĩ quo dãnatoꝝ corpora cũ ueſtibus & laq̃is cõdebant. Q uirinalis quoq; & Viminalis, quin inter ſeptẽ numerent, nulla cõtrouerſia eſt. Sed Q uirinalis a q̃rini fano qui ibi colebaꝫ, ſiue qđ a Curibus ꝓfecti loca tenuerũt nũcupaꝫ, qui Agonius, & porta q̃ illuc ferebat Agonẽſis, q̃ ẽt Collina dicta. Cũq; in Q uirinali diuerſi ageres forẽt, ſinguli ſua noĩa ſortiti fuere. Nãq; ex his uni Tricepſos ad ædem Q uirini cõtra quã ſacellũ Senionis Sãgi uiſebaꝫ, alteri ſalutari ob ſalutis ædẽ. Tertio Mutiali ad ædẽ dei Diſſidii nomẽ erat, ut uarro inq̃t. In eo quoq; Numa Põpilius domũ habuit q̃ ad Auguſti tẽpa mãſit ĩcolumis, ubi & ꝓmogeniæ fortunæ tẽplũ q̃ publica dicta ẽ ac fidii Sabini dei, Salutis et floræ tẽpla fuere. Habuitq; circũ multa memoria dignũ, & Vallẽ quirinalẽ ubi Pomponii Actici domus, cui tã philianæ no-

mẽ aliaſq; domos clariſſimas. Viminalis uero, uel ab ara Iouis Viminei, uel qđ ibi Viminũ ſylua eſſet, denominatus fertꝫ, ubi cãpus uiminalis, lucus Petelinus & templũ Iunonis lucinæ. Q ui quidẽ colles a Seruio Tullio poſt cẽ ſum perfectum urbi additi ſunt. Hic enim adiecto Exquilino & Viminali, quod intermedii ſpacii eſt, ſtadioꝝ ſex, e collina porta ad Exquilinã, turribus muniuit & muro ſepſit, ne q̃ excurſiones illinc fierẽt, & hoſtiũ præſidiũ foret, in cuius medio porta uiminalis nomẽ habet. Habuitq; hortos Saluſtianos qui præter amenitatẽ, profuſiſſimi ſumptus erãt. Poſt aliquot uero tempora ædibus pulcherrimis magnæ molis ornatus mõs fuit. Inter quas conſpicuæ magnitudinis. M. Craſſi, domo, nec minore ſumtu. C. Aquilii eq̃tis iuris ſcientiſſimi qui primus de dolo malo inuenit formulas, cuius pleraq; extãt ægregie cõſtituta, nec nõ. Q. Catuli inſtructas, aliaſq; Romanorum ciuũ ædes conſpicuas, in eodem colle ãnotauere annales.

Qui flamines primi Romæ fuerint quod ue flaminis officium, quibus ue eſſent cerimoniis addicti. Caput XII.

NVma Põpilius ſummus religionũ cultor, inter cætera inuẽta & cõſtituta, Flaminẽ Iouis aſſiduũ ſacerdotẽ legiſſe fertꝫ qui re & eſtimatiõe magna fuit, eũq; inſigni ueſte, toga pretexta & curuli ſella ac lictore adornaſſe, duoſq; illi flamines aſciuiſſe, unũ Marti. Q uirino alterũ, genere famaq; longe ꝓncipes, q̃bus ſacra faciẽdi et uictimas imolãdi datũ munus erat. Poſt aliquot uero tẽpeſtates, aucta ciuitate, cũ augeri ſacerdocia oporteret, q̃ndecim flamies cõſtituti fuere, q oẽs a diis q̃bus ſacra faciebãt cognomẽ ta ſortiti ſunt, quoꝝ primus Dialis, Vltimus Pomonalis, pomona. n. pomorũ dea eſt. Martialis uero, Viminalis, Q uirinalis, Vulcanalis, Carmẽtalis, Falacer, & Palatualis, ac peciti flamẽ, Martiani ſodalis & reliq̃ deinceps poſt dialẽ fuere. Dialis. n. qđ Iouis ſacerdos foret. Furinalis a furida, cuius etiã feriæ furinales, Falacer, a falacre pomoꝝ deo. Palatualis uero qa illi deæ in cuius tutela palatiũ erat ſacra faciebat, noĩa cepere, poſt quos nõ nullis ex Cæſaribus in deos relatis poſt funera, flamies tributi ex Cæſarũ noĩbus quoꝝ ſacris preerãt denominant. Vt Martianus, Heluianus, Antonianus & reliqui, erãtq; Curiales flamines maiores, plebis uero minores. Nã præter ꝑſcriptos, cũ in ſua quiſq; curia publica ſacra facerẽt, ſinguliſq; curiis, ſui miniſtri eſſent, a quibus ſacra populo dabãtur, hi nimirũ curiales flamines, eo quod Curiis preeſſent dicti ſunt, Singulis enim Curiis, bini prepoſiti erant ſacerdotes, honeſti ordinis, moribus & uirtute preſtantes, quorum nemo citra quinquageſimũ ãnum inferior ætate fuit, qui niſi a collegio nominarentur, ad flaminium admicti non poterãt. Q uippe ſacerdotes niſi quos digniſſimos putabãt

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad collegiū nullos admisere, admissiq; inaugurabātur, quo die, Auguribus, Pontificibus, Regi sacrorum, & Vestalibus uirginibus, cenas opiperas magnifice apparabant, quæ adiciales seu Adipales dictæ. Nonnūq; uero pontificem maximū flaminem creauisse exemplis relatum est. Siquidem. Cn. Valerius flaccus a. P. Licinio Pontifice Maximo Dialis flamē creatus sacerdocium gessit magnifice, qui cum fuisset uita & moribus inquinatissimus & parum secūda fama, postea summa religione & cōtinencia flaminio prefuit, magnoq; honore & pudore spectatissimus euasit. Sepe tamē a Dictatore flamines productum, plerūq; a populo uel principe cōperimus. Quitam & si prodi tus esset, non tamen sacerdotium gerebat: quin a Pontificibus prius esset in collegiū cooptatus. Qui quidem, qđ pileū gestaret in quo uirgula oleaginea modicū lanæ habēs i sūmo istar fungi erat, flamies quasi filamies dicti sūt, quē cū per estū ferre non possent, dempto pileo caput ligabant filo, quod nudo capite incedere fas non erat, Solus tamē inter reliquos flamies Dialis albo galero insignis est, quem nisi ex ouis albæ tergore Iouī imolatæ fieri non decebat, ut eo insigni, a reliquis conspicuus foret. Festo tamen die flamen & si estu laboraret, filo dempto pileū sumebat, tunc enim filo ligasse caput nō latis erat. Quippe celebri diem flaminē sine pileo esse non conuenit. Est tamen obseruatum inter flamies, Dialem assidue pileum lanāq; gestare, cum reliquis flamibus, tunc cum sacrum faciunt, & festa ac religiosa die, cum pileo esse deceat. Si tamen mortem oppetere Dialem forte contingeret, tūc cū agit animā cum pileo esse minime conuenit, depositō enim pileo decumbere & animā efflare oportebat, aliter apud egyptios, nam sacrarum litterarū scriptores qui loco flaminis sunt, puniceum filum pro insigni capitis, non pileū deferunt. Horum ergo in sacrificiis deoꝝ, nō minimū ius potestasq; fuit. Nā quæ sacra diis darentur, & quæ uictimæ cederentur, & quando extra offerentur, & an pfecto sacrificio litatū foret, enūciare debebāt, tū sacroꝝ cura & cerimoniaꝝ ad eos spectauit, & ptinuit. Quod sacerdotiū nō sicut Auguris ppetuū erat, Siqdē si sacra nō rite fecisset, aut neglectæ religiōis flamē argui posset, seu aliquid aduersus cōstitutū faceret, flaminio abire oportebat, Sulpitius enim flamē quod inter sacrificandū apex prolapsus fuisset, sacerdotio deiectus fuit. C. etiam Claudius & Cornelius Cethegus quod extra uictimæ perperā dederat abire flaminio necessum habuit. Cumq; flamen sacra diis dare & hostiam imolare uult. Flamineum puerum aut puellam iuxta habebat, qui paratiintenticq; ministerio & sacrificanti presto forent, quæcq; exequēda quæ patrii moris & ritus erāt, sacris ministrarēt, quos nisi ingenuos patrimos & matrimos esse decebat, Cui ad sacra eunti, preco, precimitator dictus, preire, & premonere solebat populo, ut dum sacra fiunt ab opere cessarent, qui si contumatius parent, pignoribus & mulcta plectebantur. Necq; enim flaminē aut

regē sacrorū religiosis diebus aut feriatis opus facientē uidere fas erat. Quin etiam dum, operatur sacris, eo corporis ornatu erat, ut fibulis æneis accinctus uictimas cederet & diis libaret. Ipiusq; uxorem, cui flaminicæ nomen, quoties tonitrua audisset feriari necesse erat. Cui hoc est muneris loco datū, ut a uiro diuertere non liceret. Namq; ipse unius uir uxoris, & flamica uiri unius uxor eligebat, Sicut ægyptii ad Tauri sacra semel maritū assumpsere. Cūq; ob sacerdotii dignitatem, in Senatū uenienđi & sententiā dicendi, antea flamini licuerit, idq; post temporū curricula eorum desidia obliteratū esset. L. flaccus flamen rē longe intermissam reuocauit, eiq; & reliquis flamibus ut uetere iure usurpato, in Senatū ingredi & publico concilio interesse, togamq; prætextam & amplissimi ordinis ornamenta habere liceret, Senatus consulto datum est. Tam & si Carbasum flaminis indumentū propriū fuisse dicant. Ex eo enim quoties frequens Senatus haberetur flamini haud secus q̄ Senatori in curiam ueniendi, consultandi suffragandi censendiq; potestas data fuit. Et tā & si flamines sacerdotio addicti essent, non tamen, a belli muneribus erāt immunes, sæpiusq; res a patribus tentata, & in utrāq; partem sermonibus agitata fuit, desuperq; lex lata fuisset, ut tam flamines q̄ reliqui sacerdotes militiæ munere uacarent, nisi gallorum iminēte tumultu, cum res publica milite egeret, a milicia minime auocandos decreuissent. Sæpe tū flamines ne ad bellū irent religione inhibitos ferunt. Quippe Cæcilius Metellus Pontifex Max. Aul. postumium Consulem quonia flamen Martialis erat, ne ad bellū proficisceretur, neue stipendia faceret inhibuit, aliosq; uetitos fuisse constat, ne cura belli & rei militaris procuratio, illos a sacris auocaret. Nōnunq; uero Dialem flaminē extra Italiam sortitum prouintiam inuenimus asserentē, nullas religiones Diali Martiali & Quirinali prouintias sortiri uetuisse. Augustus tamen Octauius ānuam absentiam & prouintiarum administrationē Diali concedi uetuit, ne a cura sacrorum nimiū diu abesset. Qui quidem sicut inter flamines honore præcipuus, sic maximis cerimoniis astrictus erat. Quippe soli flamini in primis iurare non licebat, nefas estimantes cui deorum sacra & cerimoniæ credita sunt, ipsi uerbo asserenti fidem non habere, cui hoc munus impendebat, ut singulis idibus quas feriatas habebat, bouem Ioui imolaret. Vtq; ad flaminium assumptus, e patrio iure inmunis confestim sui potens fiat. Eidemq; sub diuo ungi uel sine interula esse, aut equo uehi, noctem ue unam ab urbe abesse non licebat. Si tamen aduersa ualitudo Dialem incessisset, Pontificis maximi arbitrio ultra bin octium abesse poterat, Dum ne diebus publici sacrificii, nec sæpius q̄ bis eodem āno procul fiat. Dialemq; cō iuge defuncta flaminio abire oportebat, quia sine coniuge esse, aut iterum cō iugio copulari non decebat. Namq; bis nupti sacerdotio pelluntur. Quod ab Aegyptiis æque seruatum est, ut semel tantum sacerdoti nubere fas sit, cū

Universidad de Deusto
Biblioteca

reliqui pro uoluntate & facultatibus plures capiant. Fermentũ quoq; farinã, & carnem crudam, Canem caprã uel equm tangere uetabatur. Eederã Dialis si actigisset, uel ãnulũ cum gẽma aut nodum habuisset, piaculum admitti putabatur, fabam tangere aut nominare uel funebres tibias audire, Diali flamini non licet, neq; enim feralia attrectare fas erat. Capillum si tõderet, ni si eneis cultris, uelut turpissimo facinore tenebat. Quod a Sabinis sumptũ crediderim quibus æneo cultro sacerdotes capillum tondere precipitur. Ignẽ ex Dialis flaminis domo efferri nisi sacrorum causa, aut procinctã classem uidere paratasq; ad bellum copias, piaculare est. Mortuoq; pecudis corio flamini calceos fieri nefandum, cui uis sacerdoti ab urbe tribus abesse noctibus nõ licet, aliisq; cerimoniis Dialis astrictus erat, quibus a uilioribus sacerdotibus reliquisq; flaminibus cultu & ornatu longe sanctior erat, atq; conspectior. Aegyptiis uero diu seruatus inoleuit mos, ut sacerdoti nec fabã ferre aut comesse neq; aspicere liceret, quibus erat constitutum, lege apud mẽphim lata, ut Isidis sacerdotes semper deraso sint capite. Vtq; tertia quaq; die corpus eradant & frigida abluant, ter die, noctu bis. Piscibus quoq; etiam tactu abstineant ne dum esu. Vestemq; lineam calceos papyraceos gerãt, ouillis nec suillis carnibus uescantur, Sal cibis non adhibeant, uino abstineant, aut si bibere libet, perparco utantur. Mare detestentur & nautas, a quibus institutum est. Apidi potum dare ex peculiari puteo, non ex uili aqua, Apud Græcos uero flamibus Stephanophoris nomẽ fuit, qbus ferre coronã & comã prisum propriũ erat, qui etiã arma sumere, aut phocensium agros inuadere lege uetabantur. Polliadis quoq; mineruæ flamini hoc dabatur præcipuũ ut caseum recentem tangere perpetua lege uetaretur. Phebi uero, aureum sceptrũ coronis & uictis tedimitum ferre. Flamini autẽ ephesiæ Dianæ qui eunucus erat Megabizo nomen fuit. Cereris uero Eumolpidi, Apud Hebreos Essei summi sacerdotes loco flaminis erant qui uino coniugio & carnibus abstinẽt & duriori cubili degũt. Sed præter Dialis prescriptas cerimonias, aliæ fuerũt uxori flaminis prestitutæ, quas perpetua lege seruare tenebatur, cum ex Romuli constituto sacerdotum uxores cum uiris cõsecrẽtur, prescripriq; cerimoniis teneantur. Nãq; flamica cum ad Argeos uadit, neq; comere caput, neq; capillum pectere debet. Quotieq; tonitrua audisset feriata erat, Cui mense Iunio, nisi post Idus, nec ungues secare, nec capillum comere neq; uirum tãgere permissum, cuius unguium & capilli presegmina subtus arborem silicã terra operiri necessum erat. Illi quoq; fabis uesci, aut gradus supra tres ascendere minime licet. Solaq; Dialis uxor sacrorũ causa sub uiri potestate & iure est. Fuitq; amictus flaminicæ purpureus quadratus fimbriatus cui nomẽ Ricæ quo uelut palliolo utebatur. Pileriq; flãmeum uestem flamicæ propriã duxere, cui celum fulmineũ color, & Tutulũ capitis ornatus, cui inerat uicta purpurea

purpurea quæ crinibus ãnectitur. Hoc quoq; non in postremis fuerit, quod siquis nocens ad flaminẽ accederet, illo die ab omni pena criminis tutus erat, qui si uinclis nexus foret, eisdem solutus laxabatur. Ac licet sacerdoti ut rebus diuinis impensius uacaret, neue a sacris cultuq; & religione deorũ aliarum rerum cura se iungeret, magistratus gerere non liceret. Tamen & flaminẽ honores gessisse, & Consulatum una & flaminiũ administrasse, ac tam rebus diuinis q̃ humanis prefuisse atq; utriusq; honoris ornamenta gestasse, apud multos tradita memoria est.

In quot cohortes Manipulos, Centurias, Decuriasq; Phalanx diuidatur & quæ illius descriptio fuerit. Caput XIII.

QVod legio quondam apud Romanos fuit, Id phalangem Græcis Macedonibus, & Dardanis, exteriscq; nationibus ualuisse, monumentis proditũ est. Ea enim in libero campo, et si quando exspaciari licuit, magno usui fuit. Cum uero arctis faucibus & preruptis saxis aut inter uiarum augusta, premitur, non est ea uis potestasq;. Quippe Macedonica phalanx imobilis semper ex stabili peditum agmine, nec partiri nec diuidi facilis erat, quod in Romana legione lõge secus. Quotieq; coniũctos seruat ordines, & suis turmis ita fertur instructa, ut continẽti agmine uir uiro, arma armis cõiuncta forent, magno presidio munita, ad uictoriã maxima momenta fecit. Sicut orthia phalanx quæ in cornua procedit & in profunditatem, ita instruebatur, ut nec a tergo affiliri, nec a frõte occursari neq; a lateribus premagnitudine circũueniri posset, quod etiam macedonicæ phalangi erat propriũ prelongas hastas ante clipeos obiicere ita ut nisi in libero campo eius nullus usus foret. Si uero laxatis ordinibus semel esset dissoluta, robore simul atq; ordine dissipato, omnis uis uirtusq; eius punto temporis dissoluũtur. Hanc qui de instruendis aciebus memoriam reliquere, quiq; in ea describenda multũ studii & operæ contriuere ex nouẽ armatorũ millibus, alii ex quinq; & uiginti millibus ut Syri, Persæ ex quatraginta millibus definiere. Cuius exẽplo Perseus, aduersus æmilium paulũ ex quatraginta millibus phalangem instruxit, Alexander Romanus Impator extriginta millibus. Macedones uero ex sexdecim millibus trecentis octuaginta quatuor militibus constare dixerũt quos phalangitas uocant, Sicut a Philippo primũ mox ab alexandro descripta fuit, qua quidem externi duces uelut firmissimo robore usi fuere. Nam tãti momenti fuit ut incredibile dictu sit, q̃ parua manu quantas copias fuderit, Sequtis inde tempestatibus grecorum duces diuersas turmas legionesq; descripsere, inter quas Macedonũ robur Sariphorus magni estimabatur, quo uelut firmissimo munimẽto ĩposterum usi sunt, lacedemonii raras instruxere

Universidad de Deusto
Biblioteca

phalanges, Germani denſatis agminibus ſcutis capita contecti, obiectis par-
mis, phalangem ita cõpoſuerunt ut ad irrũpendum magna momẽta faceret.
Ea uero phalanx ita deſcripta erat, ut in minimas partes diuidi, turſus momẽ
to temporis in unũ colligi poſſet, quoq; diſtinctior eſſet ſingulæ ipſius partes
propria ſortitæ ſunt nomina, Siquidem hæc phalanx quadruplaris in ſingu-
las duplares diuiditur, quibus cornua nomẽ indidere, quarum ſingulæ octo
millia centum nonaginta duos milites habent, decurias uero quingẽtas duo
decim. Hanc poſtea duplarem in duas ſimplares iterũ partiti fuere, quarum
ſingulas ex hominibus quatuor millibus octuaginta ſex effecerunt Itẽ Sim
plaris iſta in duas rurſus diuiditur partes, quibus nomẽ meros, quæ hoĩum
duorum millium quatraginta triũ deſcribitur, quarum quelibet, ex centũ ui-
ginti octo decuriis conſtat. Rurſus meros cohortem milliariã facit, ea autẽ
eſt hominũ mille uiginti quattuor hoc eſt centuriarũ ſexaginta quatuor, cu-
ius prefectus maior Tribunus appellatur. Iſta deinde militaria in duas quin-
gentarias, quaꝝ ſingulæ homines quingentos duodenos centurias triginta
duas habent, eiuſq; ductor Tribunus minor, eandẽq; quingentariã in duos
manipulos partiti ſunt. Singuli uero manipuli homines recipiunt ducentos
quinquaginta ſex, decurias uero ſexdecim cui ductor manipularius præerat,
quem & Senagiam uocant, Rurſus manipulũ duas centurias facere uolũt,
quarum quælibet milites centũ uigintiocto, hoc eſt, octo decurias capit. Nã
duplicata centuria manipulũ facit, cuius prefectus centurio ordinarius uoca-
tur. Simplex uero Centuria duas quadrupales decurias facit, quarum ſingu-
læ hominũ quatuor & ſexaginta, quæ quadrupalis in duas duplares diuidit,
quarum ex triginta & duobus militibus fiunt ſingulæ. Duplariſq; decuria in
ſimplarẽ quæ ex ſexdecim militibus ſcribi diciq; cõſueuit. Hec. n. totius pha-
langis Macedonice quã ex ſexdecim millibus trecentis octuaginta quatuor
militibus ueteres effecerunt percõmoda deſcriptio fuit. In qua duo ſunt cor-
nua, duplareſq; phalanges duæ, Singulares quatuor, partes octo, cohortes
milliariæ ſexdecim. Quingentariæ triginta duæ, Manipuli ſexaginta quat-
tuor, Centuriæ centũ uiginti octo, Decuriæ quadrupales ducentæ quinqua-
quinta ſex, duplares ſexcentæ duodecim, Simplares mille uiginti quattuor.
Ex his ergo effici cogiq; poteſt, Quid phalanx, quid cohors, Manipulus,
Centuria, Decuria ue ſit, quantumq; militum in diſponendis aciebus exter-
na deſcriptione una quæq; capere aſſueuit. Qua quidem phalange Roma-
nos duces contra exteras gentes aliquando uſos cõperimus, illamq; non uno
militum numero deſcripſiſſe. Nam contra Mythridatẽ & Archelaum Syl-
la, & Romani pleriq; duces, contra exteros phalãge uſi ſunt. Poſtea uero ma
nipulatim ſtruere aciem cepere. Illamq; in plures ordines, turmas, decurias cẽ
turiaſq; atq; ordines diuiſere. Galli uero & Celtiberi atq; exteræ nationes ple
req; non

req; non phalangẽ ſed Cateruas habuere, hominum denũ, aliquando ſenũ
milliũ. Sed quod eſt de cohorte milliaria dictum uel quingẽtaria, licet aſad-
uertere, illam diſſimili modo grecos uariaſſe, qui pro tempore & locis, & pro
ut quiſq; cõmodum putauit cohortes non una facie deſcripſere. Siquidẽ Po-
libius ex nonaginta hominibus cohortem fecit, Callyſthẽnes, ex ſeptingen-
tis. Ephorus ex quingentis, Gorgyas ex quadringentis lectis uiris quam ſa-
eram nũcupauit. Samnites quadragenariam fecere cohortem quæ linteata
dicta. Camertes ſexcentoꝝ hominũ cohortem Romanis aliquãdo miſere ex
fœdere. Neſtor uero apud Homerum, per ſingulas tribus cohortes diſpoſuit
ut in conflictu preliorum alter alteri opem ferret et inuicem ſe iuuarẽt. Fuitq;
miræ obſeruationis apud Græcos ut prima cohors tanq; firmiſſimũ robur ex
quadrigentis militibus fiat, a Romanis uero preter miliariam & quingenta-
riam etiam ex ducentis militibus primũ Syllæ temporibus cohortẽ deſcrip-
tam fuiſſe, apud multos nota memoria eſt.

Res ſacræ religioſæ & ſanctæ quæ cenſerentur apud ueteres, quibuſq; ſacrũ aut ſanctum facere licuit. Caput XLIIII.

REs ſacras Religioſas & ſanctas, in nullius ſemp bonis fuiſ-
ſe ueteri lege ſeruatum eſt, erãt enim ſacra diuino cultui mã
cipata. Ait enim Trebatius quicquid deoꝝ ergo habetur ſa
crum eſt, ſiue ædes ſiue ara, uel ſignum, locus aut pecunia,
ſiue quicquid aliud more inſtitutoq; ciuitatis rite diis conſe-
ſecratum foret. Ea uero conſecratio, uel a Conſule, aut im-
peratore accẽſo foculo fit, cum Tibicine uerbis priſcis & ſolemnibus, preeũ-
te uerba pontifice maximo, prefante carmen, capite uelato & contione aduo
cata, ac iuſſu populi. Iniuſſu enim populi iuxta diuinas traditiones conſecra-
ri, ædem, terrã, agrum aut ſanciri nihil poterat, Poſtea latũ ad populũ fuit,
Plebſq; ſciuit, ut in templi conſecratione aræ ue, etiam iuſſus Senatus Tribu
norumq; plebis maioris partis intereſſet, in quo illud ſeruatũ eſt, ne una cel-
la duobus diis dicetur. Demũ lege papiria non modo templa & aras ſed ne
priuatas quidem ædes, ſine iuſſu populi conſecrare aut ſempiterna religione
obligare licuit. Nam quod priuatus religionis ergo ſacrauit ſacrum non eſſe
conſentiunt oẽs. Fuitq; Platonis ſententia ut deorum delubra nemo priua-
tus conſtituat, Satis arbitratus ad ĩmolandum publica templa patere. Fune
ſtamq; familiam aut hominem funere pollutum templũ aram ue dedicare,
aut a lugentibus ſacrificari uel aliquid conſecrari uetabatur. Namq; in luctu
diis ſupplicare, non ſacrificare licebat. Cum ſine gemitu aut morſu animi ſa-
cris intereſſe deceat, Propterea in ſacrificiis ãniuerſariis & ædis dedicatiõe pu

Universidad de Deusto
Biblioteca

blicum luctum minui perpetua lege cauebatur. Tum si quãdo exitiali bello & terribili strage dimicatum foret, ne propter luctus acerbitatem, & intestinũ urbis malum sacra cereris intermicterẽtur, lugendi tempus ad certam fuit diem prefinitum, quod etiam Grecis in usu erat, ut in ãnua Cereris celebritate funestos interesse aut uota exoluere uetaretur. Templi uero cõsecratio fiebat, ut qui tẽplum edem ue dedicaturus erat, postem tenens accenso foculo et aduocato numine, cui templũ ædes ue sacrantur, se ex prefano usu & humano iure, templum, cellam, mensas, arulas, quæq; eo pertinent eximere eaq; conceptis uerbis ipsi numini, nominat numẽ, diuina humanaq; omnia consecrare dicareq; affirmet, sabina herba ad sacrum adhibita, sine qua templum ædem ue fana aut sacella mime dicari putarunt posse. Fuitq; constitutum ut in dedicãda ara, uel simulacro, postem teneri nõ oporteret, in æde uero necessum foret, in quo est aliaduersum si parum recte tabernaculũ captum esset crimen spretæ religionis admicti. Athenienſibus uero in ara consecrãda uel statua dedicanda mulieres in ueste uersicolori ollas leguminum circũferunt, illasq; gratias agentes erectoribus diuidunt. Notatumq; & illud, consecrationis uerba rite concipi oportere ne Sillaba uel uerbo cadant. Quare Metellũ põtificem edem dedicaturũ cum balbus esset multum laborasse ferunt, ut uerbum opifere rite exprimere & sine offensione posset, Sicut Demostenes linguæ impedimẽto offensus adeo blesus erat, ut in exprimendo ρ. īram multũ laborasse dicant, pro qua λ proferebat. Vtq; in cõsecratiõe ædis, si qñ luctu publico populus teneretur dimissis sagis candidas uestes induant. Cunq; oia sacra tanq̃ diis debita uiolari nefas foret. Hominẽ tamen sacrum & deo deuotum morte afficere nefas non putarũt, tanq̃ illius anima diis deuota amplius humani comertii non sit. Religiosum uero locum eum facere dicunt, qui defunctum cadauer aut cineres in locũ suum defert, qui ue mortuum in predio loco ue suo humo tegit, locus tamen ubi crematur corpus prius q̃ iniecta gleba sit, non ideo religiosus manet sed profanus. Sed cum a prima origine intra suas quisq; ædes defossa cadauera haberent. Vnde lares in singulis ædibus colendi religio peruasit in larario, in quo præter deorum penatium etiã insignium uirorũ quas uenerarentur effictas imagines habebant. Quare Seuerus Impator religione tactus, Christum, Habraã, Orpheum & Apollonium uelut deos intra ædes ueneratus est. Postea lege xii. tabularũ ne intra urbem sepelire liceret probe cautum fuit, itaq; in agris quisq; suis, sepulchra & loculos in quibus cineres suorum conderent habuere. Cineres tamen illorum qui triumphassent, aut Impatorum summorũq; ducum qui rem publicam auxissent, uirginũq; uestalium in urbem ferri & in foro cõdi licebat. Primũq; Traianum Augustum sepulchrum in foro meruisse accepimus, qđ & posteris deinceps datum est, A qua institutione postea desitum esse credibile tum. Nãq;

tim. Namq; Hadrianus & mox Antoninus pius augustus, ius antiquum renouans, neue intra urbem sepelire liceret, decretisq; sanciuere, quæ Platonis etiam institutio fuit, ut in agro infecundo & sterili sæpulchra construerentur ne uiuẽtibus officiat. Cũq; tota familia sepulchri patris familias pticeps foret. (Quippe extra sacra & legem inferri cadauer non licebat) procedente mox tempore ne in genus & posteros sæpulchra desenderent, alia fuit lege sanctum, Donec nouo postea edicto, ad genus & familiam pertinuere. Quæ quidem pro dignitate & opibus fiebant, maiora si Imperatores aut summos duces amplis honoribus funtos sepeliri contigeret, minora uero si mediocris fortunæ uiros sæpulchro condi curarent, in quibus literis adnotabant, quot pedes a fronte, quot in latitudinem Sacer locus procederet. Sed cum profusissimæ impensæ & magnæ moles sepulchrorum quotidie fierent. Sequtis inde temporibus, ne ampliori opere, eccitari sepulchrum q̃ quinq; diebus absolueretur, nec maiori lapide q̃ qui laudes sepulti & titulos honorum acciperet lege cautum fuit. Quod græci Epiodium siue epithafium dixere, id quod Plato legibus cauit, & Græci sanciuere ne quis maioris operæ sepulchrum eccitaret, q̃ quod decem homines triduo perficerent. Ne ue Hermas in Ceramico apponere, aut longo petito prohemio Epigramma inscribere fas foret. Mox Demetrius Rex nouis sepulturis modum statuit, sanxitq; super defuncti cineres erigi columellam, quæ ultra cubitos tres non extaret. Quod Sylla lege promulgata constituit, qua funebres impensæ & ambitiosæ exequiæ atq; ad Rogum munera nec non conuiuiorũ impendia prescripto fine taxabantur, qui tamẽ in Metellæ coniugis funere legẽ suã transgressus profusiõe maxia exequias dedit, licurgus uero defuncti nomẽ tumulo ascribi uetuit nisi illius q fortiter pro patria occubuisset & operã in bello rei publice nauasset. Solõ uero pena coercuit, illos qui sæpulchra delerẽt, aut in gentilia alienũ iferrẽt. Aegyptiis tria fuer sepulchrorũ genera, unũ præcipuũ et maximi sumptus, qđ argẽti talẽto taxabat Mediũ minarũ uiginti, hũile uero ex leui materia mime impẽsæ. Clariora fuer ethiopibus. Nã ditiorũ monimẽta ex auro fiũt. Tenuiora ex argẽto, inopes aũt cõdunt fictilibus, Indi & Germani operosa sepulchra ut grauia defunctis aspernati sunt, itaq; humi cõdebantur tumulo. Cyrus uero apud Xenophontẽ, non auro nec argẽto cõdi sed terræ corpus reddi uoluit, uelut matri. Singulosq; singulis sepulchris condi apud Romanos diu permansit, quod ab Athenienſibus usurpatũ est. Megarenſes contra. Nam tria aut quatuor defuncta corpora singulis condebant tumulis, prona. Contra Diogenes Cynicus. Nam corpus in faciem sepelliri censuit, inferiora aliquando conuertenda arbitratus, in publico tamen non fuisse ius sæpulturæ, ex decreto Pontificum cauebatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed cum uis morbi Rome passim per ignota capita uagaretur, Antoninus Philosophus Augustus ut passim in urbe liceret humari cauit edicto, loco non definito. Siqui tamen Tyranni male de republiba meriti supplicio affecti essent, aut siqui laqueo & morte inhonesta aut malo leto occubuissent, uel celesti essent afflati numine, illos condi sepulchro aut humari non decebat, itaq; insepulti abiiciebantur. Vnius tamen Phocionis publico iudicio dannati cum insepultum cadauer iaceret, seruilis manus sepelisse fertur. Si autem de celo sæpulchrum tactum aut fulmine ictum esset, locum a deo expeti & propterea consecrari putarunt, quod lycurgo & Euripidi poetæ contigisse ferunt, quorum sepulchra de celo tacta sunt. Eratq; Græcis lege cautum ut qui patrimonium prodegerat, sæpulchro patrio non humaretur sed extrum ut qui patrimonium prodegerat, sæpulchro patrio non humaretur sed externo. Neue quis ob proditionem reus Athenis cumularetur, tanq̃ ob crimen famosus foret. Ideo Phocionis aliorumq; qui proditionis insimulati penas dederant cadauera extra fines Acticos exegerunt. Cymon uero Miltiadis filius ut pater qui obierat in carcere, humaretur, captiuum se prestitit & seruituti mancipauit. Apud egyptios siquẽ prauis moribus uixisse contingeret ejectũ cadauer in uastis solitudinibus exponũt Persæ dãnatoq; corpora feris & canibus abiiciunt, in quo illud traditur mirũ, quod cũ Clearchi cadauer ob crimẽ insimulati canibus expositũ foret, magna uis uẽti exoriẽs illud puluere texit, tanq̃ diis significãtibus inmeritũ penas dedisse. Hostiũ tñ sepulchra nobis religiosa nõ sunt, Ideo uiolari sine piaculo possunt, lapidesq; inde sublatos in quẽlibet usũ conuertere, non est uetitũ. Atq; licet Athenis magna fuerit sepulchroꝝ cura, non minor tamen Romanis, qui publica monimenta etiam pauperibus & seruis ubi conderentur edificarunt. Apud Grecos quoq; detestabili crimine obnoxius erat, & capitis pena dignus qui in sepultum cadauer reliquisset, adeo ut equos & canes parentis affectu, Cymonẽ & Xantippum luxisse, & tumulo indidisse legamus, Anser quoq; Iacydi philosopho ita adhesisse fertur, ut nec domi neq; foris ab eo discederet, quem elatum funere, effusis lachrymis sepeliuit. Alexander quoq; Bucephalo duxit exequias sicut Agrigentini equis sepulchra & pyramides erexere. Inter quos Augustus Octauius & postea Hadrianus Cæsar equo tumulum fecisse traduntur maximi sumptus & carmen inscripsisse, Cõmodus quoq; prasino equo mortuo sepulchrum in uaticano fecit. Et Romani coruo dedere exequias precedente tibicine, duorũ Ethiopũ humeris elato. Egyptii uero cũ feles aut aliqd̃ morit̃ cuius superstitioni addicti sunt. Sindone contectũ & sale atq; aromatibus deliburũ aĩal sepeliũt. Quare circa Myridis paludẽ Cornicis atq; ibidis sepulchra sumptuoso lapide uisebantur. Tantaq; apud Græcos cura sepulturæ fuit ut decem pretores quod bello nauali apud Argynussas ui tempestatis acti defunctos in acie non sepellissent, ab Athenien sibus capitis accersiti & ultimo supplicio affecti sint. Et lacedemonii dum contra Messenios duncunt, ne milites qui bello ceciderãt insepulti manerẽt Tesseras in brachiis insculptis noĩbus habuere. Inolenitq; mos Athenis ut singulæ tribus singulas arcas in quibus cadauera & disperias reliquias illorũ qui bello ceciderant suæ cuiusq; tribus inquisita colligerent, in expeditione uehiculis ferant. Vnus autem thorus constratus inanis ducebatur, illorum qui conquisiti non apparerent, & postq̃ in publicis sepulchris illa condidissent, ne essent in honorati, in signi testimonio pietatis in defunctos, solemni oratiõe de ipsorum laudibus, quod pro patria mortẽ pugnando passi fuerant illos magnificis uerbis atq; honoribus extulerunt, tamet si ea procuratio funeris, inter pudẽdas & mime ingenuas artes haberetur. Si cuius tamen ossa cineresq; in alienũ sæpulchrũ deferrentur illa eruere loci dominus, & sine pontificum decreto alio transferre non poterat. Est tamen lege cautum ut locus fulmine ictus illico religiosus et in nullius bonis fiat, quod eum deus consecrasse uidebatur. Vtq; iuxta sepulchrum nouum, proprius ue sexaginta pedes, inuito domino edes admouere non liceat. Ideo inuiolabilia habita quæ nec prescribi poterant nec usucapi sicut nec publica. Et tam Romana lege q̃ Solonis nequis alienum bustum uiolaret aut deiiceret grauissima fuit pena interdum quare sepulchri uiolati actio constituta est. Notatumq; & illud sepulchra & loca religiosa ipsa intiquitate santiora fieri, eoq; diruto nichilominus religiosum locum esse. Quippe sepulchrorum santitas in ipso solo manet. Sancta uero dicuntur loca quæ sacrata legibus plebiscitis ue sancita penis adiectis inuiolata manent. Siquidem sanctiones aut obtestatione aut consecratione uel penis cõsecrantur. Itaq; muri & mœnia ciuitatum, quod illa transgredi non licet, & tam intra q̃ extra pomerium omnes ab his arcentur nec cuiq̃ edificia illis admouere fas est, augusta & sancta dicta sunt, ideo illibata iuris sanctione defenduntur. Capitale. n. fuit, & seueriori pena coercitum etiã lege Romuli, illi, qui menia transgressus actigisset. Neq; mœnia solum sed ipsum pomerium, quantũq; circa mœnia loci est, quod neq; arari fas erat sanctum esse liquet. Tam & si sacra & religiosa quandoq; sancta dicta sint, leges quoq; quarum iussa penis & suppliciis ac religionibus in eternũ coercentur, eo quia non debent penæ sanctione corrumpi sanctæ dicuntur, quam breuem esse conuenit, uelut monita oraculoꝝ diuinitus missa, ut paucis iubeant nõ pluribus disputent, suadeãtq; magis q̃ cõminent. Quas quidẽ Plato iussit esse q̃ pauciſſimas, Nã si suo iure fungunt magistratus nihil opus esse multiplici lege putauit. Vbi uero hoꝝ improbitate alio detorquent, ex legũ mltitudie pniciẽ afferri dicebat. Fuitq; opinio Cleonis apd̃ Thucydidẽ, satius esse malis legibus affluentã ciuitatẽ nõ facile mutari q̃ bonis inconstanter uti. Sed tamen leges a populo latæ aliter ratæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

non habetur, q̄ si patres authores fiant post q̄ fuit de celo seruatū, nisiq; ad populum prius latæ scriba suggerente, consensu populi non per uim, iussuq; Senatus trinūdino promulgatæ, & per p̄conem prolatæ, iuratæ & receptæ, in foro propositæ, ac in erarium conditæ fuissent. Nā sacrosanctū quid fieri mīme poterat nisi per populum plebemq; sacratū esset, Ideo Consulibus legem curiatā ferentibus quia a populo non recepta sed a tribuno plēbis sepe intercessum fuerat pro lege habita nō est. Proditūq; memoriæ fuit, malos mores optimis ferendis legibus sæpe causam dedisse, quia ubi perperā uiuitur multiplicibus edūdis legibus magna dat occasio, Inde apud ægynetas cautū est, ut qui nouæ condēdæ legis causam daret, inuisus omibus & execrabilis fieret, Sic apud Indos, siquis aliqd pernicioli inuenisset, nisi ptinus remedio succurreret, morte plectebat. Quæ quidē leges licet in æternū, æditæ, etī aut usus coarguit aut rerum status facit inutiles pro tempore mutari & induci ac facile abrogari possunt. Portæ uero ciuitatis nō ut mœnia sancta sunt, quia cum per illas defuncta ferantur corpora, sacro sanctas mīme putarunt, quod enim funestum est, id sacrum aut sanctū fieri mīme potest, tam & si alia feratur causa. Cum enim urbium conditores mœnia signarent, incincti ritu gabino id est toga reiecta circa humeros, taurum ad dextram iterius uaccam æneo aratro iungebant, stiuamq; tenētes incurua ita ut omnes glebæ interiorem ruerēt partem, perfecto sacrificio menia signabant, ubi uero portæ futuræ erant, id loci mīme sulcabant, sed aratrum suspendentes portarum spacia reliquere itacta. Ideo cum mœnia signata solemni sacrificio sancta sint, Portæ quia signari illas uel sulcari minime decebat, sanctæ minime fuere, in quo id seruatum meminimus, ut fruges in subiectam foueam demictant, & ex uicina terra exaggerent, bouesq; sulcatis mœnibus īmolent. Macedones uero ubi primū urbis mœnia futura erant, polentam inter solemnia adhibuere. Quod quidem arattum non edificandis modo urbibus, sed illis fundi tus euertendis inducebatur, quasi segetes ibi mox futuras denotarent. Fuitq; constitutum ut nemo Cesarum nisi qui imperii fines propagasset non prouinciali sed Italico agro quesito, nationesq; signis collatis & iusto prælio perdomuisset, ius proferendi pomerii haberet. In qua re est animaduersum Syllam ultimum Romanorum pomerium protulisse, & post Syllam, Claudium Cæsarem terminos urbis propagasse. Si uero non pomeriū sed templi ambitus & area consecranda forent, eam consecrationem fieri accepimus, ut Serena luce, omnē aream & spacium uictis, coronisq; euincerēt. Mox milites et uestales uirgines, cum pueris puellisq; patrimis et matrimis ex quatuor fontibus aquam spargerent, boueq; & tauro aream lustrarent. Pretorq; presides deos precatus & magistratus una, sacerdotesq; & Senatus, cū eqtibus & populo, saxum ingens fundamētis iniicerent, passimq; auri & argenti stipes, &

metallorū primicias nullis fornacibus euictas aggerarent, in quo præcipue cauendum, ne saxum, aurū ue in aliud opus destinatū, apponāt. Notatumq; et illud, ut non solum funesti, a cōsecratione & sacris arceantur, sed māchi, qq; insignes debilitate corporis, aut mēbro non satis utiles sunt, uelut indigni qui sacra tractarent, propterea. M. Sergius ob prauitatē iminutionēq; corporis a sacris, ut mancus amotus fuit, quod sacra tractare nequisset. Quod Persis quoq; in usu fuisse traditū est, quibus morbo affectū, oculo aut mēbro deficientem, dominari, uel sacris preesse inhibetur. Quodq; tes & loca deorum īmortaliū diuino cultui mācipata iussu populi per pōtifices mutari & trālferri ac profana fieri posse, uerbis cōceptis amota religiōe sæpe cōpertum est.

Locus Ciceronis ex Catone maiore de lege Voconia quæ esset et quæ furia et falcidia explanatur. Caput XV.

CVm Palatini fori iudicia operiremur, & tedio interdum ac mora offenderemur, in Bibliothecam pontificum quæ ibi fuit proxima sæpe diuertebamus, ibiq; in quoscunq; incideramus libellos, uaria lectione, cum amicis conterebamus, Cūq; Ciceronis Catonem maiorem in ibi forte nacti essemus. Hæc uerba quæ ex persona Catonis Cicero memorat, in eo tunc pensitabamus. Cum ego quinq; & sexaginta ānos natus legem uoconiam magna uoce, & bonis lateribus suasissem. Quid Voconia lege quam tunc Cato suasit, cautū fuisset, apud non nullos qui aderant, quærebatur. Et cum ex nostratibus homo quispiam fori & iudiciorum non ignarus. Idem quod furia, & falcidia, Voconia lege caueri respondisset, ne scilicet testatori ex bonis suis ultra dodrantem legare liceret. Vtq; quarta hereditatis pars scripto heredi saltem maneret incolumis, sepiusq; hanc legem abrogatā noua constitutione excitatam esse, & pleraq; induceret. Dixi ego indubio errore labi illos qui idem Voconia quod furia aut falcidia statutū fuisse conten derent. Quippe furia & falcidia contra legis xii. tabulatum antiquissima decreta a principio latæ fuere. Cum enim xii. tabulis quomodo uolet, & cui quātumq; uolet, de bonis disponend, illaq; siue institutionis siue legati iure relinquendi data facultas foret. Postea lege falcidia & furia ut nisi ad dodrantem legare liceret statutum fuit. Interiectis inde temporibus. Q. Volumius saxa. Tr. Pl. tulit ad populum ne quis heredem mulierem faceret, coercitæq; eo plebiscito mulierum hereditates sunt. Mox lege Voconia quam C. Voconius Aricinus. Tr. Pl. tulit sancitum fuit, ut non feminas modo, sed nequis census heredem etiam unicam relinqueret filiam, quam legem Cato persuasit, quo quidem plebiscito ne liceret legare mulieribus ultra quadrantem sub graui documento uetabatur. Nam cum solidæ hereditates &

Universidad de Deusto
Biblioteca

magna patrimonia mulieribus assiduæ legarentur, prorsus ut admirabile uideatur quãtum mulierum opes hereditatibus accreuissent. Cũ obuiam eundum putarent, ne tam imodicæ largitiones mulieribus fierent quibus temere abutebãtur, cautum fuit lege Voconia, ut non ultra quadrantẽ, hoc est quartam hereditatis partẽ, mulieribus ex quouis peculio obuenire posset, lege autem falcidia non ad quadrantem sicut in Voconia sed ne ultra dodrantẽ in legatis, cui uis absumere potestas foret cauebatur, ut saltem quarta pars hereditatis & bonorum, heredi scripto qui in bona & nomen ascitus etat, maneret icolumis. Quod enim Voconia lex mulieribus tantũ interdixit ne ultra quadrantẽ legaretur, lex falcidia ad omnium hereditatẽ extendit, cauens ne ultra dodrantẽ, hoc est nouem uncias testatori in legatis absumere faculs tas foret. Post aliquot uero ætates, cum multi adulteri preteritis liberis integrum assem methis testamẽto relinquerent, Domicianus Cæsar salubri constitutione, probrosis feminis quæ mœcharentur, ius capiendi hereditates legataq; ademit, neue lecticis uectatentur inhibuit. Quod aũt uerbis legis cauebatur, ne quis census heredem etiam unicam relinqueret filiam, Census is dicebatur qui multam pecuniam & ultra centũ millia nũmum in possessione haberet. Nam cui multæ essent pecuniæ, multi census estimabatur. Verba uero legis xii. tabularum quibus libera facultas disponendi testatori datur, hæc fuere, uti legasset suæ rei quisq; ita ius esto.

Quid responderim Hieronimo Massaino, cur in eodem forem statu semper cum ad honores admicterentur alii. Caput XVI.

DEmirabatur aliquãdo Hieronymus Massainus ut multæ eruditionis, & in studiis bonarũ artium non minus atq; in rerum actionibus uersatus habunde, cur cum plurimos futiles & ignauos, ad honores & sacerdotia promotos, magnosq; & opulentos quotidie uideat, me tamẽ ipse in eadem fortuna eodemq; semper tenore aspiceret, cui merecedem laborum studiorũq; deberi putaret. Quotieſq; in eos sermones uenit, obiurgabundus & cõmoto similis, meã segniciem accusabat, increpitaq; ignauia, tantis tu inquit laboribus tam diu nihil sapere didicisti. Cũq; me non nimis laborare, & mea sorte & parabili fortuna contentũ respondissem, is ut me erigeret, languentemq; spem excitaret, consilium dedit ut facerem, quod quẽpiam hominẽ astu & insigni arte longe clarissimũ fecisse comperit, qui cum nullis bonis artibus ad pontificatum, obrepere posset, dolia uini præcipui pleraq; mercatus, ea põtifici dono dedit, suspicatus fore id quod euenit, quo maxime munere effecit, ut proximo Senatu multo ampliora tulerit. Namq; & honoribus & pontificio donatus postea fuit. Aliosq; referebat homines despectissimos turpissimosq; qui predæ & rapinis assueti pecunias siue iure siue iniuria a calamitosis erogatas aut ui extortas ad fiscum conferebant, quibus artibus effecere ut clari prepotentesq; euaderẽt. Aliosq; ignobiles & obscuros sortis infimæ atq; e ceno emersos ut aiunt, qui cũ permodica re familiari essent & gratia pollerent, tantũ ualuisse, ut ad sacerdotia & pontificatus cum multi clari & diserti uiri concurrerent omniũ suffragatione cæteris prelati sint. In numerosq; referebat alios moribus perditissimis, qui sceleris magnitudine ex infima fortuna ad honores obrepsere. Memoria teneo cum pueris nobis, quidam magna doctrina & in primis honestus uir, non minus græce q̃ latine doctus, nihil presidii nihil sibi opis ad degendã uitam parare potuisset, uitamq; admodũ tenuem & anxiam duceret, cũ inuidos mores cerneret, ac probitati precluſam uiam & quid sibi faciundũ esset animo uolueret, ut aliquod in posterum uitæ subsidium parare posset, eo uesaniæ processit ut coactus inopia obscenis & libero homine indignis artibus uacaret, quibus uero artibus non libet dicere, ita fœde & pudendæ sunt, cõfectaq; fuit libi res ex sententia. Nãq; haud multo post & sacerdotio & opibus auctus affluens & beatus tranquillissime uitam egit. Adeo despecta fortuna ubi nullus honos uirtuti est, extrema experiri aliquãdo cogit. Quibus ego exemplis admonitus uehementer animo consternatus sum, ne quãdo ut eiusmodi honores appeterem, subitẽ scelesti consilii & conscientiæ notam, longe igitur multumq; prestat, latiusq; fuit uti ingenio meo, uacuũq; his molestus, modico ciuiliq; cultu cõtentum esse, neq; in ambitionẽ nõ necessariam incurrere, q̃ bona animi liqua libi homo, studio & labore parauit, ea turpi questu pessimo exemplo fœdare.

Quibus ex causis ouare ducibus licebat, & in quibus Ouatio differt a triumpho. Caput XVII.

ROmani duces qui in hostes uictricia tulere arma, si minus ea que gesserant triumpho digna forent, ut tantũ ferrent honoris, per sæpe cum domũ reuertissent, minoribus triumphis, et ouatione honestati sunt, quam græci euan nũcupãt. Causæ uero ouandi nec triumphandi hæ ferme traduntur, Si non debellati hostes penitus, sed solum pericula depulsa sunt. Fusiq; & fugati, perculsi & consternati, aut a populationibus coerciti, non autem multis & magnis cladibus affecti forent. Si ignomia tantum acceptæ cladis elevata, uel paululum laboris admissum, aut non in sua, & sibi constituta, sed in aliena prouintia res gessissent. Qui enim alieno auspicio res gesserunt de prouincia triumphos agere non poterant. Si nondũ pecata prouincia reliquiæ bellorum supererent. Si bella non rite indicta, uel cum hoste

Universidad de Deusto
Biblioteca

non legitimo, sed populo Romano indigno, ut cum seruis pyratis & fugitiuis bellum fuisset. Vel si dedicione facta mediocri certamine, & incruēto prælio pugnatum esset, aut si ex prouintia exercitus non deportatus nec successori traditus foret. His omnibus ouare nec triumphare legitimo triumpho permissum est. Primus enim postumius Tubertus traditur, qui bello sabino uictor quod haud multo negocio hostem fuderat, urbem ouans iniit, inde institutum, ut ob premissas causas ouacio detur non triumphus. Pompa uero et apparatus, idem fere ouantis qui & triumphantis. Sed tamen minor perhibetur. Nam & uniuerso Senatu & omnibus ordinibus obuiam effusis paratu mogno urbem inibat. Et oppida bello capta signaq; militaria, Spoliaq; & captiua arma, muneraq; quibus donatus fuerat, pre se gerebat. Tum duces bello capti & obsides dati, bellotum machinæ & currus, uasaq; aurea & argētea ac quicquid pecuniarum ex manubiis & preda exactum foret, etiam coronæ oppidorum quibus a sociis honestatus fuerat, Tū siqui milites donis militaribus torquibusq; & armillis donati essent, pulcherrimo comitatu precedebant. Ipse uero Dux cui ouandi honos datur, myrtea insignis corona sceptrū manu tenens, non triūphali picta uel aurataueste nec curru quatriiugo ut triūphantes, sed purpura decorus, insidens equo. Neq; Senatu sub pretextis iuxta currū triumphantis more, sed eo subsequente, sola plebe & equestri ordine aut equitibus preeuntibus incedebat. Sed notandū, eos quibus ouandi daba tur ius, priscis seculis sine exercitu aut legionibus urbem pedibus iniuisse, lapsis postea temporibus at equo ueherentur morem preualuisse, exq; duobus impatoribus rebus bene gestis, alteri triumphum, alteri ut ouans urbem iniret datum esse. Cum lucretio Tricipitino Veturius. Cos. de Volscis & eqs triumphauit, Sed alteri ut curru quatriiugo triumphantem legiones sequerentur. Veturio uero ut sine legionibus, ouans equo ueheretur, a Senatu, datum fuit, Bello etiam punico secundo. M. liuius, & Claudius Nero, de Hasdrubale & pænis triumpharunt. Sed liuius curru triumphans cum legionibus. Nero autem sine exercitu equo urbem inisse proditur. Interdū uero ouātes lauro non myrto coronatos muenimus. Siquidem. M. Crassus de fugitiuis & sparthaco quos collatis signis uicerat, ex consulto Senatus auro coronatus ouasse traditur. Et Tiberius Cæsar cum de uindelicis mesta ciuitate propter repentinum incomodū triumphare nollet, non equo sed curru cū triūphalibus ornamentis lauro ornatus ouans ingressus est. Turmas quoq; equitum non lauro sed olea ornatas, cum militaribus iocis & uersibus incondītis ouanti precedere, non subsequi, ut in triumphis solet. Neq; ouantes candidos tauros aut boues mactare, ut etat triumphāti mos, sed coronatas oues ante se agere, illaq; exacta pompa īmolare compertum est, quare ouationem dixere, neq; clangentibus tubis ut ille martius triūphus solet, sed modulantibus tibiis

bus tibiis deduci, Illud quoq; notatum perhibēt, tam in maioribus q̄ minoribus triumphis, nisi quibus precipui honoris aut priuilegii prerogatiua indultum fuisset, ut equo uectarentur, omnes qui ouanti aut triumphāti prodirent obuiam, quiq; erant comites, pedibus & non equo incessisse, quod longo post tēpore obseruatū māsisse in triūphali pōpa, multa documenta sunt.

Qui erant Tribuni militum in Romanis castris, quæ ue potestas & officiū foret, aut iurisdictio. Caput XVIII.

TRibunos militū qui castris & legionibus prerāt, imperiū in milites habere, exercituq; & summæ rerum preesse, fere peruulgatū est. Qui tam & si a primis originibus, terni ex singulis tribubus Ramnensi Titiensi & luceri creārētur. Tamen militari lege ut singulis quatuor legionibus seni ac deni tribuni preesient sancitum erat. Qui licet a Consulibus & summis ducibus antea eligerentur post aliquot ætates ut militari suffragio & prerogatiua crearentur, militibus munus datum fuit, lapsis mox tēporibus ut populi suffragio & Tribuni rogatione fierent lege cautum fuit, ex quibus qui a Coss. creabantur Ruffuli mox Rutuli nūcupati, eo quod Rutulius Ruffus Cos. de illorū imperio primus tulisset. Aliorum uero Tribunorum militarium duo fuere genera aut enim sufrecti erāt aut comiciati. Sufrecti militari suffragio in castris. Comiciati uero populi iussu comiciis creabātur. Demū sequi Cesares Tribunos ipli delegere, homines insigni testimonio in quibus esset specimē, magne & expertæ uirtutis. Quare Hadrianus Cæsar uiros etatis exactæ & summæ prudentiæ doctos ætatæ & usu, ad Tribunatū euexit, uetuitq; edicto ne imberbis, adolescens ue Tribunus fieret. Fuitq; prisci moris ut cum princeps ad Tribunatū quēpiam ueheret, gladiū illi in manu traderet, quo signabatur in milites iure militari habere imperium. Cuius edicti uerba sic habent, milites quibus iussi erunt parento eorumq; tribuni sunto, & infra. Huic lacones & Presidii prefecto Armostrem dixere nomen, qui magistratus Semestris erat. Illorūq; præcipuū munus, Castrorū & exercitus curam egere, ne sine munimento sine custodiis sint, peruigiles excubias iubere ne quid occulto speculatu hostes moliri possint. In primisq; milites ad solemne iusiurandū adigere. Neq; enim militi arma capere fas erat, ni prius apud Tribunū legitimū prestitisset iusiurandum, qui etiam in castris iura dabant, quoq; in promptu essent & nihil moraretur imperiū, illorū statio in castrorū principiis erat, ubi tribunal habere & iura dare affluerant, quibus non uirgas ut Consuli aut prætori. Sed ad terrorē audaciæ uites lictores preferebant, cōtumaceſq; milites Romani uel latini nois iussa minus exequē

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes, non uirgis sed uitibus per centuriones, externos uero fustibus plectebāt Alexander tamē Seuerus tribunis non lictores aut apparitores, sed milites ante ire iussit, quatuor tribuno, sex duci, decem uero legato. Eratq; militari lege cautū ut si miles dum cedit ob crimē, uitem frangeret, aut Centurionis uel Tribuni manū teneret de gradu deiectus militia amoueretur. Si autē uio lentas manus inferret capite lueret. Cumq; reliqui milites passim ferreos ha berent ānulos. Tribunis tamē Centurionibus & legatis aut his quibus or do & imperiū erat aurei dabantur, a quibus siue in hostes ducere siue castra metari, siue in prima acie & fronte locari, aut in subsidiis poni uel in statiōes & uigilias ire conueniret, Thesseram milites petebant. Ipsi uero ab impatore quod dari oporteret signum assumebant, copiasq; equitum & peditū quo ties dimicandū erat ornari & instrui atq; in aciē educi iubebāt. Milites quoq; in conflictu preliorum singulos & uniuersos hortati & monere, atq; incel santes aīaduertere Tribuni proprium munus erat. Missionem quoq; mili tibus perfunctis milicia si causam probarent ex authoritate & iussu Consulis dabant. Quod fuluius cohortē legionis in qua tribunus erat, sine iussu Cō sulum missam fecerat. Q. fuluius Flaccus Censor illum ærarium fecit & Se natu amouit. Siquitamen post missionē studio pugnæ militare cuperent, ni si secundo sacramento ascripti essent, arma sumere & merere aut in hostes ten dere nequibant. Marcellus notauit Tribunorum militū officium esse, milites in castris habere dicto audientes & intentos imperio, ad exercitationes dedu cere, in stationes mittere, claues portarum suscipere, ne occulta colloquia se rant, neue quis author noui consilii cum hostibus moliri quid possit, Statio nes uigilias munit oneśq; ne infrequentes sint, nonnūq; interdiu sæpius noctu circuire, milites singulis momentis instructos paratosq; habere, siue pabula, tum siue frumentatū uadant, presertim si in procintu hostes sint, exploratoq; in hostes ducere. Cūq; frumentū militibus admetitur, ne quid minus æquo inpartiant interesse, neue pernicioſa fame aut inopia afficiantur, utq; prepara ti cōmeatus abunde sufficiant alimētis, ne arma, uiri, equi, aut pecunia desint, cum imperatore multo ante preuidere. Nam Romani duces rationē comer tiorum præcipuam habuere semper, Castris locum capere, ualitudinarios in spicere, Sautiorum curam agere, nomina militum memoriæ tenere. Quip pe Imperatorē aut tribunū ignorare milites pudenda insticia est. Neq; aliud othonem ad imperiū euexit q̄ quod quemq; militū, in agmīe in stationibus in itinere nomine compellabat suo, ex hoc gratiam & studia hominum asse quutus. Querelas quoq; militum audire, illorūq; delicta militari lege plecte re, infidum dānosumq; militem militiæ gradu deiicere tribunorum potesta tis est. Fertur tamen Aurelianus Cæsar tam seueræ disciplinæ fuisse, ut Tri buno per epistolam mandarit ut militum manus contineret, nequis pullum aut ouem

aut ouem raperet, aut uuā ex uineis, aut ex segete spicas. Vt arma tersa calcia menta fortia, uestis noua, equs defricatus & mulus cēturionatus foret. Fuitq; antiqui moris ut miles in castris ad Centurionem, Centurio ad Tribunum mane salutatum uadat, & ad edictum presto sint. Ac licet Tribunis militum Ceuturiones subsint, & decuriones. Ipsi tamen legati imperio parent. Eratq; militari lege cautum, ne quis ubi Tribunus militum fuisset postea ordinum ductor esset. Namq; Centurio Decurio & ordinis ductor tribuno inferiores sunt. Alexander uero macedo tanti Tribunos & decuriones fecit, ut neminē nisi sexagenarium ordines ducere siuerit. Hoc quoq; notatum est eū qui pre conium faceret inter Decuriones admicti non licere, & multo magis inter tri bunos. Si tamen antea preconium fecisset & postea artem desiuisset ad decu rionatum admicti poterat, ad Tribunatū non utiq;, insuper obseruatum ut si quando in aliquos iusta mouenda forent arma, Senatum per tribunum mi litum de bello indicendo ad populum sæpe tulisse. Quodq; ueteri instituto ad tribunatum admicti nemo poterat, nisi prius alam duxisset, neq; alam du cere nisi cohorti prefuisset. Siquidem cohors erat ala inferior. Tribunatus ue ro legionum post alam conferri dariq; consuecuit.

Qui ludi Scenici qui Magalenses, qui Taurii, Cōpitalicii, Iuuenales & Ho norarii fuerint. Caput. XIX.

INter spectatissimos ludos qui plurimi Romæ fuerunt Ro mani ludi a regibus instituti primū, qui & magni & Circē ses dicti precipui semper habiti sunt, Ioui Iuueni, & Miner uæ celebres. Nā singulis diis singuli erant dicati ludi. Quip pe Venationes & munera Saturno, Scenici libero, Circen ses Neptuno, aliiq; aliis numinibus dabantur, quos ad pla cenda numina, una cum sacrificiis cumq; cantu & tibia celebrabant, pretoris edicto id decernente, in hæc uerba, 'ludis publicis quod sine curriculo & sine corporis certatione fiat, popularem leticiam cantu sydibus & tibiis moderan to, eaq; cum diuino honore iungūto, & infra. Quos etiam urgente bellorū tumultu pretermictere duxerunt nefas. Cum enim secundo punico bello ex ternis hostibus Italia afflictaretur & cunta bello arderent, eosdem magnifice apparateq; factos, & in plures dies instauratos oleiq; congios in uicos datos fuisse comperimus, postea confectis bellis & rebus cōtra samnites gestis ma gnifice, Romanos faciendos curasse, illosq; coronatū populum spectasse, ui ctoribusq; palmas e græcia translato more, atq; epulum ludorum causa ædi les dedisse. T. liuius author est, fuere quoq; ludi magni quos post pugnam ad Trasimenū uotos inuenimus, æris trecētis triginta tribus millibus bobus

Universidad de Deusto
Biblioteca

albis quadringentis, multisq; hostiis & aliis diuiciis clari, quos a.M.Acilio Cos. in apparatu belli contra Anthiocum iterū uotos & magno sumtu exolutos ac dies decem concinuos celebratos tradunt, in quorū celebritate, precipua per singula puluinaria mictebantur munera. Anno inde ab urbe fere quadringentesimo, cum uis morbi ingens urbem peruasisset & graui celo uulgacentur morbi, tantaq; tabes & uis mali ingrueret, ut nullū pestis suffugiū foret. Cum ope diuina luem mime leuari crederent, uictis superstitione animis Scenici primū ludi apparatu magnifico facti sunt. Quos ludiões ex Hetruria, motibus non indecoris, uersibus ridiculis cum cántu & Tibicine adhibitis histrionibus saltentes celebrarunt. Eosq; ab edilibus Curulibus secūdo punico bello per quatriduum instauratos ac noctu luminibus accensis celebrari, mistiliaq; uarii generis spargi authores memorant, in quibus inter ludrica scenæ Comediæ representari solebant, multis fabularum argumētis & opparatu uario, quarum lex fuere genera. Namq; ex his alia stataria, alia motoria aliæ togatæ nōnullæ palliatæ, plerecq; pretextatæ ut Atellanæ. Eratq; constitutum ut Comedi cum soccis proscenia inirent. Actores Tragedarum cum cothurnis, planipedes excalciati, Scenici certatores nudi circa pudenda tantum uelati. Vtq; ad obstentationem scenæ, in argumentū fabulæ propsonis quas gerebant, uarios amictus induerent. Quippe Agamenō sceptrū ferebat, pellem bubulcus, Achilles arma, Thelephus penulam & peram ita ut pro fabulæ argumento congruēs apparatus fieret, per artifices scenicos qui imitarentur affectus. Vtq; in scena quinq; tantū seruarentur actus. Nam scenico ludioni quinques pdeūti ultra prodire non licuit, quod in tragedia quoq; seruatum est, ut non plures q̄ quinq; personarum actus fierent. Vtq; finito argumento & scena personis uacua chorus & Tibicen introducatur, in uetori uero comedia seruatur, ut primarū partium, cōmunes actiones sint, aut gesta militiæ domiq;, postremarū uero conuiuia cantus potiones & lusus. Postea seu ob morum prauitatem seu quia mali exempli ludi erant, perniciemq; ciuibus afferebant, ita scenicos insectati sunt, ut Scipio nasica in censura sceni cos ludiones tribu mouisse & ærarios feciſſe dicatur, licet institutum foret ut actores Atellanarū tribu non mouerentur, sed stipendia facerent & mererēt, fuitq; uetus mos diu seruatus, ut primiciæ spectaculorum a ludicris scenicoq; choreis inciperent. Cumq; Ideam deorum matrem ex pessinunte Romani aduocassent, preter munera & apparatus magnificentiā ludos in honorē deæ instituerunt, qui præcipui inde habiti sunt, quos. M. Iunius Brutus cum templo in palatio dedicauit, qui etiam scenici dicti. Illosq; megalenses appellarūt, illorumq; curam ædiles gerere, ac ueris inicio prelata diuiciarum pompa celebrare. Permissaq; ludendi licentia personatos iuuenes, magistratuum priuatorumq;

torūq; mumia & personas, ac facta dictaq; imirari, & ante deæ simulacrū ludere, matronasq; spectatæ pudicitiæ in his psallere, memoriæ datū est. Quibus diebus Romanæ cōsuetudinis erat, cōuiuia & sodalitates inuicē agere & cōmeſſari uictu tamē frugali & modesto, nec die tantum sed noctu æpulari. Nāq; hi ludi precipue casti, magno fauore spectantiū cōspicui erant, ad quos seruos adire non licebat, Illosq; prætores & magistratus purpurati, in toga & pretexta atq; in ornatu maximo celebrarūt, quare purpura megalensis, in uulgi prouerbiū uenit. Quibus diebus stipem cogere, Ideæ matris familiis proprium fuit, quod edicto cauebatur his uerbis, preter Ideæ matris familias eosq; iustis diebus nequis stipem cogito & infra, in quibus fuit constitutū ut patricii megalēsibus motitarēt, plebs uero Cerealibus, Præter hos fuer Taurii diis inferis consecrati, quoz origo fertur antiqssima. Cū enim regnāte suo perbo, uis morbi, & insanabilis pernicies per oēs urbis regiones & cōpita pernagata esset, assiduisq; funeribus exhausta ciuitas foret, atq; ob esum carniū tauroz pestifer ānus grauidas mulieres ita affeciſſet, ut sisti pestilētia nequiret, in deoz inferorū placamenta hos ludos cōcelebrarunt, qui Taurii dicti, quod ob taurinæ carnis morbū, inuēti primū concelebraticq; sunt, in quibus metas circum currere uelut in circensibus seruatum est. Compitalicios uero laribus quos bis in āno uernis estiuisq; floribus ornabant dicatos pleriq; autumant, quorum origo, ab ultima antiquitate fuisse proditur. Cum enim prisco Tarquinio regnāte in foco genitale repente apparuisset, quo in sinu admoto, mater Seruii Tullii Ocrisles stupēs miraculo haud multo post Seruium Tullium enixa peperit qui mox regno succeſſit, & quod puero caput arserit, laris filius esse creditus est, inde compitalicii ludi primum instituti in uenticq; fuere, quos per uicorum magistros fieri & in compitis celebrari, at per multum temporis desitos, cum solemnia ludorum intermictere nefas esset, post. l. lusellū & C. Mariū. Coss. a.l. pisone reuocatos & magno apparatu instauratos memorant, qui postea non per uicorum magistros sed prefectos uicorum celebrari cepti, & demum sublatis collegiis haud multo post discussi fuere. Tam & si ab Athenienſibus primum institutos compitalicios nonnulli credant, in quibus premium uictori hircus donabatur, post quos, Iuuenales Funebres & Seculares uario & solerti ingenio inde recepti paraticq; sunt, in Iuuenalibus enim licet Iuuenum causa instituti forent, in hisq; adolescentes per lusus & laciuiam admicterentur, plerumq; tamen anus, & grandeuas natu matres, senesq; ingrauescenti etate, ludis admissos comperimus, lusus erat quem ludebant, turmæ puerorum primo etatis flore, & Iuuenes generosi spiritus, ut equis instraris hinc inde, dispositis turmis tanq̄ acie instructa, cōposito agmine, in iustæ modum pugnæ curritarent, speciemq; prelii, mō in occursum eūdo nūc a tergo & in girū occursando p̄berent & cāpestrē

Universidad de Deusto
Biblioteca

incursionē facerent, ſpecimenq; magnæ indolis, & cōmendationem ineuntis adoloſcentiæ preſe ferrēt, ita ut qualis quiſq; futures eſſet cuiuſq; ſpei facile eni teret. In his quoq; pyrrhicā pſaltari accepimus que ītegris urbis moribus ma gno fauentiū ſtudio fiebat, quæ primū inuenta fertur in Creta, nūnulli a laco nibus ad res bellicas facile obeundas, ut armati leui flexu & pſaltu, nunc ſe contrahendo nunc in altum exiliendo nunc declinādo, tela & plagas uitarēt diſciplinamq; ediſcerent, quæ enoplia pſaltatio dicta eſt, quam Tranquillus troiam nūcupauit, ldq; a Romulo inſtitutū ferunt, ut cum armis pſaltarent milites, pſaltatione, quā bellicrepam dixit, Sicut in Panatheneis armatos pue ros pſaltare uoluerunt, in quibus pueri puellæq; forma cōſpicui, manibus am plexi, nunc in orbem nūc in obliqum per diuerſos flexus pyrrhicā in theatro pſaltabant. Poſtea uero Gaditani modi & molliſſimæ pſaltationes, cū eſſent minus notæ, inuēte fuere, in plures diuiſæ ſpecies, in Chironomiā q manuū geſtu. Alma quæ pedū, Helatyſma quæ calcibus ad hūeros iactis ſaltabant, quoꝝ inuentores Iones fuiſſe dicūt, unde geſtus quoq; panthomimi fluxēr, in quo id fuit conſtitutū, ut in Chyronomia alii geſtus ſubiti, alii miſerabiles alii longi nomia ferrēt. Funebres uero ludos etiam inter ludiera ſcenæ exhi beri accepimus, & poſt ludos æpulū datū quibus qui preerant deſignatores dicti, in quibus gladiatorum paria qui uenalē habēt ſanguinem modo plura nūc pauciora, nōnūq; familiæ laniſtaꝝ ad gladiaturā cōparatæ digladiari, uul neraq; & cedes accipere ſolebāt, quos in defunctorū illuſtriū memoriā ea de cauſa inſtitutos ferunt. Quod cū hoſtes bello uicti ſeruiq; ad ſepulchra tum morū ducū olim ſeue iugularentur, & ſanguinē effunderēt, idq; poſteris læ uū & inhumanū uideretur ſcelus, cautum fuit, ut ſeua illa delita cōſuetudi ne, ſerui libertiq; & dānati capite, ac gladiatores buſtuarii qui uenalē habent ſanguinem, uſu armorum & aſtu eruditi, conducti preeio per laniſtas digla diarentur. In quibus in emulationem certamēq; uirtutis, licet dimicatiōe pe nicioſa, uulnera acciperent darentq; & ferro decernerent, in qua ſiquis forte ſuccumberet mercedem laniſta perditi gladiatoris accipiebat. Athenienſes ue ro fures & ſicarios pecunia comparatos armis inſtruebāt, quos ut in ſcena di micarent inuicem cōmictebant, apud quos uſus obtinuit, ut Imperatore uita functo, duodecim captiui ad ſæpulchrum iugulati tumulentur una. Quæ munera licet ſummæ inmanitatis forent, duces in bellum profecturi, Romæ plerumq; populo exhibuere. Scilicet ut uulnera cernere aſſueſcerent, cedeſq; & prælia non formidarent, quibus certa lex data, ut multo grauioribus armis pugnare diſcant. Vtq; diutius in pugnæ ſimulacris armati aſſue ſcant, ut in pacicentia laborum educati, in conflictu pugnæ minus labo rarent, neq; ut Tyrones corporibus animiſq; deficerent. Vtq; laniſtæ cum haſtis & rudibus primo introducantur, mox gladiis decernant, ad

prælium q incedant tunicati. Vtq; ante cōgreſſum multa fiant, quæ non ad uulnus ſed ad ſpeciem geſticulationis & motus agilitatem uideantur, procedē te mox pugna, ut nudi digladientur, neq; in uulnere ingemiſcant, neue iniuſ ſi decūbant, neue poſtq̄ decubuiſſent ferrū accipere iuſſi ſegnes & contabun di accipiant, aut retractent. Ad quod certamen inſignes nobilitate & opibus, neq; obſcuri generis homines plerūq; prodiere. Nā & Nero Cæſar quadrin gentos Senatores & ſexcētos equites ad ferrum exhibuit. Et Domiciani tē poribus, nobiles, ad ſpecimē uirtutis oſtendendū, in harenam prodire non dubitarunt, qui non uirorum modo pugnas, ſed feminarum noctu cōmiſit. Donec cautum fuit, ne equites Romani ludo & harena polluerētur. Primus enim qui gladiatorum edidit munus, Iunius Brutus in honorem defuncti pa tris fuiſſe traditur. Alii Appiū Claudium & fuluiū Coss. in foro boario gla diatores cōmiſiſſe primos aſſeuerāt. In quo preter apparatus magnificentiā, imaniſſimas feras hominesq; qui cū his cōcurrerent ad pugnā exhibuit, ad quos matronas admicti erat lege uetitū, ne inmanitati, aut feritati aſſueſce rent, Sicut ab athletarū ſpectaculis, mulierē ſexum Auguſtus auocauit, & dimouit. Non ſic cretenſibus, qui precipuas & magno natu mulieres ad gla diatorū munus admictebāt, & ſparthæ nulla eſt tā nobilis mulier quæ pre cio cōducta nō ad ſcenā prodeat. Cūq; antea gladiatorii ludi Imperatorū mu nus forent, Claudius princeps ut pecunia queſtoꝝ ficrēt, cauit edicto, quos ꝓpter cedes & imanitatē, qd̄q; mali exē pli eſſent, poſtea edi ꝓhibuit. Et qa nōnulli inopes & modicis facultatibus ſordida mercede conductos gladiato res ad ferrū exhibebāt, Tiberio imperāte Senatus cōſulto cautū fuit nequis gladiatoriū munus daret, cui minus quadringētis millibus cenſus eſſet. Poſt aliquot uero ætates Theodoricus gothorum Rex, ita gladiatores odio pro ſequtus fuit, ut optantibus Romanis non modo illos denegarit, ſed nunq̄ poſtea edi permiſerit. Fuitq; in uſu ut in funebribus eſſent ſpectatores penu lati, cum in cæteris togati conuenirent: Seculares uero ludos quod ſingulis centum & decem ānis uel quod ſemel tantū hominis ætate fierent, dictos ac cepimus. Nam ſeculum ueteres hac finitione terminarunt. Alii niſi decurſo trium ætatum ſpacio ſeculares fieri negauerunt, qui ſupra tiberim, ſepius in ca pitolio magna frequentia & fauore ſunt ædi ſoliti, ad quos licet preco inuita ret ad ludos quos nec uidiſſet quiſq̄ nec uiſurus eſſet. Illos tamen citra hunc annorum numerum per ſæpe celebratos comperimus. Nam & Diuus Au guſtus ſeculares fecit. Et haud multo poſt Claudius celebrauit, quo interual lo tres & ſexaginta haud amplius interfuere āni. Mox Domicianus illos in ſtaurauit habita temporis ratione ex quo ab Auguſto editi fuerāt, quos Ro mæ per omnia theatra fieri ſeruatum eſt, in quibus trinoctio tetra caligine bobus atris ad Tarentum ſacrum Plutoni & proſerpinæ, lecti ſternium per

Universidad de Deusto
Biblioteca

uigilia & ſupplicationes inſtar Cæreris iniciorũ fieri ſolebant, carmĩe & hymnis, in capitolio a pueris puellisq; patrimis & matrimis, in Apollinis & Dianæ laudem modulato, cũ quibus ſæpe Circenſes dabãtur una. Quorũ inſtitutio fertur antiquiſſima. Cũ enim Valerius publicola qui reges eiecit, tres filios morbo laborantes ex uoto recepiſſet incolumes: Voti reus hos inſtituit primus & celebrauit, quos antea preteritos uel intermiſſos Diuus Auguſtus magnifico apparatu celebrauit, q̃uis non uera ratione dimenſa in quibus iuuenes ſine aliquo maiore natu propinquorum, nocturno ſpectaculo intereſſe uetuit. Poſtremo Domicianus ſeptimos exhibuit, ad ſua tempora ab ortu urbis obſeruatos. Et Demũ poſt curricula temporum, Philippus Imperator, milleſimo urbis ãno, ex omni ſeculorum memoria apparatiſſimos ſeculares fecit, In quibus præter elephantos triginta, leones, Tygres, Alces, atq; Hienas & Bebos, etiam gladiatorum paria mille, Hippopothamũ & Rinocerotem feraſq; ĩmaniſſimas uenationi dedit. Preter quos, fuere, ludi Theatrales & Honorarii qui æque ac funebres ſtati non ſunt. Sed ut quiſq; ad honores ut edilitatem preturam uel Conſulatũ, euectus erat, ad conciliandum populi fauorem maxima hos leticia coluit & celebrauit, in quibus elephantorum & leonũ pugnas aliarũq; belluarũ uenationes frequenter exhibitas inuenimus. Primus enim Scæuola in curuli ædilitate leonum pugnas dediſſe fertur, mox Pompeius lubatos trecẽtos quindecim, Cæſar quadringẽtos, Donec Senatus conſulto cautũ fuit, ne Africanas in urbẽ inuecherẽt. Cõtra Cn. Aufidius Tr.pl. Nam Circenſium cauſa importari iuſſit. Poſtea Auguſtus, tigrim & Domicius Enobardus centum urſos numidicos in ædilitate, & totidem uenatores æthiopes dedit. Hæc enim expectatio munerum, quantum ſtudii & fauoris ad conciliandum populariũ aĩos actulerit, cum magnifico ſumptu exhibita fuiſſent, enarratu difficile eſt. Siquidem qui illa ample & largiter dediſſent, aut qui munificentia reliquos anteiſſent, facillimos aditus ad honores cõſulatus & præturas reliquoſq; magiſtratus ꝓximis comiciis habuere, quorum cura & procuratio præcipua ædilium erat. Et qui illos ob ſecordiam pretermiſiſſet, populate odium & offenſam haud dubie incurrit, & uelut ſordidus & parum cuilis eſt pro deſpectiſſimo habitus. Mamerco enim homini ditiſſimo, quod ædilitatem ne ſumptus in exhibendis ludis faceret aſſequi nõ curaſſet, in conſulatu repulſam actulit, in his enim res commenticias, fabellas & ſcenas repreſentare, tum monſtra & uiſu incognita, uenationeſq; & pugnas populo dare aſſuerant, ad quas mulieres deſcendiſſe, & cum imaniſſimis feris ſæpe depugnaſſe comperimus, tanto omnium ſtudio ut triginta & amplius dies, ſe poſitis negociis Romani ludis impenderent, quos poſtea Auguſtus coartauit, ne ludoꝝ celebritas nimiũ diu actus foreſes & negotia moraret. Theatrales quoq; ludos in liberi patris honorẽ inuentos fuiſſe oẽs

fere conſentiũt, quos ab Athenienſibus originẽ duxiſſe ferũt, qui primi nouẽbri mẽſe Bachanalia et ludos Gymnicos, ac liberales celebrarũt, tãta licentia ut nympharũ & Heroũ habitu bachantes prodirent in forum, & ad ſonum tibiæ cũ laſciua geſticulatione cõpoſitis modis pſallerent. Vinũq; cum bellariis lybaq; ex melle, magna bibendi licẽtia circũferrent, quos plerũq; populus coronatus ſpectauit. Quæ ſacra præter q̃ quod panũ delirã & temulentã indicerentur, eo inſolentie proceſſere, ut mulieres uiriq; ornati hedera, crine fluxo, lymphatis animis debachatæ cũ Thyrſis uelut inſaniẽtes, & furore afflatæ obuios ferirẽt. Miniſtri quoq; fanatici nõ minore ueſania ferulas geſtarent, tanta temulẽtia & uerborum licentia ut. M. Varro niſi ab amentibus fieri potuiſſe negaret. Quare miniſtræ menades dictæ, inter quos Syleni, Satyri, Bachæ, lenæ, & Chiæ, Mimallones, Naiades, Nymphæ & Tityri, ſacris operabãtur, in his quoq; cõmeſſationes, Thyaſi, Tibiæ, & cãtus frequẽtes erant. Et quoniã ad aĩæ purgationẽ pertinere dicerent, etiam Vannũ quo triticum purgatur & ouum ſpherali figura adhibebant. Quæ ſacra procedente tẽpore cũ ex diurnis nocturna fierẽt, (Vnde Nyctileia appellata ſunt) promiſcuis ingenuorũ & feminarꝝ ſtupris, cũ ſtrepitu & ululatu in omne facinus & libidinẽ, perpetuo Senatus conſulto nõ in urbe modo, ſed per omnẽ italiã coercita fuere, maximiſq; penis inhibitum, ne bachanalia Romæ neue in italia fierẽt, cũ in cõtubernio ſordidiſſimorũ patrarentur, eſſentq; maximorum ſceleꝝ cauſa & ſeminarum. Apud Thraces orgya Bachi ab Orpheo inſtituta niſi a mẽſtruoſis fiebant. Euianes Bachi feſta celebrãt inquibus ludiones primo, mox ſpectatores multo uino epoto ad arma concurrũt, a Babyloniis quoq; feſtus dies Bacho plurimo mero exhauſto colebatur, in quo noctẽ perẽnem laſciuis geſticulationibus & largiori potu indulgebãt. Apud Eleos Bachæ Dyoniſio pſallentes modulata uoce precãtur ut bouino pede ad ſe accedat, lauini integer menſis libero dicabatur, quibus diebus obſcenis uerbis & ſpurciſſimis abuti permiſſum, quod Helyogabalus inſtituiſſe fertur, ut in uindemiarũ feſto multa impudica & obſcena iactarentur in dominos. Id quod noſtrates ſeruare etiam num ſolemne habent. Donec perforum uirile membrum plauſtro tranſueherent, cui matrona ſpectatæ pudiciciæ uelut ſancto numini coronam imponebat. Quod etiam Varro fieri conſueſſe in reliqua Italia ſcribit, tanta turpitudine, ut per dies feſtos liberi mẽbrũ per agros ploſtellis, mox in urbẽ cũ cãtu & ululatu ferrẽt. Ab ægyptiis tãto ab uſu Bachanalia fiebãt, ut temeto ingurgitati, ſtatuas cubitales p pagos circũferãt p tẽta mẽtula magnitudine uiſenda preeũte Tibia & Choro cũ Mercurii ſtatua uerretro porrecto, quas femĩæ & magno natu matres uelut põpã triũphalẽ preſe agebãt, tã fœdo ſpectaulo, ut nihil improbius aut nequius foret. Eadẽ quoq; licentia Athenis uulgo uſurpatur Nouẽbri mẽſe quo Bachanalia celeb

Universidad de Deusto
Biblioteca

brabant ut phanatica multitudo bacharum habitu, per urbē procederet, fuit preterea quinquēnale ludicrum, in quo tam uersu q̄ prosa oratione grece latio neq; tum mulica per Cytharedos & Cythariſtas tum Gynnicis ludis certa batur, quos Nero Cæſar primus ad morem greci certaminis e grecia Romā deduxiſſe, louiq; Capitolino dicaſſe, atq; ſingulis quinquēniis magno certa mine animoq; celebraſſe fertur, iam intermiſſos ducentis ānis a. L. Mummii triūpho qui primus hoc ſpectaculi genus in urbe preſtitit, In quibus quantū quiſq; facundi aut candore ingenii eniteret, facile apparebat. C. uero Caligu la, Horū inſtar miſcellos lugduni fecit, grecæ latineq; facundæ experimento, in quo certamine lege ſancitum erat, ut uicti uictoribus. hoc premii darent ut ipſorum laudes tanq̄ obnoxii ſcribtent, & carmine celebrarent. Poſtea a Do miciano triplex inſtitutum ferunt Capitolino Ioui, Muſicū, equeſtre, & Gyn nicum, aliquanto pluriū coronatorū, in quibus Papinius Statius uictus fer tur, uictor autē & ter coronatus in certamine albano, quod Domicianus pa riter inſtituit, In quo pœte certatim Mineruæ pſallebant hymnos. In eo ue ro. P. Mimographus palmam tuliſſe dicitur. Athenis quoq; ad Theſei ſepul chrum celebres hi ludi manſere, in quibus tragedorum certamen magno cō uentu totius greciæ fuiſſe tradunt, eo enim uiri eloquentiſſimi ex omni grecia exciti cōfluxere, inter quos Eſchilus primus tragediam dedit, in eo uictor So phocles, uictus Eſchines, haud multo poſt, merore uictus occubuit, quibus etiam ludis, decem iudices ex ſingulis curiis prefuere. Fuitq; in more ut hyr cus premium tragedo foret. Vtq; lyriciiuuencā īmolarent, Tragedi Hyrcū poetæ taurum. Proditur tamen, Comicus Menander, cum centum & octo ſcripſiſſet fabulas in certamine Comedorum licet eſſet ſuperior tamē ambitu & factione a philemone uictus renunciatus, In Elyde quoq; poetæ accepto Themate carminibus certabant, uictorq; coronā ferebat donum, Sicut Ar chelaus Mauſolo agona propoſuit, & ludos in quibus doctiſſimi ſæpe decer tarunt, Inter quos Theopompus Iſocratis diſcipulus, omniū conſenſu ppter ſingularem uim ingenii uictoriam tulit. Vna tamē prodit Corinna, muſca lyrica dicta, tanta erudiciōe claruiſſe, ut Thebis cum pindaro carminibus cer taret, & quinquies uictrix foret. Et Ariſtophanes cum certamini poetarum iudex preſideret, poetæ illaudato uictoriam dediſſe, quod ſua non aliena reci taſſet. Eutimus quoq; locris oriundus tam diſerta ſcripſit carmina, ut olym picis ludis ſemper uictor fuerit, ſemel tantū uni poſt habitus. Q uin etiam Neapoli quinquēnale certamen fuiſſe tradunt muſicum & Gynicū illiſ emu lum quæ in greæcia ſumma laude celebrantur, quod etiam noctibus magna luce ignium ſingulis quinquēniis Romæ fiebat, magnis oratorum & uatū certaminibus. Neq; omiſerim a quibuſdā traditum memoriæ. Heſiodū car minibus cum Homero in certamine poetarum cōtendiſſe Victoremq; Heſio

dum epigrāma cum Tripode in Helycone poſuiſſe. Erant preter hos plebei ludi, ſpectatiſſimi qui exactis regibus pro phebis libertate primum dati ſunt, quos non nōnulli poſt ſeceſſionem ad ſacrum montē inſtitutos ferūt, ob cō ſociatos patrum plebiſq; aios, quos poſtea. L. Sylla perdomitis hoſtibus ma gna plebis expectatiōe reſtituit, quorum ediles plebis arbitri & moderatores erant, in quorum celebritatæ ſeruatū memimus, ut quoties inſtaurarent, ab his ludorum cauſa æpulū darerur, quos ex uariis cauſis non ſemel inſtaura tos comperimus. Cereales uero quin in Cereris honorem magnificentiſſime fierent nulla controuerſia eſt, quos Circenſes dictos nonnulli uolūt. Nam & deoq; imagines in his longo ordine produci, & circū metas curſu contendere ſolebant, ouumq; in Cerealis pompæ apparatu numerabatur primum, in quibus peruigilia noctu fiebant, ſicut in ſacris Iſidis excubiæ, in his quoq; ediles plebis pro equorum curſu plerūq; gladiatoq; certamē exhibuere. Cereri enim ad quinto kls Aprilis ānis ſingulis Romani rem diuinā more patrio facere aſſuerant, quæ ſacra, quod e grecia tranſlata eſſent & per grecos curata greca dicta ſunt. Fuiſſe enim in grecia ſacra eleuſinæ Cereris ſpectatiſſima au thores memorant, quæ oſcura luce fiebant. Sacerdoteſq; facibus diſcurren tes curſu fanatico ſacra peragebant, a quibus uelut ſanctiſſimis & impollutis impii conſceleraticq; amouebantur uoce preconis, ita ut templū uelut omni religione ſanctū, alicuius criminis aut noxe conſcio adire non licebat quod ſi quis adiiſſet non iniciatus capite luebat, ad quod Nero conſcientia ſceleris agi tatus ingredi ueritus fuit. Non ſic Antoninus philoſophus auguſtus. Nam fretus inocentia & uitæ integritate ſine diſcrimine adiuit, Cuius myſteria ma gno ſilentio inclyta uelut arcanum quid ſanctūq; in uulgus efferre non lice bat. Q uod ſacrum a ſolis matronis fiebat annis ſingulis, Romaniq; in to ga candida ſpectare ludos, mulieresq; in ueſte alba pariter ſacrum facere ſole bant, in quo id fuit obſeruatum, ut tunc diis gratum eſſe cenſeret, ſi a letis nec funere pollutis celebraretur. Vtq; in ſacris Cæreris, ante noctem epuletur ne mo atq; a uino in primis & uenere abſtineāt. Vtq; quinto quoq; āno ex Sy billinis carminibus prodigiorū cauſa ieiuniū fiat, inter quæ præcipuū fuit ut ſacris iniciatos calda abluerent primū, quod caſtitati preeſſe ducerent, Apud Athenas in ſacris Cæreris que dicuntur adonia mulieres ſimulacra defuncto rum efferre multaq; funeſta & calamitoſa iuſto cōploratu & gemitu effinge re traduntur, in cuius ſacrificio acticæ uirgines inter ſolemnia repoſita ciſtis ſa cra capitibus q̄ occulte deferunt, cum Cæreri ſacrum q̄ occultiſſimis cerimo niis fieret. Q uippe profano homini Cereris mundū uidere nefas erat, Apud Siculos uero Cereri & proſerpinæ diuerſo anni tēpore ſacrum fit, Proſerpinæ enim maturis meſſibus, decem feſtos agunt dies. Cereri uero cum ſemē in terram mittitur. Grecis autē in tribus ludis præter q̄ in cerealibus accenſas fa

Universidad de Deusto
Biblioteca

ces gestare uetus mos habuit, in Prometheis, í Vulcaniis, in panethenaicis, præter hos fuere ludi martiales marti dicati, & alii piscatorii ex questu piscantium. Alii Castrenses, qui in castris pretorianis, plerūq; cum uenatione dabantur, nōnulli Miscellanei ex ludionum multiplici genere. Alii palatini in palatio triduo celebrari soliti, in diui Iulii honorem, qui uictā armis rem. P. in dominationē uertit. Alii Capitolini quod Iuppiter Opt. Max. suam sedem seruasset, qui aliis solemnibus additi, Collegiumq; nouū authore Senatu institutum fuit. Præcipui Augustales quos Tiberii tempore Tribuni plebis in Augusti honorem facere instituerunt. Athenis uero, & in omni grecia multiplices fuere ludi, in quibus ad Aucupandā popularem gratiā Theophrastus fructum diuitiarum putauit maximū. Nam panathenea Dionysia Scyrrophonia. Aloa. & Apaturia celebria fuere, apud Lacedemonios Gymnopodia Hyacinthia & Chori. Pataui, Cestici ab Antenore iuēti, quos inter reliquos ānumerasse non ab re fuit. Illud utiq; uerum est, quod q̄uis ludorum multiplices species forent, tamen edilicia largitione quatuor curari ipensius assuerant, Megalenses, funebres, & Apollinares magno semper apparatu & habitu, in quibus non tuba aut fistula ut in aliis sed sola tibia canebant, quodq; uetusto more quoties festi ludi redebātur illos omnis etas sexus & ordo plerūq; coronati spectabant. Quare. L. Crassus cognomento dives, quod corollas ex auro & argento imitatione foliorū in ludis populo dedisset, celebri memoria habetur. Fuitq; prisci moris, ut populus in theatro uel circo sepe ludicrum a principe postularet cuius præcipuo studio teneretur. Quotiesq; princeps aut Imperator qui perdomitis hostibus triumphasset uel popularis homo plebi percarus ad ludos & Theatrum iret, cum primū in conspectu prodiret, cōmuni omniū plausu & fauore contionis faustisq; acclamationibus totis theatris exciperetur. Nonnūq̄ uniuersus populus aduenēti principi affurgere & lacernas deponere solebant ut togati apparerent, qui honor summis tantū ducibus aut uiris summa integritate & fide obmerita in populū dabat. Cōtra uero deformatus ignominia, aut infensus infestusq; populo clamoribus explodebatur & sibilis. Tum si quando ludi remisse & leniter aut non legitime celebrarentur, uel siquo infortunio aut casu repente cōstitissent, aut si tibicē cōticuisset, uel inter solemnia ludorum cōmisso spectaculo ex subita leticia ad repentinū motum translati essent, aut si in enūciandis ludis uersu edilis errasset aut uerbo, uel ante cōmissionē ludorum siue dum eduntur tumultus repens, aut aliquid triste auribus oculis ue occurrisset, & ex uariis causis, tanq̄ si nefario scelere polluti essent, eiusmodi admissa ludorum instauratione procurabantur, & expiabantur. Cum enim pompa duceretur, quod obuius seruus loris medio circo uapularet, infausto augurio ludos pollutos pontifices putarunt. Et cum in cerimoniarum apparatu thensa procederet, quod equo consternato

sternato auriga habenas sinistra corripuisset, currumq; perperam egisset, & circumflexisset uelut ominosum ludorū instauratione, opus esse iudicarunt.

Qui esset Vrbis prefectus, quod ue officium quarūq; rerum cognitionem animaduersionemq; haberet. Caput XX.

SOlitos Romanos fuisse, cū Reges & postea Consules pretoresq; rei pu. causa abessent, nequis repens tumultus fieret neue urbs sine imperio esset, aut hostiū incursibus pateret, prefectum creare, qui urbi menibusq; presideret, ius redderet & subitis mederetur sepe notatum est, qui siquid in urbe turbatum esset, cum res postularet iuuentutē armare, & per loca oportuna disponere, arma telaq; in propugnaculis ingerere, castella cōmunire, muros turresq; præsidio firmare atq; omnia custodiis uigiliisq; instructa habere, portas claudere, pro portis stationes dispositosq; stationarios milites, ad tuendam populi quietem, tenere deberet. Et nequid falleret aut nudatum præsidiis esset aīaduertere, & oculis perlustrare, nihil deniq; curæ aut laboris ommittere. Qui tam & si urbi prefectus foret, in suburbiis æque cognicionem aīaduersionemq; habebat, illiq; exercitus demandatos, & gerendi belli sæpe negocium datum esse liquet. Quam prefecturam a prima antiquitate Romæ fuisse multiplici exemplo apparet. Siquidem a Romulo primus Romulus a Tullo Hostilio Mumartius, & Sp. Lucretius pater lucretiæ regnante superbo urbis præfecturam meruere, deinde Coss. eam curationem demādarunt. Post aliquot uero ætates, tanq̄ non ciuile munus, a multis aspernatum est, ita ut eam curationē, uelut ignobilem repudiantibus plurimis. Q. Seruilius ut altercationes dirimeret, filium substituerit, eumq; extra sortem urbi prefecerit. Quā sæpe intermissam fuisse crediderim. Quippe Augustus urbis prefecturam tanq̄ nouū munus & officium creauit. Demū in tantū peesset, ut Nero a cognicionibus prefecturæ urbis, honoris inicia auspicaretur. Et piso uiginti annos prefecturam urbis, uelut instar magni muneris gerere non dubitarit. Extatq; Diui Seueri epistola ad Fabium culeonem qua cognicio criminū per totā Italiam ad prefectū urbis delegatur, Relegandi quoq; ad insulas uel deportandi quos delicti enormitas postulat, querelasq; seruorum libertorūq; audiendi si de patronis dominis ue queranť, ius illi potestasq; fuit, Carniūq; & fori boarii piscarii & suarii cura cognicioq; ad eundem spectauit & pertinuit. Etiam Senatum per Vrbis prefectum uocari & consuli posse, atq; absentibus uel impeditis Consulibus Senatus consultum fieri nulla controuersia est. Deniq; diligenter curare ne qua pars urbis labaret, neue per occasionem & licentiā aliquid plebs moliri posset, Neue qd circa urbis custodiam aut munus uigiliarum segniter exequtum foret, quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab homine inpigro ante perſpici potuiſſet preuidere precauereq; debebat, tan
tiq; exempli fuit, ut cum fediſſimo bello, reſpublica afflictaretur, ſæpe urbi
ſaluti fuiſſe & imperio, magnaq; actuliſſe preſidia compertum ſit. Sed notan
dum hunc prefectū, aut patriciæ gentis uirum aut Senatorē, deligi conſueſſe,
Idq; exemplo. M. Meſſalæ oratoris, qui auguſti tēpore urbis prefectus fuit,
facile dinoſci, licet ſexto poſt die magiſtratu ſe abdicarit, non ingenuam & pa
rum ciuilem poteſtatem eſſe ratus. Et tam & ſi. L. piſonem & Coſſum prefe
ctos urbis uino indulxiſſe, & multū noctis conuiuiis exegiſſe legamus, adeo
ut biduum & duas noctes cum Tiberio largiore potu indulxerint, illos tamē
ſatis grauiter & inoffenſe, urbis tutelam adminiſtraſſe controuerſia non eſt,
Procedente mox tempore, in tantum prefectura urbis proceſſit, ut Sabino
Veſpaſiani fratri ad prefecturam proceſſiſſe magni muneris loco fuerit. Et p
tinax Imperator ex prefectura urbis ad imperiū preuectus ſit, Rurſus poſt alii
quod interuallum tam infimæ ſortis habita eſt, ut Heliogabalus omnes le
nones ad prefecturā urbis prouehere deſtinarit. Q ui uero prefectus latinaꝝ
erat, etiam non ſenator fieri poterat. Q uippe cum citra ætatē ſenatoriam ſæ
pe āuis iunior crearetur, ex nobilioribus. Iccirco prefecto latinarum ſenatū ha
bere non licuiſſe notatum eſt, inter quos. M. Antonius philoſophus q̄ po
ſtea imperitauit annis Iunior prefecturā urbis geſſiſſe proditur, a Ptienenſi
bus quoq; in neptuni Elyconii ſacro quod cum lonibus cōmune fuit, luue
nis ætate uix adulta prefectus creabatur & Rex. Ab Indis in ſex quinternio
nes urbis prefectura diuiditur. Namq; alii peregrinos recipiunt, alii uitam &
mores notant, nōnulli defunctorum bona morteſq; inquirunt. Alii uenden
dis mercibus preſunt, multi uenditarū rerum exigunt decimas, ita ut omne ci
uitatis regimen illi moderentur. Græcis uero Vrbis prefectus ethnarches di
cebatur, ipſaq; præfectura Ethnarchia, præter quē fuit pretoriarū cohortium
prefectus, anonæq; & uigilum qui in numero magiſtratuū populi Romani
non ſunt, ſed extra ordinem utilitatis cauſa creati. Ad prefectum enim uigilū
de incēdiariis de furibus, de effractoribus de receptatoribus cognitio ptinuit.
Auguſtus uero Octauius cum plura orirentur incendia Romæ ſeptem co
hortes oportunis locis cōſtituit, ut una quæq; binas urbis regiones tueretur,
quas prefecto uigilum ſubiecit. Prefectus uero annonæ ad leuandam frumē
ti inopiam conuectis cōmeatibus, plerūq; urbi prefuit & imperio, preter quos
fuit prefectus morum quem Cenſorem nūcupant, & haud multo poſt prefe
ctus caſtrorum & legionū, ac prefectus palatii temporibus Cæſarum nouiſ
ſimis additi, quæ dignitas proxima Ceſarum magnitudini fuit, Cui prefectu
ræ Cleander a Cōmodo prepoſitus memoratur, qui propter morū inſolen
tiam, cum filiis una crudeli ſupplicio excarnificatus penas dedit. Et ſimilis ſub
Hadriano qui depoſita palatii prefectura ad ociū ſe tradidit, morienſq; inſcrip
ſit tumulo

ſit tumulo, quod cū multos exegiſſet ānos ſeptem tantum uixit, quibus ocio
ſe dederat, celebratur quoq; Opilius Macrinus qui ex humili fortuna per Ca
racallā palatio præfectus mox ad imperium conſcendit. Illud quoq; a ueteri
bus factitatū nouimus, ut quatuordecim curatores urbis una cū prefecto tā
urbi q̄ urbanis negociis prelint, Sed & illud notatum, ad urbis perfectū ap
pellationes omniū poteſtatum, & illorum qui in honore erant pertinuiſſe, ip
ſarumq; cognitionē aiaduerſionemq; habuiſſe, quod quidē noua conſtitutio
ne a poſteris ſeruatū eſt. Antea enim ex conſtituto Neronis appellationes a iu
dicibus ad Senatū fiebant, cautūq; fuit, ut qui a priuatis iudicibus ad Sena
tum prouocaſſent, tantū pecuniæ penæ nomine exoluere cogerentur quan
tū qui imperatorē appellaſſent, a Senatu uero ad principē appellare non li
cere oratiōe Diui Hadriani cauebatur, nec a prefecto pretorio qui principis lo
cum tenuit appellare licuit. C. tamen Caligula nimias appellationes inhibuiſ
ſe fertur, liberamq; iuriſdictionem magiſtratibus dediſſe, ita ut ſine appellatio
ne iudicatum exequerentur & placita ſeruarent. Q uin etiā illud quelitū eſt,
an tutorū curatorūq; qui nequiter & inofficioſe in tutela curaq; de officio dece
dentes uerſati fuiſſent, aut filiorum qui parentes quos uenerari decet, cōtume
liis probriſq; affeciſſent. In eoſq; turpiſſimū facinus admictentes impias ma
nus intuliſſent, cognitionem aiaduerſionemq; prefectus haberet. Et placuit
ab urbis prefecto in tutores curatoreſq; qui in euidenti colūnia tutelam cu
ramq; geſſiſſent, aut in filios qui parentum dicto cōtumaces & minus audiē
tes forent animaduerti cognoſciq; poſſe, quod quidem tam legibus & Sena
tus conſultis, q̄ decretis edictiſq; principum aliis ſuper alia editis & promul
gatis ſancitum eſt.

Miraculum de homine qui extruſus e carcere, rurſuſq; in eo intruſus inferna
ſe loca adiuiſſe enarrauit. Caput XXI.

INter fabuloſa miracula & puerilibus fabellis ſimilia multas magnaſq; res quæ uix credi diciq; poſſunt, nullum tam im pudens mendaciū creditum eſt, q̄ quod ad hoſce annos in pelignis euenſſe dicunt, quod cum nouū cōmentū putaret, & temere uulgatum, id uerum poſtea fuiſſe, tam fama cele bri quæ ubiq; peruaſit & uulgata eſt, quam multorū teſti monio qui rem geſtā didicere non fictis ſermonibus ſed certiſſimis experimē tis cōpertum eſt. Q uo autē pacto ſe res habuerit hoc traditur modo, in pe lignis oppidum uetuſtum eſt cuius nomē pretereo libens, licet obſcura origi ne haud tamen ignobile, in eo dūs qui urbi preerat, ſuperbe auareq; ciuibus imperitabat, ac trucibus dictis factiſq; in ſubditos ſeruilem in modum aiad uertere ſolebat, eoſq; licet impata facerent, neq; ſigniter mandata exequerent ob leues plerūq; cauſas penis & danno mulctabat. Forte autem cum homo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quispiam alioqui bonus sed tenui refamiliari inops atq; despectus ipsius domini uenaticū canem, cuius miro studio tenebatur ita uerbere affecisset, ut ob id perisse putaretur. Cum id dominus rescisset uehementer offensus, eū truci & minaci uultu grauiter in crepitum in pessimū coniecit carcerem, ibiq; cum uinctus graui custodia teneretur, post aliquot dies, hi quibus diligens ipsius cura mandata erat, clauso tam carcere, & tam foribus q̄ omni aditu per septo ne elabi posset, cum ad illum accederent ut solebāt, in eodem intus carcere nusq̄ inuenere, qui diu conquisitus cum nō appareret, nullumq; effugii uestigium extaret, rem ad dominū detulere, quod cū credi uix posset, ipseq; mirū in modum obstupefieret, post tres ferme dies, ildē foribus pessulo firmatis, idem ipse qui modo carceri additus fuerat, imprudentibus omnibus & nemine conscio, rursus in eodem intus carcere intrusus apparuit, custodesq; ut cibum afferrent aduocauit, qui cum propere accessissent, omnesq; miraculo obstupefierent, cum uultu tetro & horibili facie, luxatis ustisq; membris aliter longe atq; pridem fuerat conspexere, quem cū interogassent unde elapsus & rursus in eodem intrusus carcere foret, quibusq; in locis fuisset, & unde tam fœdo & tetro uultu emersisset, ipse uelut elinguis cū nullū proferret uerbum sed actonito stupentiq; similis foret, ut ad dominū quantotius admicteretur postulauit, habere quod illi propere nūciaret, magnum nec differendū. Cunq; ad eum protinus admissus esset, rem mirificam & admirabilem, ac dictu audituq; formidolosa & uix credenda miracula dicere orsus fuit. Nam se ab inferis (silibet credere) remissum enarrauit. Siquidem cum diutius carceris squalorem ferre nequiret, seu desperatione uictus seu iudicium reformidās inops consilii malū demonē ut sibi presto esset, seq; ex tam tetro carcere relaxaret, aduocasse, dixit. Nec multo post, demonem fœdo aspectu & terribili facie in eodem intus carcere aspexisse, & secum pactum fuisse, ab eodemq; & ferreis claustris, non sine graui pressura extrusum, in loca deinde inferna & profundas uastitates ac fundum telluris intimæ actum esse precipitem, singulaq; lustrasse. Impiorumq; supplicia & sedes conscleratas, eternasq; tenebras & erūnas uidisse, ac loca fœda & formidolosa, regesq; & summos duces in aberupto hiatu & profundo uoraginis densa mersos caligine afflictari, & furiarum ardentibus facibus agitari. Gemitusq; & eiulatus, ac dies noctesq; ploratus mulierum & uirorum audisse. Pontificesq; uidisse infulis & trabeis purpura & auro distinctis ac gēmis ornatos, aliasq; miserabiles facies omnis generis hominum etatū & ordinum in cultu uario afflictos & iacentes inter p̄ altas noragines, alios inmenso limo haustos æternis supplicijs & nocte cruciari, ipsorumq; dānata scelera sempiterno dolore puniri, inter quos plures quos nouerat in uita adnotauit, & præcipue intimum familiarem quem dum in uita ageret æqualē sodalemq; habuerat, alloqutum dixit, ab eo probe agnitus

& miti satis

et miti satis sermone req̄situs fuit quid rerū ageret, & q̄d reliqui spei sibi foret. Ipseq; cū pregraui seruicio & crudeli dñatu, usq; premi respōdisset, illū mandasse ut dño enūciaret, caueret neq̄d tale egeret in posterū, neue graui tributo & iniquo uectigali subditos opprimeret. Nāq; illi uacuā sedē quā prope cernebat prestitutā esse predixit. Et ut haud dubius promissi foret, fideq; ut dicto haberet, memisse inquit illū debere secreti cōcilii & mutuæ pactionis, quā dū una militarēt, & in castris agerēt, clam iniuissent, quoz nemo particeps aut conscius unq̄ fuit, quod conciliū cū memoriter ille enūciasset, & nō solū dicta cōuentaq; sed & singula uerba spōsionesq; quibus uterq; astrictus erat recensuisset, ipsum dñm ordine hec audientē animo serio & actentiore facti, mirū imodū obstupuisse, ingensq; aio formido incussa fuit, cōsideranti quonā modo quæ soli sibi credita & nulli unq̄ enūciata fuere, homo ille hebes & tardus ingenio, quasi numine afflatus explorata haberet, eaq; uultu interrito enūciaret, Adiiciūt miraculo, eundē interogasse illū cū quo tūc sermo erat, apd̄ inferos, q nitido cultu uestituq; apparato uidebat, nūq̄d aliquo cruciatu afflictarent q̄ ilsigni ueste & auro cōspicui forēt, illūq; respōdisse, perēni icēdio, iterq; maxios cruciatus & sempiterno dolore usq; premi & afflictari, idq; totū qd̄ auro & purpura fulgeret ignē atq; incēdiū esse. Et cū ipse id experiri uolēs, prius manū purpuræ admouisset, admonitū ab eo fuisse, ne tangeret, & tñ efficere neq̄sse, ut nō ex caloris afflatu palmā sibi manus quā tūc ostēdebat incēdio & ipsi purpuræ admotā deflagraret. Erat enim pustulis liuētibus & tetris ulceribus ueluti tabe & igne sacro, maloq; qd̄ latius serpere uidebat fere cōsumpta. Referūt præterea q illū adiuere, eū post̄q ab inferis emersit, quasi mēte cōsternata hebetiq; auriū oculorūq; sensu affectus foret, semp cogitabūdū in rarū p̄disse sermonē, uixq; sæpius interrogatū colloquēti respōdisse. Vultu uero tā tetro & aspectu tā deformi reuertisse, ut qui dudū a cōiuge & liberis p̄be agnitus foret, is post̄q remeauit ab inferis, tā diro uultu totiusq; facie corpis dissimilis effectus est, ut uix eundē illū esse crederent. Sæpiusq; obortis lachrimis ob faciei diritatē, & speciē hoīs fædissime mutatā notos affineśq; ip̄m alloquutos fuisse, egreq; ut ante obitū q mox cōsequutus est, res suas dispēsaret, ac liberis & posteritati cōsuleret, uitæ spaciū habuisse.

Quot militū ordines cuiusue generis milites in romana militia olim militare consuerant, & qui apud exteros. Caput XXII.

Militū ordies quos Romani duces habuer̄, q̄bus res magnas gessere, hi ferme tradunt̄, noīe diuersi. Nāq; rorarii dicti cū q̄bus primi erāt cōgressus, q leuibus muniti armis, parma ī & gladiū gerētes, sicut ros ante pluuiā sic prius q̄ peurrerēt aut acies admouerēt, hostē inceſſebant, & primos concursus excipiebant, Premictebatur. n. leuis armatura quæ elice

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret hostem gradu moueret, mox equitatū libero cursu & robora legionum imictebant, quæ longius pellerent & fugarent. Q ui etiam ante signani eo quod primi agminis erant dicti, Sicut apud persas Homotimi milites in principiis erant qui magnopere apud Reges nobilitati sunt, inter quos peltati & cetrati, q peltas Cetrasq; (scutorꝝ enim genera sunt) deferebāt haud multo discrimie diuersas, pelta enim Cetræ haud dissimilis est. Nāq; erat cetra scutum ex loro, quo Afri, Hispani, Galli & Persæ plerūq; usi sunt, in rombi figurā. Pelta uero breue scutum instar lunæ, parma figuræ latioris & circularis. Lusitanis uero scuta fuere duorū pedum latitudinis, quæ nec fibula nec ansa sed loro nectebantur, Numidica ex coriis sicut Grecis, Orectanis & Gallis quādoq; pro munimēto fuit pelta, quis erant enses obtusa cuspide, scuta uero debilia. Hiphicrates quoq; pro parma militibus peltā dedit, hastecq; modum duplicauit, & gladios lōgiores fecit, quare peltea stæ apellati. Tracibus & Belgis dabatur pelta quam meridē dixere, liguribus ænea parma, Sardis pugio cū pelta. Celtiberis leue scutum & rotundū. C. uero Marius parmulas militibus inhibuit, illas minus habiles & supuacuas arbitratus, Romani autē Clypeos peditibus scuta equitibus dedere, quos quidē milites a prima origine clypeis usos cōperimus, postq̄ uero stipendiarii facti sunt, mutato armorū genere, Scuta maius tegmentū p clypeis accepere, sicut latini populi, quare scutatæ & cetratæ cohortes dictæ quæ excratibus plerūq; intexebant. Antea enim Romulus argolico scuto utebatur. Post uero ictū cū Tacio fœdus Romani dimisso Argolico Sabinorū accepere scuta suaq; Romulus, cū Sabinis arma cōmutauit, qbus postea Romani usi sunt, Sānitibus lata ad summū equali fastigio fuere, imo uero cuneata. Marsis amplissima quæ decumana dicta sunt, lucani quoq; scuta ex uimie cōfecta coriis tegebāt, Greci frequēter russatis, Carthaginēses albis nōnunq̄ Clypeis diuersa insignia ferentibus utebāt, Corinthii rubris, alba uero ferre scuta romanis erat ignomine loco, Nā fortes utebātur pictis, peni ex auro sculptis imaginibus, Germani scuta lectissimis coloribus distinxer̄. Greci quoq; diuersa insignia & numia addider̄: Q uippe Grecorꝝ clypeis neptunus erat, Troianorꝝ Minerua, Vlixes Delphinis insigne i scuto p̄tulit. Agamēnō formidinē capite leonino cū epigrāmate. Niciæ scutū auro fulgebat & purpura, lacedemonii λ. Messenii μ. literas descripsere, Alcibiades cupidinē cum sagictis. Neocorus Aliarcus draconē, Demosthenes in scuto, aureis literis bonā fortunā inscripsit. Legio ad cordubā Pōpei nomē, Persis uero Cratis erat in manu leua, Gladius uī securis i dextra, fer̄ Alexāder Macedo Argyraspidas ab argenteis clypeis sicut Alexāder Seuerus Impator Crysoaspidas ab aureis nūcupasse, id qd̄ a Sānitibus fuit usurpatū ut argēteis aureisq; scutis ornarēt. Galathæ aīaliū formas æneas scuto effinxer̄, sicut lacedemonius q̄spiā in ingēti scuto, muscā effictā habuit, &

Hanno Carthaginēsis argēteo clypeo cū imagine barchini Hasdrubalis cōspicuus erat. Cleomenes uero docuit lacedemonios clypeos non ānulo suspensum sed brachio innexū habēr quo se firmius p̄tegerēt, Philipomenes Acheis cū ātea scutis leuioribus & ad p̄tegēda corpa minus habilibus uterent̄ p̄ scuto clypeū p̄ hastili Sarissā dedit. Q ui tñ scutati pedites ferreas ocreas in dextro crure induebāt, ne crure effracto neci expositi forēt. Sarmatis uero nulla scuta fuere. Nāq; in cōflictu p̄lioꝝ defendi scuto inhibētur, itaq; ad uulnera expositi toto corpore patebāt, Deinde pilani qui pilis depugnabat dicti. Fuit enim pilum hastile habens & ferrum pedale, & trigonū stilo preacuto quod stuppa colligatū. emictebāt, interdū hastā habens triū pedū, nec minoris p̄ eminētiæ ferrea uerutā, quo misso, uelut ad id dato signo, citato gradu in hostes ibant, mox strictis gladiis collato pede, cominus rem gerebāt, quæ ab hostibus missa Romani sæpe densatis scutis excipiebant, tā & si nōnunq̄ tā to ardore animorum ad arma concursum & in hostes itum est, ut ne mora in pilis emictendis fieret, illa abiicerent̄, & strictis gladiis cominus rem gerent, quæ quidem pila Romanis propria & sua fuere arma, telum haud dubie q̄ hasta uehementius. Sicut gessa gallorum, Saryssæ, Macedonū, lancea hispanorū, Gladius lacedemoniorū, Acynacis Medorū, Falarica Saguntinorū, Sagaris p̄sarū, Rumphea Thracum, framea Germanoꝝ, & Sparus rusticorum. Theutonicorū uero Cateiæ. Erat enim hasta angusto & breui ferro, Rumphea aūt ingentis longitudinis. Tam & si hispanū gladium admodum breuem, & Sarissam prelongam hastam ferro affixo legamus. Etiā Sica Romanis frequens & peculiaris fuit. Q uippe Romani milites utrecq; latere ferebant sicas dextra breuiorem, sinistra lōgiorem, Proditumq; memoriæ est. C. Marium noua primū forma iacula fecisse. Nam cum duplici telo antea munirentur, ipse alterum admisit, alterum substulit, & loco illius clauū panxit quo firmius inpingerent, Marcellus ad nolam lōgiora pila militibus distribuit, quo ferirent uehementius, cū carthaginēses breuioribus & minus habilibus uterētur. Cleomenes uero docuit lacedemonios pro lancea Saryssis uti, quas utraq; manu torquere assuefecit, Galathæ pro ensibus spatas gestabant oblongas, quas a dextro latere cathenis subnectebant. Post quos hastati q hastam gessaq; ferebant, qui etiam i prima fronte positi, hastis prevalidis ferro munitis militabant, erant enim fere Tyrones, tunc primum militiæ ascripti. Deinde principes ordines ducebant, milites robustiores ætate & usu doctiores, ab hastatis per interualla diuisi. Tercii uexilli Triarii fuere, qui si qua maior uis ingrueret, aut durior casus principes repelleret, compressis ordinibus uno continente agmine totam aciem clauderent, laxatos, languentesq; ordines magnis, uiribus reparārent. Tanticq; roboris erant ut rebus abscisis & deploratis sæpe debilitatam uirtutem, & fractos

Universidad de Deusto
Biblioteca

restituere aſos. Præter hos Velites, quod ueſtiti & nullis armis muniti, quo expeditiores forent, inter leuis armaturæ milites locabantur, quibus parmæ tripedales breuiores q̃ æqueſtres & iacula quaternos longa pedes ferro preſixo data ſunt, ex celeri cutſu quaſi uolantes dicti, promptꝰ ad excurſiones, qui ad proſequendum inclinatam ſemel aciem, uagos effuſoſq; predatores excipiendum infeſtaſq; populationes & uaſtitatem inhibendum, tum ad ſubitabelli & repentinas incurſiones mirum dictu eſt, quanto præſidio fuerint. Hi enim ſecundo punico ardente bello dum Romani ad capuam ſedent, ut contra equitesquibus hoſtis prevalebat repugnarent, a fuluio flacco proconſule primum inuenti inſtitutiq; ſunt, quibus additi ſequentibus bellis plerũq; ſagictarii & cohors peligna ueliratibus armis, quorum tela ad remittendum imperitis in habilia traduntur. Rurſus inter militũ ordines, alii deſcripti ſunt, quibus pretorianis nomen qui iuxta ducis pretoriũ excubantes honore atq; ordine preſtabant. Hi enim præcipuo robore & uirtute illuſtres equites, magna & firma preſidia fuere, quippe qui circa principis tabernaculum & Imperatoris latera militabant, cum nobilitate & honoribus anteirent. Hos antea celeres a Romulo dictos ferũt, Siquidem Romulus trecentos circa ſe, pacis belliq; temporibus habuit expeditos, quos celeres nũcupauit, q̃ poſtea flexumines demũ Troſſuli, quod oppidũ tuſcoꝝ troſſulũ ſine peditũ opera ui ceperint dicti ſunt, quos Nũma diſſoluit & antiquata milicia miſſos fecit. Primus enim Tarquinius ſuperbus cuſtodiam ferociſſimorũ circa ſe habuit, ut noctu penes regiam excubarentt, die autem illius latera cingetent. Obſeruatumq; fuit, ut is ſummã miliciæ gereret, & Imperatoris uice fungeret, qui prætoria caſtra et prætorianos haberet. Namq; omnis cura & procuratio rei militaris deſito imperio ueteri penes prætorianos fuit, qui quandoq; cum Romæ intra pomerium caſtrametantur magnarum diſſentionum cauſam prebuere. Nam per celebria urbis loca ſuper aſſumendo principe inextricabiles ſæpæ pugnas conſerebant. Ideo Tiberius Cæſar, ne per hoſpicia diſperſi populares tumultus ſererent, extra frequentia urbis pretorianis loca dedit, Deniq; in tantum uiribus proceſſere, ut quem uellent ad ſpem Imperii impellerent, & in principem aſſumerent, aſſumptumq; mox deturbarẽt, eſſentq; arbitri totius Imperii & moderatores. Qui etiam ſpeculatorum ordinem habebant promptiſſimorum qui circa ducis latera excubabant Vnde magni ſæpe duces adiumenta ſumpſere. Quippe Africanus primus fortiſſimũ quẽq; delegit qui ab eo non diſcederent, & cetero belli munere uacarent, Sequuti deinde Coss. & demum Cæſares, cohortes circa latera, uelut firma & ualida p̃ſidia habuerunt. In urbe quoq; ex prefectura Rheatina delecti milites ad latera Conſulũ excubantes ſepe rei pu. operam nauarunt. Manus quoq; equitũ Romanoꝝ armata præſidii cauſa ſenatui plerũq; affuit. Cato quoq; prõptos

circa ſe firmianos habuiſſe fertur. Fuitq; moris populi Romani ſociali fide & fœdere iunctis, quos Reges appellauiſſet, turmã equitũ Romanoꝝ honoris cauſa & militarẽ cuſtodiam uelut preſidiũ ipartiri, Reges quoq; Aſiæ militũ cohortes & robora uirorũ habuere, quos Agraſpidas a genere armorum nũcuparũt. Lacedemoniorũ Reges generoſiſſimos luuenes trecẽtos habuere cuſtodes. Athenienſes ſacrã cohortẽ quæ ex ſe inuicẽ amãtibus cõſtabat, quæ etiã apud Thebanos fuit. Alexãder Macedo Clypeatos & Perſaꝝ mille ſatellites excubitores aſciuit. Macedonũ quoq; Reges obſeruatũt nobiliũ liberos habere q̃ noctu ſeruatis uicibus pro foribus ubi Rex quieſcebat excubarent. Alexãder epyri ducentos lucanoꝝ exules habuit expeditos. Aratus uero ad corporis cuſtodiam delectos milites accepiſſe fertur. Pyliſtratus Corynephoros, Marius ſatellites quos uocauit præcipites. Et Sulpicius Tribunus marii tempore manũ equitũ iuniorũ cuſtodes aduocauit. Cumq; ſymbola in caſtris ab Antygono de nece Eumenis darent, Macedones mille milites expeditos ad ipſius cuſtodiã dederunt. Dionyſius prevalidis ſeruis latera muniuit & efferis barbaris cõmiſit cuſtodiã, quos cũ dimicti Plato ſuaſiſſet, pene in diſcrimẽ uitæ & diſſidiũ uenit. Petreius beneficiariis & cetratis ſtipatus fuit. Apud Perſas turmæ imortaliũ quæ ex decẽ millibus conſtabant, ad extremos ſeruabãtur caſus, qui aureos torques & manicatas tunicas habuerẽ diſtinctas auro, exquibus mille ſelectis mellophoris dixerẽ nomẽ. Donec Theodoſio impante ab Ardaburio & nomẽ & genus imortaliũ deſiere, quoꝝ inſtar ordo equitũ apud Gallos fuit, quẽ Tymachreſiã, Græci Stomotophilacas uocãt. Cyrus cuſtodes corporis eunuchos habuit quo magis in officio eſſent, eos preter illecebras uoluptatũ firmiſſimũ preſidiũ ratus. Indi uero Reges peruigiles mulieres habuere excubãtes. Maſſiniſſa parũ hoſtibus credens ſalutẽ ſuam canibus uallauit. Iulius aũt Cæſar omiſſis excubiis cuſtodes corporis nullos admiſit, ſatius arbitratus ſemel morti ſuccũbere, q̃ metu aſſiduo detineri, auguſtus Calaguritanoꝝ & Germanorũ manũ aduocauit. Sicut Tiberius Germanos & Galba euocatos. C. aũt Caligula Batauos Antonius etiã Germanos equites acciuit, Traianus quoq; ſine ſtipatoribus aut militari cuſtodia per diu uixit. Fuitq; literis proditũ excubias militares & corporis cuſtodes nõ Ceſaribus modo. Sed auguſtis mulieribus ut matri & cõiugi Imperatoris olim apparuiſſe. Secundi ordinis cohortiũ urbanarũ milites ex Romanis frequenter aſcripti ſunt, ex quibus uexillares cohortes delegere. Tertii legionarii qui legionibus aſcripti militabant, qui tam ex ciuibus q̃ latini nominis & fœdere iunctis ciuitatibus ſacramẽto aſciti erãt, quoq; facilius dinoſcerentur diuerſa habuere inſignia. Namq; aliis pretoriani, aliis legionarii atq; urbanarum cohortium milites utebantur inſigniis. Preter quos fuere Cathafracti loricati equites ferro muniti & fulcti grauioribus armis, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtabili gradu congredi & uim excipere ſolebant, quibus arma arant galea Clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære haſta & gladius, caſſides uero & thoraces peditibus ſimiles. Hæc enim pre reliquis fortis & inuicta acies, tanto robore munimẽtoq; fuiſſe traditur, ut trepidã diffidentemq; aciem plerũq; reparauit. Erat enim manus hæc ualidiſſima preq; ceteris terrori hoſtibus & formidini, ab hiſq; gentes ſæpius ſubactæ fuerunt & domitæ quibus & equis operimẽta fuere linthea quæ ferreis laminis inſtar plumæ nectebantur, profecto munimentum contra omne telum inſuperabile, quæ tanti fuere ut eas Hiphricates cum eneis cõmutarit, illaſq; Athenienſibus dederit. Priſcis uero ſeculis pauci lintheis thoracibus Homero teſte depugnarunt. Maximæ uero firmitatis celebratur Thorax ille lintheus, Amaſis ægypti Regis cuius ſingula fila trecenris ſexaginta aliis conſtabant, in quo ex auro & lana uerſicolore diuerſis animaliũ figuris inſcriptæ eius uenationes erant. Nonnunq; equites galeis & clypeis ferro coruſcantibus, in equis inſidentes pariter ferro æreq; munitis in acies prodierunt, qui licet multimodis munirentur armis, ſuras tamen & femora nuda armis habebant, quo expeditiores pedibus forent, quos ſtatarios uocatos ferunt, quippe graue agmen qui niſi firma manu & lento greſſu prodibant in aciem. Galli crupellarios uocarunt quibus continuum tegmen erat ictibus ĩpenetrabile, Perſæ Clibanarios. Quod erat proprium Sarmatarũ ferreis laminis aut preduro corio conſerto muniri, qui cum turmis inſtructi uadunt mirũ dictu quãri roboris quantæq; formidinis ſint. Illorum uero pedeſtri pugna nihil ignauius, Græcis quoq; diſſimiles equitũ fuere ſpecies. Nã quidam Hippotoxetæ dicti, alii Scenophori, pleriq; Iphicratẽſes ſummæ laudis, ſicut apud Romanos fabiani, alii Dimichæ grauioribus armis qui cum opus eſt pedeſtres fiunt acies, nonnulli Hippagogi, multi Anchippi q equis duobus merebant. Vltra quos in Romanis caſtris accenſi ſtipendia fecere, q in demortuorũ locũ ſuffecti cooptati ue fuerant, quaſi ad cenſum adiecti, qui & aſcripticii quod ſupplentes numerũ militũ legionibus aſcribebãtur. Fuitq; nomen ordinis militaris ſicut principes cõmentarienſes uel Corniculatii. Inter leuis uero armaturæ milites, ferentarii non in poſtremis erant funditores dicti ex balearibus frequentes, qui ſaxis & ſudibus uelut nimbo grandinis & omni genere telorum quæ feruntur nõ aũt geruntur, procul hoſtem miſſilibus arcent & in fugam agunt, nõnunq; enſe congrediuntur cõminus, q etiã in cornibus & hoſtem petere eminus ſolebant, quibus ſingulis tres fundæ e neruo uel iunco aut ſetis ſimplici habena fuere, Interdum triplici ſcutali fundis ſicut abegio patris, & Dymis, funditores uſi ſunt, cum ſcuto & iaculo preuſto qui una cũ ſagittariis & iaculatoribus inceſſebant, qui uſus apud Indos ꝑcipuus erat, ut miſſo lapide extremos pueri capillos actingant impune. Hi inferioris ordinis q pedites deſpectis ſimiq; inter milites habiti ſunt. Quare

huic inconditæ turbæ ad populandũ uaſtandũq; agros q̃ iuſte pugnæ idoneæ Cyrus ſeruos prefecit, quaſi illos non militare, ſed predæ & rapinis affluentes ſeruilia exercere duceret. Tam & ſi ſagictariorum & funditorum plerũq; delecta manus non temere congreſſi magna ad uictoriã momẽta fecere. Qui quidem ſagictarii cum thorace tybialibus et pharetra enſe accinti nõnun q̃ ſine pharetra cum haſta & ſcuto preliabantur. Græcis uero, licet ex diuerſis prouinciis funditores & Sagitarii ſtipendia fecerint, tamẽ Cyrthei & elymei precipui habiti ſunt. Fertur Scipio Africanus aduerſus Numãtinos dimicaturus omnibus cẽturiis delectos ſagictarios funditoreſq; miſcuiſſe, qua deſcriptiõe effecit ut de Numantinis inſignem uictoriã tulerit. Metellus quoq; ducens in iugurtam funditores & ſagictarios inter magnipulos diuiſit, ita ut parum abfuerit, quin ingenti victoria potiretur. Calones uero lixaſq; licet militiæ ſacramento adigi non ſolerent, liquidem ſeruilia miniſtrabant militibus, illos tamẽ in aciem prodiiſſe, bonam fidelemq; operam, rei pu. ſæpe nauaſſe comperimus, tunc cum accilis rebus & re exterminata militũq; fracta uirtute militiam militare coacti ſunt, qui quod ligneas clauas uel uallũ geſtarent dicti calones fuere. Calas enim antiqui dixerunt fuſtes quos ſerui portabant in comitatu dominoꝝ dum in expeditiõem uadunt, ſeu ἀπὸ τῶν ἅμαξων, lixæ quoq; qui exercitum ſequti queſtus cauſa aquam militibus curabant, ſicut Bruciarii quorum opera ueluti ſeruorum magiſtratus utebantur perſepe militarunt & munera fecerũt. Cũ enim ſecundo punico bello poſt cãnenſem cladem Brucii ad Hãnibalẽ primi defeciſſent, poſtea deuicto Hãnibale eos Romani neq; milites ſcripſere neq; pro ſociis habuere, ſed magiſtratibus preſtare iuſſerunt ſeruorũ munia militiæ domiq;, Sicut picentes, ob initam cũ Hãnibale ſocietatẽ pro militari officio uiatorum & tabellarioꝝ operas prebuere. Super eos quos dixi adnumerant caligati, quibus caligis militaribus uti permiſſum. Tã & ſi pro caligatis omne militũ genus a militari caliga multi accipi contendãt, quæ quidẽ ferreis clauis multiplicibus munitæ erant, preter quos legitimi euocati & tumultuarii milites fuere, legitimi quod militiæ ſacramento iuſto delectu aſcripti militabant. Euocati qui ex prouinciis ſociiſq; ciuitatibus æquo iure & fœdere iunctis non latini nomis militiæ munere fungebantur, qui nõ milites ſed pro militibus habiti ſunt. Milites enim noſtis latini proxime morẽ Romanũ inſtructi erant, lingua moribus armorũ genere congruentes, diſciplina deniq; & cultu Romano, qui plerũq; gabino ritu toga circum cinta ita ut lacinia teuocata hominẽ cingeret, militarũt. Tumultuarii uero dicti, qui re repentino aduentu hoſtiũ cum in diſcrimine extremo res foret, per trepidationẽ & metũ raptim militiæ aſcribebant. Etiam proletarios & capite cenſos quandoq; munera feciſſe, & rei publicæ operã nauaſſe cõperimus, erant. n. hi tenuiſſimi & modicarũ facultatũ, qui non ultra mille & quingentos æris in cẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum referebant, domi ad prolem excitandā destinati, dimissa militia & sacramento soluti, qui temporibus rei pu. difficilimis cū undiq; imperiū fluctuaret, rebus ablatis milites quandoq; scripti sunt. Sicut cum post cānensem pugnā, seruicia oberatos & mercēnarios, ac capitalia ausos militiæ sacramento adigere, populus coactus fuit, numero octo milliū, qui in exēplū iusti militis militarūt, quos uolones dixere, quod sponte militiæ asciti, libertatis studio militiā meruissent. Fuitq; aīaduersum in Romanis castris, nisi ingenuos & libertinos seruitute exemptos militiā meruisse neminē, præter q̄ secūdo punico bello quo Hānibal penus Italiam omni clade belli peruastabat, quo populus Romanus extremo discrimine adactus rem desuetam usurpauit, primūq; seruitia sacramento adegit. Postea sociali bello ex libertinis duodecim cohortes bonam fidelamq; operam rei pu. nauarunt. Mox Iulius Cesar ex magna parte per domitis hostibus, cum ob bellorū clades in locum decedē tium nullos sufficere ualeret, seruos commodatos militiæ ascripsit. Augustus quoq; Octauius bello illirico & germanico cohortes libertorū legit quos uoluntarios appellauit illoscp cum ingenuis cōmisceri aut eodem uti armoꝝ genere uetuit, Hos quoq; Rome incendioꝝ causa & si grauior tumultus oriret instructos paratosq; habuit. Ipse enim seruos qui ciuilibus bellis stipendia fecerant confectis bellis dominis restituit, lapsis inde temporibus Antonius Cæsar uoluntarios quos obsequentes latrones uocauit, & gladiatores cōtra hostes prepotentes militiæ armauit. Cleomenes quoq; Dux lacedemonioꝝ seruicia ad nouem millia libertate donasse & militiæ ascripsisse fertur, cū bellis actriti milite indigerent. Sed tamen capite censos propter inopiā & modicam rē familiarē diu sacramento adscribere non licuit, Donec. C. Marius capite censos militiæ muneribus fungi & militare coegit, qui in exemplū iusti militis militarunt. Postremo Cauiarii dicti quibus causæ ne mererent legitime suppetebant, Sicut bñficiarii qui perfuncti militia & data missiōe post nauatam insigniter operā muneris uacatione donati & militia missi fuere, tam & si beneficiarios quod bñficio tribunorū ad militiā electi erant, nōnulli dictos credant. Tria enim fuere missionū genera quibus milites exauctorabantur. Honesta cum emeritis stipendiis & functis comodis missionum, uacationis munere donātur, quo tempore scuta gladios & arma dicabant laribus, sicut gladiatores Herculi, quod diis iuuantibus perfuncti militia rudem accepissent quod missionis tempus militi quinquagenario erat definitū. Alii nisi decēnio stipēdia meruisset, missionē petere neminē putatūt posse, More tñ Romano militare sacramētū in undecimū diffundebat ānū quo exacto militia pfunctis missio dabat. Deinde ut sextus decimus ānus stipendii finē faceret, Tiberio imperante cautū fuit, qui etiā militiæ tempus ad uigesimū ānum propagauit, cauitq; ut nisi post Vigesimum ānum missio militi non daretur, Pre-

torianæ uero

Pretorianæ uero cohortes nisi ānis sexdecim militassent, ad penates & domesticos lares non remittebātur. Apud Assyrios aūt Ninus Semiramis filius ānis singulis copias sacramento solutas domū remisit. Rursus nouos milites, militiæ sacramento nullo prestituto tempore adegit, quos tamen ultra annū militiæ nunq̄ ascripxit. Causaria uero missio dicitur cum senecta aut ualitudine auersa, uicio ue corporis domos uellent aut res inuisere suas, uel uitribus parū ualidi minus idonei muneribus essent. Ignominiosa quæ & probosa dicitur, cum militi ob delictū & graue crimē quibus reus agitur, ut quia transfuga desertor, aut fugitiuus arguitur, uel timide & diffidenter cum hoste cōgreditur, ignomīa notatus & militia exauthoratus fuit, in qua re licet aīaduertere quod si tribunus militē exauthorauit hoc est insignia militaria illi ademit, infamia quoq; affecisse uidebatur. Post aliquot uero tempestates noui milites nominibus uariis, a Cesaribus penes quos fuit, ius arbitriūq; rerum omniū militie adigi cæpere. Nā præter gregarios qui uilissimi inter milites sunt, fuere legionarii. Alarii & manipulares qui in legionibus alis uel manipulis militabant, ex quibus Nero augustianos, & diuus Claudius Dacisianos milites legit, Probus uero Decimanos, Alexāder Seuerus Ostensionales, Tiberius uigesimanos, & alii primanos, secundanos quartanos quartadecimanos unde uigesimanos, duode uigesimanos, a legionū numero magnæ & expertæ uirtutis. Apud spartanos Neodomadæ omniū habentur fortissimi quos perse Gardates dicunt, Antoninus Cesar lectos milites pitamitē & laconicā centuriam appellauit. Egyptii & Ethiopes, Calasyries & Hermothybies, Anthiocus alam mille equitū genera. Dion uero Dionianos, Illud tamen ad memoriam insigne est, milites Romani nominis a condita, urbe ad tribunos militares & captam a Gallis urbem, per ānos fere trecentos quinquaginta suo sumtu & impensa meruisse, ac stipendia fecisse, parte enim āni sub pellibus militabant. Parte uero liberis uxori & penatibus sibiq; & familiæ, agrum colendo & rei rusticæ nauando operā, necessaria parabāt. Quo aūt tempore Veii diutina obsidione & intestino malo, obsessi fuere, cum hiemare oporteret in castris, Romani utili & necessario exemplo docti, militibus stipendiū de publico statuere, tunc primū collata stipe æra militibus constituta sunt. Et deinceps reliqua militia sumptu & ære publico meruere. Nōnulli Anxure capto sub tribunis militaribus patres stipendium annuū militibus decreuisse memorant, quod quidē denis assibus in dies singulos taxabatur. Postea Tiberio regnante singuli denarii diurni dati, pretorianis uero bini, Scipio Africanus instituit, ut prætorianis sexquiplex stipendium daretur, hoc est integrum & dimidiatum. Domicianus quartum stipendiū aureos ternos militi tradidisse fertur. Apud Germanos epulæ & largi conuictus militi pro stipendio fuere, Cyrus ternos obolos singulis nautis stipendium dedit qbus lysander unū adiici

Universidad de Deusto
Biblioteca

procurauit. Egiptii Calasiriis & Hermothybiis quos precipuos habebant mi
lites preter predia dabant panis tosti pondera definita & carnis bubulæ mi
nas singulis, uini uero sextarios quaternos. Mercēnario milite populus Ro
manus perraro adiutus fuit. Solum enim punico bello. Q. Fabio maxi
mo, &. T. sempronio graccho Coss. ope externa adiutus bella gessit, & in hi
spania celtiberi stipēdiarii militis auxilio fulctus legiōes duxit, quos latrones
quod mercede militarent, quasi seruientes nūcupauit antiquitas, qui plerūq;
circa imperatoris latera excubabant. Galli gessatas uocant milites, mercēna
rios. Inter ceteros Chares mercede militasse & auxilia cōduxisse tradūtur ideo
uiliores habiti. Fertur tamen Prusias conductis in thracia mercēnariis militi
bus ita bizantios obsedisse ut extra moenia progredi nequirēt. Pathi nec mer
cēnarios nec ordinarios habēr exercitus quibus nec certa imperia nec duces
erant. Sed postq; iussu regis ad bellum educti fuerant, cōfectis bellis ad pro
pria dilapsi, nullā mercedem stipendiorū perferunt nisi predā. Britāni nō ære
signato militant, sed aurū argentū & alia metalla precium uictotiæ ferūt. Scy
this nisi capite hostis oblato miles predæ particeps fieri nequit. Chii autē cū
seruis mercēnariis pro milite uterētur, bello subacti seruis propriis uincti tra
diti & in exilū acti sunt. Sicut Syracusis aliquando possessores a cliētibus ex
acti fuere. Fertur uero Cato senior cū Celtiberorum manū ducentis talentis
& nimis magno stipendio conduxisset, & ob id increpitus ab amicis foret
quod summā nūq; exoluere ualeret, respondisse, si uicerimus ex hostili preda
illis satisfiet, si uicti forsan erimus nō habebunt unde petant. Fuit pterea me
moriæ Literis proditū, apud tot dissonas gentes linguis moribusq; differētes
uaria etiā armorū specie & dissimili ornatu milites in aciem prodire & cū ho
stibus congredi cōsuesse, quē sibi quisq; propriū & peculiarem fecit. Et enim
Vascones tecto capite aut cum galea pugnare nefas habent. Etholi & Pelasgi
dextro pede nudo dimicant, & sinistro crure uestito armis. Albani & Hiberi
ferarum tergore caput a mēti, Sace Scythica gens cristatis galeis in acutum
desinentibus, lacones pileati, Persæ tutrio pileo, lusitani cristata galea & ner
nata casside, aut mitratis frontibus & iaculo hamato. Paphlagones hasta,
Sparthani breui pugione præliant. Salentini exerto humero, Gallogreci nul
lo uestitu calciatuq; amicti, quippe qui nunq; nisi inpugna nudentur. Balea
res discinti, Chares funda, Persæ parthi Cidones & Macæ sagictis. Thraces
peltati cū iaculis & rumphea, lacones gladio breuiori, Carthaginēses breui
bus spiculis Oretani iaculo funda & gladio. Humidæ & massessuli effrena
tis equis & sine ephippiis mirabili uelocitate ita ut modo citato agmine fugiāt
modo insequantur miræ ad cauendū sōlertiæ, nōnunq; binos trahentes desul
torios equos, ita ut inter pugnādum ex fesso in recentē armati confestim trā
scendant, quod compar fuit cum sueuis & dardanis qui pariter confertim pu

gnant et

gnant & cedunt, Samnites uibrare hastas anteq; dimicent assuerant, quibus
in prælio non utuntur, Euboici & Afri hastis cōgrediuntur quas uocant pha
langas. Cretenses cydonio arcu et saltu. Andabatæ nisi obscuro celo nouo &
musitato genere clausis & cōniuentibus oculis aut incaligine et tenebris pu
gnāt. Idem apud Arios qui iuxta sueuos incolunt: ut nisi atra nocte spliari lice
at. nigro scuto corpor color fucato et oculis uinctis, Auctyles quoq; lybici po
puli noctu pugnar discūt die habent inducias. At nō parthi quibus pugnare
in tenebris est lege uetitum. Lacones uero ut in tenebris pugnare discerent
nūq; noctu preuio lumine incedebant. Contra athenienses, nam e cubiculo
egredi noctu nisi prelato lumine solonis lege uetabātur, Galli prelongis gla
diis & sine mucronibus & uastis scutis supra umbilicū nudi dimicabant. Hi
spani breuioribus & acuminatis leues agilitate corporū & armorum habitu.
Nā lintheis pretextis cū purpura & candidissimis tunicis præliant. Egyptii
scutis oblongis ita ut uix hostem conspiciant & magnis hastis. Achei breuio
ribus neq; ad protegenda corpora habilibus, & hastilibus minoribus, qui
bus philipomenes pro scuto clypeum pro hastili saryssam dedit. Macedo
nes graui armatura breui gladiolo & leuibus peltis, Medi & Thessali equita
tu ualent, Massagetæ equis & peditibus. Assyrii Syri arabes atq; asiatici fe
re omnes frequentius de curru preliantur, sicut Britāni qui ingentibus gladiis
sine mucrone & breuibus cetris ictus excipiunt. Ipsi etiam Arabes uelocibus
camelis cominus oblongo gladio eminus arcu & sagyta, Bathriani bipenni
bus & leuibus scutis, Indi arcu tricubitali uel hasta, pelta et lato gladio, Mau
ri leonum & elephantū pellibus ursorūq; amicti bella gerunt, Circa Meotim
laxamathæ uiri pedibus, feminæ equestri prælio non ense sed laqueo depu
gnant, Sicut nomades qui persice uiuunt hostem illaqueatum cōficiunt. Ex
Germanis Roxani scuto torace & galea ex crudo bouis corio reliqui immenso
scuto armantur & hasta enormi, Ethiopes arcubus longis nō minus quat
tuor cubitis & sagictis longissimis, parthi missilibus telis, aut sagictis assue
scunt citis cohortibus, nunc occurrantes nūc terga dantes simulata fuga, qđ
apud Sythas & germanos fortissimū pugnæ genus censebatur ut cedere lo
co & rursus instare pro consilio haberent, quibus usus erat cum feminis equa
bus preliari, quod uesicas cursu leuarent, mares uero in aciem nō producere,
Sicut Bathriani feminas camelas ad bella preparant, maribus in expeditione
non utuntur. Sed tā & si Perse medi & Assyrii effuso cursu procursando emi
nus iaculis & sagictis hostem incesserent, haud longis inde temporibus Per
sæ optimates thorace pectus, scuto sinistram, dextra gladio uel securi muniue
runt. Lydi quoq; & pleriq; barbari longis brachis & longis cristis sed bre
ui arcu & spiculo armantur. Quod autē de Cydoniis loquor non omittē
dū nulli Grecorū preter cretenles sagictis uti institutū patriū esse. Nec solū

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cydones persas & parthos cæteruis sagictariorũ ualere, quos Hippotoxatas uocant, Sed Ethiopes Arabas Indos, Scythas, Bathras, Sarmatas, adde Egyptios, & oriẽtis populos contra ingentes hostiũ copias calamorũ & Sagictarũ iactu præcipue ualuisse, quibus plerũq; solem obũbrant, & ideo serenos exoptãt dies, præ ceteris magnesii artem sagictandi habuisse traduntur precipuã, ubi oppidũ Mothona, in quo Philippus sagicte iactu amisit oculũ. Scythis autẽ adeo sagictarũ studium fuit, ut dextra ac sinistra pariter iaculari & uice alterna in hostes mictere, sublato discrimine callerent.

Quid sit lex, quid plebiscitum, Senatusue consultum, quid pretorum edicta uel responsa prudentum. Caput XXIIII.

VErum est quod proditur ab authoribus, a principio originũ nullas apud Ramanos ex scripto populi iudicio leges latas fuisse. Sed quod Reges iudiciũ statuebant, id pro lege seruabatur, arbitria enim principũ pro legibus erant. Quippe cõdendarum legum, ius arbitriumq; tunc penes Reges erat, cum delictorum penas premiaq; constituunt, & querelas ciuium, criminationesq; admictunt. Hinc a Romulo leges curiatæ & reliquis regibus præcipue a Seruio Tullio absq; populi cõcilio sed tãtũ cõsulto Senatu leges sacratæ fuere, quibus etiã Reges tenebant, quas sine ordine latas Papirius in unũ collegit & aceruauit, unde ius papirianũ dictũ. Cũ uero exterminatis regibus, Cõsules & annui magistratus præessent, ius potestasq; omnis legis condendæ Consulibus collata fuit, qui quoties ex usu erat, ex cõsulto Senatus leges ad populum tulere, quæ firmæ illibataq; mãsere, Neq; Consules modo, sed dictatores, pretores, Ediles, Censoresq; ad populum iura dare & legem ferre poterant, eaq; promulgata & demũ lata populi iussu patribus authoribus, ita summos infimos astringebat, ut obedienter imperata facere oporteret. Quod si in lege ferenda populus auersaretur, aut Senatus illam non acciperet, quippe qui eam ferri aut promulgari non sineret, nullius exempli nullarũq; uirium esse censebatur. Ferebat enim pco legẽ ad populũ, ex authoritate & iussu Dictatoris, Cõsulis, ptetoris ue, subiciente uerba & precunte scriba, qui cum illã promulgasset, id demũ firmum erat. Si in eo quod lege cauebatur populus author fieret. Ipsaq; lata & pmulgata atq; æs incisa, & in ærarium cõdita, ita eius scitis omnes astringebat, ut eius firma maneret authoritas, aduersusq; eã siquid factum forer, posset nõ iure factum uideri. Mulcta quoq; per legẽ lata aduersus eum qui secus fecisset, impune irrogari quibat. Siquid tamẽ ea promulgata addendũ legi foret detrahendum ue, anteq; in foro proposita & in æs incisa fuisset facile licebat, postea uero uetabatur. Si tamen non trinũdino lex promulgaretur, aut ioue tonãte, uel per uim

uel per uim et minas, seu per fulgura et tempestates, uel die ominoso & piacu lari edita, Si contra plebis tribunorum ue intercessiones, aut deniq; contra auspicia feratur. Si neq; iurata p Consules tribunos ue esset, poterat haud dubie abrogari & pro infecta haberi. Quare cum M. Iubilius Drusus Tr. pl. leges pro optimatibus tulisset, Philippus. Cos. qui ei infensus aderat, optinuit a Senatu, ut leges eius uno. S. Consulto tollerent, quia cõtra auspicia latæ erant, propterea illis populum nõ teneri. Neq; enim fas erat pro lege recipi quod uicio & non iusto imperio æditum fuisset aut pmulgatum, Idq; lege ueteri cauebatur, his uerbis, legum iusta imperia sunto, hisq; ciues modeste & sine recusatiõe parento: & infra. Dictum est autẽ trinundino leges ferri: quod tribus nundinis proponi leges: demũ promulgari deberent. Siqd tamẽ alicui ob gratiam quod dignum aliquod operẽ pcium feciset: cõtra ius publicũ aut legẽ scriptam indulgendũ foret, nõnunq; Senatu postulãte populi iussu lex abrogabat, ut ille legibus solueret, exẽplo lacedemoniorũ, & ius interim cõniuebat, eademq; post ãnum ferebat denuo. Alexãder uero Seuerus Impator nullã sacrasse dicit legẽ, sine uiginti iuris peritorũ & quinquaginta disertissimorũ cõsilio, quod quidẽ ius in legẽ, morẽ & equitatẽ ueteres diuiserũt, ius q; ad res humanas fas ad religionẽ pertinere uoluerũt, Sed notãdũ, nõ solũ leges æditas cõsensu populi sacratas. Sed & Scita plebis, Senatus cõsulta, edicta magistratuũ, ac iuris peritorũ authoritates et respõsa, demũ placita pncipũ & res iudicatas, uim legis habuisse, i qbus ciuile omne ius cõsistit, Animaduersionis enim metu magistratus dũ audaciæ & facinoribus obuiã eũt, his ueluti legibus oẽs alligarũt. Erãt enim plebiscita quæ rogatione tribunicia legis cõdendæ causa plebs statuebat, quæ licet a plebe scita essent, illa tamen uim legis habere haud dubium est. Quintus enim Hortensius cum plebs in Ianiculũ secessisset, in esculeto legem tulit, ut ea quæ plebs iussisset omnes quirites tenerent, quam. L. Valerius, &. M. Horatius antea tulerant centuriatis comiciis. Magni tamen inter plebiscita legesq; intererat, quod plebiscita tribuno rogante de his quæ ad plebem pertinent. Leges uero Consule, uel pretore, aut alio magistratu consulente rogabantur. Qui tamen populus differt a plebe quod in populo patricii & Senatores cunctaq; nobilitas insunt, in plebe uero patricii non insunt. Non tamen quicquid populus iussit ratum esse decet, quia quod ius non esset populus iubere non poterat. Senatus quoq; consulta, tam & si ad populum non ferantur, si tamen ea tribuni probassent & rata esse uellent, legis uim obtinuere. Erat enim Senatus consultum quod Senatu iubente decernebatur sine lege. Hæc enim illa sunt decreta & consulta patrum quæ iuris statuendi causa non ob priuatam utilitatem, decreto amplissimi ordinis statuuntur, quæ tunc rata erant, si Tribuni plebis ea cẽsuissent, aliter poterat Senatus consultum per inter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cessiones tribunicias impediri. Fuitq; diu obseruatum, in omnibus Senatus consultis in quibus aliquem solui placebat, adiicere, ut de ea re, ad populum feratur, quod postea adiici desitum est. Præter quæ, pretorum edicta quæ iuris statuendi causa in albo proponuntur legum uicem habuere, ut cum doli metus ue causa, aut ui quod factum sit uel clam, se ratum non habiturum promittit, quæ quidem edicta, uel ciuilis iuris declarandi uel interpretãdi, adiuuãdi supplendi ue causa aprætore proponebantur, quod ius honorarium dictũ est. Et cum pretores olim ob gratiam plerumq; uarie ius dicerent, Cornelius legem tulit, ut nisi ex edictis suis perpetuis, & scripto iure pretores iura dare, non possent. Fuitq; constitutũ, ut nõ pretores modo, sed ædiles, Censoresq; de his quæ cuiusq; magistratus iurisdictionis sunt, quoties uaria & commutabilis ratio aliquid noui decernendi causam daret, edicta proponerẽt, eaq; circumspecte edita uelut iura legesq; promulgatas seruari mandarent, ita ut si quid contra factum esset, poterat in eum haud secus lege agi q̃ si decreta legum labefactasset, aut preteriisset. In quibus etiam seruatum comperimus, tunc cum proponuntur aut æduntur, in primis nomen Cesaris cum honore prefari. Et tam & si annuam dici legem ædicta prætorum quidam censuerint. constat tamen illorum constituta haud secus q̃ si perpetua lex esset, sæpe ualuisse. Estq; memoriæ proditum, ut instar edictorum, pretoris interdicta ualeant. Nam siquid bono publico ne fieret, interdixit, haud secus in eos animaduertit, qui admisere aliquid cõtra uetitum, q̃ siquid fieri iussisset, & ob nequiciam paritum non fuisset, Responsa deniq; prudentum pro legibus sæpe habita & recepta sunt. Cum enim interpretandi iuris & sententiæ ferende de his quæ i controuersiã ueniunt, potestas his tributa esset, illorum responsa, librata moderatione ædita, ni mitũ eam uim optinuere, ac si leges sacratæ fuissent, quæ quidem tantæ authoritatis fuere, ut suppressa ratione, illorum placita instar legis haberent, ante uero Augusti tempora ius respondendi de iure controuerso nulli datum fuit, Sed qui studiorum suorum fiduciam habebant consulentibus responsa dabant. Primus enim Augustus iure consultis uelut legum ministris de iure respondendi, super his quæ in dubiũ disceptationemq; uenirent munus dedisse fertur, & ex illo traditum, ut respondendi interpretandiq; iura, pro beneficio a principe peteretur facultas. Quare a Tiberio Cesare, Sabino iureconsulto interpretandi iuris magni muneris loco ius tributum fuit, & post eum reliqui Cesares id muneris sui esse uoluere, adeo ut cum ab Hadriano uiri pretorii ut de iure respondere liceret, pro beneficio peterent, respondisse dicatur, hoc non peti a principe sed prestari solere, & ideo siquis sui fiduciam haberet, effetq; iuris sciens, respondendi se facultatem, non negaturum. Quare illorũ responsis leges nõnunq̃ editæ sæpius interpretatæ sunt. Feruntq; Mazacinos iuxta cappadoces cũ Carõdæ le

gibus uterentur, ne sine interprete legum scita seruarent, siquod dubium ius emergeret, aliquem peritum iuris elegisse, cuius responsis & dictis parerent: Eiusmodi fuere, tam papiniani, Seruii Sulpicii Pauli & Sceuolæ, q̃ Vlpiani Trebacii, Tuberonis, Cassii & Saluii Iuliani, aliorumq; iuris consultorum magno studio curaq; elaborate sententiæ, quibus tam leges q̃ plebis scita, pretorumq; edicta & Senatus consulta interpretãdi facultas erat, proq; illo responsis in iudicio & foro ius sæpe dictum est. Hic enim Cassius nepos fuit, Tuberonis ex filia, quæ neptis erat Seruii Sulpicii iuris scientissimus et consultissimus. Papinianus uero Sceuolæ discipulus, ut in plurium est monumentis, sub seuero principe in summam comendationem uenit. Vlpianus autem Paulus, Pomponius, Triphonius, Metianus, Celsus, Proculus, Modestinus, Alphenus, Africanus, Florentinus, Martianus, Calistratus, Hermogenes & Venuleuis, sub Alexandro seuero floruere, in eius societatẽ, & iura familiaritatis allecti, papiniani omnes discipuli. Vlpianum uero ipse Alexãder pre ceteris ob morum probitatem, & singularẽ iuris scientiam, amplissimis honoribus honestauit, & re familiari auxit, qui tñ ab Heliogabalo qđ bonus uir esset, officio motus fuit. Alphenus uero ab adolescentia tõstrinã exercuit, mox sub Sulpicio iuris scientissimus euasit, ita ut Cos. effici, & decedẽs publico funere efferri meruerit. Trebatius licet sub disciplina Ciceronis iuris peritissimus aliquot libros de iure ciuili cõposuisset, & de religionibus nouẽ, tñ & uersu Heroico plurimũ ualuit, & inter poetas adnumeratus est. Saluius aũt Iulianus ꝑuus fuit, Dicto Iuliano, q̃ post pertinacẽ imperiũ tenuit. Papinianũ uero Caracalla iussit interfici, qđ fratris necẽ quẽ iterfecerat apđ Senatũ excusare nollet, asserentẽ non tã facile parricidiũ excusari posse q̃ fieri. Fert uero Calligula q̃ hostis hũani generis dictus est, oĩa iuris cõsultoꝝ placita inducere & ꝑter se, nullũ de iure respõdere uoluisse. Postremo ꝑncipũ, placita q̃ cõstitutiões appellant pro legibus etiã recepta fuere. Nã cũ diuus Cæsar & sequti principes iummã ipetii haberẽt, & soli iura darẽt, oĩs cõdẽdæ legis ius potestasq; lege Hortẽsia a populo ad principẽ transiata fuit, ita ut qđ principũ decretis cõmunis iuris decernẽdi causa statutũ esset ẽt sine populi cõcilio ꝑ lege haberet. Nõ tñ oĩs Cesaris uolũtas lex putãda est, qa siquid ꝑnceps non publico decreto ut inter exẽpla referat, sed priuati iuris causa statuisset id nõ esse legẽ cõuenit, quippe priua decreta ꝑncipis in exemplũ nõ deducunt. Diuus aũt Traianus uir omni laude dignus, cũ priuilegiis ab se editis, aut ob merita idulctis multos initiatq; in exẽplũ trahi uideret, ueritus ne cõtra leges moresq; maioꝝ ad alias causas ꝓferrent, illaq; in iudiciis & foro pro lege acciperent, Diplomatibus libellisq; nunq̃ exscripto respondit, ne pernicioſum inde exemplũ & quasi seminarium mali oriretur, Sed tantũ uerbo quibus uisum est assensisse fertur, aut ꝓuilegia indulxisse. Tã & si uetus mos esset principẽ scripto adire, & cõsulẽtibus ꝑ libellos respõdere. Qđ

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Nero fecit qui in iure dicũdo nisi scripto & sequẽti die, postulatoribus resp̃odit, pdix Tertius Anthiocus tãti decreta legũ fecisse, ut datis diplomatibus edixerit, ut siquid suo iussu cõtra leges & iura decretũ foret, ne sibi pareret ipu neq; obuersarent, cuius exẽplo Agesylaus nõ aliter pmissa pstare uoluit q̃ si iusta essent. M. quoq; Antonius orator ex tot millibus cronũ nullã ex scripto edidit cõtionẽ, ut siqd parũ laude dignũ & cõtra legũ decreta in his cõptũ esset posset ale dictũ intricari. Qd parũ ppiciẽs. L. Crassus orator, cũ a M. bruto increpitus esset apd iudices qd ex duabus oronibus capita interse cõtraria edidisset, respõdit, orones esse causaq; et tẽpoq; nõ aũt horum aut pronoq;.

Qui primi de plebe ad dictaturam, Consulatum & preturam aliosq; magistratus euecti fuerint, & de ephoris quæ tradantur. Caput XXIIII.

Quo tẽpore in mõte sacro magistratus sibi plebs creauit, quos sacrosanctos fecit, id cautũ est, ne cui patricio illos capere liceret, qd nõ ab re sancitũ fuit. Nã cum aduersus potentiã patriciorũ, tribunũ ppugnatorẽ fautorẽq; sibi plebs creasset, ut querelas criminatiõesq; in patres acciperet, per inigũ uidebat, ut in quo defensores sibi plebs asciuerat, ad id fastigium honoris, illos qui sibi infesti infestiq; erãt, aduocaret, quorũ instar ephori apd lacedemonios habuere. Qui sicut tribuni plebis Romæ consularẽ potestatẽ, ita regũ Sparthanoq; insolentiã reprimerẽt, ne impio ab uterent, nimiaq; ferociæ & audaciæ assuescerent. Qui a principio quinq; ex amicorũ numero fuere ut ministri regũ auxilio allecti, Scilicet cum Reges foris bella gererent ipsi domi iura darent, primũ a Theopõpo Sparthanor ũ rege instituti necessitatis causa, licet Sparthana lege cautũ fuerit, utriq; Regi cũ exercitu foras pdire, nõ licere. Paulatim eo licentiæ peruenere, ut Regi non assurgerent, & seorsum tribunal haberẽt, & nõ mõ magistratus cõprimerẽt & in disquisitionẽ uocarẽt, ac de uẽdendis emẽdisq; rebus cognoscerẽt, Sed Regi quid facto opus erat pscriberẽt, quibusq; ãnis copiæ educẽdæ forẽt, quoq; tẽpore equitatus aut grauis armatura & peditũ acies pmouẽdæ, enunciarent. Adeoq; oium rerũ gerẽdarũ cẽlores erãt, ut Archidamũ lacedemoniorũ regẽ graui affecerint mlia, qd cũ uxore exigui corpis nuptias cõtraxisset, qd liberos tm̃ nõ reges se geniturũ cogitasset, ipmq; in disquisitionẽ uocar & i carcerem trudere atq; morte afficere possent, sicut de paulania, Agyde, & aliis factitatũ accepimus, eoq; insolentiæ processere, ut cum inissent magistratum, seruis primum bellum indicerent, quod olim cum Messeniis conspirassent, magnisq; calamitatibus & multiplici incõmodo sparthã affecissent, Mox, ut singuli barbam rasitarẽt per pconem edicerẽt, ut siqui minus dicto audiẽtes forẽt, internoscerẽt. Vtq; maiori formidini essent, iuxta tricliniũ ubi tribunal habebãt timoris sacellu erexere. Vtq; occasionẽ Regis criminãdi scrutarẽtur, singulis nouẽniis celũ & sidera silẽti nocte obseruarẽt, ut si stellã ex celi

regiõe in aliã declinãtẽ aut radiantem uidissent, Reges cõtra deos aliqd moliros criminarent. Itaq; efficiebant ut regimini cedere, & magistratu abire cogerent. Erat tm̃ ius regi ut si ab ephoris uocatus, primæ & alteri iussioni non pareret, cõtumacia fraudi nõ esset, Tertiæ nisi paruisset impio cogi poterat. Qui quidẽ ephori una cũ Regibus singulis mẽsibus mutuo iurabãt, p legibus lycurgi impatũ ire, & regnũ incõcussum tenere. Hos postea Cleomenes cum crudelẽ in modũ dñarent substulit, & restituta Regi potestate illos de gradu deiecit, & dñiũ abrogauit. Si tm̃ Reges dissent irẽt uariatis sentẽtiis illi q̃ uidere melior standũ erat, qd si in unã sententiã cõuenirẽt, nulli ephoro, cõtra ire fas erat. Ergo plebios magistratus nulli patricio sumere licebat, idq; Volero Tribunus plebis rogatiõe pmulgata statuit, plebsq; sciuit, ut plebei magistratus sine patribus sed tm̃ admissa plebe tribuniciis comiciis fierẽt. Cumq; patricii magistratus auspicato fierẽt, solos plebeios inauspicatos esse & minoribus regi auspiciis puulgatũ est. Et tã & si ad Dictaturã Cõsultatũ, preturã et Cẽsurã nulli nisi patricii antea admiterent, tm̃ sequtis tẽporibus patricii magistratus cũ plebe cõmunicati fuere. Siquidẽ, Sextius pmus de plebe. Cos. factus est, qd deinde fuit licinia lege cautũ, quã. C. licinius &. L. Sextius Tribl. pmulgarunt, ut Cõsulatus cũ plebe cõmunis foret. Q. quoq; p. philo preturã, & Cl. licinius Stolo de plebe hoies magisteriũ equitũ cum patribus gessere. Quin etiã Dictaturã in qua summus splẽdor & amplitudo erat, Cẽsurãq; cum plebe, cõmunicatã inuenimus. Nã & M. Rutilius primus Dictator & Cẽsor, Deinde. Q. Põpeius & Q. Metellus uterq; ex plebe Cẽsores facti sunt, quã legẽ philo Dictator tulisse fert. Oẽs deniq; patricii magistratus etiã põtificatus & sacerdotia cum plebe cõmunicata fuere, Nec modo ex plebe ciues, sed latini noĩs, & demũ exterarũ gentiũ populi, ad magistratus & honores romæ puecti fuerũt, Tribunatũ uero plebis lõgo tẽpore nihil cum patribus cõsociatũ habuisse cõperimus, nisi cum finito decẽuirali impio nouos tribunos plebis cooptari oporteret. Sp. Tarpeiũ & Aul eternium patricios & Cõsulares in collegiũ tribuni asciuerunt. Et mox Minucius magr equitũ q de Sp. Melio sumpsit penas, & postea Appius pulcher ut Ptolomeo bellũ idiceret & Deinde. P. Clodius, ut Tr. plebis fieret, a patribus ad plebẽ trãsiuere. Donec post Syllæ tẽpora tribunatus plebis passim a patriciis & summis honoribus functis appeti cæpit. Qui puincias sortiri & impiũ gerere atq; cũ fascibus & lictoribus etiã extra urbẽ incedere ceperunt. Tanticq; postea honoris habitus est, ut populũ Romanũ Octauio Augusto & deineeps Cesaribus tribunatũ plebis dedisse p magno fuerit munere existimatum, Illud est tamẽ mime pretereundum, quod cum a Tribuno. pl. dies dici cõsuli pretoriq; possit, Ipse tamẽ iure sacrosanctæ potestatis ab omni potentia magistratus imunis erat. Si tamen potestate tradita ab uteretur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut ſtiura plebis minueret, uel ubi intercedẽdũ mĩme fuiſſet inter cederet, ſeu ſi cõtra cõmoda plebis aliquid molitus eſſet, poterat ei dies dici, & a Conſule, uel tribunis reus agi, cunctiſq; ſuffragãtibus tribubus de gradu deiici, & penis coerceri, tũc.n. ſacroſanctus eſſe deſinebat, & ꝓfanus erat: Quod nouẽ tribuni pl. cũ Sp. Caſſio ne magiſtratus more maiorũ ſubrogarent, cõtra libertatẽ populi Ro. cõiurarãt. Pl. Mutius. Tr. Pl. eis nõ ſolũ tribunatũ abrogauit. Sed & penas debitas iure & lege inferri puicit. Et Tiberius Gracchus in tribunatu Octauiũ collegã cõtra cõmoda plebis ĩtercedẽtẽ tribuũ maiori parte ſuffragãte poteſtate ꝓuauit. Verba uero legis quibus tribunus. pl. ſacro ſanctus fit alcripſi. Tribunũ inuitũ tanq̃ unũ e multis, nemo cogito agere, neq; uerberato neq; alteri ut uerberet impato neq; occidito neq; occidi iubeto. Siquis aũt ꝓhibitorũ horũ quid fecerit ĩpius execrabiliſq; eſto, bonaq; eius publicato ad ſacra cereris, & q aliquẽ hec agentiũ occiderit, cædis expiatus eſto.

Quas acies quos ue exercitus, qui duces parua manu ꝓfligarint, quæ ue flumina Xerxis exercitus potarit. Caput XXV.

ACies ꝓfligatas & exercittus parua manu ceſos ad interitum ita ut uix pauci ſupfuerint, tres ꝑcipuos ab authoribus memoratos ferũt, licet ex omni antiquitate ſiquis reputare uoluerit, inumeras, iueniet. Cũ.n. Aſſiriorũ rex Cyrus cõtra Scythas cũ ualido exercitu occupaſſet bellũ facere, poſtq̃ eos in genti clade afflixit, ceſo etiã unico Regis filio, Thomyris regina Scytharũ diſſimulãs egritudinẽ animi, iter anguſtiſſimos tramites aſſyrios nacta, ita illos cæcidit, ut parua manu hoſtiũ ingẽtes copias fuderit, duocẽtaq; millia Perſarũ una acie trucidarit, tãta cæde ut ne nũcius quidẽ luctuoſæ cladis ſupfuerit. Alterã, cũ inter locrẽſes epizephyrios & Crotoniatas ſeuientibus odiis certaret tãto furore animorũ & quaſi uecordia ad pugnã fuiſſe ꝓcurſum ferũt, ut quindecim locrorũ millia aduerſus Crotoniatarũ cẽtũ & uiginti millia ſeue & atrociter pugnã inire nõ dubitarint, locrẽſeſq; tã parua manu tot millia Crotoniatarũ felicitate mira, uno prælio actriuerint, ita ꝓrſus ut ex ea ſtrage pauci uix fuga elapſi ſupfuiſſe dicant, eaq; ad ſagrã Methaponti fluuiũ cõmiſſa pugna ad poſteros celebrẽ memoriã noĩs dederit, uulgo iactato ꝓuerbio ἀλκθίςερα τῶν ἐπὶ ςάγρα: Tertiã eũ duce Myleiade in cãpis Marathoniis cõtra Arthaphernẽ, & Datym Darii ꝓfectos ab Atheniẽſibus uno prælio feliciter pugnatũ & debellatũ eſt, in qua decẽ Athenienſiũ millia Perſarũ plus cẽtum & decẽ millia crudelẽ in modũ afflixerunt, toto cæſo exercitu. Fuit aũt Marathõ Acticæ ciuitas ab Athenis haud plus decem millibus paſſibus diſtãs. Iterũ cũ ãnis intercedẽtibus cõtra xerxẽ arma greciæ inferentẽ, qui bellũ diis homĩbuſq; indixerat, memorabilis Sparthanorũ ad Thermopylas & clauſtra illa tã natura q̃ muniměto in expunabilia, pugna cõmiſſa fuit, tropheis & monimẽtis celebrata, quorũ tã inſolẽs uictoria prodit ut de cẽ hominũ millia duce leonida cõtra ĩnumerabiles perſarũ copias, clauſtra tenere, & ſexcenti Sparthani quingentorũ milliũ caſtra ĩuadere nõ dubitarint. ubi tanta ſtrage ad ſacietatẽ leuitum eſt, ut difficile dictu ſit, Sparthanorum Atheniẽſiumq; uel ſingulorũ precipuã uirtutẽ, uel uniuerſorũ laudes dinumerare, ad id uero cladis ꝓceſſum, ut quid funerũ abſumptũ ſit, illud argumẽto fuerit, quod cadauera paſſim ſtrata prælio uel tẽpeſtate, corporaq; morbo & uaſtitate enecta, alioſq; alia peſte abſumptos, mare et terra uix ceperit. Quiq; mõ terreſtres naualeſq; copias ultra decies cẽtena peditũ, equitũ uero octuaginta millia armatorum in expeditionẽ duxerat, cuiq; ſexcẽta millia frumẽti modia diurna cibo & tot flumĩa exauſta potui nõ ſufficerint, is cũ multa cede & fuga a pauciſſimis ceſus & ꝓfligatus incõſulti certamis & temerariæ expeditionis inſignes penas dederit. Ipſeq; tãti exercitus impator magnificus, tãta clade oppreſſus, inermi naue, per ſtragẽ corporũ armorũq; uix effugerit. In qua quidẽ re nõ minori miraculo prodit, tantas copias ab uno pithio byzhino æpulo exceptas magnifice, frumentoq; ueſte, ac uiatico adiutas. Fuit illa quoq; memorabilis exẽpli clades celebrata ſmonibus, cũ ad Granicũ amnem aut Arbelã uel cum ad Amanicas pylas ĩfaucibus anguſtis ab Alexãdro ſignis collatis cũ Dario pugnatũ eſt, in qua prope ad internecionẽ dimicatum fuit. Vbi ultra cẽtũ millia ꝓrũ peditũ ferunt cæſa equitũ uero decẽ millia, ex Macedonibus uero nõ ultra duos & triginta pedites, equites aũt cẽtum quinquaginta occidiſſe, Ad granicũ uero barbarorũ uiginti millia equitũ uero duo millia ſedum ĩmodũ occubuere, cum ex Alexãdri exercitu quatuor & triginta fuiſſe deſideratos, quidã monumẽtis teſtati ſint. Romani aũt licet incredibili felicitate, ſæpe hoſtiũ copias ad extremũ exitiũ ꝓfligarint, tñ precipuis cladibus & infanda ſtrage maxime hoſtẽ affecere. Vel cum. M. liuius & Claudius Nero Haſdrubalẽ ſuppecias Hãnibali ferentẽ ad Metaurũ ingenti ſtrage debellarũt, ubi par cãnenſi cladi exitium redditũ fuiſſe memorãt. Vel cũ Fabius æmilianus uix triginta millibus militũ ad Rhodãnũ plus ducẽta Gallorum millia ingenti ſtrage deleuit. Vel cum cõtra Anthiocum haud minus feliciter pugnatũ eſt, plus quinquaginta millibus hoſtiũ ceſis, quatuor & uiginti equitibus & trecẽtis peditibus Romæ deſideratis. Aut cũ. C. Marius Cymbros & Theotonos ad aquas Sextias parua manu cecidit. Vel cum Sylla contra Mithridatẽ ad Orchomenũ & cheroniã ducens, illius copias fudit & in intimas ſolitudines egit. Aut cum cõtra Archelaũ nõ longe a pyreo cõmiſſo ꝓlio ita eum deformauit, ut ex uiginti hoſtiũ millibus uix decem ſupfuerint, ex Sylleæ uero exercitu uix quatuordecĩ deſiderati ſint, Aut cũ Põpeius eundẽ Mithridatẽ ſtrage atrociſſima ptulit, quatraginta millibus hoſtiũ cæſis, non

Universidad de Deusto
Biblioteca

pluribus uigiti ex ſuis iterfectis. Vel cũ lucullus cõtra Tygranẽ bellũ magnis conatibus agreſſus, multiplici eũ clade affecit, in quo Romanoꝝ uix pars uigeſima copiis hoſtiũ accedere uiſa eſt, Cuius pugnæ tãta Romanoꝝ felicitas fuiſſe tradit, ut ultra centũ millia hoſtiũ promiſcua cede occiſa, Romanoꝝ uero nõ ultra centũ uulnerati occiſi aũt quinq; dicant. Tã paruo impẽdio tam iſolẽs uictoria ſtetit. Helii quoq; Galli in expeditiõe Arabica memorabilis uictoria iter illuſtria adnumerat, ut poſt excidia & uaſtatiões agrorũ, pluribus oppidis expugnatis, plus triginta hominũ millibus fœde ceſis & ꝓfligatis, nõ ãplius ſeptẽ ex ſuis iterfectis, illuſtri uictoria potitus fuerit, Micto. C. Cæſaris felicitatẽ cuius lõge lateq; diffuſa uirtus fuit. Quoties belli caſibus agitatus cõtra Aquitanos Heluecios, Aruernos, reliquoſq; Gallos & Germanos, aliaſq; exteras & in cultis moribus gẽtes parua manu inumeras hoſtiũ copias fudit. Quoties aduerſus maximos conatus inops ipe & impatus ꝑſentiſſimo aio reſtitit. Quoties admotas hoſtiliter legiões fudit, quot prælia cõfecit, q̃ firmiſſima hoſtiũ ꝑſidia ſæpe cõuulſit & labefactauit, quas urbes & gẽtes ui & obſidiõe domuit, aut deditas in dictionẽ fidẽq; recepit, ita ut an uirtute animi & mẽtis magnitudie, an felicitate & fortuna plus ualuerit, difficile ſit diiudicare, Sed poſt tot ſucceſſus & felicitates, una Romanorũ clades inter exempla memorat inſignis, cũ. L. bebius in hiſpaniã ducẽs, agmine in explorato ꝑ abditos ſaltus & inuias regiões in inſidias ꝑcipitatus, circũuentus a ligu ribus & oppreſſus eſt, oportueritq; maſſilienſes, tã luctuoſam cladẽ per nuncios Romanis ſignificare, Altera poſt cãnẽſem cladẽ cũ duce. C. Mallio & Q. Cepione, a Cymbris & Theuthonis, legionibus fuſis, plus octuaginta Romanorũ & ſociorũ millia ad Rhodanũ fœde ceſa & debellata fuere, ubi tãtum cladis acceptũ, ut uix decẽ ſupfuiſſe dicant, qua clade popl's Ro. in tanto pauore & luctu fuit, ut uelut ultima publicorũ malorũ paſſus, iuſticio idicto ſicut in magna cõſternatiõe aſſolet, ꝓtextas & laticlauos dimiſerit & ſaga ſũpſerit, Sed ſup omnẽ indignitatẽ fœdi exẽpli & memoriæ eſt qd̃ de Valeriano Cæſar recentiore memoria ꝓditũ eſt, q̃ cum optimus fuerit infelix appa ruit tñ, poſtq̃ uis illa uigorq; & uirtus bellica atq; antiqũ belli decus exoleuit, q̃ in expeditiõe in perſas cũ fœdiſſimo euentu pugnaſſet, a Sapore perſarũ Rege occiſo exercitu, captus uſq; eo deformatus fuit, tãtiſq; cõtumeliis obnoxius, ut poſt afflictas fortunas nulla uerecũdia ꝑſtinæ maieſtatis, cõtra decus impii, Regi ꝑſarũ equũ aſcenſuro humi ꝓſtratus dorſo gradũ faceret, adeo Romani indigniſſimã fortunã & graueſſimos caſus ac ſortis hũanæ uarietatẽ uelut magna documẽta mortalitatis nõnunq̃ expti fuer̃, In qua qdẽ re ꝓdit̃ uerbũ Galieni filii uecordis & deliri, q̃ qua die decaptiuitate patris reſciuit, parũ curãs, uerbum Catonis uſurpauit, Sciebã inqt me genuiſſe mortalem. Quæ aũt flumia a tot millibus perſarũ epota Xerxi nõ ſufficerint, hec præ-

pue tradunt. Scamander et Onochonus in Theſſalia, Symois in phrygia, q̃ ex Ida ſub ilio decurrẽs qñq; torrẽtior, ad Sygeũ mare ingredit. Chydorus in Bœcia, lyſus in Samothracia q̃ per Thaſios fluit, Menala iuxta helleſpõtũ in lyſimachia. Addit Herodotus lacũ in ſinu eodẽ triginta ſtadiorũ, quẽ ſola iumẽta perſarũ, cũ aqua ſubſalſum ſaporem habeat & potui inſalubris homini ſit, paucis diebus eſtecauere.

Quid uarie gentes de diis ſenſerint, & q̃ impia & deteſtanda ſacra apud exteras gentes fuerint. Caput XXVI.

QVam impia & falſa inter gẽtes olim de diis opinio fuerit, q̃q; miformes deorũ uanitates, & q̃ infandis ſacris, priſci deos coluerint, dictu referre difficile eſt, Siquidẽ primi mortales nulla doctrinæ ſcola nec ratiõe aut lege, ſed ſuo q̃q; ingenio & ꝓut ípetus animi tulit, deos genioq; adoptãdo numia coluerũt. Primos. n. q̃ antiquiſſimi fuerũt haſtas colore cæſe aut ligna delibrata corticibus pro diis ueneratos accepimus, inde a Romanis religio fluxit ut ſingulis deorũ ſimulacris haſtas darẽt, tã & ſi antiqſſimos Romanorũ, centũ & ſeptuaginta ãnos ſine deorũ imaginibus uixiſſe nõnulli teſtati ſint, Indi q̃cquid colere ceperũt precipue maxias arbores deos putauerũt, illaſq; pro numibus ueneratiſunt, quas ferro uiolaſſe capitale fuit, ex q̃bus nõnulli Draconẽ quinq; iugerũ uelut liberi patris ſimulacrũ coluerũt Perſæ & Maſſagetæ celũ louẽ Solẽ ueto deũ maximũ dixerũt, equoſq; illi ſacrauerũt, quibus interdictũ erat ne quẽ præter ſolẽ, deũ colerent. Quicqd uero quernis arboribus naſcebat̃ e celo miſſũ putabãt, iidẽ Soli, lunæ, Teluri, & igni, aquæ ac uẽtis ſacrũ facere iſtiterũt, quos oẽs deos, ignẽ uero ꝑpuũ duxerũt, q̃ etiã Magorũ opinio fuit, cui Thales aſtipulat̃, q̃ ignẽ tã religioſe coluerũt ut cremare corpa ducerẽt nefas, ne cõtagio cadaueris decẽ maximũ uiolarẽt. Multos cõperi ſuaſum habere, Martẽ puigilẽ deũ eſſe & ꝓſentiſſimũ numẽ. Quare Neuri q̃ iuxta Boryſtenẽ ſunt enſes ꝓ Martis ſimulacro adorabãt. Sũt qui arbitrẽtur uiſco qd̃ in querna arbor̃ naſcebat̃ nullũ ꝑſentius numẽ eſtimari, Hi fuerũt Druidæ quorũ uana ſupſticio iter mortales ꝑcipua fuiſſe tradit̃, Alii mari porrectũ collẽ uelut ꝑſentẽ deũ coluerunt, quod eo occluſa uallis eſtu oceani nõ inundaret, Cappadocibus quoq; mõs deus habet̃, & Phriges Meãdro & Marſiæ ſacrificãt. Scythæ illi ihoſpitales qui in intimas ſolitudines acti ſunt, ſup ſarmẽtorũ faſcibus uetuſtiſſimo collocato acynaci uelut Martis ſimulacro ãnuis hoſtis litabãt, Peni Soli & lunæ uniuerſi ſacrificãt, Syri occecatis animis piſces & collumbã deos ſibi cõſecrarũt, Trogloditæ teſtudines, Helyopolitani bouẽ, Mẽphitæ Vaccã, lẽtopolitani leonẽ, Caprã & hircũ Mẽdeſii, Thebani aquilã, lycopolitani lupũ, Babylonii uero cepũ, ab his uelut propicio numine petita accipere arbitrantes. Cyrenaici Achorẽ magnũ deũ muſcarũ eſtimarũt, Arabes ad Mẽnoniũ Ci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

chopitecū celo dicarūt illius opē in rebus afflictis īplorātes, Mitto Aegyptiorū ſupſtitionē, & falſarū opinionū ineptias q̄ apim p̄cipuo honore uenerati ſolū reſpōſa dare, & p̄ſperos cuētus aut futuras calamitates p̄mōſtrare fabulati ſunt, modo iſum & oſiridē, mō Serapym, & qđ dicere piget, Crocodilos a q̄bus hominē deuorari tā q̄ adeo expetitum, magni muneris habebat loco, mō ichneumones, Ibes, & fœda aīalia aliaq̄ ludibria religionū uelut deorum numia colētes, ita ut gentes aliquas q̄ felē aureā & alios qui Scarabeos, pro diis haberēt, circa Scyenē fuiſſe legamus, Germani Solē, Vulcanū, & lunā, ſolos deos quos cernebāt opinati ſunt, quæ Anaximādri opinio fuit, ut celeſtia ſidera deos eſſe crederet. Q uin etiā Egyptii ſolis ſimulacrū dyplomatibus cōſignatis adorāt, quē Horū nūcupāt illudq̄ p̄cibus & uotis frequētāt aſſidue. Arabes louē & Bachū, Ethyopes ex diis unū mortalē, alterū inmortalē putāt, nōnulli penā & bñfiliū, Aſſyrii & perſæ unū bonorū largitorem, alterū malorū. Fuere qui crederēt nullos deos eſſe eeci & excordes oīaq̄ agi fato aīaſq̄ cū corporibus interire una. Ex his p̄ter Dyagorā & Theodorum Cyreneū, Euemerū Thegeatē & Callimachū ac prodicū Cæū, alioſq̄ plures qui ἄθεοι dicti, fuere Calleci, gēs moribus effera, cultu in hūano & fero, neq̄ more neq̄ iure uiuētes. Numide Hāmonē in deſertis harenis magnis honoribus frequētāt. Celtiberi cuīpiā deo cuius ēt nomē ignorabāt, plena luna, nocturnū ſacrū facere, & ante cuiuſq̄ fores ſaltibus īdecoris p̄noctare didicerūt. Q đ ſi illorū ſacrificia ſcrutari ac barbaros externoſq̄ ritus eruere conamur, q̄ īpios cultus & q̄ infanda ſacra, apđ tot efferas natiōes uario gentiū ritu inuenimus, Scythotauri p̄ hoſtiis Dianæ aduenas īmolabāt, lacdicei palladi uirginē, Archades Iouī lyceo puerū, pleriq̄ iuxta Boriſthenē uecordi animo homines uictimas dare, & in ſacrificiis deorū hūanis oſſibus adolere ſolebāt. Blēmiæ, Cymbri, Galli, Druidæ & Germani, ſtatis diebus hūanis litāt hoſtiis et cruore captiuorū adolēt aras, tūc p̄piciari deū maxīe arbitrati, cū per cruciatū hoīes ex carnificārēt, ex penis hominū diuinationē & auguria captātes. Fuitq̄ apđ phenices & Carthaginēſes nimiū diu ſuatū, ut iſātes p̄cipali honore ī ſignes ſorte ductos in regio ornatu Saturno īmolorēt hoſtias et quē ſors morti deſtinarat, morte ſubtrahere nō licebat, quare mlitorū ciuiū largis fletibus deplorata funera fuēr, a q̄bus ſacris cū deſtiſſēt, poſtea uicti ab Agathocle deos p̄pterea ſubiratos arbitrātes ut numē placarēt, ducētos nobiliū filios magtarūt ad aras. Adeo ceca mortaletas ſub noīe religiōis ad īfandas cædes agebatur p̄ceps, ld qđ a Rhodiis & Cretēſibus factitatū cōperimus, ut hominem æpulis grauatū ac pueros īpuberes feſtis diebus Saturno mactarēt. in Chio & Salamīe, mos multa ſecula uiguit, ut Dyomedi & Dionyſio homines diſcerptos iugularēt, ciuſdēq̄ Dionyſii tēplū in Archadia fuit, in quo puellæ ad arā, diſflagellabātur ad necē, ſicut Sparthæ ī ara mercurii et Orthiæ Dianæ pueri. Q uin etiā alii ingēti ſimulacro uiminibus intexto & uiuis hoīnibus

opleto, ac

oppleto, ac igne ſuccēſo hoſibuſq̄ fœdū īmodū exanimatis, maximū holocauſtū diis offerre putauerūt. Boiis & Celtis purgato captiui hoſtis capite, caluariā auro celare, & ī eo poculo in ſolēnibus libare, religioſiſſimum erat. Prodit Ariſtomenes Meſſenius Iouī quē Ithometē appellāt, trecētos ſimul hoīes in q̄bus Theopōpus fuit, uno ſacrificio mactaſſe, & lacedemonios eo ueſaniæ p̄ceſſiſſe, ut Martī hūana uictima litarēt, Galathæ & Maſſagetæ nō aliter deos rite cōluli arbitrati ſunt, q̄ iugulato homīe apđ aras deor, ex cuius caſu tū ex mēbror laniatu & fluxu ſanguīs futura diuinabāt. Cymbri noxios hoīes ſeruatos ſudibus affixos diis p̄ hoſtiis dabāt, Galli præter Heſum & Theucatē Mercuriū quos hūano cruore placabāt, grauioribus morbis aut piculis affecti, ad placādas deor iras, aut hoīes īmolabant aut ſe īmolaturos uouebāt, ad cuius arā ēt grādeuos etate p̄ uictimis p̄ſecabant. Luſitanis ueotus mos erat ex iteſtinis hominū exta p̄ſpicere, atq̄ īde omina & diuinatiōes captare, abſciſſaſq̄ captiuor dextras p̄ munere diis offerre, Thraces Zamolſim quē maximū deū putāt nō aliter fieri p̄propitiū eſtimarūt, q̄ ſi ad arā faceili lāceaг ictu homo cōcideret, eā optimā et diis gratiſſimā uictimā opinati. Germani quoq̄, ritu barbarico Mercurio hūano cruore litare religioſiſſimū putāt, ldē fecere Senones q̄ ceſo publice homīe infanda ſacra ſtatis diebus anni celebrabāt, his portētis delicta expiari opinati. Perſis quoq̄ ad habēdas diis grās uiuētes Iuuenes eoſq̄ ſpirātas ſub terra defodere āſſuetū fuit, quē morē grecis inoleuiſſe accepimus, ut in āniuerſaria celebritate bacho, uiuos hoīes ſacrificēt, quiq̄ ita fuiſſet īmolatus maxīam iter ſuos p̄bitatis laudē ferat, Longū eſt exeq̄ quitauror mores fuerint, ut apđ aram hominē ſiſterēt, & poſt ſollēnes p̄ces hoīs caput clava feritēt, illudq̄ cruci affigerēt, truncūq̄ corpus ex ingēti rupe in p̄ceps darēt, qđ cū leucadiis cōe fuiſſe tradit, ut ī Apollinis ſacro, auertēde deor iræ, hoīem de mōtis ſpecula deiicerēt, et ī mare p̄cipitē agerēt. Fuitq̄ apđ Albanos uſurpatū ut hoīem ſacris iniciatū q̄ ſanctitate polleret, diu ſeruatū & opipare ſaginatū apđ aras ſiſterēt, cūq̄ furiali carmine excantatū q̄buſdā additis p̄cationibus cū aliis hoſtiis īmolarēt, tātaq̄ aior in ſpiētia fuit & tā p̄ceps libido impiti uulgi, ut oēs fere mortales ī tēplis coire, et nefandis libidinibus in miſceri ac pudēdis gēitalibus ſacrū facere, qđ p̄ea tiōis ſeminariū forēt, nefas nō putarēt, ita ut Britānis lōgo tēpore mos inoleuerit, cōiuges & nurus nudas & ſucco herbar delibutas ad tēpla ducere et ita ſupplicare ac captiuor ſanguie diis litare, Et corinthi ſupra mille p̄ſtitutas in tēplo Veneris aſſidue degere, & īflamata libidine q̄ſtui meretricio opam dare, & uelut ſacror miniſtras deæ famulari. Piget referre Romanos tūc rerum dños q̄bus fœdera, leges, & ſacra exteris dare nationibus imperiū fuit, quāto in errоr & q̄ tetra caligine uerſatus fuit, uictor ille gentiū populus & totius dñator orbis, omni ſupſticioni obnoxius, lunones & Genios quotidie ſibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ascisc̃do & noua numia adoptãdo, q etiãextra ordinaria sacra ex fatalibus libris facer̃ coacti, grecũ et grecã, totidẽq; gallos, í foro boario ad placãdas deorũ iras, sub terras uiuos defodere ueriti nõ fuerũt. Licuitq; diu í sacris hoiem interimere & diis imolare, adeo ut Saturnũ et latialẽ louẽ hũana placarẽt hostia, cuius simulacrũ dũ sacrificãt hũano sanguie ꝑluebãt, Donec. Cn. Cornelio lẽtulo &. p. licinio Crasso. Coss. Senatus cõsulto cautũ fuit, ne nouã inducer̃ religionẽ, neue hominẽ imolare, aut hũano sanguie litare liceret, Ac præter notissimos deos homini uix iniciato & nõ dũ in lucẽ edito, turbas deorũ tanq̃ pedissequos & pedagogos, & tot uanitates ꝑfecere: Prosam, Prosluertã, Egeriã, fluoniã, lucinã, pilũnũ, picũnum, Edusam, potinã, Maiã quæ fatua dicta est, quos sibi deos finxit antiqtas, ẽt Stabilinũ & Statanũ, ac fabulinũ, alioscq; magnos, alios Geniales, alios indigetes, nõnullos patrios deos, uenerati. Adeo ignara supsticio hominũ, mẽtes deprauat, & nõ nunq̃ sapientũ aios transuersos agit. Quantũ debemus Christo dño, Regi, & Doctori, nro, quẽ uerũ deũ ueneramur & scimus, quo premõstrãte, explosa ferarꝫ gentiũ doctrina, Rituq; inmani & barbaro, uerã religionẽ edocti, Humanitatẽ & uerũ deũ colimus, euictisq; erroribus, & infandis ineptiis, quas prisci coluere, quid quemq; deceat, & quibus sacris, quaq; mente Deum colere oporteat noscitamus.

FINIS.

τῶ τιῶ χάριτες καὶ δο'ξα
β'ιβλω δι' ζωὴ
ις τοὺς αἰωνας τῶν αἰωνων
ἀμην

Registrum

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt uu xx yy zz &&
99 ꝛꝛ Omnes sunt terni preter Z qui est duernus.

Romæ in ædibus Iacobi Mazochii Ro. academiæ bibliopolæ
Anno Virginei partus. M. D. XXII. kalẽ.
Apri. Põt. S. D. N. de cuius noĩe pontificali adhuc nõ constat Anno primo.

Errores & defectus perperam admissi per singula capita hic annotantur.

Ex libro primo.

Capite 2 folio 2 uersu 21 extra Vitellius matri. adde. Et faustinæ uxori Antoninus, sic Iuliani uxor & filia Augustæ appellate sunt.
Capite 3. uersu 3. folio 4. extra querelis/ emenda postulatis.
Capite 5. folio 7. intra nersu 32. ipaq; ipsaq.
Capite 9 uersu 30. extra folio 10 Apius claudius cognomento. Caudex cognomento.
Capite 12. uersu ultimo folio 13 extra exportari solitæ, exportari solita
Capite 13 uersu 33. folio 16 intra Apolline calciario. Apolline culiciario
Capite 16. uersu 4. folio 16. intra Et octauie & saliorum. Et octauie sicut leucadiam & saliorum.
Capite 19. folio 22. extra uersu 11. sustinebatur: sustinebantur
Capite 20. folio 23. uersu ultimo intra Auxiliarios extnos: auxiliares extnos
Capite eodẽ uersu 8. folio 27. extra Vel hostis feruendi: feriendi.
Capite 22. uersu 28. folio 27. extra Egerit triumphos, adde sicut camillo qui tres triumphos una egit: triplici uictoria ouans.
Capite 24. uersu 19. folio 27. intra limie prostitutæ: lamie prostitute
Eodẽ folio uersu 27. imas edes: unas edes
Eodem capite in fine folio 31. cum regno sibi mendicauit/ sibi uendicauit
Capite 27. uersu 6. folio 34 xii secures icum fascibns: cũ fascibus
Eodem capite fol'. 35. intra uersu 23 Erectas pinulas gestarẽt: Adde quod Helius uerus fecisse dicit̃ ut cursoribus alas pẽnatas inponeret, illoscq; uentorũ nominibus appellaret.
Capite 29. uersu 8. fol'. 37. intra bella uel paces inerĩt, inirent.

Ex libro secundo

Capite primo uersu 21. fol'. 38. extra ex proferẽtis uerba: & pferentis uerba

Capite 2. folio 41'. extra uersu ultimo: pũ cõgestũq;, adde & lacerpicii pondo centum undecim.
Capite 5. uersu 17. folio 46. intra Sed matrem sequebanť, adde tã & si traditur in grecia et apulia & Carthagine, Seruiles sæpe nuptias curari.
Eeodem capite uersu 27 / folio predicto Vt matrem sequntur, ut matrẽ sequantur.
Capite 8. uersu 14 / folio 47 itra magistratus delegebat: magistratus delegabat.
Eodem capite folio 50. intra uersu 30. nulli uerbare: nulli uerberare.
Capite 11. uersu 26. folio 53. intra Aquile uel flumis/ aquile ul' fulmini/
Capite 16. uersu 19. folio 60. intra Crimẽ inceptũ: crimen cõceptum
Capite 19. uersu 17. folio 63. extra quod de Seuero principe: quod de Hadriano & Seuero principe traditur.
Eodem capite folio 63. extra uersu primo Eligiosius putarũt/ religiosius putarunt
Eodem capite uersu 24. folio 65. intra Apud afros numidas: apud afros numidasq;.
Eodem capite uersu 2. extra folio 65. aurem ucteres tangebant: adde propter ea tinitu ferunt aurium absentium de nobis sermones presentiri.
Capite 21. uersu 4. folio 69. intra: apud berosus eudoxus Grecos gnidius Aristoteles, apud Grecos: Berosus eudoxus gnidius Aristot.
Eodem capite uersu 22. folio 69. intra. Annos noucs gentiũ puerũ, Annos nouẽ genitum.
Capite 25. uersu 26. extra: latiniscq; rhetoribus ãnua centena daret: adde.
Et de Antonino pio qui rhetoribus per oẽs prouincias ãnua salaria cõstituit
Capite 29. folio 80. extra uersu 10. extra Et Neronem equiaes ut operas harene Et Neronem equites nt operas harene
Eodem capite in fine uersu citra ante peoultimũ: edicto inhibuerit, adde: & pescennius niger tãtæ seueritatis / ut sũmo to omni argento in uasis ligneis militꝫ uesci iusserit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Capite 30. folio 71. uersu primo & 2 itra
Erant quoq; tabelle, erãt quoq; tabelle
Et sequenti uersu leiqmus: legimus ali/
quando.
Eodem/capite fol'. 71. extra uersu 10. adeo
ut qui ius citato sermone: ut q̃uis citato
sermone.
Et paulo inferius: esseda Aelgarum, esseda
Belgarum.
Capite ultimo uersu postremo fol'. 84.
magnisq; fletis/magnisq; fletibus

Ex libro tertio.

Capite primo uersu ultimo fol'. 85. laberi
nei errores/laberinti errores.
Eodem capite fol'. 8. exrra uersu 38.
hec sententia oio nõ prohibatur/non p
batur.
Capite 3. folio 89. intra uersu 13.
Cos s. creatus est. Cos creatus est.
Capite 5. folio 94. uersu 17. intra aut
Meretus q, aut Mezentius qui
Capite 7. folio 97. extra uersu 18.
filii tres consulares, adde duo triumpha
les. 4
Eodem capite folio 99. extra uersu 18
asperſi supergrediebantur
ignem super gradiebantur.
Capite 10. folio 103. uersu 3. intra ad
usum uasorum precipuas fuisse adde/
fertur L. Crassus orator duos habuisse
Scyphos mentoris manu centum sex/
tertius emptos quibus ob pudorem
nunq̃ usus fuit. Et cornelius Macrus in
sacris propinare electrina petera que in
medio Alexandri uultum haberet in cir
cuitu uero breuibus signis omnẽ histo
riẽ & bella cõtinebat/preter etc.
Capite 16. folio 115. uersu 4. intra Dum
Athenis ageret: adde Et mox Galienus
gessisse.
Capite 18. folio 160. iutra uersu 6.
feriatum haberent: adde appellarunt,
sicut triatus et c.
Capite 20. folio 117 uersu 14. intra
Bona & liberos occupauit: adde Sicut
Sylla de Saxo deiecit seruum Sulpicii
domini proditorem ut sibi gratificare/
retur: Diuus &c.
Eodem capite folio 120. infine: nullus da/
batur locus, adde sicut persarum qui
nunq̃ Romæ seruiere: nisi sub Alixãdro
Seuero Imperatore. licet mox exhibito
precio ad suos redditi sint. põticosi &c.
Capite 21. eodem fol'. extra uersu 9. quam
palamedes: quem palamedes iuenisse
Eodem capite folio 133. intra uersu 11
Caput uel nauium / uel nauim petere
Et in fine. auellana: uel ocilla oscilla
Capite 22. folio 133. uersu penultimo
Q ui nerue dicti sunt/qui uerne dicti sunt
eodem capite folio. 124. uersu 2. puitq;
aiaduersum/suitq; enimaduersum
& eodem folio uersu 4. extra Marma/
cidam herbam: marmaritidẽ herbam.
et inferius eodẽ folio 115. extra uersu 51
in scenã se, pdituros, in scenã se pdituros
Capite 23. folio 26. uersu 19. pecunia con
structas: adde & Seueri porticũ postea
additam fuisse etc.
Capite 25. folio 128.. folio 128. uersu 4.
De Topiario mercio fieret, mẽcio fie
ret.
Capite 28. folio 130 extra uersu 18
Sedibus exitam sedibus excitam

Ex libro quarto

Capite primo folio 131. uersu 36. extra
Si uir adulteraret tu iudicio, tu superba
bundat.
Capite 2. folio 135. uersu 19. extra exces/
su uerodiscessus: excussu uero discessus
Eodem capite fol'. 136. uersu 17. intra effe
minato signum dedit, adeo Seuerus
Septimius laboremus: ptinax uero mi
litemus. Claudius &c.
Eodem solio paulo post uersu 21
Q uã quidã siue quẽ/quã qdẽ siue quẽ.
Capite 3. fol'. 139. iutra uersu 21.
propter religionẽ nõ liceret/uõ deceret
Capite 6. folio 143. uersu 4. intra
impeditacent, imperitarent.
Capite 7, folio 144. intra uersu 13.
ita ut terrarum situi/situ/& infra
Satis roboris, aut uitũ: aut uitiũ & infra
tanq̃ uallo minuti tãq̃ uallo muniti. &
infra collata statı gradu/collato statı gradu
Capite 8 uersu 7 folio 147. intra incessere
lolebat/solebat/& paulo post sub ipera
uxorio/imperio uxorio & infra

ligurgis mãdasse fertur ligurgus mãdasse
fertur & infra ementitos fusse/fuisse, & in/
fra bissidio foret/dissidio foret, & infra lace
demonii quod lisandro supstite: q lisãdro.
Capite 10. fol'. 151. extra uersu 9. que uindi
cta ducta est, dicta est & infra largitius
fuit: largitus fuit.
Eodem capite fol'. 154. extra uersu 26. &
grauia prouinctiis aauxit. Adde. Alexan/
der Seuerus Bracharıariorũ, linhtheonũ,
Citrariorũ pallionũ: plaustrariorũ / argẽta
riorũ, auri ficũ & aliarum artium uectigal
instituit ex quo thermas quas fundauerat
publicis usibus ornauit, antiqs &c. & infra
impresse fuere/impresse erant.
Capite 11. fol'. 158. extra uersu 11.
Q uippe. C. Duilio. Nam. C. Duilio.
Capite 13. folio 161 uersu postremo ociũ
fratrem esse libertatis: adde quod de
etholis quoq; traditur qui nullius impe
rio paruerunt.
Capite 15. folio 163, extra uersu 10'. sieut is
per unguẽtis delibutus, qui unguentis
delibutus.
Eodem capite: folio 165. uersu 17. Se nũ
mo insculpsit/ adde/Et Seuerus impera
tor habitu alexandri nũmos figurauit.
Galliẽnus post occisos satrapas persarũ
monetam qua persas captos ducebat
percuti iussit. Augustus &c.
Eodem capite infine/ in uersibus Homeri
dormitauit impressor/ quos induc &
dele & pro illis subice.

ἐνθεῖ ἀρ' ὀινίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ
ἄλλοι μὲν χαλκῷ ἄλλοι δ' αἰθωνι σιδήρῳ
ἄλλοι δ' ῥινοῖς ἄλλοι δ' αὐτοισι βόεσσιν
ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι τιθεῖτο δὲ
δαῖτα θάλειαν

Capite 17. folio 167. extra uersu 6.
pollui sacra putabantur: pollui putabã/
tur: & infra qui ortus a mediis/qui or/
tus a medis pecipuor &c.
Capite 18 folio 171. extra uersu 30. mura/
lis in pinoq; similitudinẽ i pignoq; simi
litudinẽ & infra folio 172. plerãq; uis ci
uitatis, ius ciuitatis: & iufra uersu postre
mo meruit ob uirtutẽ: adde / pbus quo
q; q postea in iperio assumptus fuit, cũ
bello sarmatico iã tribunus multa forti/
ter fecisset, hastis puris/quatuor: corõis
uallaribus duabus: corona ciuica una:
uexillis puris quatuor, armillis aureis
duabus, torque uno & patera sacrificali
aurea quinq; libri una pro conciõe do/
natus fuisse memorat: Q uin etiã &c.
Capite 20. folio 175. extra uersu penulti/
mo: quoq; pficisceret quoq; pficiscerent & &
ifra fol'. 177. uersu 10. meritricibus pmissũ
adde lauacraq; pro sexibus separauit.
Capite 21. folio 178. uersu penultimo
Solo horere. Solo herere.
Capite 22. eodem folio extra uersu penul
tio priusq; admicteret/priusq̃ admicteret.
Cap. 23. folio 181. extra uersu 26. iura a Q.
Macello prohibitus a. Q. Marcello et pau
lo post ac prerori qrestor: ac pıori qstor &
eodẽ capite circa finẽ tutiorẽ arbitratus ad
de quo etiã tẽpore tres prefecti pıorio fue/
re, donec &c.
Et infine capitis, animaduersio spectauit
adde: Heligabalus uero adeo prefecturã
inquinauit: & saltatorem & histrionicam
professum prefectũ pretorii faceret.
Capite 24. folio 182. intra uersu 31. libra/
rii esses fierent/asses fierent.
Capite 25. uersu 9. folio 183.
Ideo rata fuisse: rara fuisse.
Capite 26. folio 185. uersu 28.
Digito terebraret, adde. Q uod de clau
dio secundo Cesare traditur qui digitus
ita ualidis fuit ut ictu digitorum aut pu
gno sepe eq dentes excusserit, cõtra &c.

Ex libro quinto.

Capite 7. folio 194. extra uersu 22. ãnis po
test decimũ: post decimum.
Capite 8. folio 196. uersu 6. extra/
Apud Accum Apollinis: apud Accium
Capite 13. folio 204. intra uersu 20.
Hominesq; aut ædæq;: aut ædes
Capite 15. folio 209. intra uersu 16.
Etiam a porsonis/a personis
Capite 18. folio 214. intra uersu 37.
Ipsaq; enim/ipsa enim &c.
Eodem capite folio 215. intra uersu 28,
Easceolas uero crurules: fasceolas uero
24.
Capite 19. folio 220. extra uersu primo fir
mis ignis, firmis signis urbem
Capite 21. folio 221. extra uersu 17. Conui
ctores imis mensis: unis mensis.
Eodem capite folio 223. intra uersu 2:
æmagnis Heroibus/& magnis Heroibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

et infra eodem folio extra uersu 31.
nunq̃ iuno hilarior/nũq̃ uino hilariõ
Eodem capite folio 224. intra uersu ul/
timo Abydei in hospitali mẽsa/abydeni
Capite 24. folio 227. intra uersu 4.
populus eupectaret/expectaret.
Capite 25. folio 232. extra uersu 17. iactus
fulminũ possidebat / possidebant:& ifra
paulo post:canis iudebãt iubebãt & ifra
folio 234. uersu ultimo intra construẽ
concnit / construere conuenit. Eedẽ fol'.
extra uersu 16. populum uniursum po/
pulum uniuersum et folio 235. intra ne
itritũ ne irritum.
Capite ultimo folio 236. uersu 8.
dabatur & probo:probro.

Ex libro sexto.

Capite primo circa finem folio 238. ciui/
lia offica/ciuilia officia.
Capite 2. folio 238. extra uersu primo
stadiis octallebantur / octollebatur &
paulo post uaticinatis in modũ/uatici/
nãtis in modũ:et folio 239 extra uersu 7.
Signe ine sacrum fecit sine igne sacrum
fecit,& folio 240. intra uersu 26. succitate
siccitate.
Eodem folio extra uersu 18. in Cydonia
dicti. Dictei:& paulo iferius fluens ex
archidia/ex Archadia: & paulo post,in
Acree aũt Cereris/in Accaie aũt cereris
folio 241. quod ad urbe/quod ab urbe
Capite 5. fo.245. doctrina predictis iuris
preditis uiris.
Capite 6. fo.248'. extra uersu primo/ inde
& inter:inde ut inter/& uersu postremo
ãnis singulis a currũ iungeret / ad currũ
iungeret.
Capite 7. fo.250. intra uersu 5. essem ad/
ditus essem adictus. Eodẽ capite et folio
uersu 27. inundarẽt/inuaderent / & paulo
post frustra nõ in legũ/frustra nos in legũ.
Capite 10 fo.253. intra uersu 35. furẽ mani
festã:furẽ manifestũ/Eodẽ capite fo.256.
uersu 5. qui exanimato mõ: q̃ examina
to modo, Eodem fo.extra uersu primo
non reluisset/non reluissent.
Capite 12. 259. extra uersu 18. celebri diẽ
celebri die:& fo.260. uersu 7. intra / in
senalum ueniendi:in senatum.
Capite 13. fo.261. uersu 5. uiarũ augusta/
uiarum angusta.
Capite 14. fo.263. intra uersu 2. decretisq̃
sanciuere/ adde edictis decretisq̃ sanci/
uere/& infra fo'. 264. intra uersu 18. in/
terdũ/iterdictũ & paulo post quod neq̃
ararari adde quod nec coli neq̃ arari,
& in uersu postremo rate nõ habetur/ra
te non habẽtur.
Capite 17. uersu 10. fo.265. intra nõdum
pecata prouincia/ non dum pacata pro
uincia,& infra uersu 22. Eodẽ fo. extra/
at equo ueherentẽ/ ut equo ueherentur/
& paulo post auro coronatus ouasse/
lauro coronatus ouasse.
Capite 19. fo.268. extra uersu 10. saltentes
celebrarunt/saltantes celebrarunt:et fol'.
268. intra uersu primo mumia & personas
munia & personas & infra uersu 34. in
tra/lusus & lacunã:lusus & lasciuiam/et
paulo post q̃sq̃ futures esset futurus es
set/& fo.270. extra uersu 8. quisq̃ facũ
di aut candore/facundia aut candore &
paulo post latineq̃ facunde / facundiæ
experimento.
Eodẽ capite fo.271. uersu 2. intra prophe/
bis libertate pro plebis libertate.
Et paulo post uersu 10. adire non lice/
bat:adire non liceret. Eodem folio ex/
tra uersu 16. Megalenses funebres / ad/
de circenses & Apollinares.
Capite 10. fo.272. intra uersu 16. a Romu
lo primus Romulus / primus Romu/
lius/& paulo post substituerit/substitue/
rit/& in fine capitis in euidenti colũnia.
calumnia.
Capite 21. fol'.274. intra uersu 3. nequid
tale egeret:ageret/Et capite 22. fol'. eodẽ
extra uersu primo hostẽ gradu moue/
ret/& hostẽ gradu moueret/& fol'. 279.
circa finẽ dextra gladio/ dextrã gladio.
Capite 23. fol'.281. intra uersu 6. proq illo
respon sis proq̃ illorum responsis.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

